

collegij de La Comp^a de Jesus de granada
ENCHIRIDION.
SIVE

MANVALE
DE ORATIONE ET
HORIS CANONICIS, R-7358

late annos triginta Sermone Hispano Conimbricæ com-
positum & æditum: Deinde Romæ anno 1577. reco-
gnitum, auctum, & latinitate donatum.

cum Miscellaneis eiusdem materie, que antea separatim edita,
hic, ad maiorem operis elucidationem, continuantur.

Auctore MARTINO ab AZPILCVETA Doctore
Nauarro, & sacrae Penitentia: Decretorum,
Doctore deputato.

Materiam hoc volumine contentorum, versa docet pagina.

0
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17

IN VIRTUTE



ET FORTUNA



LVGDVN
Apud Guliel. Rouillium sub scuto
M. D. LXXK.
Cum priuilegiis & licentia Superiorum



Del collegio de la Comp^a de Jesus de granada

ENCHIRIDION,

SIVE

MANVALE

DE ORATIONE ET

HORIS CANONICIS, R-7358

Ante annos triginta Sermone Hispano Conimbrica com-
positum & editum: Deinde Romae anno 1577. reco-
gnitum, auctum, & latinitate donatum.

Vna cum Miscellaneis eiusdem materiae, quae antea separatim edita,
hic, ad maiorem operis elucidationem, continuantur.

Autore MARTINO ab AZPILCVETA Doctore
Nauarro, & sacrae Poenitentiae Decretorum
Doctore deputato.

Materiae hoc volumine contentorum, versa docet pagina.



IN VIRTUTE

ET FORTUNA

LVGDVN

Apud Guliel. Rouillium sub scuto

M. D. LXXV.

Cum privilegiis & licentia Superiorum



Insignis forma, doctrina insignior vnus.
At superat summi cultus vtrumque Dei.



Materia contentorum in hoc libro.

	pag.
Caput primum de praludiu attingens 33. conclusiones.	23
Caput Secundum continens textum & sex conclusiones.	26
3 De hora orandi tangit. 78. conclusiones.	30
4 De gestu orandi tangit. 17. conclusiones.	63
5 Super orandi loco tangit. 41. conclusiones.	71
6 De mala & bona oratione tangit. 49. conclusiones.	89
7 De obligatis ad recitandum tangit. 31. conclusiones.	110
8 De bonitate orantium tangit. 6. conclusiones.	126
9 De oratione dormituri tangit 9. conclusiones.	129
10 De integritate horarum tangit. 68. conclusiones.	132
11 De causis excusandi ab horu tangit. 42. conclusiones.	165
12 Super cogitatu extrario tangit. 7. conclusiones.	181
13 De attentione orandi tangit. 51. conclusiones.	184
14 De parando ad recitandum animo tangit. 5. conclusiones.	205
15 De re a recitatione aliena, tangit. 3. conclusiones.	208
16 De impedimento attentionis tangit. 86. conclusiones.	209
17 De occasionibus bene recitandi tangit. 50. conclusiones.	236
18 Circa nouem illationes tangit. 108. conclusiones.	250
19 Continens 18 conclusiones, & certas formulas orandi.	289
20 Consiliat nonnulla doctovis Medina & auctoris.	389
21 Tractans 47. concordias inter solum & auctorem,	432
22 Quadam de oratione Miscellanea complectitur.	470



GREG. PP. XIII.



OTV prop. &c Dilecto filio Martino ab Azpilcueta D. Nauarro, Cathedra primæ functionis sanctorum Canonum in clytæ Vniuersitatis Conymbricæ iam pridem rude donato, in Rom. Cur. nostris, sacra; nostræ in Foro conscientia; Penitentiariæ obsequiis residenti; Nuper à sœ. re. Pio PP. V. prædecess. nostro, emanarunt litteræ tenoris sequentis. Dilecto filio Martino ab Azpilcueta, decretorum doctori, Pius PP. V. Dilecte fili, salutem & Apost. Ben. &c. Dudum à sœ. rec. Paulo PP. I I I. prædecessore nostro, emanarunt litteræ tenoris subsequenti, Dilecto filio Martino de Azpilcueta Decretorum Doctori, primariam cathedram Iuris Canonici in vniuersitate studij Conymbr. actu regeti, Paulus PP. I I I. Dilecte filij salutem & Apost. Ben. &c. Cum (sicut nobis exponi fecisti) vt aliis iuxta traditum tibi à Deo talentum, prodesse posses, nonnullas lecturas super voluminibus Decreti, & Decretalium, non sine maximis laboribus & vigiliis, ad laudē diuini nominis, cuius ope literariæ rei, & Christianæ Reipub. consuluisse & profecisse credis, scribendo composueris, & compilaueris; easque de proximo, tuis propriis expensis, in lucem edere & imprimi facere intendas. Pro parte tua nobis fuit humiliter supplicatum, vt tibi, quod lecturæ huiusmodi absque tuo consensu imprimi non possint, vt tuarum vigiliarum effectu læteris, concedere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos volentes te specialis gratiæ fauore profecui, huiusmodi supplicationibus inclinati, tibi quod ad septennium à die quo tu lecturas prædictas imprimi feceris, computandum, nullus alius per vniuersum orbem Christianum constitutus, lecturas ipsas, vel earum aliquam partem imprimere aut imprimi facere: vel impressas in sua domo aut alibi habere & tenere, nec illas vedere, seu mutuo aut ex dono, vel alias donare possit, autoritate Apostolica, tenore præsentium, de speciali gratia indulgemus. Diltrictius inhihentes

in virtute sanctæ obedientiæ, & sub excommunicationis pena ipse si contrafactum fuerit incurrenda, omnibus & singulis cuiuscunque status, gradus, ordinis, & conditionis existentibus, & quavis etiam Apostolica auctoritate aut facultate fungentibus, per vniuersum orbem constitutis, ne lecturas huiusmodi vel earum aliquam partem, absq; tuo expresso consensu & licentia, septennio prædicto duntaxat durate, imprimere seu imprimi facere, aut vendere seu donare presumant. Non obstant. constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, ac quacunque prouinciarum, & locorum statutis & consuetudinibus etiã iuramento, confirmatione Apost. vel quavis firmitate alia roboratis: necnō priuilegiis, indultis & litteris Apostolicis quibusuis Prouinciis, & illarum personis ac vniuersitatibus & collegiis, etiam per nos, & Sedē Apostolicam sub quibuscunq; tenoribus & formis, ac cum quibusuis clausulis & decretis, etiam derogatoriarij derogatoriis, vel alias quomodolibet concessis, confirmatis, & etiã iteratis vicibus innouatis. Quib⁹ omnibus etiam si de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, expressa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autē per clausulas generales id importates, metio seu queuis alia expressio habenda, aut exquisita forma ad hoc seruanda foret: tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum insereretur, presentibus pro expressis, & de verbo ad verbum insertis habētes: illis aliās in suo robore permanens, hac vice duntaxat, specialiter & expresse derogamus: ceterisque contrariis quibuscunq; etique. Dar. Rom. apud Sanct. Petrum sub annulo piscatoris. Die viij. Ian. M. D. XLIII. Pontifi. nostri Anno nono. L. de Torres. Et deinde.


Cum sicut nobis nuper exponi fecisti: tu, qui (sicut asseris) rogeris à multis, vt opera tua tam prius edita, quam nondum edita, quæ super iure Pontificio, & super pertinentibus ad declarationem illius, habes composita, typis excudi faceres, idque facere proponas (vita comite, & Deo iuuante) impensis tuis, & te presente, quo correctiora, auctiora, & piēntiora prædeant. Nobis humiliter supplicari fecisti, vt in præmissis opportune providere, de benignitate Apostolica dignaremur: Noste amplioris gratiæ fauore prosequi volentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, Apostolica auctoritate tenore præsentium, declaramus, Intentionem nostram esse, vt dicti Pauli Prædecessoris literæ, quæ de lecturis loquuntur, habeat etiam locum in aliis Commentariis,

ziis, libris & tractatibus, quæ tu edideris super his quæ pertinent ad præfati iuris Pōtificij declarationem. Non obstantibus omnibus supradictis, quæ idē Paulus Prædecessor in dictis præinsertis litteris voluit non obstare, Dar. Ro. apud Sanct. Pet. sub annulo piscatoris Die xvij. Maij. M. D. LXXI. Pontific. nostri anno vij. P. Tarus. B. De Castro. Nos eundem Martinum specialibus fauoribus & gratis prosequi volentes, statuimus, prædictoque Martino concedimus Motu simili, & ex certa nostra scientia, litteras scē. re. Pauli III. & Pij V. prædecessorum nostrorum præinsertas, locum habere, & se extendi in his quæ de lecturis & aliis loquuntur in quibuscunq; Cōmentariis & tractatibus quæ idem Martinus ediderit super prædicti iuris Pontificij declaratione & interpretatione, & præsertim super **MANUALI COMPENDIARIO** ab eo prius lingua Hispana edito, nunc recognito, aucto, Latinitateque donato. Non obstantibus omnibus, quæ prædicti prædecessores voluerunt non obstare: præsentisque nostri Motus proprii solam signaturam sufficere, & vbique fidem facere, in iudicio, & extra, regula contraria non obstan. volumus & mandamus. Et in super quia difficile foret præsentem nostrum Motum proprium ad quæcunque loca deferri, volumus, & Apostolica auctoritate decernimus, ipsius transumptis, vel exemplis, etiam, in eisdem libris, lecturis, Commentariis, Manuali & aliis operibus huiusmodi impressis, plenam & eandem prorsus fidem vbique in iudicio & extra adhiberi, quæ præfati originali adhiberetur.

PLACET V.

Datum Romæ, apud S. Petrum Non. Nouemb.
Anno. I.

*Cum priuilegiis amplissimis Regum Christianiss.
Et Catholici Neapoleos, Senatūs Veneti. Et omnium pene Potentiarum Italiae.*



S. D. N. GREGORIO XIII.

PONT. OPT. MAX.

MARTINVS AB AZPILCVETA,

Doct̃or Nauarrus, in ista mira guber-
nandi vigilantia perpetuam
perseuerantiam.



VI octogenarius Santissime Maiestati
tue Santissime Pater, ausus fui dicere
unum Enchiridion siue Manuale Con-
fessariorum, & pœnitentium, sermone
Hispano in Hispaniis ante Viginti an-
nos compositum, & tunc latinitate in
Vrbe donatum, dolatum & auctum: Ita
nunc audeo eidem offerre alterum de bene orando, & horis
Canonicis, in eisdem Hispaniis eodem sermone ante triginta
annos compositum, & nunc multorum rogatu in eadem Vr-
be ope diuina maiore cura, & studio quam putaram, etiam
latinum factum, dolatum & auctum. Non quidem quod ne-
sciam, ita hoc ut illud erat, esse munus tantæ Maiestate indi-
gnum: Sed primum ut iam recessurus ab Vrbe & Orbe, uel
hoc signo protestor memorem me dum uita manebit, gratia
Dei fore, charitatis, benignitatis, & beneuolentiæ, quibus
erga me immerentem Beatitudo tua & sc̃e. recor. Pius V.
cum Illustriss. Patribus Purpuratis, & tota (quæ religiosissi-
ma est) Roma, esse dignata est, & dignatur. Deinde ob ea
multa quibus ad illud, eidem tue S. dedicandum me unctum
fuisse.

fuisse, in Epistola illius nuncupatoria insinuauit. In quibus est
illud uehemens desiderium etiam atque etiam testandi meam
illam minime uulgarem in te obseruantiam; deuotionem, &
pietatem; (iam inde ab eo tempore quo legatum prudentissi-
mum, iustissimum, ac constantissimum in Hispaniis egisti)
conceptum. Simul & significandi immortalẽ gratitudinem,
quam & animo, & uerbis agnosco, nunquam non agniturus
innumeros specialis gratiæ, & charitatis fauores, quibus me
pro ista tua ingenita benignitate in Vrbe prosequutus es, &
prosequeris. Ob quod Deum Opt. Max. supplex oro & fla-
gito, ut quas ego nequeo pro mea impotentia referre gra-
tias etiam tenuissimas, ipse pro sua omnipotentia retribuat
copiosissimas. Accedit quod etiam hoc; ut illud fuit opus in
Hispania, Hispano sermone, ab homine Hispano compositum,
& ut illud, ita hoc est in Latio ab homine affectu saltem lati-
no, in Latio latinum factum: & quod ut illud sermone Hispa-
no uestitum fuit oblatum Altissimi Principi Lusitanie ei-
demque Proreginæ Castellæ amplissimæ Donnæ Ioannæ Au-
striacæ, quæ (ut par est credere) diuina cum Diuis fruitur
gloria, ita hoc, eodem sermone compositum, dedicatum fuit
socrui eius Reginæ incomparabili etiam Lusitanie (quæ
magna pars est Hispaniæ, quæque magnis aliis Regnis im-
perat) Donnæ Catherinæ huius nominis primæ, quæ ut lon-
gæua ætate, ita fama, & gloria religionis, pietatis, prudentiæ,
iustitiæ, innocentie, atque integritatis uitæ (quæ iam inde ab
Infantia eam comitata sunt, & cum ea creuerunt & matu-
ruerunt) omnes Christiani Orbis Augustas, & Reginas,
(absit uerbo iniuria) ita gratia Dei superat, ut illæ sine ulla
inuidia primæ ei deferant. Quare sicut non deceat, ut illud
sermone Hispano compositum, & tantæ Principi & Pro-
reginæ oblatum, postea factum latinum, dolatum, & auctum,
offerretur alij quam alicui Summo Principi: Ita n. quæ deceat
ut hoc quod eodem sermone uulgari compositum, tantæ Re-

gine dicatum fuerat, postea factum latinum, dolatum & auctum, dicitur alij, quam Summo Principi. Proinde (quia tu solus es Beatiss. Pater maximus latinorum Princeps & R. x, tu summus totius orbis Christiani apex, summusque summus Dei Prodeus, & unicus in terris Vicarius, tu es aut fuisse utriusque Heroine Pater in Christo diligentissimus (ut utraque tui diligentissima, sufficientissima, & deuotissima filia) summissimè supplicissimus, tuam sublimissimam Maestatem, eandemque Sanctissimam Sanctitatem etiam atque etiam oro, ut serena fronte de more illud suscipere digneris, non tam ut meum opusculum, quam ut munusculum illius altissime eiusdemque Christianissime Regine domne Catharine (cuius Regni Christianissimi stipendii uictito) ut sicut ipsius patrocinio, cum esset Hispanum (licet minus emunctum) Hispanie toti non parum placuit: ita latinum factum, & magis dolatum, & auctum tua summa protectione plus placeat non solum Hispanie, sed etiam reliqui orbis Christiani clero, cuius & omnium Christianularum oratione assidua, tua ipsius paterna adiuta, & aucta te Deus Opt. Max. post Nestoreos annos, quibus gregem tuum Sanctissimè, ut pascis, paucis in terris, locet in cælis propinquum ei, quam hodie cum tua tota (cui præsidet) Eccl. sia conciuis assumptam ad æthereum thalamum, in quo Rex Regum stellato sedet folio Amen. Romæ, die Assumptionis gloriosissime Virginis Matris Mariæ sacro, anno 1577.

GEOR



GEORGIVS CALANDRVS

LVSITANVS. I. C.

Candido Lectori, S.



Expectabā, Lector beneuole, aliam maiorem occasionem, qua possem Domino, ac præceptor meo officij mei debitum ex integro persolvere; Sed recens editio aurei Enchiridij, siue manualis Confessoriorum, & operū aliorum eiusdem frequentia non patiuntur longiores moras, & me quasi nolentē cogunt utcumque prodire foras, ac illum veluti magnæ summæ creditorem, leui quodam animi indice, munusculo præuenire, donec pleno aliquando opere satisfaciam. Sic frondibus coronantur Diuorum Altaria, & mola litant, qui thura non habent. Quod autem præcipuè me ad hoc adegit, est, quod arbitrer è Republica Christiana esse, vt vel leuis noticia habeatur de magna æstimatione eruditionis eius, quam cum vitæ integritate coniunctam semper habuit, deque qualitate operum eius, quo libentius ea legantur. Ob oculos ergo propono tibi candido lector, vnum nostri seculi doctrinæ, ac sanctitatis exemplar. D. Martinum ab Azpilcueta Doctorem Nauarum, qui tã præfato Manuali, quam omnibus aliis, vtrumque tibi factum tectum ostendit, Alterum quidem, dum primum in se, deinde in aliis vitia omnia atque peccata remediis opportunis extirpat, & actus hominum ad bene beatæque viuendum sedulo instruit: Alterum dum in iis ritè peragendis omnia iuris diuini & humani, & vtriusque philosophiæ penetralia referat, & abstrusa quæque recludit, & in medium profert, ea copia, vt nihil addi possit, ea breuitate, vt nihil diminui. Tanto in hac vltima manu suis prioribus superior, tãto suæ priores aliena superarunt. Sic sunt omnia eiusdem autoris opera nouissima, vel quæ addendo prioribus olim, editis locupletat, vel quæ de nouo nunc edit plurima. Vergente quippe deorsum conditione corporea, vigor spiritus in sublimiora conscendit, & quasi alter naturæ cignus, quò morti proximior, eò suauius modulatur. In

eo sub tenui carne tenuissimus spiritus enitescit. Imò quasi sine carne totus spiritus, Nil turbidum manat, nil inspidum: sed omnia pura, ac defæcata, vtroque sale, tam conscientiæ quàm scientiæ benè condita. Fluunt ex ore doctrinæ, ac sanctitatis flores, Amalthææ cornu copiam dixeris, sic gratiæ, ac lepores, doctæ ac beatæ animæ circumstant vndique, siue antiquis operibus addit, siue de nouo cudit. Vtriusque temporis ego testis oculus sum, qui, à quadraginta annis Salmanticæ & Conimbricæ (Castellæ ac Lusitanæ litterarum Emporiis) cæpi sua eius disciplina operam iuri nauare, & vsque ad præfens quo Romæ in almo gymnasio S. D. N. Gregor. PP. XIII. iam septennium iuris Pontificij ordinarius interpret, quantumuis minimus existo, eiusdem D. mei præceptoris eximiis scriptis addisco, & quotidie proficio, sicut omnibus multum, sic magis nouissimè: Quantò igitur maiori laude putas, Candide Lector, quod celebrare potuissent hodierna eius opera, insignes illi duo viri (quorum epigrammata subiiciuntur edita Conymbricæ) ab hinc annis triginta quinque, quo tempore ille primos suos edebat factus quorum alter heroico, alter elegiaco carmine cecinerunt, toto orbe iam tunc celeberrimum Nauarrum, tum prælegèdo, tum de iure respondendo, in inclytis Hispaniarum Academicis, ea quæ didicerat, simul & docuerat, aurea Iunior in Gallicanis, si vidissent eundem nunc longè seniore & maiori otio, Romæ vetera sua augentem, & noua indies proferentem, & vtraque ingenio acutissimo exornantem, industria solertissima elaborantem, doctrina, absolutissima perficientem, gratisque ad quæsitam tanquam alterum iuris Apollinem ex tripode respondentem, Deduxi, Candide Lector, Magni mei præceptoris ac domini primas hinc tantum lineas, depingent alij suos colores, hoc artem oratoriam, in qua non adeò versor, desiderat, illi simplex veritas in qua soleo versari, sufficit. Benè vale, & fruiere.

Romæ xx. Martij. M. D. LXXIX.



DVO EPIGRAMMATA
ILLORVM DVORVM INSIGNIVM
virorum, Quos regia Maiestas ex Gal-
lia Conymbricam magnis honorariis
duxit, primis Authoris operibus ante
triginta annos Conymbricæ adiecta.

*Alterum illius eruditissimi qui tunc insignis collegij
bonarum artium Conymbricensis pro-
fessor erat Primarius.*

AD AVTHOREM.



*Asse animi ueneræde senex, qui pectore sancto
Abdita secreti referas penetrabilia iuris:
Et ueras recludis opes, uitique rebellis
Sæpe renascentem refecas rationibus herbam,
Non tu Dictæo mendacia callidus antro*

*Authoremq. Iouem fingis lucouæ Capeno
Auiæ nocturnæ simulæ commercia nymphæ:
Nec tripodas Phœbi mentita oracula fundis:
Sed liquida ueri puris de fontibus unda
Pectora nostra rigas: moresque in praua fluentes
Corrigit: et iustis legum compefcis habenis,
Spes nimias, animosque feros moderamine flectis.
Pontifices tu per sacros dominoque potentis
Ausoniæ, regesque doces discrimine certo
Nosse modum iuris, flexuque obliqua dolofo
Exigis ad Canones interpret commodus æquos.
Ergo uelut dubiis Phœbæa oracula rebus,
Aut libycas fortes, aut Dodonæa petebant*

Templa

Templa inopes ueri, trepidoque instante tumultus
 Sic cum perplexis mentes ambagibus error
 Implicat, & iuris sinuoso tramite fallit
 Semita, tu dubios regis, errantesque reducis,
 Confirmas trepidos, reuocasque in cæca ruentes,
 Et mala ne serpent rabiose semina litis,
 Ante caues: & iustitiæ præceptor inermis
 Aurea compositis instauras secula bellis.

ALTERVM IACOBI TEVII
 I. C. Eloquentissimi ad eundem.

Mens, lingua, ingenium, Nature dona parentis
 Sint licet, artificis munere cuncta nitent,
 Pura quidem, & minimis mens candida sordibus ut sit
 Natura, arte eadem prior esse potest.
 Linguae itidem sonitum præbet natura suauem,
 Suauior ut fiat, postulat artis opem.
 Quis neget ingenium nostra magis arte iuari,
 Ut solet assiduo uomere cultus ager?
 Hæc data diuino tria sunt tibi munere dona,
 Mens pia, & ingenij lumen, & oris opes.
 Purius illa tamen studiis exculta nitescunt,
 Et rude si quid erat, sedulus arte dolas.
 Sydera ceu claro debent sua lumina Phœbo,
 Sic sua uirtutum lumina terra tibi,
 Sermo fuit facilis sapienti è pectore manans,
 In senè doctiloquo Nestore qualis erat.
 Testis erit lingua, & mentis latissimus orbis:
 At quale ingenium sit tibi scripta docent.

COM



COMMENTARIVS DE
 ORATIONE, HORIS CANONICIS,
 atque aliis diuinis officiis, Ante
 annos triginta sermone Hi-
 spano Conimbricæ
 compositus, &
 editus.

Auctore Martino ab Azpilcueta Doctore Nauarro.

Nunc autem Romæ, anno 1577. recognitus, auctus, &
 latinitate donatus ab eodem, sacre Pœnitentiariæ
 Decretorum Doctore deputato.

Cap. I. De Præludiis attingens,
 33. Conclusiones.

Orationis, & Virtutum in materia quantum quæ scit	nu. 1
Oratio actus emittens, & omnium uirtutum colophon.	nu. 2
Oratio actus latria, siue religionis.	nu. 3
Oratio res necessaria, impigerque nuncius.	nu. 4
Orationis formam, & non uictus Christus ipse dedit.	nu. 5
Oratio magnarum uirium ad impetrandum.	nu. 6
Oratio quadantenus vincit, & cogit Deum.	nu. 7
Oratio propter qua diffinita difficilis.	nu. 8
Oratio uerbum generalissimè generaliter, & specialiter sumi.	nu. 9
Oratio semper, qui semper bene agit.	nu. 10
Oratio ubi hi: sumitur.	nu. 11
Petitio duplex, aperta, & oportea	nu. 12
Oratio est petitio, & actus intellectus.	nu. 13
Oratio cur dicta desiderium.	nu. 14
& cur aff. elus purus.	nu. 15
& cur non ascensus in Deum, & deuotio.	nu. 16
nec erectio mentis in Deum.	nu. 17
Sed sic petitio mala.	nu. 18
& cur actus latria.	nu. 19
Deus a & u, cum pulchro disticho Boetij.	nu. 20
Lusuria siue religio quid	nu. 20

Oratio

<i>Oratur solus Deus uno respectu, & sanctitate.</i>	nu.	21
<i>Orare & orari sanctos Tridenti diffinitur.</i>	nu.	21
<i>Inuocationem circa Sanctorum quinque definita Tridenti.</i>	nu.	21
<i>Orari cur non debet uiuus, nec existens in purgatorio.</i>	nu.	22
<i>Orare proprium Angelorum & hominum.</i>	nu. 23. &	26
<i>Orat Christus quatenus homo, non quatenus Deus.</i>	nu. 24. &	27
<i>Orare potest male demon, & eum non orant, qui sunt in purgatorio.</i>	nu.	25
<i>Paschastus ex purgatorio ut fecit miracula.</i>	nu.	26
<i>Orandum quo fine non est pro existente in purgatorio.</i>	nu.	27
<i>Oratio triplex mentalis, verbalis, & mixta.</i>	nu.	28
<i>Orationum alia bona, alia mala.</i>	nu.	29
<i>Orationum alia publica, alia privata.</i>	nu.	30
<i>Oratio ut ex quatuor partibus integralibus constet.</i>	nu.	31
<i>Oratio S Trinitatis egregie contexta.</i>	nu.	32
<i>Orationis Christiane componenda ratio.</i>	nu.	33
<i>Ludonicus a Granata ordinis Predicatorum Laudatus.</i>	nu.	33
<i>Conciliatio dictorum auctoris cum his, quæ aliq post eum de oratione scripserunt, remissive.</i>	nu.	33



QUO maiore cum luce, maioreque cum cautela intremus, & transeamus hanc syluam obscuram, & lubricam, accipiamus in falces, & fulcra hæc præludia, & præsupposita. * Quæ alia innumera in hoc libello contenta, olim, quamuis senex, fidentius scripsi, quam nunc, & si longissime senior, audeo confirmare, veritus ne quis dicat esse me de numero contentorum in quodam monito ² alibi à me ipso scripto, nempe in orationis, & alia quauis Deo inferuendi materia, omnes sibi ipsi videri scire, & velle alios docere, & paucos quod sciunt operari, cum ea quæ scripto docui, opere non præstauerim, Ideoque oporteat me dicere, quòd licet quadatenus verum sit illud cuiusdam pii ibidem à me ipso citatum, scilicet in materia virtutum tantum quisque nouit, quantum facit, & non plus, non tamen omnino, & iuxta rigorem verborum esse accipiendum: & ideo posse me aliqua, quæ non feci, in hac & alia virtutum materia scire, & ea alios, qui plura fecerunt, humili, & pia mente docere, quod Deo annuente facere cōabor.*

P R I M V M ergo præludium sit, orationem de qua S. Cyprianus hic agit, esse actum cum primis omnium, qui

Deo

Deo grati sunt, eminentem, & sublimem, iuxta illud abbatibus isaac ^b, Sicut ad orationis perfectionem omnium tendit structura virtutum, ita, nisi huius culmine omnia fuerint colligata, atque compacta, nullo modo firma poterunt, vel stabilia perdurare. hæc ille. Nam & cum primis omnium, quæ offerimus Deo est id, quod Oseas appellat, ^c vitulos labiorum, idest vocalem orationem, quodque Paulus vocat ^d hostiam labiorum, vt significat concilium Viennense, ^e & vt quidam pius aiebat, ^f omnis Dei cultus oratione constat, aut perficitur, & ideo tantoperè nobis à tota ecclesia Christiana commendatur, & vt ei noctes, & dies insistamus, adhortatur, admonens illud ipsiusmet Saluatoris, ^g Oportet semper orare, & nunquam deficere: & illud Pauli, ^h sine intermissione orate, cui alludit illud Hieronymi ⁱ Nunquam de manu tua psalterium cadat, & illud eiusdem ^k Oretin ecclesia sacerdos indefinenter, Quæ infra ^l temperabuntur, & declarabuntur, ea vero potissimum ratione hoc primum præludium confirmatur quòd iuxta Thom. in hoc ab omnibus receptum, ^m Oratio est actus virtutis illius, quæ ⁿ maxima est omnium moralium, ⁿ quam latini Religionem, & Græci latrariam appellant, quæque nos impellit & iuuat, ad Deum debitè honorandum, etiam secundum Ciceronem ^o.

Secundum præludium, Orationem esse rem admodum nobis necessariam: Ei enim, qui vincus est, aut adeo grauis, vt nequeat ire quo sibi est necesse, necessarius est nuncius, vel procurator, vt docet Vlpian. ^p At nos, qui sumus graues, & corpore vinciti, nequimus adire Deū, & postulare ab eo quod nobis necessarium est, nisi per orationem: per eam autem sic. Quia est tanti animi, & virtutis, vt ascendens colles, transiliens valles, flumina, vados, & omnia impedimenta findens, in conspectum Dei intrare audeat, iuxta illud sapientis ^q, Oratio humilientis se nubes penetrabit, & donec propinquet, non consolabitur, & non discedet, donec altissimus aspiciat, & iuxta illud Dauidis ^r assuetissimi hunc nunciū ad eum mittere, Intret in conspectu tuo oratio mea, super quo dixit magnus ille Patriarcha noster Augustinus ^s Mira virtus orationis, quæ illuc intrat ad Deum, quo caro peruenire nequit. Cui alludit Aquinas ^t, asserens orationem esse quandam interpretem, proxenetam, & veredarium orātis ad oratū. Quibus accessit noster ille magnus

^b In col-
lat. patr.
coll. 9. c. 2.
^c Osee. 14
^d Heb. 13.
^e in Cle.
1. de Cele-
brat. Miss.
adiūta gl.
in ver. fru-
dum labi-
orum.
^f Guliel.
in princ.
Rhetor. di-
ning. & Ga-
briel. in
Can. missæ
lec. 61. col
lat. 2.
^g Luc. c. 18
^h Ad The-
sa. 5.
ⁱ In c. nū-
quæ de cō-
secr. dist. 5.
^k In ca. si
quis vult.
36. distin.
^l In cap. 1.
nu. 6.
^m 2. sec. q.
85. ar. 3.
ⁿ Tho. 2.
sec. qu. 81.
ar. 6.
^o 2. Rhe-
tor.
^p In 1. ff.
de procur-
rat. facit
c. Cum di-
lecti. de
dolo & cō-
tu. c. Cum
part. de
appellar.
q. c. 33
^r Psal. 87.
^s sup eod.
Psal. 87.
^t 2. sec. q.
83. ad 14.

^a Monit.
libelli ad-
dit huius re-
petition.

In cap. Tres sunt. de Penit. dist. 1. In 2. pa. alphab. 47 In fin. ser. monis habiti in cō. cil.

Archidiaconus, ^v qui per pulchras auctororum sententias probat, quod oratio per varias eius vires ad Dominum appropinquat, penetrat. Flagitat & impetrat. Accessit item doctissimus ille Gerson, dicens orationem esse quandam nuncium nobis à Deo datum, vt nos in hac peregrinatione comiterer, & nostras miserias renunciet, opemque petat. Nuncium, inquam, duabus alis, spei, & fidei alatum, & animo charitatis armatum, paratumque ad suo quam citissime officio fungendum. Quo factum est, vt licet Dominus Noster nullam formam edendi, bibendi, vestiendi, & calcandi præstituerit, formam, tamen orandi egregiam & omnibus numeris perfectam instituit. Quippe qui nouerat quanto interuallo orationis necessitas, & utilitas, illorum necessitatem, & utilitatem (etiam si & illa magna sit) excellat, Idem quoque Dominus licet prohibeat nos sollicitos esse, quid comedamus, bibamus, & vestiamus, non tamē vetuit, imò grauiter adhortatus fuit, vt ad orandum simus solliciti, tamen si plerique nostrum (que humana fragilitas est) minus de hoc, quam de illis solliciti sumus.

Tertium præludium, orationem, vt prædictum est, esse magnæ virtutis, magnarumque virium, quod significauit ipsemet Christus, per illam Euangelij Lucae parabolam cuiusdam, qui media nocte postquam cubiuit, importuno amici rogatu volens, nolens surrexit è lecto, & tradidit tres panes, quo alium amicum de via venientem commodo exciperet hospitio. Per illam item parabolam b de Iudice, qui licet nec Deum, nec homines reueretur, prece tamen cuiusdam viduæ obnixæ, ius ei reddere coactus fuit; & quia oratio fiduciam præstat consequendi, quicquid petierimus à Deo, iuxta multa Euangelij promissa, præfertim illud: ^c Quodcumque petieritis patrem in nomine meo, dabo vobis, & si quid petieritis in nomine meo, dabo vobis. Hæc Deum quadantenus cogit, vt illa Chananeæ d eundem nullius intra se superari viribus potest, publicani precibus vincitur. Per hanc populus Israeliticus ante Moyse vicit, sicut & eo orationem remittente vincebatur. ^f Theodosij oratio fuit in causa, vt telam eum iacta in iacentes retorquerentur. ^g Hæc præstat sterilibus liberos, salutem ægrotis, mortuis vitam, & iamiam damnandis paradisum. Huic fidendum potius, quam alij cuius humano inuento, iuxta illud concilij Lugdunæ. ^h memorabile fidelibus, Non est

a ca. 17. b Math. 6. c Ios. 24. dicit ei. de 15. & 16. Math. 7. & 18. Marc. 11. Luc. 11. & 18. 1. Io. 3. & c. 11. 20. dist. e Mat. 15. f In c. im. portuna. de Penit. dist. 1. g exod. 17. & c. 11. 36. dist. h GL. sing. in Clem. 1. de reliq. & vener. san. do. sub fi. h in c. vbi periculū b. Quia vt 10. de elec. 15. 6.

eam de sollicita quantumcunque inuentione fidendum, quã de instantia orationis humilis, & deuote, sperandum; Quod tamen multi (proh dolor) parum curamus. De hoc est illud S. Bernardi ⁱ elogium, ex duobus vnum indubitanter sperare debemus: Aut dabit nobis quod petimus, aut quod nonuit esse vitius.

7 Quartum, Conuenire quidem, vt sciamus, quid sit oratio, ne carpamur, vt in simili carpit glo. illa celebris. ^k De notorio loquimur, & quid sit notorium ignoramus, non esse tamen eam diffinitu facilem. Tum quia diffinitum varietate res adeo confusa est, & obscurata, vt oporteat oculos diligenter aperire, quò inueniatur veritas; quoque illa omnes concilienter; Tum quia quidam lingua latinæ callentissimus, ait, orare quidem omnibus latinis esse pro rogare, orationem autem pro rogatu minime, nisi Christianis, quamuis stylus curiæ Romanæ, (cui satis consonat vulgaris sermo Italus, Hispanus, & Gallus) oratorem pro rogatore passim accipiat: Tum quia sunt, quibus oratio videatur esse actus intellectus, & quibus videatur esse actus voluntatis, & quibus videatur esse vtriusque, vt facile colligas ex variis eius descriptionibus, quas refert Alexander ille Halen. doctor irrefragabilis ^l & post eum Doctor Angelicus ^m Guilielmus, ⁿ Gabriel ^o & alij Theologi alibi, & Glos. ^p Hostien. ^q & alij canonum periti alibi. Tum quia verbum (oratio) aliter à Grammatico, aliter à logico, aliter à Rhetore, aliter à Theologo, iuris que peritis accipitur, vt de se patet, & pulchrè declaratur à magno Abulense episcopo ^r.

8 Quintum præludium, quòd mea sententia dicere oportet ad conciliandum omnes diuersa docentes, verba illa (orare, & oratio) tripliciter accipi, in sacris litteris sacris que canonibus, & legibus, nempe generalissime, generaliter, & specialiter, Oratio enim generalissime sumpta comprehendit omnem bonam actionem, vt singulariter docuit Richar. ^s qua in significatione videtur assumi in illo Lucae, ^t Oportet semper orare, & nunquam deficere; ita vt significet, oportet semper bene agere, & nunquam malè. Glosa enim eius ordinaria sic habet. Homo nunquam desinit orare, nisi quando desinit esse iustus, & addit; Semper orat, qui semper agit bona. Oratio verò generaliter tantum sumpta significat omnem actum contemplandi, meditandi, & laudandi Deum, aut suos sanctos, aut alia sua, quatenus sua sunt: gratiarum item actiones & petitiones, quæ ipsi

i In libro Meditatio num.

k In cap. manifesta, 2. q. 1.

l Inq. par. quest. 88. m 2. sec. 9. 83. art. 1. & latius in 4. dist. 15. q. 6. 4. art. 1. n In prin. Rhet. diuis. o In cano. ne Missæ, 1. c. 61. p Gl. mag. Clem. 1. de reliq. & vener. 5. q In summa de penit. & remission. 9. Quis vt est bonus, ver. est autem. r Matth. 6. q. 24. s In 4. dist. 15. art. 4. q. 1. in verb. finalibus. t Cap. 18.

fiunt, iuxta illud Mathei V: Vigilate, & orate, ne intretis in tentationem, In quo illud verbum (orate) non solum significat petere, vel rogare, sed etiam meditari, contemplari Deum, & ad eum pertinentia. Iuxta item illud, * Ascendit in montem solus orare; In quo illud verbum (orate) significat, in Deo, & eius gloria maiori cum libertate meditari, & contemplari, vt singulariter exponit Innoc. III. ¶ Palam est enim Dominum non ascendisse in montem, & fecisse à turbis, ad petendum tantum aliquid, sed etiam ad ea, quæ prædicta sunt, facienda. Probat idem, & fortius per illud^z, Pharisæus hæc orabat: qui tamen nil in eis petebat, solum enim gratias agebat ob quædam sibi collata beneficia, quæ narrabat; Hoc modo etiam accipitur, cum dicitur, Ille, aut ille tanto tempore mansit orando. Hoc etiam modo videtur sumi in illo Pauli^a Obsecro primum fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones: secundum enim sententiam Tho. super eo^b & richar. verbum illud (orationes) significat accessionem ad Deum, per cogitatum & affectum, sic etiam sumpsit Damascenus, cum dixit^c orationem esse ascensum mentis in Deum. Oratio autem specialiter sumpta, est petitio Deo facta, secundum plerisque omnes.^d Posteaquam hæc scripsimus, inueni, San. Bonauenturam, ^e & S. Anton. ^f qui cum non citat, hos tres significatus notasse; quamvis non probent eos, vt supra sunt probati. Secundum quorum nullum visum fuit aliquando mihi hanc dictionem in hoc capitulo sumi. Non quidem iuxta primum, quia non est ei locus in omni actione bona: Non iuxta secundum, quia non est etiam ei locus in omni actu contemplandi, & meditandi de Deo, vt infra tangetur, Non iuxta tertium, quia locus est ei in pronuntiatione omnium psalmodiarum, & Canticorum, in quorum aliquot nihil petitur, sed tantum laudatur Deus, & gratiæ ipsi aguntur; Laudem autem aliam esse ab oratione, non solum aperte patet, sed etiam efficaciter probatur per diffinitionem laudis, quam infra tangemus. ^g & late alibi^h probamus. Nunc autem rem altius perpendenti videtur prædictum verbum (Oratio) tertio præfato modo in hoc capitulo sumi. Tum quia principaliter agit de orationibus ab ecclesia ordinatis, in quarum aliquibus, & si solæ laudes, vel solæ gratiarum actiones Deo fiant, in principio tamen, medio, vel fine, semper aliquid ab eo petitur, vt palam ex eis constat, & rectè annotauit Card. Caiet.ⁱ

Tum

Tum quia laudes & gratiarum actiones sunt præambula quædam mediæ, & præparamenta, quod petitiones nostras attentiores, feruentiores, & efficaciores reddamus, & consequenter sunt partes earum præmiales confirmatoriæ, aut confutatoriæ.

II Sextum, quod oratio præfata tertio modo sumpta (vt communiter in sacris litteris, sacrisque canonibus, & legibus sumitur, & vt eam sumpsit gloriosus ille Cyprianus Martyr, & doctor egregius in hoc capitulo) diffiniri potest esse petitio Deo aperte, vel aperte facta, Dixi (petitio) pro genere, quod omnis bona diffinitio requirit, vt post Aristot.^k Vlpiam.^l Bart.^m & alios diximus alibiⁿ. Nam verbum, (petitio) genus, siue generalior est, quam verbum (oratio) præfata tertio modo accepta: cum omnis oratio sit petitio, & non contrà omnis petitio sit oratio specialiter sumpta. Petitio enim, quæ Regi, vel alij homini viuo sit de re præsertim, quam ipse naturali vi præstare potest, nullatenus est oratio; est tamen petitio. Dixi (Deo) pro differentia, qua differt ab aliis petitionibus, quæ aliis fiunt, quarum nulla, etiam si fiat Papæ, dicitur oratio, vt speciatim præfatus Guilielmus^o annotauit. Dixi (aperte vel aperte facta) Tū quia non nunquam sit expresse, & non nunquam tacite, vt à fororibus Lazari petita fuit sanitas eius, per illa verba, Domine, Ecce quem amas, infirmatur, ¶ Vt enim August. ibi sentit, & alibi declarat Thom.^q tacite petierunt eius sanitatem, licet nil de ea expressissent, Tum quia licet petitio, quam Angelis, & Sanctis Dei porrigimus, aperte tantum fiat illis, aperte tamen fit Deo, quatenus porrigitur eis tanquam intercessoribus id quod petitur, ab eo impetraturis, & ita cum effectus eiusmodi petitionis speretur ab eo, potius sit ei quàm ipsis, vt potior est medio finis.^r

III Ex quibus infero aliqua corollaria, quibus ea fiant luculentiora, & authorum circa illa elogia concilientur. Primum, verum esse illud August.^s Oratio quædam petitio est; & quod S. Tho. de hoc perspicacius alius in 4. lib. Sentent. loquitur est. ¶ II. Orationem esse actum intellectus, non voluntatis, vt profundè probat Tho. ¶ eo neruoso argumento, quod ratio est pars intellectus. ^x & petere, rogare, & impetrare, & ordinare, & loqui pertinent ad ipsam rationem; & cõstat ex præfatis orationem esse petitionem, rogatum, & locutionem quandam mentalem, aut verbalem, vt & post Tho. declarauit Gabriel. ¶ III. Desiderium petendi, im-

k 1. Topic. ca. 7.
l In l. i. ff. de testam. ni in dicta l. i. & in l. i. ff. de acquir. poss. n In rubr. de probat. & de præben.

o In Rhe- tor. diui. col. 3.
p Ioan. rr. q. 2 fec. 9. 83. art. 17.
r l. & si nõ sint. §. perueniamur. ff. de auro & arg. leg. & arg. c. p. def. 23. q. 8 s In lib. de verb. Do. t Dist. 15. q. 4.
v 2. fec. 9. 83. art. 1.
x Tho. 1. par. q. 79. ar. 5. & di lucidè tra dimus in Manuale Confessa. p. elud. 3. n. 2.
y In canõ. Missæ lect. 61. col. 2.

petrandiue aliquid à Deo, non esse orationem; vt idem Th. 14
 vbi supra receptus ab omnibus astruxit, & palam fit ex eo,
 quòd desiderium est actus voluntatis, & oratio intellectus ²⁰,
 vt prædictum est. & ex eo, quod longè aliud est, desiderare,
 & aliud petere. Multa enim cupimus, vt faciant alij, quæ no-
 lumus, vel non audemus, vel turpe ducimus petere, vt rectè
 annotauit prædictus Episcopus Parisiensis. ²¹ III. Quod il-
 lud glossæ ordinariæ. ²² Oratio est desiderium boni, saluan-
 dum est per figuram Metonymiam, qua pro effectu ponit-
 ur causa, quia desiderium boni non est oratio, sed causa ei-
 us. Qua eadem figura dixit August. orationem esse purum
 affectum in Deum directum: Non enim vir eruditissimus ¹⁵
 voluit dicere, ipsum purum affectum esse propriè orationem,
 cum palam sit illum esse actum virtutis, spei, vel charitatis;
 orationem autem virtutis Religionis; sed voluit dicere, ac-
 tum dirigendum, & ordinandi illum purum affectum in
 Deum esse orationem accipiendò per Metonymiam, actum
 materialem directum, pro actu illum dirigente, vt Th. vbi
 supra declarat. ¹⁶ V. Illud Anselmi relatum à Thoma vbi su-
 pra (Oratio est ascensus mentis in Deum) non esse intelli-
 gendum de oratione specialiter, siue tertio modo accepta,
 sed de oratione generaliter, secundo modo sumpta. VI. Per
 eandem quoque figuram Metonymiam, saluari debere il-
 lud Hugonis de S. Victore (Oratio est deuotio quædam ex
 compunctione procedens) declarando noluisse dicere, ip-
 sam deuotionem esse orationem, sed significare, quod deu-
 otio, qua quis se deuouet Deo, sperans opem ab eo, continet
 quandam petitionem tacitam illius, quã sperat, opis,
 & adiutorij, quæ est quadam operata petitio, & consequenter
 oratio, & ita posuisse causam pro effectu, per Metony-
 miam: Licet enim deuotio & oratio, ambæ sint actus vir-
 tutis Religionis, longe tamen altera ab altera differat, quod
 facile colligas ex Tho. qui duas de illis diuersas quæstiones ¹⁷
 proponit, & multis articulis ornat. ¹⁸ VII. Quod illa diffi-
 nitiò Neotericorum, ¹⁹ nempe (oratio est erectio mentis in
 Deum, cum studio quippiam ab eo impetrandi) non est fa-
 tis perpenfa. Tum quia non conuenit orationi purè vocali,
 quod etiam ipsemet faretur, Et per contenta in presenti præ-
 ludio constat orationem vocalem esse veram orationem. Tu
 quia substantia orationis non est ipsa erectio mentis in Deum,
 sed petitio, quam mensita erecta facit per prefata. ²⁰ VIII.
 Quod non est etiam satis ampla illa diffinitio Damasceni.

Oratio

z Tho. d.
q. 83. art. 1.

a Guiliel.
vbi supra.
b i. ad
Theosal. 5.

e in d. di.
15. q. 4. ar.
3. q. 1.

d 2. 2. q. 5.
83. vbi de
oratione,
& q. 82. vbi
de deuotio-
ne cuius diffi-
nitionem &
tres casus
vnde ori-
etur ponit-
ur infra.
cap. 20. ero-
tem. 16.º.
e In lib.
de modo
orandi.

18 Oratio est petitio decentium à Domino. Non enim am-
 plectitur petitionem indecentium, & malorum Deo factã;
 quam tamen esse orationem conuincit Aquinas, ^f cuius nõ
 videtur meminisse eius Commentator alibi ^g negans ab-
 solutè vllam petitionem contrarie inordinatam esse ora-
 tionem. IX, quòd non abs re vt supra dictum est, oratio di-
 citur esse actus virtutis, quam Græci *καρπία*, Latini vocant
 Religionem, quæ inclinât & inuât ad suspiciendũ, & véné-
 randum Deũ, Opt. Max. vt principium, & fontè vltimum;
 & portum, in quem tendimus, & in quo requiem speramus,
 vt colligitur ex Tho. communiter recepto. ^h Per orationem
 enim petentes egestati nostræ opem, & suppetias, honora-
 mus eum, qua parte nos subiicimus ei, agnoscendo eum
 totius nostri boni fontem, & authorem, vt ex eodem Tho.
 20 colligitur ⁱ * & graphice insinuauit S. ille Seuerinus ^k illo
 carmine,

Tu requies æterna piis, te cernere finis,

Principium, vector, dux, semita, terminus idem.

vt qui alto corde, nouerat eum esse *α. & ω.* principium & fi-
 nem. ¹ * X Quòd Deus solus sit orandus, ad effectum vt
 det, aut efficiat id quod oratur. Tum quia oratio, vt prædi-
 citur, & probat Tho. recept. ^m est actus latius, & religio-
 nis, quæ soli Deo debetur, iuxta illud; Deum tuum adora-
 bis, & soli Deo seruias. Tum quia principaliter, sola gra-
 tia gratum faciens, & beatitudo sunt perendæ, quas solus
 Deus præstat iuxta illud ⁿ Gratiam, & gloriam dabit Do-
 minus. Quamuis ad effectum, vt oratus intercedat ad Deũ,
 & impetret ab eo quod oratur, etiam Angeli, & sancti vti-
 liter orantur, iuxta illud ^o Voca si est, qui tibi respondeat,
 & ad aliquem sanctorum conuerrere. Quæ omnia confir-
 mat vsus ille iam inde ab Apostolis receptissimus ecclesiæ
 orantis ad Deum, per (Miserere nobis) ad Angelos autem
 & sanctos per (ora) vel (intercede pro nobis) * & grauissime
 definiuit sacrosanctum concilium Tridentinum ^p in hæc
 verba. Episcopi, & quibus est munus docendi, fideles dili-
 genter instruant, docentes eos, sanctos vna cum Christo
 regnantes, orationes suas pro hominibus Deo offerre, bon-
 um atque vtile esse suppliciter eos inuocare, & ob benefi-
 cia impetranda à Deo per filium eius Iesum Christum D.
 N. qui solus noster Redemptor, & Saluator est, ad eorum
 orationes, opem, auxiliumque confugere. Illos verò, qui
 negant sanctos æterna felicitate in cælo fruente inuocã-

f In 4. di.
15. q. 4. ar.
1. quæst. 1.
g 2. 2. q. 83.
ar. 4º.

h In dictæ.
q. 83. ar. 4º.

i vbi su-
pra.
k Metro. 9
lib. 3. de cõ
solatione
Philosop.
l Apoca-
lyp. c. 1.

m 2. 2. q.
83. art. 3º.

n Psal. 83.

o Iob. 35

p Sess. 25.
in decret.
de inuoca.
sancto.

dos esse, aut qui asserunt vel illos pro hominibus nō orare, vel eorum, vt pro nobis etiam singulis orent inuocationem esse idololatriam, vel pugnare cum verbo Dei, aduersarique honori vnus mediatoris Dei & hominum Iesu Christi, vel stultum esse in cælo regnantibus, voce vel mente supplicare, impie sentire. hæc ibi. Ex quibus colligas primum sanctos pro nobis orare. 2. Nos vtiliter eos inuocare in nostros ad Deum intercessores. 3. Sanctè nos ad eorum opem confugere. 4. nil per hoc dignitati Christi detrahi. 5. Hæreticū esse contrarium asserere. * XI. Quod nec existens in purgatorio, neq. viui quamlibet sancti sunt orandi secundum Thom. 9 & Richar. quia vt ille ait, per orationem principaliter petitur beatitudo, quam illi nondum habent, & non debet peti ab aliquo id, quo ipse caret, *Quæ ratio licet non omnino concludat, quia multa perimus à multis, quæ ipsi non habent, non quidem vt ea ipsi præstent, sed vt ab aliis impetrent; conclusio tamen tenenda est, Quia licet existētes in purgatorio sint maiores nobis, qua parte de sua beatitudine sunt certi, sunt tamen minores, qua parte sunt in statu pœnali, & non in statu orandi pro aliis, sed vt oretur pro illis, & quia nostras orationes minimè cognoscunt. A viuis autem perimus non orando, sed verbo, vel scripto, & rogando, vt pro nobis orent, iuxta Tho. 1 & Abulensem 5, communiter receptos. * Ratio autem, cur rogatio ad sanctos mortuos dicatur oratio, non autem facta ad sanctos viuos, non est redditu facilis, Tum quia illa Thomæ, quod illi sunt beati, hi autem minimè, non videtur efficax, eo quod ante Christum passum poterant orari existentes in limbo patrum, qui nondum erant beati per prædictum illud Iob. 1 Tum quia nec illa, quod illi sint in patria, hi verò in via, satisfacit, quia patres qui erant in limbo, non erant in patria: Tum quia qua ratione rogatio ad sanctum vt oret Deum pro beatitudine rogantis, videtur esse facta Deo, saltem tacitè & operitè: eadem rogatio facta viuo iusto pro beatitudine, videtur tacitè facta Deo, nisi hoc ideò negemus, quod viuus non est certus de sua beatitudine, mortuus autem sic, etiam si esset in partu Limbo, qui per reuelationem specialem propter eorum magnam sanctitatem sibi factam poterant orationes viuientium ad se actas nosse. Nec obstat, quod etiam, qui purgantur, sunt certi de sua beatitudine, quia sunt in statu pœnali, & extra statum merendi, & impetrandi, vt prædictum est. * XII. Quod*

q 2. sec. q.
83. artic. 4.
ad 3. & ar.
11. ad 3. &
in 4. dist.
15. q. 4. art.
5. quæst. 2.

r vbi sup.

s Matr. 6.
q. 26. & 28.

t Iob. 5.

foli

23 foli Angeli & homines possunt orare, Tum quia nec inanima, nec bruta rationis expertia, possunt agere actum rationis, qualem supra diximus esse orationem; Tum quia nulla illarum (quæ sunt immensa, & æternæ) summa Trinitatis personarum potest adire superiorem, quod oratio requirit, secundum omnes. Non obest, quod Regius psaltes per illud, 1 Pullis coruorum inuocantibus eum, significet pullos coruorum orare Deum: quia vt ait Tho. 5 non dicuntur inuocare, quia orant, sed quia naturaliter cupiūt bonitatem diuinam modo sibi apto participare, & participant, aut secundum alios 2, roris alimenta suscipiendo. Non item obstat, quod Christus verus Deus, & vera secunda persona Trinitatis orabat, & orat 7, quia ipse erat, & est verus *deus* Deus & homo, & in quantum homo orat, & orabat, non in quantum Deus, vt post alios declarat Tho. 2 qui alibi 2 ait, Ideò non dicere nos illi tanquam homini, (*ora pro nobis*) sed tanquam Deo, (*miserere nobis*) vt Nestorij, & Ariij errorem vitemus, quamuis absque vilo errore possemus eum orare; vt in quantum homo pro nobis oraret. De cacodæmone autem dicit Abulensis, b nunquam quidem illum orare, sed posse. Cuius argumenta concludūt quidem, eum nunquam bene orare, nec posse id benefacere, sed non quod non male oret, neque quod id facere nequeat: Et de existente in purgatorio, ait nunquam orare, quia eius oratio non potest esse meritoria, neque satisfactoria, quia est, vt diximus, extra statum merendi imò & satisfaciendi, nisi eo modo sibi iam determinato, & pœnam sibi decretam patiendo, & S. Tho. quem ille non refert, ait, c quod miracula quæ Deus per S. Paschasium, existentem in purgatorio fecit, vt colligitur ex D. Gregorio, d non fecit sua oratione, sed orantium fide. Pro doctrina tamen Abulensis, de existentibus in purgatorio, quod non orent, est communis opinio à Diuo Tho. e S. Antonin. f & aliis 8 communiter recepta. XIII. Nos non debere orare, neque opera bona facere pro animabus in purgatorio existentibus, eo fine, vt ipsa, quamdiu sunt in eo, orent pro nobis, sed sic eo, vt ab eo liberata, & in supremi illius cælestis solij throno locata, id faciant. Quamuis vir quidam, ac doctus Illus. & præcipue apud me obseruantia, ac non minus pius quam doctus, vt ex eius operibus & vita liquet, contrarium huic corollario sentiat in quodam opere h pastoribus vtilissimo, Hispano idiomate nuper ab eo composito, nullum in

t Pl. 146.

v In d. q.
83. ar. 10.

x Caiet. in
codē psal.
146.

y 1. Ioa. 2.

z 3. par. q.
21. art. 1.
a In 4. di.
15. q. 4. art.
6. q. 2.

b Matt. 6.

c In 4. di.
15. q. 4. art.
5. q. 2. ad 3.
d in dial.

e 2. sec. q.
83. ar. 4. ad
3. & ar. 11.
ad 3. & in

4. di. 15. q.
4. ar. 5. q. 2.
f 4. part.
tit. 1. 5. c. 8.

g 2. sub fin.
h Syluest.
ia verb. o-
ratio. q. 7.

& 3 & Cai.
in d. ar. 11.
h 10. Bern.

i Luco in
lib. Au. so
de Curas.
c. 35. pag. 5.

¶ Bonauē.
in 4. di. 45.

¶ Pla. 108.
1 In 4. di.
15. q. 4. ar.
2. q. 2. & ar.
7. & 2. sec.
q. 83. ar. 15.
m cap. 2.
n. c. male-
dicam & c.
multi sub
mē 1. q. 1.
o Matr. 6.
quest. 27.
p In c. pre
sbyteros
95. dist.
q Caiet. 2.
sec. quest.
83. ar. 4.
r Glo. ma-
gna Clem.
1. de reliq.
s In d. qd.
83. art. 2.
t 2. ad Ti-
moth. c. 1.

v In coll.
patr. coll.
9. c. 11. & 4.
seq.
x Super il-
lo. Pauli. 2.
ad Timot.
capit. 1.
y 2. Sec. q.
83. ar. 17.

id textum, rationem, vel auctorem, licet reperiatur, allegan-
do. XIII. Quod triplex est oratio, i mentalis tantum, ver-
balis & scripta tantum, & mixta: Si quidem quandoque ora-
mus sola mente, nulla exprimendo verba, aliquando solis
verbis, nil animo concipiendo, neque quid dicamus cogi-
tando, nonnunquam utroque modo exprimendo, vel scri-
bendo cogitata, & in id quod dicimus, vel scribimus, men-
tis aciem intendendo. XV. Sequitur, quod orationum alia 29
est bona, alia mala, Quædam enim oratio est peccatum,
iuxta illud Psalmographi: & oratio eius fiat in peccatum;
Quod neruosa ratione comprobatur B. Thom. 1 & facit illud
Malachia, m per S. Hieronymum & Gregorium n citatum:
Maledicam maledictionibus vestris: Vnde subinfertur, di-
ctum illud Abulensis: o Demones & si possint, nunquam o-
rant, intelligendum esse vt supra dictum fuit. XVI. Id quod
aiunt Cassiod. & Archi. Ppura petitionem eius, qui postulat
à Deo indecentia, non esse orationem; quin potius esse se-
cundum alios q execrationem, non esse verum, aut saltem
intelligi debere, sumendo verbum (Oratio) strictè pro sola
bona oratione. XVII. Orationum aliam esse publicam, aut 30
communem, aliam priuatam, vel singularem: Publica est,
quæ fit nomine ecclesiæ, per illius ministros pro populo, iux-
ta glossi. recept. † & prædictum S. Tho. s Cui suffragans ex
hoc infert Caieta. orationem publicam necessario debere
esse vocalem: Priuata, propria, & particularis est, quæ quis
nomine suo, aut alieno, non tamen vt minister Ecclesiæ,
facit. XVIII. Quod quatuor illæ partes in quas B. Paulus † 31
diuidit orationem, puta, obsecratio, oratio, postulatio, &
gratiarum actio, non sunt partes subiectiue, siue species e-
ius, tanquam generis, neque enim vnaquæque earum per
se sumpta est petitio, & per consequens, neque oratio, prout
hic sumitur; sed sunt partes integrales orationis. Hac siqui-
dem scriptura à Cassiano, v & variis præcis, & neotericis
diuersimodè declarata. * S. Paulus nos docuit, quatuor præ-
cipuas partes, ex quibus oratio constat, iuxta B. Tho. Y si fa-
tis perpendatur, dum ait, Ad orationem tria requiri: quo-
rum secundum diuidit in duas. Primum, quod homo acce-
dat ad Deum; id est defigat oculos mentis in eum, quod si-
gnificat B. Paulus verbo (orationes) II. ratio impetrandi, quæ
ex parte Dei, est eius sanctitas significata verbo (obsecratio-
nes.) & ex parte nostra, recognitio beneficiorum receptorū,
insinuata verbo (Gratiarum actiones) III. Petitio aperta, vel
operta

operta, significata verbo (postulationes) Pro quarū exemplo
proponit idem Tho. illam summæ Trinitatis, omnibus nu-
32 meris absolutam orationem, siue collectam. Omnipotens
semperne Deus, qui dedisti nobis famulis tuis, in confes-
sione veræ fidei æternæ Trinitatis gloriam agnoscere, & in
potentia Maiestatis adorare vnitatem, quæsumus, vt eiu-
dem fidei firmitate, ab omnibus semper muniamur aduer-
sis: Per D. N. Iesum Christum & c. In hac enim oratione
primum approximamus Deo, cogitationem nostram in eū
& c. II. Commemoramus causam impetrandi postulata ex
parte nostra, agendo ei gratias beneficiorum receptorum,
dicendo, Qui dedisti & c. III. Obsecramus eum dicendo;
33 quæsumus, vt eiusdè, & c. IIII. Adducimus causam obtinen-
di postulata, ex parte diuina, dicendo Per Dominum. & c.
XIX. ex proximè dictis posse quem colligere præxim in o-
rando Deum à nobis seruandam: In primis quidem, vt ocu-
los in eum coniciamus, contemplando suam potentiam,
sapientiam, bonitatem, & misericordiam infinitam, carū-
ue aliquam, quæ magis petitioni nostræ congruat. Deinde,
vt oculis in eum defixis, gratias ei agamus pro beneficiis,
quæ nobis communia cum aliis confert, puta creationis &
Redemptionis, aut propriis, puta salutis, scientiæ, honoris,
aliorumque bonorum spiritualium, corporalium, aut fortuna-
ræ, nobis specialiter præstitis. Actisque gratiis, postulemus
optata, & protinus ei dicamus, vt sui amore, aut sacratissime
Incarnationis Christi Iesu, aut benedictæ suæ matris, aut a-
liquorum Angelorum, vel sanctorum id præstet. Quod cui-
libet Christiano scitu dignum foret, & familiare esse perde-
ceret. * Qua vero ratione supradicta definitione, diuisio-
ne, vtilitate, necessitate, & eminentia orationis conciliari
possint iis, quæ post me eruditissimus, idemque piissimus
Frater Ludouicus à Granata omnium, qui sua ætate in Hi-
spaniis concionati sunt, aut primus, aut certe cum primis
mea sententia censendus, & alii qui de oratione eruditè si-
mul & piè conscripserunt, dicam in principio cap. 21.
quod multis de oratione miscellaneis refertum nunc sumus
addituri. *

Cap. II. continens textum, & sex conclusiones.

Textus huius capituli restitutus.

<i>Præfatio Missæ inuentum antiquum, & quotuplex.</i>	<i>num.</i>	1
<i>Orandum attente, & modeste.</i>	<i>n.</i>	2
<i>Orandum voce, & corpore modestū & verecunde, &c.</i>	<i>n.</i>	3
<i>Hebdomadarius sic incipiens horas peccat.</i>	<i>n.</i>	4
<i>Missæ magni quàm horis attendendum.</i>	<i>n.</i>	5
<i>Oraturus Deum reputet, quanta cura Regem rogaret.</i>	<i>n.</i>	6
<i>Orans corpore fracto, & incomposito, an & quando peccat.</i>	<i>n.</i>	7
<i>Actu eodem, quia nequit esse bonus & malus, non potest quis bene & male mereri.</i>	<i>n.</i>	8.



OLLECTVRVS * notabilia præmitto, capitulum hoc esse particulam vnã sermonis sexti, gloriosissimi doctoris, fortissimiq; martyris S. Cypriani, post omnes septem petitiones orationis Dominicæ, scriptam. Deinde, contextum eius vitiatū videri fuisse à librariis & excussoribus Decreti, qui pro (*omnis*) scripserunt (*hominis*) quod me amanter admonuit, eruditissimus, idemq; rerum antiquarum obferuantissimus, sacræ Theosophiæ doctor, Ioan. Baptista Cardona Illustri genere prognatus, cū tamen id longè antea, totum orbem præsertim Gallicum, admonuissent opera ipsa Cypriani, quæ prodierunt correctæ, etiam antiquam Gryphius Lugduni, anno 1537. ea excuderet. Admonuit etiam quædam, quibus confirmatur id, quod ex hoc cap. colligitur. partē scilicet illam Missæ quæ vulgò hodiè, Præfatio, vocatur, nō à paucis annis (vt quidā impij nouatores mentiuntur) Sed iam inde ab ætate Cypriani eodem nomine fuisse appellatam, & quod illa verba, (*Sursum corda*) & (*Habemus ad Dominum*) à tempore Apostolorum in vsu Ecclesiæ esse cepisse colligitur; Tum ex Clemente, ^a Tum ex Missa Diui Iacobi, quæ Græci vtuntur, quorum etiam meminert̃ D. Chrysost. ^b & August. ^c Omnis autem aliis, quæ prædictus Doctor admonet, & antea tradidit Gulielmus Durand. ^d addo, decem esse missæ Præfationes, quarum, nouem exprimit Gelaf. ^e & decimam quæ est Virginis matris, quam concilium Vrbanum ^f addidit. Quas omnes & solas, nuper iussit inferi, suo missali. Fox. rec. Pius V. exclusis aliis, quæ iam nimis, & in eis aliquot non satis probatæ, in alia missalia irreperant. *

^a lib. 8. Consti. A. post. c. 19.
^b Homil. de Eucharistia. & in 2. Coynt. 16.
^c In c. 13. de bono persequentiæ, Tró. 7.
^d In 4 lib. Ratio. diuin. offic. ca. 33. vbi hoc cap. citat.
^e In c. inuenimus, de Cæc. dist. 1.
^f c. Sauciorum. 70. dist.

Cyprianus.

QUANDO autem stamus ad orationem fratres dilectissimi inuigilate, & incumbere ad preces toto corde debemus. cogitatio carnalis omnis, & sæcularis abscedat, neque quicquam tunc animus, aliud, quam id solum cogitet, quod precatur. Ideo, & sacerdos ante orationem præfatione præmissa, parat fratrum mentes dicendo, (sursum corda) vt dum respondeat plebs, (Habemus ad Dominum) admoneatur, nihil se aliud, quam Dominum cogitare debere. Claudatur contra aduersarium pectus, & soli Deo pateat, nec ad se hostem Dei, tempore orationis venire patiarur.

Noto secundo, intentionem principalem Cypr. in hoc cap. fuisse, nos docere attente orandum esse & exhortari vt id agamus. Quod ipsum vbi supra his elegantibus verbis protinus facit. Quæ autem segnitia est alienari, & capi inepetis cogitationibus, & profanis, quum Dominum deprecaris, quasi sit aliud, quod magis debeas cogitare, quam quod cum Deo loquaris? Id ipsum & his non minus doctis, & elegantibus, è vestigio reperit: scilicet Quo modo te audiri postulas, cum te ipsum non audias? vis esse Deum memorem tui, cum rogas, cum tu ipse memor tui non sis? Idem & aliis verbis longè ante in dicto sermone ^g sic ait: Sit autem orationibus, sermo & præcatio cum disciplina, quietem continens & pudorem. Cogitemus nos sub conspectu Dei stare: placet dum est diuinis oculis & habitu corporis, & modo vocis. Nam, vt impudentis est clamoribus strepere, ita congruit verecundo, modestis precibus orare. Hoc ipsum & paulo inferius efficit dum ait, ^h & quando in vnum cum fratribus conuenimus, & sacrificia diuina, cum Dei sacerdote celebramus, verecundiæ, & disciplinæ memores esse debemus, non passim ventilare preces nostras in conditis vocibus, nec petitionem commendandam, modestè Deo tumultuosa loquacitate iactare. Ex quib. omnib. infero. Primo, peccare hebdomadarium, siue illum, cui est cura incipiendi horas intra, vel extra chorum, qui tanquam præmonens ad ea elata, & immodesta voce, incipit, Pater noster, quasi minitans, aut ringens, ridens, iocans, aut vanis indulgens. Incipit, inquam etiam interdum extra chorum, iens ad eum, vbi pronuncianda sunt horæ, quo paucillum temporis forte ad vana lucrifaciat, ædens vt cecinit Poëta, sine mente sonum. Quæ omnia fieri vidi, non sine omnium id agentium commiseratione, & piorum dolore, optatum, vt horas exorsurus prius

^g In eodē sermon. pag. 2.

^h In eodē pag. 2.

prius iuxta mentem B. Cypriani cōferret se ad suam sedem, comitatus timorē, & amore diuino, vtens incesso medio-cri, nec nimis citato, nec nimis tardo, & illinc oculis mentis in Deum, & corporis in crucifixū, super pulpito, aut alio in loco positum intentis, inciperet, (*Pater noster,*) & protinus. (*Deus in adiutorium,*) cum ea modestia, & pausa qua videatur fratribus, inchoare illas, nō solum lingua, sed etiam mente. I. I. infero peccare etiam eos, qui, quod quotidianū est, horis admiscēt iocos, risus, cachinnos, aut impertinentia negocia, præsertim, in choro, scandalizando cæteros, & alienādo eorum mentes, à cogitatu diuinorum & spiritualium licet nonnulli adeo cæcutiant, vt honestæ id affabilitatis, & ciuilitatis esse iudicent, existimantes affabilitatem, & ciuilitatem vllam esse honestam, quæ Christianismo sit contraria, ignorantiamque suam prodentes, qua ignorant id in diuersis prohibitū esse, conciliis. ⁱ Infero III. etiam peccare eos, quos vidi orare in choro turpiter, & indecorē dispositis pedibus, & brachijs, oculis errantibus, & capite modò huc, modò illuc circumactò, tātò cum impetu, & clara voce non secus ac si cum Deo, vel sanctis ringere vellent. Quando autem id sit mortiferum, aut veniale peccatum dicitur infra. ^k IIII. Infero Cardinalem illum doctissimū Ioan- nem à Turrecrem. non debuisse mutare principium huius capituli, quod cōmuniter est (*Quando &c.*) in. (*Cum autē,*) Quandoquidem prototypa emendatiora, & à recognitore non vulgari emendata, concordant cum lectione vulgata. V. Infero, non satis cautè dixisse prædictum Doctorem, Scopum, & summam huius capituli, esse, dicere, quod si in cæteris orationibus, magnoperè attenti esse debemus, magis tamen dum celebramus, vel audimus missam. Sanctus namque Cyprianus ^l non loquitur, particulariter magis de attentione seruanda, in dicenda vel audienda missa, quam in alia oratione. licet ore pleno fatear quod quemadmodū tremendum illud Missæ mysterium, præcellit alijs aliarum horarum, & officiorum, ita decens foret, attentionem illius vincere aliam, aliarum: esto foret iis sufficiens. Itaque vt ex statutis ecclesiæ Gallicanæ, & præfato sermone Diui Cypriani, ac alijs Neotericis colligitur. Quisquis orando mē- tris luce aciem, in Deo desigere vult, consideret, quanta cura se componeret, si Imperatori, aut Regi loqui deberet, ne quid in corporis habitu, aut verbis appareret, quod oculos suæ Maiestatis offenderet, licet id non sit amplius, quam homi-

ⁱ Scilicet Viennen. quod habetur in Cle. I. de cele. missarum, & in statutis Ecclesiæ Gallicanæ ritu. Quomodo diuinum officium in eccles. celeb. fit. ^k In 10. notab.

^l In prior. tom. se. 6. de orat. Dom. pag. 18. qui ad verbum re- petitur al- tero tom.

nem homini, & mortalem, mortali loqui. Et hoc conside- rando repetet quanta sollicitudine debeat, compositum esse eum, qui profecturus est ad thronum, & sedem Diuine Ma- iestatis, coram qua etiam potestates Angelicæ contremis- cunt, ne quid sit in eo, quod oculos diuinos offendant, Non audemus loqui Regi, nisi deflexis in terram genibus, Deo verò audemus loqui erecti, non dico corpore, sed elati ar- rogantia, & philautia. Veremur alloqui Regem absque ve- stimento mundo, & nisi pexis capillis, facie lota, & fortè sufficta odores, ne eum offendar aliquis fætor. Non vere- mur autem alloqui Deum, conscientia contaminata. Multis Principibus huius sæculi locuturis, præcellentia illa huma- na, tantum pudorem ingerit vt eis, & vocem, & memoriam adimat, & nos vociferando, & velut aliud quippiam agen- do, alloquimur Deum nostrum. Clamamus ad Deum, exaudi Domine orationem meam, & clamor meus, ad te veniat, non audimus id quod dicimus, & quod peius est, sumus, qui dum lingua oramus oculis petulcis, & errantibus vaga- mur, animis sordibus aboluti. Reliqua attentionem con- cernentia sigillatim infra ¹ describentur. * Id tamē solum, ^l cap. 13. nos hic admonendos esse arbitramur. Quod prædicta elo- gia Cypriani in confirmationem huius capituli adducta, neruose probare videntur: toties nos saltem venialiter pec- care, quoties habitu corporis, & membrorum, fracto & in- 7 composito Deum oramus. Quod pro dolor, frequentissime multi priuatim recitando facimus, & consequenter, per dimus fructum meritorium, & satisfactorium, earum hora- rum, quas sic recitamus, quia per peccatum veniale nil be- 8 nè mereri possumus, cum per illud malè mereamur, & vno, & eodem actu, (quia non potest esse simul bonus & malus, etiam diuerso respectu) benè & malè mereri nequimus, iux- ta resoluta in Manuali confess. ^m & infra dicenda ⁿ. Quæ tamen admonitio videtur restringenda ad illam fracturam & in compositionem corporis, quæ est causa, ne orationi, quantum ad eius bonitatem oportet, attendatur. aut certè alicui scandalo est, saltem veniali per infra ^o dicenda. *

^m Prælu. 7. n. 22. ⁿ c. 3. nu. 49. & c. 6. n. 34. ^o cap. 4. n. 14.

Cap.

Cap. III. De hora orandi. Tangit

78. conclusiones.

<i>Orandum aliquo tempore, & quo olim, & quo nunc.</i>	n. 1
<i>Trinitas trina trium horarum oratione fuit praefignata.</i>	n. 2
<i>Martino pro requie & incude fuit oratio.</i>	n. 3
<i>Auctorem suae tepida orationis pudet.</i>	n. 4
<i>Orandi tempus certum nullo iure diuino praefixum.</i>	n. 5
<i>Orandum semper in quo sensu.</i>	n. 6
<i>Orat semper qui bene semper agit, ut semper petit, qui bene semper seruit.</i>	n. 7
<i>Orare tenemur omnes, & petere ut saluemur.</i>	n. 8
<i>Orationis quae omisio iure diuino mortifera.</i>	n. 9
<i>Mendicatio quae, & quando praecipua.</i>	n. 10
<i>Orare non tenetur quis eo solo, quod sit in statu peccati mortalis.</i>	n. 11
<i>Poenitentium non est, quoties quis in statu peccati mortalis est.</i>	n. 12
<i>& seq.</i>	
<i>Orare pro proximo quando necessarium.</i>	n. 13. & seq.
<i>Missam omnibus Christianis omni festo audire debet.</i>	n. 18
<i>Orare aliqua debent interdum aliqui laici, quae non debent aliqui clericis.</i>	n. 19
<i>Oratio Dominica, & Angelica omnibus ediscenda.</i>	n. 20
<i>Patrini & patres male negligunt docere ista.</i>	n. 21
<i>Horae statim horis dicenda.</i>	n. 22
<i>Oratio pro multis diebus vota quae uno dici potest.</i>	n. 24
<i>Poenitentia iniuncta ut ante Missam dicatur, quae post eam dici potest.</i>	n. 25
<i>Horae quae, quot, & cur sic dictae.</i>	n. 26. & seq.
<i>Horae quater noctu, & ter diu dici solite.</i>	n. 30
<i>Horae nocturnorum à laudibus distincta.</i>	n. 30
<i>Horis nocturnis quae hora debita.</i>	n. 31
<i>Orantes bene saltem mediocriter imitandi.</i>	n. 32
<i>Dies variè sumuntur, & ut quoad horas.</i>	n. 34
<i>Dies & nox artificialis 11. horas in 11. partes aequales diuisas habent à</i>	n. 35
<i>Horologia Romana ut ab exteris differant.</i>	n. 37
<i>Horae 1. 3. &c. ut incipiunt.</i>	n. 38
<i>Horae statim horis dicendis quae.</i>	n. 39
<i>Vespere Quadragesimae quae ante canam dicenda.</i>	n. 41
<i>Missae sabbati Sancti quando olim, & quando nunc dicenda.</i>	n. 43
<i>Horae etiam primam statim hora dicenda.</i>	n. 45
<i>Horae</i>	

<i>Horae praeventio quae providentia.</i>	n. 46. & seq.
<i>Horae comites itineris ut libenter audient.</i>	n. 49
<i>Oratio venialiter mala parum utilis.</i>	n. 49
<i>Peccatum & meritum simul nihil potest esse.</i>	n. 49
<i>Horae ob ludos quae iuste mutantur.</i>	n. 50
<i>Horas non licet mutare ob interdictum.</i>	n. 51
<i>Missae maior sub interdicto sic dicenda.</i>	n. 52
<i>Horae dicenda in horis statim, licet nullus exterius ei sit intersutus.</i>	n. 53
<i>Horam praeventire ut molliter dormias, & otieris, ut peccatis.</i>	n. 54
<i>Horas extra horas statas iusta de causa bene dici.</i>	n. 55
<i>Horas cum paruo temporu ad studendum damno sic dicit studio-</i>	n. 56
<i>sus.</i>	
<i>Horas dicendi vespera privilegium quid prodest.</i>	n. 57
<i>Horas dicere extra statas peccatum veniale.</i>	n. 58 & seq.
<i>Dies ad horas dicendas quando incipit, & desinit.</i>	n. 60
<i>Horas vespera vsque ad Primam tantum dici.</i>	n. 61
<i>Peccatum mortale an contra legem, & veniale praeter.</i>	n. 62
<i>Horas qui prelati non curat dici horis statas lethaliter peccat.</i>	n. 63
<i>Horam matutinam a laudibus diuisi posse.</i>	n. 64
<i>(Te Deum) matutinae, & non laudum esse partem.</i>	n. 64
<i>Pater noster ante laudes quomodo dicendum.</i>	n. 64
<i>Horas praeposterare ex causa nullum peccatum.</i>	n. 65. & seq.
<i>Missam ante primam dicere an mortale.</i>	n. 70
<i>Horae privatim, an publice dicatur, ut hic differt.</i>	n. 71
<i>Horae de una hora in aliam quando mutanda.</i>	n. 72
<i>Beneficium an detur carenti qualitate requisita.</i>	n. 73
<i>Horae mutata non semper quoad omnia mutantur.</i>	n. 74
<i>Prescriptio non extenditur ad similia.</i>	n. 75
<i>Horae statim sine debita recitandi aliqua latitudo inest.</i>	n. 76. & seq.
<i>Horae debita lapsus non nocet, quantum lapsus dicit.</i>	n. 78



NO 3. ex primo verbo textus (Quando) aliquo tempore orandum esse. Dicens enim (Quando autem stamus ad orationem) significat nos aliquo tempore ei vacare debere. Circa quod dico primo, Ipsa summet B. Cyprianum in eodem sermone paulo inferius² dicere, quod in veteri te-

² stamento orabant tribus horis, puta, Tertia, sexta, & nona, quo typicè significaretur summa illa Trinitas, quae in nouo omnibus manifestari debebat. Cum. n. tribus horis numero ternario à se diuisis, tertia, sexta, & nona orabatur,

b cap. 6.

c Psalms.

d Anton.
in 1. par.
hystor. tit.
no. 2. 14. 6.
2. Sc. tlogi-
rius ante
ipsum Sul-
picium in
vita Marti-
ni pag. ma-
ioris for-
mæ 9. & de
transitu e-
ius pag. 1.
e in 2. par.
II. n. 1. vir.
Patru. de
eo, quod si
ne interru-
oretur.
f iidem

g cap. 18.
h Lib. 3. c.
de Cano.
diui. orat.
& Psal.
i In 4. di.
15. q. 4. ar.
3. q. 3.
k In 4. di.
15. q. 5. col.
1. & 2.
l n. 4. par.
tit. 5. cap.
8. 6. 6.
m Super
Matt. c. 6.
9. 12.

tur, non obscure significabatur esse trinum & vnum Deum, qui orabatur, vt ipse singulariter pōderat. Porro hęc tres, hora, tertia, sexta, & nona, videntur esse eadē, quibus scriptura ait Danielem b solitum orare, David vero septies in die orabat, Dicit enim. c Septies in die laudem dixi tibi. Sanctus autem Iacobus minor orando centies in die, & toties in nocte genua flectebat corā Domino. De Beato quoque Martino legitur, d Quod inuictum ab oratione spiritū non relaxabat; & quidem fertur ipse animum aliis negotiis granatum ea relaxasse sic, vt faber ferrarius vno mallei ictu, incidē feriēdo sese refocillat. De Abbate Arsenio legitur, e quod sabbatis orabat brachiis expansis ab occasu solis, vsq; ad mane dominicum, quo sol oriens suis radiis vultum eius illustraret. De Abbate item Bisario, f quod sexdecim dies orauit in suo cubiculo reclusus, & brachiis extensis. Quæ gesta cum aliquot tepidioris memoria repetimus; & hinc pendimus eos fuisse homines, ac ipsi sumus, & quod ipsi sicut illi, saluari desideramus & speramus, quodque ab eodē Deo, à quo & ipsi, creati sumus & redēpti, & iuuamur, quin etiam nonnulli ad sublimem ordinem Sacerdotii, doctoratus, & religionis sumus promoti, ad quæ non omnes illi, alique eis similes promoti erant: Illinc vero animaduertimus rarō vel nunquam nos ita nos nobis subiicere, vt mentes totas habeamus in Deum intentas modico saltem illo tempore, quo pronunciamus, & canimus horas canonicas, vel sacrificamus. Quid de nostra paruitate, laxitate, & fragilitate dicemus? nisi quod tædere nos deberet edere, vestire, & sum hominib. conuersari, donec saltem firmo animo proponeremus, & inciperemus pronunciare, canere, & misfere cum feruore, attentioneq. debita, simul totum tempus, quod in studendo, legendo, consulendo, edendo, bibendo, & aliis actibus de se bonis, vel necessariis impenderimus, dirigeremus, dicaremusque gloriæ Dei principaliter, eaque agendo sape numero leuaremus oculos ad Deum, inuocādo: Deus in adiutorium meum intende. Quod Abbas Isaacus docebat faciendum modo infra narrato §. Ita tamen, vt ob id opera prædicta licita nullatenus impedirentur, sed tantum diuino quodam sale salirentur: vt Monachi Ægypti manibus laborantes teste Cassiano h orabant. II. Dico neque iure diuino naturali, neque diuino positivo esse cerum aliquod tempus ad orandū præfixum, vt. S. Tho. i Palud. k & alii sentiunt in 4. sentent. & S. Antoni. l Abulen. m

Ange

Angelus, n Syluester & alij alibi. Contra tamen hanc conclusionem facit primo, quod sacra scripturæ testimonio, David o solebat orare mane, vespere, & meridie: Vespere, manē, & meridie narrabo opera Domini. Media p nocte surgebam ad confitendum tibi. Præterea Daniel q ter orabat in die, nimirum tertia, sexta, & nona. iuxta S. Cyprianum, r vti supra reuli. Ad hæc tamen respondetur, probare quidem illos sic orasse, non tamen ad id obligatos fuisse, ac proinde minus nos ad id obligari. II. contra hanc conclusionem facit illud Redemptoris nostri: s oportet semper orare, & nunquam deficere: Illud item Aposoli: t Sine intermissione orate. Ad hoc respondent S. Th. v & alij complures x diuersis modis, quos omnes, qui sunt quatuor, collegit cæteris clarius Abulensis y iuxta quorum omnium mentem, & doctrinam resoluo, saluatorem nostrum, & suum Apostolum dicere noluisse nos debere semper orare, ita vt oratio in se semper duret. Illa enim si mentalis est, non durat diutius, quàm ipsi conceptus, si verò vocalis, nisi quamdiu voces. Conceptus autem & voces semper durare non posse manifestum est, quandoquidem comedere, dormire, & alia ad conseruationem nostram necessaria, alia item officia debita parentibus, superioribus, & aliis proximis, agere nos oportet. Voluerūt autem dicere causam finalem orationis, quæ ad orādum mouet, semper durare debere. Causa enim illa est desiderium habendi charitatem, & permanendi in ea, & per eam, siue diuinam gratiam in vitam perueniendi æternam, Quæ causa semper durare debet actu, siue expressē, aut virtute, siue tacitē, per totam vitam, per omnes eius actiones, iuxta illud perpetuò memorandum, quod in ea parte horæ primæ, quæ pretiosa vocatur, pronunciamus (Dirigere, sanctificare, gubernare dignare Domine Deus cæli & terræ, hodie corda, & corpora nostra, sensus, sermones, & actus nostros in lege tua, & in operibus mandatorū tuorum, vt hic, & in æternum, te auxiliante, salui esse mereamur) hæc ibi: Non enim possunt esse actiones nostræ meritoria vitæ sempiternæ, nisi actu, & expresse, vel virtute & tacitē, in consecutionem gratiæ diuinæ, & salutis nostræ ordinentur. Hic tamen intelligendi modus, & si verus sit, & memorandus, sitque de mente cuiusdam glo. z nostræ singularis, non videtur tamen mihi satis germanus. Proinde hoc & aliis posthabitis, arbitror saluatorem nostrū, eiusq. Apostolum per prædicta verba, intendisse hortari, vt scm-

n verb. oratio. q. 86

o Psal. 54.

p Psal. 118.

q cap. 6.

r In serm. de ora. Do min. pag. 18.

s Luc. 18.

t Thesa. 5.

v 2. ser. 96

y art. 14.

z ad 4.

x Anton.

y Super 6.

cap. 14. tit. 34.

z glo. ma-

gn. Cleme.

1. de rg. &

vener.

C

per oremus, accipiendo verbum (*orare*) generalissime, ut in cap. 1. interdum accipi diximus pro bene, & non male agere, & sic quod petamus à Deo suam gratiam & vitam æternam, expresse aut saltem tacite bene viuendo, iuxta glo. ibi citatam (*satis orat, qui bene agit*) Hic intellectus videtur magis aridere glossæ ordinariæ^a & Caietano vno in loco, b & si alibi^c alium debiliorem, steriliorem, & faciliorem sequatur, nempe, quòd verba illa, (*semper, & sine intermissione*) intelligantur de horis in id ordinatis. Quod etiam in se verum est, & tetigerunt S. Tho.^d & Abulen.^e & alii. III. dico, quod quamuis nullus certo tempore iure naturali, & diuino præfixo teneatur orare, omnestamen, qui ad ætatem discretionis, & vltim rationis peruenimus, præcepto naturali diuino obligamur aliquo tempore orare, ut videtur sentire S. Tho.^f Primo quidem, per illud supra adductum, & (*oportet orare*): verbum enim oportet necessitatem importat, vti tradit ibi D. Io. Chrysostom. & ea est eius propria significatio, iuxta glo. communiter recep. h ac proinde scriptura illa intendit dicere, necesse esse orare. II. Quia, vt omnes sumus obligati salutis nostræ curam habere, ita iure naturali tenemur id agere, sine quo salus illa non queritur, i. Qui enim vult finem, velle quoque debet media in eum necessaria, k & saluari non possumus aduli citra speciale Dei auxilium, vti euangelium,^l & epistolæ Catholicæ^m tradunt. Dei autem auxilium non promeretur, nisi petens, iuxta illud Augustiniⁿ. Nullum nisi orantem auxilium promereri: quamuis ex eo non inferatur id, quod aliqui^o sentiunt. Quoniam Deus Opt. multa nobis, quæ non promeremur, beneficicia confert, imò frequenter adiicit, quod oratio non præsumit, iuxta egregiam quãdam collectam^p, & magnus ille Aquinas diffinit gratiam, quæ non est habituale donum, sed auxilium Dei mouentis ad bonum, non requirere præparationem, quare plus facit illud Euangelii,^q Petite, & accipietis, significans non petentem non accepturum. Cùm itaque iure naturali aduli sumus obligati desiderare aliquam nostram salutem, ita & eam aliquando petere, quòd est orare. III. dico difficile esse determinare, quando quis peccet mortaliter non orando, solo iure naturali, & diuino positiuo attento, vti dixit Palud.^r Tum quod secundum eundem, quemadmodum illo solo attento, tunc duntaxat tenemur mendicare, & propter Deum panem materiale petere, cum non subest alia ratio conseruandi nostram vitam corpore

a Luc. 18.
b In d. c.
18.
c Super c.
6. ad r. he.
d 2. sec. q.
83. art. 4.
ad 4.
e In cap.
6. Matth.
quæst. 34.
f In 4. dis.
35. q. 4. ar.
1. q. 3.
g Luc. 18.
h gl. cum
ibi late ci-
cat. à Iaso.
in l. 1. ff. de
iust. & iur.
i c. omnis
de confec.
dist. 4. cap.
firmissime
15. qu. 1.
k arg. ca.
Prætera.
de off. del.
l. 2. de in-
ris. om. lu.
l Ioan. 15.
m Ad Co-
loff. 3.
n De Eccl.
dogmat. c.
96. & sen-
sit in 43.
o Duran.
in 4. disti.
25. q. 12.
p Domini
cæ 11. post
Pentecost.
q Io. 16.

r In 4. di.
15. quæst. 5.
col. 7.

corpoream, aut illius, qui fidei nostræ est creditus, ita tum demum tenemur orare, & petere bona spiritualia ad salutem necessaria, quando alia nulla in id ratio subest. Tum quod secundum eundem,^s non semper mortiferè peccat, qui videns se peccato mortali irretitum, non orat, aut perit à Deo gratiam, vt eo liberetur, cum alia sint remedia. Quæ est conclusio consolationis plena, non quidem vt omittamus orare, quum sumus in peccato mortali, sed vt qui omisimus, non oneremus nos scrupulis, & necessitate reuocandi ad memoriam, & consistendi numerum vicium, quibus id agere omisimus: Tum quod non etiam peccat quis mortaliter ob id solum, quod videns se esse in peccato mortali, illius non pœnitent eum, dummodo ei peccatum non placeat, & verisimiliter credat tempus pœnitendi non defore, vti alibi fuisse, t post Caiet. v & Adrian. x probauimus. Tum denique quod non etiam secundum eundem Paludanum peccat mortaliter, qui omittit rogare Deum pro proximo, quem videt esse in peccato mortali, vt eum ab illo liberet: cum aliud sit remedium, quo liberetur ab eo: Quæ etiam conclusio conscientias nostras plurimum solari potest, non quòd omittamus orare pro existentibus in peccato mortali, sed vt non reperiamus nos tam onustos peccatis mortalibus: considerantes quanto sepius murmuramus aduersus male agentes, quam Deum rogemus, vt eis mentem de malefactis pœnitendi inspiret.

¶ V. dico quòd etiam si difficile sit decidere, quando quis sub pœna peccati mortaliter teneatur orare pro se, vel pro suo proximo, attento solo iure naturali, & diuino positiuo, videtur tamen id fieri posse, colligendo mentem supradictorum, v dicendo ad id teneri, quoties sibi videretur non esse aliam rationem consequendi suam, aut proximi salutem. Verbi gratia, Quando quis videt aliquos ad duellum, quòd se occidant, properare, neque eis prodesse potest nisi sua oratione, aut cum se videt tam grauiter tentari impatientia, luxuria, ambitione, & aliis tentationibus, vt nil ad se ab iis liberandum, præter opem diuinam, sufficere sibi videatur, Pro quo facit quod de ieiunio tradit S. Tho.^a obligari quem ieiunio iure naturali, cum videt esse necessarium ei ad resistendum tentationi carnis, aut subleuandum mentem in Deum.

¶ Non dixi frustra, (attento iure naturali, & diuino positiuo) Si enim ultra id accessit votum, iuramentum, aut pœ-

s In dicta
q. 5. col. 2.

t In 4. pœ.
gloss. sum-
ma. de Pœ-
nit. dist. 70.
nu. 10.
v Quodli-
bet. 7.
x In 4. de
Confess. q.
32. col. 2.

y Tho. Pa-
lud. Anro.
Angeli. &
Siliuestri.

a 2. sec. q.
14. art. 3.

nitentia iniuncta, dubium non est, quin teneatur iure diuino dicere orationem tempore iuramento, vel voto praefixo, aut in poenitentiam acceptato. ^b

V. I. dico, non esse usque adeo tutam conclusionem illam Abuleu, ^c puta iure naturali & diuino nos teneri orare pro iis proximis, quos videmus in necessitate constitutos, & eos orationibus nostris adiuuare posse. Dico etiam non esse tutum illud Syluestri ^d Quod iure diuino obligamur orare, cum audimus missas, quas Ecclesiae praecipio audire tenemur, quia illa obligatio potius est finis humani de terminantis diuinum.

V. II. dico, dubiam esse illam conclusionem Syluestri ^e scilicet, Omnes qui nati sunt teneri iure naturali ad orandum in eo momento, quo incipiunt habere discretionem suae vsus rationis. In cuius probationem, & si ipse nihil allegat, facit illa conclusio Diui Tho. ^f nempe omnes obligari dirigere, & ordinare se ipsos ad finem debitum eo tempore, quo incipiunt habere vsus rationis, adeo quod qui id facere omittit, peccat mortaliter, Per quod concludit, quod nullus, qui est in peccato originali, potest prius peccare venialiter, quam mortaliter. Faciunt etiam pro Syluestro duae rationes, ad probationem huius sententiae D. Tho. a Caietano ^g ibidem adductae, quas prolixitatis, & obscuritatis euitandae causa omitto. Verus tamen nobis videtur contrarium, eius quod Syluest. dixit, per supra memorata, nec ex conclusione D. Tho. sequitur eius conclusio. Quia aliud est deliberare de se, & de suo fine quod ait Tho. & aliud orare Deum, ut praebat sibi auxilium perueniendi ad eum, quod ait Syluester, & a diuersis non fit illatio ^h. Rationes autem, quas ipse & Caietanus adducunt concludunt quidem, oportere vsus rationis ad eos, deliberare de se, & ordinare se ad finem debitum, puta ad gloriam, vel ad virtuosè honestèque viuendum, non tamen concludunt, oportere orare, & petere à Deo auxilium, ad perueniendum in eum, quod clarè patebit ei, qui dictas rationes ponderauerit, quod tamen hic non facio. Infertur tamen ex his, quod qui non recordamur, An cum primum capimus habere vsus rationis, ante omnia nos addixerimus, & ordinauerimus ad finem debitum, an non, tenemur confiteri in dubio illud peccatum ut determinat Caiet. ⁱ quod ante decem annos me fecisse memini. * ante primam additionem vulgari sermone, & 40. circiter annos ante hanc in

^b in Ma-
gnae vo-
co. c. si ve-
ro de iure
iuran. c. ad
monere. 33
qu. 1. 2.
c. Super
Matth. ca.
6. qu. 1. 32.
d. verb. o-
ratio in fi-
ne.
e. verb. o-
ratio. q. 6.
gnali.

^f 1. sec. q.
30. art. 6.

^g In ead.
q. 89. art. 6.

^h 1. papi-
nians. ff.
de minor.
& c. ad au-
dientiam.
de Decim.

ⁱ 1. sec. q. 6.
39. art. 6.

in sermonem latinum translationem, non tamen obligamur, qui non recordamur antunc petierimus à Deo auxiliū ad nos saluandum, an non: quamuis secundum opinionem Syluestri teneremur.

VIII. principaliter dico, considerato iure humano, omnes, tam viros quam mulieres laicos siue saeculares, Sacerdotes, diuites, & pauperes, cessante iusta causa, vel impedimento, teneri ad orandum, vel assistendum sacerdoti pro nobis oranti, in missa diebus festis, ad quam audiendam obligamur iuxta Sanctae matris Ecclesiae ordinationem, contentam in quodam famoso capitulo ^k huius distinctionis, cui iustum commentarium ordinaria lectione adiecit. Vbi diximus, errare multos sacerdotes, qui facile omittunt audire, & dicere Missam, die Dominica, si aliis diebus hebdomadae dixerunt vel audierunt. Dictio enim vel auditio aliis diebus facta non excusat ab audienda, vel dicenda ea, illa die. Quibus addo, quod iuxta varias leges, & ordinationes variorum summorum, & aliorum Pontificum, Capitulum, Abbatum, & aliorum Praefectorum, tum ecclesiasticorum, tum secularium, multa, & diuersa tempora inueniuntur, in quibus multi, & diuersi tenentur, ad orandum: licet iure communi ad id, non obligentur. Vnde euenit, quod saepe, aut per leges Regum, aut ita tuca singularia ciuitatum, Confraternitatum, aut aliorum collegiorum multis processionibus, Missis, & aliis officiis diuinis obligantur orare, aliquot laici, quibus non tenentur aliquot clerici, & monachi. Addo tamen regulariter, non esse homines obligatos audire, vel dicere vesperas, & alias horas canonicas diebus festis. Quamuis consuetudo illa valde laudanda Galliae, & quarundam aliarum, partium mouit ad dicendum contrarium Paludanum ^l & quosdam alios, quorum opinio seruanda esset, in quibus locis consuetudo legitime praescripta obligationem induxisset. ^m * Credo tamen ut dixi in Manuali confess. ⁿ huiusmodi consuetudines non obligare ad mortalem culpam, sed solum ad venialem. Tum quia longe laxius, quam auditio Missae seruantur. Tū quia pauci se accusare videntur, de illarum fractione, tanquam de mortali, & pauciores consentent ea.

IX. Dico, Cunctos Christianos teneri memoriter scire, Pater noster, Ave Maria, & Credo. Quia secundum Paludanum, ^o sunt principia fidei, Catholicae, & licet ipse nil in id alleget, textus tamen est singularis P. nostri patris Augu-

^k c. missas
sup. eadem
distin. 6.

^l In 4. di.
25. qu. 5.
col. 2.
^m Argu. 1.
de quibus
ff. de leg. &
cap. fin. de
consuet.
ⁿ cap. 21.
num. 1.

^o In 4. di.
15. qu. 5.
col. 2.
^p In c. vos
autem inf.
dis. 4.

q In 3. pa.
 q. 6. 67. art.
 8. ad iustitias
 que alt. 2.
 sec. q. 2. ar.
 5. & duob.
 seq.
 r d. ca. vos
 autem inf.
 dist. 9.
 s c. Ponit.
 de locat. &
 l. cum qui.
 ff. de verb.
 oblig. & li.
 cum tēpus
 de reg. iur.
 2. Leū qui.
 ff. de an.
 not. leg. l.
 post mor.
 tem. C. de
 fideicom.
 miss. l. pa.
 trem ff. de
 his qui in
 fraud. cre.
 dit.
 v l. si ita
 relicti. 6.
 Pegasus. ff.
 de leg. 2. l.
 in fideicom.
 mis. 6. Pe.
 gatus ff. de
 vfur.
 x lib. Qui
 Romę in
 princi. vbi
 gl. & Bart.
 ff. de verb.
 obligat.
 y l. Cui
 pater. 6. à
 filia. ff. de
 leg. 2.
 z 2. Conf.
 202. cura
 primum in
 2. dubio.
 a in d. 5. à
 filia.

stini de oratione Dominica, & Credo inferius in eodem li-
 bro, que præcipit patrimis, & matrimis quiddam magnum,
 de quo multi parum curant, scilicet, vt exhortentur filios
 suos, & filias in baptismo susceptos, seruare castitatem, dili-
 gere iustitiam, & habere charitatem. Et quod ante omnia
 ipsimet fiant, & doceant filios, symbolum, & orationem
 Dominicam tametsi credam, non sufficere, vt symbolum
 fidei memoriter teneatur, sed oportere illud intelligere, sal-
 tem quoad articulos explicitè ab omnibus credendos, vt
 colligitur ex mente D. Tho. ¶ ex quo inferitur multos in
 hac re peccare multa peccata negligentia & ignorantia
 mortalia, & venialia. Alios, quod hæc non ediscunt, nec in-
 telligunt. Alios autem, quia non docent filios naturales, aut
 spirituales, scientes eos non esse doctos, nec doceri prædi-
 cta à suis parentibus naturalibus, non plus memores sui mu-
 neris & quod sint parentes spirituales, quam si iocosa, & lu-
 dicra fuisset illa obligatio, qua se ad hoc cum fuerunt in
 baptismo patrum astrinxerunt: vt dixi Salmantica super il-
 lo cap. x

X. Dico, omnes horas; Missas, processiones, aliasque
 precès iure aliquo humano debitas, pronunciandas esse, &
 canendas horis temporibusque statis, nec debere, anteponi,
 nec postponi absque iusta causa. Quia quod certo tempore
 debetur non sufficit soluere post illud, quod in multis capi-
 tulis & legibus cauetur. ¶ Et quamuis sufficiat antea soluere
 communiter t, non tamen cum tempus interpositum est
 solum v in fauorem creditoris, aut in fauorem creditoris,
 & debitoris, x vel in fauorem alicuius tertij. ¶ Quod dico
 per vnā conclusionem quotidianam Petri Ancharani z. ¶
 concludentis, hæredem iustum erogare aliqua post suam
 mortem pauperibus posse erogare illa in vita eiusdē, quia
 illud iustum fuit principalis in obsequium Dei, & salutem
 animæ, quam pauperum; qui post vel ante mortem, futuri
 erant, vt ibi pulchrè per eum. Quæ quidem meo iudicio, est
 verior quam alia contraria Bart. a & missæ, & aliarum oratio-
 nes, sunt ordinatæ, vt tali, & tali tempore dicantur, non ad
 recreandum eos, qui has dicere tenentur, qui sunt debito-
 res, sed etiam ad consolandum eos, qui eas sunt audituri, &
 in fauorem vtilitatis publicæ, quæ consistit in diuini cultus
 augmento, & in eo quod deuotius communiter dicuntur, &
 audiuntur, cum horis statis celebrantur, & consequenter,
 nec anteponi nec postponi sine iusta causa possunt.

Ex

23 Ex quæratione inferitur primo, ei, cui datur poenitentia
 pronunciandi tria psalteria, tribus hebdomadis vel mensi-
 bus, siue tria Rosaria tribus Sabbatis, vel ter (*miserere me*)
 tribus diebus veneris, vt facilius; & minore labore ea pro-
 nunciare possit, satis facere pronunciando, ea in tribus pri-
 mis diebus, quia in eius fauorem positum fuit tempus, & di-
 latio. 1. Eum cui datæ sunt, dictæ poenitentia diuersis tem-
 poribus, vt magis duraret ei memoria, & dolor suorum pec-
 catorum, & sæpius recordaretur, virginis matris quæ fuit illi
 mediatrix veniæ, & indulgentiæ quærendæ, & plus perpen-
 deret passionē, quam passus est tali die Redemptor noster,
 non satisfacere faciendo ea in aliis diebus, quam præstitu-
 tis, quia non in fauorem poenitentis tantum, sed potius in
 maiorem vtilitatem animæ ipsius, quæ est quidam tertius,
 & gloriæ honoremque Dei, aut eius Matris, constitutum
 24 fuit ei tempus, & determinatum, 3. Quod vultens pronun-
 ciare septem psalmos, in septem hebdomadis sequentibus,
 adimplebit illud recitando eos in primis septem diebus, si
 præstituit illud tempus, vt posset facilius, & minore cum la-
 bore recitare, non tamen si præstituit vt plus ei duraret me-
 moria causæ, propter quam, vouit, vel ad maiore honorem
 25 Dei. 4. Inferitur, sacrificios, quibus à suis Confessariis impo-
 nuntur poenitentia post missam implendæ satisfacere, vt
 plurimum eas ante missam implendo; Quia vt plurimum,
 adeò imponuntur, dicendæ post Missam, quia non creduntur
 habituri oportunitatem tempus, ad eas implendas ante illam,
 non tamen contra, quæ imponuntur dicenda ante Missam
 possunt iuste post illam impleri, quia tempus non constitui-
 tur in eorum fauorem.
 26 XI. Dico, orationes principales Ecclesie, ideo horas, aut
 precès horarias dici, quia certis horis sunt deputatæ, desum-
 sereque ab aliis sua nomina, quæ sunt Matutina, Prima, Ter-
 tia, Sexta, Nona, Vespertina, & Completoria, dicunturque
 canonicæ, siue regulares. Tum quia sunt inuentum Cano-
 num, & canon idem est Græcis, quod Latinis regula, b Tum
 quia omnes qui canonicis recitare obligantur, ad eas reci-
 tandas tenentur. Ex quibus inferitur præfatum Cardinalem c
 & Albertum d errasse, dicentes eas nuncupari ab oro, oras,
 cū prima verbi, oro, nõ aspiretur, prima vero verbi hora, sic.
 XII. Dico quod horæ canonicæ supradictæ communiter
 esse dicuntur septē, scilicet, Matutina, Prima, Tertia, Sexta,
 Nona, Vespertina & Completoria, siue Completorium,

b c. Cano.
 3. dist.
 c in Clo.
 2. q. 4. d. 5
 d. c. Mis. de
 d. Albe. de
 de fer. ra.
 in c. 7. q. 2
 de cele.
 Missa.

iuxta illud Psalmi. Septies in die Laudem dixi tibi: & iuxta
septē in eis representata, quæ continent quinque illi senarii 27
omnium memoria digni, à quadam glossa^c citati.

Hæc sunt septem, propter quæ psallimus horis.

Matutina ligat Christum, qui crimina purgat,

Prima replet spiritus, ausam dat Tertia mortis,

Sexta cruci nectit, Latus eius Nona bipertit.

Vespera deponit, tumulo Completa reponit.

Quamvis Ioannes Cassianus^f & alij considerent alia repre-
sentata, in quibus sunt dicentes, & ideo Ecclesiam septies
orare, vt representet creationē mundi septem diebus com-
pletam, & redemptionem septem horis consummatam, &
quamvis hæc omnia non male dicantur, aptior tamen no-
bis videtur opinio Archidiaconi^h & quorundam aliorumⁱ
dicentium octo esse horas Canonicas; diuidendo Maruti-
num in nocturnos, qui durant vsque ad Laudes, & Laudes,
quæ durant vsque ad Primam. Tum quod Dauid^k ille ma-
ximus Pfaltes, non solum ait Septies in die Laudē dixi tibi,
sed etiam, Media nocte surgebam ad confitendum tibi, &
consequenter nocte & die octies confitebarur Deo, id est
laudabat eum. Tum quod Agathen. concilium^l id satis si-
gnificat, * quatenus habet Matutinam, Primam, Tertiam,
Sextam, Nonam Vesperam, & Completorium, distinguū a
nocturno officio, quod durat vsque ad Laudes, & quod de
nocturno intelligitur illud. ^m Media nocte surgebam, &c.
de aliis vero septem illud aliud: Septies in die Laudem dixi
tibi. * Tum quod laudes differre à nocturnis, probatur eo,
quod eas cū nouo cymbalorū pulsu inchoamus, & earū ini-
tio repetimus (Deus in adiutorium) quod est omnium ho-
rarum initium; & quod habent proprium hymnum; & quod
in Natiuitate Dominica Missa Gallicantus inter eas; & no-
cturnos interponitur, & olim tres nocturni dicebantur in
eribus Vigiliis siue tribus partibus noctis, diuidendo eam
more militari, ad agendas excubias; & Laudes in quarta Vi-
gilia canebantur, testantibus id multis, in quibus sunt Isido-
rusⁿ & Tho. VValdenfis. ^o Hanc etiam opinionem probat
Guliel. Duran. ^p Cosmas Guimier. ^q & Diuus Antoninus. ^r
Tum quod rationi cōgruere videtur, quod sicut Esdras^s or-
dinauit, vt Iudæi à Babylone in Hierusalem recens reuerſi,
octies in die psallerent, quater die quaterque nocte, sic etiā
Christiani recens à Christo redempti totidem id facerent:
quod fit tribuendo nocti Vesperas, Completorium, Maruti-
num

e^c Quæ est
postrema.
c. 1. de ce-
leb. Miss.

f De Inst.
Monacho.
l. 3. c. 7.
g Gabriel
in Canonē
Miss. lect.
73.

h In ca.
presbyter.
91. dist.
i Antoni.
2. par. c. 12.
parag. 1.
k Psa. 118.

l In capi.
presbyter.
91. dist. &
c. 1. de Ce-
leb. Miss.

m Psa. 118
4. oñon.

n Lib. de
off. ecclief.
c. 19.

o Libr. de
Sacramēt.
ca. 24.

p In ratio-
nali lib. 5.
tit. de lau.

q In prag.
rit. Quali-
ter horæ.

r verb. offi-
cium.

s 2. part.
tit. 9. c. 12.
§. 1.

t Et drg. 2.
ca. 9.

num & Laudes: & diei Primam, Tertiam, Sextā & Nonam,
vt prædictus Guliel.^s & Archidiac. v^o dixerunt. Tum deniq;
quod non deest, quod representare possunt soli nocturni,
qui ante Laudes dicuntur, cum representare possint agonem
illum acerbissimum, quo Redemptor anxius factus, proli-
xius orans sanguinem sudauit. * Quò fit, vt longè magis re-
cedere videantur à dicendis horis debito tempore, qui ob
occupationes serò officii nocturnū, & laudes diei sequētis
simul recitant; vel canunt, quàm qui tantum officium no-
cturnum serò, & Laudes manè: si quidem Laudes, quæ fa-
ciunt horam matutinam, longè ante horam eis propriam
dicunt. Qua ratione, & quia satis arbitror præuenire offi-
cium diei sequētis, post canam, seu Symposium, vel colla-
tionē, quàm ante illam, & quia officium nocturnum & lau-
des interdum sunt tanta pars, quantam quis cænatu vno
cōtexu satis attentè, & deuotè non potest facile dicere, fre-
quenter soleo ipse dicere nocturno tantum serò, hora eis
ferè propria circa mediam noctem, & Laudes hora etiam
illis ferè propria sub auroram, de quo inferius. nu. 64. pauca.

Quæ omnia si satis ponderare voluisset^x Sotus, nō tam ab-
solutè dixisset nō esse audiendos, qui dicunt octo esse horas
Canonicas, cum tot classici authores præfatis eisdemq; ner-
uosis rationibus id astruxerint, nulla eis responsione reddita.
29 * His consequens est Missam non esse de numero horarum
canonicarum, quod & glo. recepta ^y in loco proprio, & ab
Alberto alibi^z asseruit. Consequens item est, quod licet
episcopus, sicut quilibet alius sacro ordine insignitus, pec-
cat mortaliter quocunque die omittens recitare aliquam
horam canonicam, vt infra dicitur, non tamen ita peccat
omittendo missam, quia Missa non est hora canonica: Et
Bonifacius VIII. ² non dixit præcipi, sed decere episcopum
audire Missam quotidie, vt ponderauit quædam glo. ^b sin-
gularis, secundum Panor.

XIII. Dico non esse facile dictū, quæ horæ sint statæ,
siue in quibus tenemur dicere horas canonicas, præcipuè
30 nocturnas. Tum propter varietatem doctorum, que colligi
potest ex sancto Isidoro^c in quodam loco; & Innoc. & aliis
ordinariis, cum Alberto de Ferrariis^d in aliis, & Cosma^e &
S. Antonino^f & Thom. VValdenſi^g & speculatore^h in aliis.
Tum quod antiqui Christiani desiderio, quo ardebant sem-
per orandi, iuxta illud Redemptorisⁱ (oportet semper
orare, & nunquam deficere) & reputantes non posse nos id

z In prin-
lib. 5. ratio
diuin. off.
y In c. Pre-
sbyter. 91.
dist.

x Lib. 20.
q. 5. art. 4.
y Clem. 1.
verb. cano-
nicis. de ce-
leb. Missa.
z In tract.
de hor. ca-
non. nu. 26
& in c. j. de
celeb. Miss.
a In c. fin.
de priuile-
lib. 6.

b In Clem.
1. verb. Cano-
nicas de ce-
leb. Miss.
c Lib. de
ecclief. off.
ca. 14. cum
quiq; seq.
d In c. j. de
cele. Miss.
e In Prag.
tit. Quado
diui. offic.
fit celebr.
verb. debi-
tis.

f 2. par. ti.
9. c. 12. §. 30
col. 5. & 30
par. tit. 13.
c. 4. §. 4.
g Libr. de
Sacramēt.
à capi. 20.
v. q. ad 17.
inclusiue.
h In prin-
lib. 5. ratio
diuin. off.
i Luc. 18.

facere ob fragilitatem, & necessitatem humanam, dividebant noctes in quatuor partes, eo modo, quo milites eas diuidunt in quatuor vigiliis, quæ ternis horis constabant, & in vna quaque earum orare. In singulis quidem tribus pronuntiando singulos nocturnos, & in quarta Laudes, vt D. Isidorus^r, & Tho. Valden.^l declarant, imitates Esdras^m iuxta dicta in dicto præcedenti. & vltra prædicta, quæ noctu faciebant. pronuntiabant diu Primam, Tertiam, Sextam, Nonam, Vespertinam, & Completoriam, singulas earum singulariter, separatis horis. Tum quòd iidem antiqui alij, aut alij ter in vnaquaque noctium surgebant, adibantque ecclesiam, vt simul orarent. Prima quidem Vigilia, quando plebs dormiebat, surgebant soli clerici, qui tempestiuè cubabant. Post vero mediam noctem clerici, & coniugati, tam fœminæ, quàm mares: Ante autem quàm lucesceret, omnes, non solum clerici, & coniugati, sed etiam soluti, & pueri, ac puellæ testante id Cosma.²¹ Tum quòd sunt, qui Vespertinam & Completoriam referant ad officium nocturnum, dicentes eas & nocturnos, & Laudes seruire quatuor noctis partibus: Primam vero Tertiam, Sextam, & Nonam, quatuor diei partibus, cum die, & nocte octies recitarent, & in quacunque vice tres saltem psalmos pronunciarét, qui multiplicati per octo, sunt viginti quatuor: Ita quòd pro vnaquaque hora noctis, & diei dicebant saltem vnum psalmum, & sic quadantenus semper orabant & adimplebant illud Redemptoris^o (*semper oportet orare*) quamuis illud aliter germanius posse intelligi dictum sit. P. Tum quia postea refrigerante charitate, & crescente concupiscètia, multa mala, & turpia in illis congregationibus nocturnis fiebât, factum est, vt non solum omnes eas non adirent, sed nec pauci præter clericos: & tandem nec etiam omnes clerici, imo nec omnes canonici etiam Ecclesiarum Cathedralium: Imò Laudes dicuntur statim, & immediate post nocturnos, & Completorium mox post Vesperas; & sexta diebus ieiunij finita Tertia, & Nona finita Missa, & Missa finita Tertia, & Sexta, & Tertia, quasi mox finita Prima: ita quod solum ter communiter adeunt Ecclesiam, scilicet ad Matutinam, & Nonam, vel Vesperas, & ita mos verus videtur confundi nouo & nouo veteri. Tum quia alij alias horas intelligunt per Primam, Tertiam, Sextam, Nonam, Vespertinam, & Completoriam, vt copiose alibi⁹ diximus. Quæ omnia retuli Christiane lector, vt consideremus per Deum, & reputemus

MAIUS

mus omnes, quàm magnus erat ille ardor, & desiderium, quo ardebat nostri prædecessores inferniendi nostro crea-
 32 toni & Redemptori. Quanta cura, & sollicitudine inuigilabant nocte & die, & quàm parum gaudebant, eò quòd iam suas horas absoluisent, & ab obligatione eas dicendi iam soluti essent; vt nunc plerique gaudemus, quantoque magis optabant reuerti ad orandum, & colloquendū cum Deo, petendūque ab eo opem, & gratiam, quàm nos? Illi edebant, & bibebant, vt possent recitare, & orare, nos verò recitamus & oramus, vt possimus habere quod edamus, & bibamus. Illi se exercebant alijs operis, vt se per illas alentes possent melius orare, & afflictabantur desiderio aduentus temporis orandi, quippe quorum animis, oratio erat refrigerium, requies & solatium. Nos verò contra affligimur desiderio finis orandi, & oras recitandi, & aduentus horæ edendi, bibendi, confabulandi, & ludendi. Cogitemus ergò per Deum immortalem hæc & perpendamus: vos quidem qui maiore cum affectu, sapore, diligentiaque recitatis reputando vobiscum, quantum vobis deest, quo illis euadatis pares, & mereamini humilitate, quod non meremini actione. Nos autem, qui tenui affectu, minorèque sapore, magna negligentia, & maiori tardio recitamus, eleuamus mentes, resumamus vires ad imitandum vos, quos hac in re videmus feruentiores. Amen.

34 XIIII. Dico, quòd ad rectè intelligendum, quam horam diei appellat ecclesia Primam, quam Tertiam, & quam Sextam, Nonam, Vesperas, & Completorium, non debemus sumere diem, pro die naturali, qui secundum Romanos, Hispanos, & Gallos incipit, à media nocte in mediam noctem^r & Athenienses ab occasu solis, vsque ad alium occasum: & Babilonios ab ortu solis, vsque ad alium ortum eiusdem, & Arabes, à meridie, vsque ad alium meridiem, iuxta gloss. Accursij², quæ forte est vitiosa quatenus continet, nimis pro minus, vt colligitur clarè ex M. Varrone^t quem ipsa citat, decepta forte per Aulum Gellium^v qui etiam forsitan est vitiatas, sed debemus sumere diem pro die artificiali, vt
 35 Astrologi cum accipiunt, pro tempore ab ortu solis, vsque ad occasum interiecto, & non diuidendo per horas æquales horologij, sed per duodecim partes, quæ continent partes æquales eius, siue dies sit longior, siue breuior. Ita quod sex priores incipiuntur ab ortu solis, & finiuntur meridie. Alia verò sex incipiuntur: à meridie, & finiuntur occasu solis.

Ex

^r In lib. 1. de ecclesi. off. c. 23.
^l De Sacrament. c. 24.
^m Esdræ c. cap. 9.

ⁿ In prag. sit. Quali- ter horæ. verb. officium.

^o Luc. 18.

^p Sup. eodem c.

^q c. solet. sup. cod.

^r l. more

Romano.

^s de feriis

^t In d. l.

more Ro-

mano.

^v In princ.

Saturnal.

lib. 3. c. 3.

^v lib. 3. c. 3.

Ex quo sequitur primò, quòd quando dies sunt æquales noctibus, etiam huiusmodi horæ erunt æquales horis horologij. 2. quòd horæ dierum æstatis longiores & maiores erunt, quàm horæ dierum hyemis. Quia cum dies æstatis sint maiores, quàm dies hyemis, & non diuidantur in plures partes, & horas; quàm dies hyemis necesse est vt sint maiores. 3. quòd vt prima semper incipit orto sole, ita sexta, finitur meridie, & vt septima semper incipit à meridie, ita duodecima terminatur occasu solis. 4. quòd Tertia in hyeme, quando dies solum est octo horarum horologij, incipit ab hora nona & finitur decima horologij Hispani & Galli quæ sunt circiter 15. & 16. horologij Romani & Nona incipit, ante duas horas horologij Hispani & Galli post meridiem, & finitur ante tres quæ secundum horologium Romanum sunt circiter 20. & 21. & Tertia in ætate quando dies artificiales sunt sexdecim horarum, incipit ante septimam, & finitur octaua, & Nona incipit ante tertiam, & finitur quarta horologij Hispani & Galli. Totum hoc dictum cum suis Corollariis probatur per quamdam legem subtiliter inductam. V quæ habet, quòd media nox pridie Kalendas Ianuarij incipit sexta hora, quod non potest esse, nisi intelligatur de nocte artificiali, quæ incipit ab occasu solis, & finitur ortu eiusdem, & diuidatur nox quamlibet longa, qualis est illo tempore, in duodecim partes æquales, quarum sex occupent primam mediam noctem, & alia aliam. Probat etiam in Euangelio Ioannis 7 dicentis; Nonne duodecim horæ diei sunt? & in Euangelio D. Mathei 2 dicentis, Patrem familias exisse ad conducendum operarios hora prima, tertia, sexta, nona, & vndecima, & nouissimos dicit non laborasse, nisi vna hora: quia dies finita fuit duodecima. Probat etiam alia lege b iuxta intellectum suæ glossæ. Ne tamen remoretur lectorem diuersitas horologij Romani, & Itali ab vna parte, & Hispani, & Galli ab altera, Admoneo primò quòd vtraque horologia conueniunt in hoc, quod faciunt diem naturalem 24. horarum æqualium, sed differunt primò quòd hæc incipiunt signare ab vno solis occasu, & finiunt in altero, Illa vero incipiunt à media nocte, & finiunt in altera media nocte. 2. Quod illa signant per duas duodenas, quarum alteram incipiunt in media nocte, & finiunt in meridie, & alteram incipiunt in meridie, & finiunt in altera media nocte; hæc autem signant eandem 24. horas per quatuor senarios, quorum primus incipit à solis

2 Argu. c. Cum M. in princip. de sonatit.

9 l. j. ff. de Manumif.

2 Cap. 21.

a Cap. 20.

b l. 3. de verb. sign.

solis occasu, & secundus ab vltima primi senarij, & tertius ab vltima secundi senarij, & quartus ab vltima tertij, & finitur in occasu, in quo numerantur 24. 3. Quòd Romæ numeramus omnes horas signatas sine interruptione, appellando primam secundi senarij septimam, & secundam, octauam, &c. & primam tertij senarij 13. & secundam 14. &c. & primam quarti senarij 19. & secundam, 20. &c. & vltimam 24. Hispanus verò & Gallus interrompunt numerum, incipientes primam duodenam ab vna, & finientes in duodecima, & incipientes secundam duodenam à prima eius, & finientes in duodecima, ita quòd apud illos nunquam est 13. neque 14. neque vltior, Vnde qui promittit apud illos se iterum vel venturum hora 13. videtur promittere se nunquam id facturum. 4. quòd secundum hæc horologia nunquam scitur, quando est vera mediæ nox, nec verus meridiæ, sed solum quando est vel futurus est occasus, & secundum illa non scitur qua hora est, vel futurus est occasus. 5. Quòd secundum illa multum temporis perit in numerando sine interruptione vsque ad 12. magno vitæ tædio frequenter, secundum hæc verò parum, quia vsque ad sex tantum numeramus. 6. Quòd ob id heris mechanicis magis placent hæc, quàm illa, & eorum operariis magis illa quàm hæc. 7. Quòd horologium Capitolinum, & quædam alia Romana conueniunt cum Hispanis, & Gallis, quatenus signant 24. horas per duas duodenas, vt illa, cum aliis autem Romanis in eo quòd incipit signare ab occasu, & quòd qui audiunt ea numerant sine interruptione a prima vsque ad 24. Per quæ factis intellecta facile potest quis reducere horas communis horologij Romani & Itali ad horas Hispani & Galli, & contra horas illorum ad horas istorum; Quare breuitatis gratia de vnis tantum loquemur, & quia in æditione vulgari Hispana, antequam Romam appulissimus, de horis horologij Hispani, & Galli locuti sumus, par est, vt eam Latinitate donantes, de eisdem loquamur. *

38 X V. Dico, quòd ad conciliandum omnia Syluester c dixit Primam continere tres partes primas diei artificialis, diuidendo diem, vt astrologi diuidunt, vt prædictum est, & durare, vsque ad horam Tertiam quam dicit continere alias tres partes earum; & durare vsque ad meridiem, à qua sexta incipit, quam etiam dicit continere alias tres partes, & durare vsque ad Nonam, quam quoque dicit continere alias tres partes vltimas, & durare vsque ad duodecimam;

& hac

c verb. 16. ianif. q. 40

d In c. so-
lent. supra
ead.
e d. l. 2. de
verb. signi.

f In d. ca.
24.

g In 4. di-
stin. 15. q. 5.
c. 1. 4.
h 3. part.
tit. 13. c. 4.
§. 4.
i Verb. ho-
ra. q. 9.
k Cap. 2.
de Maior.
trad. Tho.
2. sec. q. 96.
art. 4. Pan-
& Felin. &
alij in c. 1.
de constit.
c. in his. &
c. Ecclesia
Alicarum.
11. dist.
l 3. part. ti.
23. c. 4. §. 4.
m In c. imi-
tare. 6. q. 7.
n Pfa. 118.
c. j. de cele-
br. Miss.
o Lib. 2. c.
15. de insti-
rut. coeno.
p Lib. 3. de
Instit. coe-
nob. ca. 8.

& hac de causa dici posse Tertiam finita Prima, & Vesperas finita Nona. Sed hac doctrina Syluestri nullo textu solide potest fundari; cum sit contra multos vt superius demon- strauit, in alio capitulo d huius distinctionis. Alciatus etiam dixit alibi e, Diem testante ecclesia incipere ab occasu So- lis, & durare vsque ad alium occasum: a qua opinione fir- mis rationibus in dicto cap. nos discessimus. Quare dicen- dum est iure scripto, per mediam noctem intelligi, medium noctis, id est horam duodecimam horologij Hispani vel Galli, & per Primam, vna hora post solis ortum, quando dies sunt pares noctibus, & aliquanto plus vna, quando sunt longiores, & aliquanto minus vna; quando sunt breuiores, & per Tertiam, Sextam, & Nonam; eas quas supra diximus f & secundum praxatum ius scriptum. & antiquam consuetu- 39 dinem, praxatae horae sunt horae statae siue debita, in quibus horae Canonicae dici debent. Sed hoc ius, quod est huma- num, & non naturale neque supernaturale diuinum; potuit mutari per leges Summorum Pontificum, & per consuetu- dinem legitime praxiptam. Cui consequens est Primo, verum esse id quod sentit Palud. g & clarius aperit D. An- toninus h, & clarius Syluest. i pura illas horas nunc posse dici debitas, in quibus horae Canonicae dici debent, id est, in quibus, per aliquam iustam ordinationem, constitu- tionem, vel consuetudinem foundationis, ordinis, vel monaste- rij vbi dicuntur, debent pronuciari vel cani; cum leges iustae superiorum & consuetudines rationabiles debeant obseruari k. Consequitur 2. quod vbi iusta ordinatione, Matutinum dicitur media nocte in Ecclesia, non satisfacere suo muneri dicentes quarta hora post mediam noctem, neque contra, si constitutum est, vt dicantur quarta satisfac- ient dicentes media nocte, quia vtriuque potest, iuste ordinari, vt concludit D. Antoninus l, & quamuis ob sex causas ab Archidiacono m scriptas, satis dicuntur, media nocte, iuxta illud n. Media nocte surgebam ad consistendum tibi, alia tamen ratione, aptius dicuntur paulo ante auro- ram, sub quam aprissime dicuntur Laudes, praesertim quan- do vtraque simul dicuntur. vt communiter fit ne sit eis ne- cesse iterum cubare post Matutinum quae recubatio visa est inconueniens Sanctis patribus Aegypti vt Ioan. Cassianus singulariter, alicubi o prodidit: licet alibi p contra sentire videri possit. Decere autem videretur, & expedire, vt ab aliis dicatur Matutinum media nocte, ab aliis ante auroram, &

sub

40 sub eam. Tum vt aliis in aliis horis laudantibus Deum, omni ferè hora eius Maiestas laudetur, siatque quadam te- nus Laus perennis. Tum quod multi layci audientes pulsam campanae ad Matutinum, media nocte canendum, in qui- busdam monasteriis & ante auroram, & sub eam, in Cathed- rali, & aliis ecclesiis, surgentes ex suis lectis, vel iacentes, in eis, collaudant etiam eundem variis horis. Consequitur 3. quod & si iuxta ius commune Nonam tenemur dicere in Quadragesima, tertia hora post meridiem secundum horo- logium Hispanum & Gallum, & Vesperas post Nonam ante coenam, vt tempore D. Thomae q fiebat: nunc tamen non est necesse id facere, quia consuetudo generalis in hoc ei de- rogauit. Consequitur 4. non esse anteponendas, Nonam, & Vesperas in quadragesima ita vt ante decimam, vel vnde- cimam nostri horologij Hispani, vel Galli, finiantur; quod aliquando factum vidi, ob ignorantiam forte vel ob citius coenandi auiditatem, sed male; quia nondum tantum tem- poris effluxit, ab eo, quo vespere pulsabantur in quadra- gesima post vndecimam praedicti horologij horam, vt po- tuisset dici legitime, id praescriptum. Quin, & multis mona- chis religio est, non finire Vesperas in quadragesima, vsque ad meridiem, siue duodecimam nostri praedicti horologij completam, A Iure autem antiquo non est descendendum, nisi quatenus aliud ius vel consuetudo legitima praescripta ei derogat r. His tamen adiungo legem de celebrandis Ves- peris ante coenam, in quadragesima, intelligendam, de 41 Vesperis, quae publice in Ecclesia dicuntur, non de aliis, quae priuatim, intra, vel extra eam: iuxta syluestrum s & Caie- tanum t, eo, quod illud capitulum singulare v, quod praeci- pit dicere Vesperas ante coenam in quadragesima, loquitur, si bene ponderetur, de publice & non priuate dicendis. Quae conclusio quotidiana est. Sequitur 5. quod licet iure com- muni sabbato sancto, non debeat ante noctem dici Missa, neque sabbatis quatuor temporum, ante Vesperam x, ta- men hodie etiam ante meridiem, potest dici, ob consuetu- 42 dinem, licet quoad sabbatum sanctum subdura videri pos- sit, quia illa missa est noctis resurrectionis, & non diei sab- bati, vt ibi dixit, glo. recepta y. Tum quia cereus ille pascha- lis, qui ad eam solemniter dicendam incenditur, ea nocte dicendam significat. Tum quia idem facit illa collecta Missae (Deus qui hanc sacratissimam noctem) etiam & illa verba, (haec nox) toties in benedictione praefati cerei repetita. *

Quae

q Quod colligitur extr. sec. 2o q. 247. art. 7. §. in ieiunijis solent. de co-secratioe dist. 11.

r l. praeci- pimus. C. de appell. c. ad audi-entiam, de Praescript. s Verb. ho- ra. q. 9. t In sum- ma verba horarum. v d. c. so- lent. supra ead. dist. x c. sabbato. in sine. distin. 3. & §. in ieiunijis, sub. c. solent. su- pr. eod. y In c. vi- sum infra eadem & planius gl. fin. c. quod a patribus 76. dist.

Quæ tamen durities, satis mollitur, eo, quod frequenter, Ecclesia permittit dicere, (*hodie*,) & (*hac hora*) referendo in aliam diem, id, quod in alio fit, & in aliam horam, quod alia; vt in qualibet octaua Natiuitatis, & Resurrectionis, in parte illa Missæ, quæ incipit, (*communicantes*) dicimus (*hunc diem*) referendo id ad primū diem festi. & frequenter (*Iam lucis orto sydere.*) ante ipsius ortum, & interdum post meridiem, referendo id ad tempus ortus.* Addo tamē hinc omnibus quod licet præfatis sabbatis recepta iam consuetudine liceat sacrificare, siue celebrare missam, & recitare Nonam ante meridiem, non tamen esse illicitum, etiam post id facere; etiam post tertiam, aut quartam post meridiem, in odō sine scandalo fiat. Tum quia vt alibi diximus hæc consuetudo solum est inducta causa subueniendi imbecillitati hominum, ne nimia dilatio cænz eis noceret, & ita solum efficit, vt præuentio, quæ alioquin esset illicita, sit licita, non tamen efficit, vt protractio in tardius tempus sit illicita eis, quibus vires & animus, ad eam ferendam essent: quia actus agentium non operantur, vltra intentiones eorum*. Tum, quod nulla hoc nititur ratione, vel autoritate, quod & ego, aliquoties feci, & sæpè consului parochis, quos sabbato sancto oportebat, multos reconciliare, & reconciliatos sacrosancta synaxi communicare, quæ nequibant facere, nisi Missa in tertiam vel quartā post meridiem protracta* & hoc quidem firmissimum erat, ante cōcilium Tridentinum. Sed illud b visum est aliquibus contraire iis, quatenus iubet Missas horis debitis celebrari. Sed nil obstat, quia hora debita tam iure, quam ratione est illa, quam nos dicimus: vt per præfata patet.*

XVI. principaliter dico, non solum horas Canonicas, quæ publicè in Ecclesia canuntur, aut recitantur, Sed etiam, quas priuatim in & extra eam vnusquisque clericus per se, aut cum socio recitat, dicendas esse horis statis debitis, & non sine iusta causa, in aliis. Tum quia ita fieri iubetur c, Tum quia non iubentur dici statis horis, tam in fauorem recitantium, quam ad augendum cultum diuinum & ad efficiendum magis continuam, diuturniorēque orationem.* & ita non tantum in fauorē recitantium, quantum in fauorem cultus diuini, & animarum ipsorum, & consequenter non possunt ei renunciare per supra d dicta* Tum quia Ioan. Andr. c relatus, & recept. ab omnibus, refert Angelum solere, Eremitæ cuidam sancto, in recitandis horis statam siue

siue debitam præuenienti horam ferre vvas immatutas comedendas, postponenti veto mæcidas, dicenti vero stata debita maturas, & sanas: & patet monachum illum non solere recitare horas publicas, in ecclesia, sed priuatim in suo cubiculo. Tum quia parœmia, & adagium Hispanum habet. Vesperas de nocte, y maytinas de dia, ni plazen à Dios, ni à S. Maria, quod tamen intelligendum est, de dictis absque causa. Tum quia Hostiensis quem omnes in loco proprio, & Cosmas Guimier in alio g, Cardinalis item in alio h sequuntur, aiunt clericos ita debere psallere horas suas Canonicas, vt officium respondeat hora diei, non restrictè sed largè eam considerantes, vt rectè ab Angelo est dictum, 46 Tum quia dictum illud Hugon. de S. Victore i relatum, per Palud. k & alios. Ante horam orare, prouidentia; post negligètia; debita vero obedientia; esse; intelligendum est secundum eosdem, de eo, qui iusta de causa præuenit horam, & sine, aut cum ea potens præuenire postponit eam. Hinc inferitur primo, errare multos ecclesiasticos, qui intergrum diem in otio consumentes, nec lectioni, nec studiis 47 negociisue vlli incumbentes; sibi gratulantur, & colatantur, quòd illico vbi illuxerit, aut paulo post horas suas omnes, ad vespèras vsque recitauerint. I I. errare quoque clericos, equitando iter facientes, & horas debitis horis recitare potentes, qui statim sub auroram, vno spiritu, vel contextu, dicunt omnes, & postea totum diem colloquiis, fabulis, & verbis ociosis, ne dicam turpibus, & pestiferis insumunt. I II. Inferitur consultius facturos, si sub crepusculum diei dicerent Marutinum, & deinde ad vnam horam Primam, & inde ad duas Tertiam, sub meridiem Sextam, & secunda pomeridiana Nonam, Vespèrinam vero prope quartam pomeridianam, & sub crepusculum noctis Completoriam: omnesque has debita cum pausa, & tono pronunciant, aliquanto intervallo, remanendo retro suos comites, ne illis essent molesti. Quin, & consultius agerent, si comites ipsos, qui dignitate minores, vel pares essent, amantèr hortarentur ad audiendum sanctum illud, & diuinum officium, quod ipsi (Deo aspirante) quam optimè, vel certè, quàm minimè malè possent, iubenter eis, vt eorum capellani, 49 pronunciant. Crede, candidè lector, mihi experto, quòd itineris comitibus paribus, aut minoribus communiter hoc placebit, libebitque illis discere, quàm sanctum sit toties in die meminisse Dei, & conuersari cum eo, maiorisq; facient

f In c. j. de celeb. Mis. g In prag. quando di ut. offic. verb. debitis.

h In Clem. j. §. ne igitur de celeb. Mis. nu. 4. i c. 3. Reg. s. Augusti. k In 4. dif. 15. quæst. j. col. 4.

a d. c. f. o. lent.

a In non omnis. ff. si cert. peta. & c. fin. de prob.

b In fest. 22. in decr. de obseru. & cur.

c Clem. 2. de celebr. Missa. & factis probatur. in c. j. eo. tit. vbi Inno. Hostien. & omnes alij hoc anno-tarunt. d In g. dif. 6. e In c. j. de celeb. Mis.

& clericos, & diuinum officium, & si quis eorum tam prauit fuerit ingenij, vt huius rei eum tædeat, vel pigeat, tacebit tamen, & boni consulet, si viderit hoc à clerico non hypocrisis, aut arrogantiz causa fieri, sed quia obligatus sit dicere horas suas debitis horis, & quòd charitate non ficta, sed vero Deo placendi zelo, mouetur ad inuitandum comites, vt meditentur in eo, & ab aliis cogitationibus vanis & malis ad solida, & sancta mentes conuertant. IIII. Inferitur contra scholasticos ad dicendum diuinū officium obligatos, qui priuatim non audiendo prælectores, nec prælegendò aliis facultates auditas, repetunt, & licet nullo negotio spirituali, ne temporalis occupentur, possentque studia sua intermiscendo eis preces horarias, gratiora sibi facere, omnes vno halitu, & contextu pronunciant, immemores illius S. Bernar. Lectionem impinguat oratio, & orationem lectio. V. Inferitur, contra canonicos, & beneficiarios Ecclesiarum Cathedralium, & Collegiarum, priuatim quidem officium Rom. trium lectionum domi recitantes officium verò suæ ecclesiæ in choro, cum interfunt ei, & cumulatè, suo iudicio, Deo satisfaciunt, pronuciando totum officium Romanum vsque ad vespertinam ante lucem, vel diluculo, & Vespertinam, & Completoriam statim à meridie, vel sub noctem, licet non impediatur impedimento, quòminus eas dicant horis debitis. maxime autem errant, cum hoc faciunt illis diebus, quibus non tenentur interesse, nec intersunt in choro publicè dicendis: Peccata tamen in his quatuor corollariis tacta tantum sunt venialia, per infra dicenda. * Sed rememorandum quod infra diximus, scilicet, per ea opera, quæ licet sint ex parte bona, ex parte tamen sunt mala venialia, nulla ex parte esse meritoria, vel satisfactoria, & ita, quicquid per ea promereri quis potuit omnino perdit, rememorandum, inquam, est, quò magna cura caueamus, ne recitationes nostræ sint peccata venialia, cum per eas licet non perdat gratia gratum faciens, impeditur tamen eius clementem, & augetur poena prius debita iuxta doctrinam Thom. ^m & communem. * VI. Inferitur, non licere anticipare officia diuina ob spectacula, & agitationes taurorum, vel ob hastiludia, & lusum cannarum, & alia profana, quo postea liberius ea spectare liceat, nisi cum illi, qui solent audire, non venirent ad audiendum ea si alia quam debita hora, non celebrarentur. Dixi (nisi, &c.) quia non liceret mutare horam sine iusta causa, vt eas celebraturi

1 cap. 6. an
mc. 32.

22 Sec. 2. q.
24. art. vlt.
adiunct. q.
87. art. 1. &
89. art. 1. in
prima sec.

51 celebraturi præfata spectacula adirent, iuxta multa iura ^{id si} significantia. VII. Inferitur non licere mutare matutinam dicendam hora quarta post mediam noctem, ad horam septimam, ob interdictum generale, ob quod non cantatur, Tum quia interdictum nec tollit, nec mutat ordinem diuinorum officiorum, nisi quoad expressa in cap. Alma mater. ^o pura, quod clausis portis, submissa voce, & non pulsatis campanis dicantur. Tum quia eadem ratio, qua statutum est, vt decantetur hora quarta non extante interdicto, debent dici eadem extante illo, vt palam est P. Tum quia hoc solet præbere occasionem committendi illud à Concilio generali ^q deploratum in clericis, nempe quòd vix ad diurnum concentum animi excitantur. Tum quia ex hoc provenit, vt post interdicti sublationem ægrius ad quartam surgant. Inferitur octauo, quòd sicut non extante interdicto, in quibusdam ecclesiis Cathedralibus, & collegiatis, inter Primam, & Pretiosam celebratur Missa de Prima, & ea finita descenditur, vel exitur compluribus diebus ad dicenda responsoria defunctorum super sepulchris eorum, quibus dictus ascenditur, vel reditur cum (*Miserere*) ad capitulum, vel chorum, ad dicendam Pretiosam, sic fieri debeat etiam extante interdicto, per dicta in corollario præcedente; Eodem planè modo sequitur quòd sicut Missa de Tertia, non extante interdicto dicitur dicta Tertia ante Sextam: & si dies ieiunij, aut Veneris fuerit, Missa celebratur dicta Sexta, & Nonna post illam; sic fieri debeat tempore interdicti, cum, quantum ad hoc, nihil interfit extare, aut non extare interdictum.

52 Item sequitur, quòd sicut Missa non extante interdicto cantantur capitulariter in choro, sic extante eo generali, capitulariter submissa voce in choro pronunciantur debeant, id est chororum capitulariter debere respondere celebranti, & pronunciare totum officium cum pausa, & tono, sic vt non cantentur, sed à presbytero in altari exaudiantur, quem ita misere oportet, vt audiatur in choro. Et si huius rei gratia opus esset Canonicos, & beneficiarios descendere ad capellam, id facere debent. Quæ confirmantur per contextum celsi capiti Alma ^r, scilicet, Missa, & alia diuina officia dicantur sicut prius, submissa tamen voce. Pondera, quòd ait (sicut prius) excepto quòd submissa voce dici debent. Ergo cum prius dicerentur capitulariter, cumque prius chorus responderet, & diceret introitum & (*Kirie, Gloria, Credo,*) & alia, debent profecto hæc dicere tempore interdicti, quod

n. c. c. de
cor. c. p.
n. l. de vic.
& honest.
ca. intenti
tia sangui
nis, ne cle
ri. vel mo
nac. c. j. de
Torneam.
o. c. Alma
mater, de
sent. exc. 6.
lib. 6.
p. Sup. in
to. & 12. di
cto.
q. in c. do
lentes. de
celeb. Mis.

x De sent.
exc. 6. un.
lib. 6.

¶ c. Alma.
de senten.
excommu.
libr. 6.

¶ cap. j. de
celeb. Mis.

¶ Thom.
quodlib. 5.
art. 28.
x 2. part.
tit. 13. c. 4.
¶ 4.
¶ In c. j. de
celeb. Mis.
quæst. 13.

¶ d. c. 19.

¶ c. j. de ce
lebr. Mis.
c. presbyt.
91. dist.

¶ in 2. sec.
q. 147. art.
4. ad 3.
c. in rubr.
de obseru.
ieiunij.

placuit ibi Archidiacono probato, per Ioan. Andre. Domini.
& Communem, in eodem cap. ^s super verbo. (Adefsent)
IX. Inferitur, quod etiam si foris nemo veniat ad ecclesiam,
auditurus horas publicas, horis tamen debitis dicendæ sunt, ⁵⁸
secundum opinionem, quam pro vltima, & per consequens
sua ponit Innoc. alibi ^t per Hostien. Ioan. Andr. & Commu-
nem ibidem probatam. * Quo fit, vt iure valde turpe visum
fuerit, quod à quibusdam religio-^{is} factum nouimus, pulsa-
re campanam media nocte, ad significandum Matutinum
tunc celebratum iri, & neminem surgere ad celebrandum
illud, imò nec postea conuentualiter, sed tantum singulari-
ter illud à singulis dici. * X. Inferitur, verum esse illud S.
Thom. ^v S. Anton. * & Albetti de Ferrar. Y cum communi
asseritum, scilicet, Peccare recitantes Matutinum Vespera, ⁵⁴
absque alia causa, quam vt commodius & delicarius mane
dormiat, eademque ratione pfallentes horas summo mane
vsq; ad Nonam exclusiue, vel inclusiue, quò postea ludant,
confabulentur, & orientur. XI. Inferitur peccare illos, qui
sine iusta causa recitant Primam ante Matutinam, Tertiam
ante Primam, Completoriam ante Vespertinam, aut Vesper-
tinam ante Nonam, quia ordinem dicendi eas rectum per-
uertunt, licet vt infra ² dicetur, non sit necessario id quò dita
dicitur, iterandum: sicut nec præcipitur horas tempore in-
debito recitatas iterare. Quo fit, vt peccata in his duobus
corollariis tacta non sint mortifera, sicut nec in quinque
proxime præcedentibus contenta.

XVI. principaliter dico horas, quæ canendæ sunt, & ⁵⁵
dicendæ in Ecclesia, ita dici posse vel cani hora anticipata,
vel postposita iusta de causa, sicut horæ, quæ priuatim intra,
vel extra pronunciantur. Tum quia intentio eorum, qui ho-
ras præfatas ad dicendum diuina officia præfixerunt, vide-
tur esse præfata; vt quædam capitula probant ². Tum quia
rationi consonat, vt ob processiones aliquas solennes, aut
concionem insignem, aut iucundum Bullæ Cruciatæ, aut
Regis aduentum, aut alias similes causas præponatur, vel
postponatur horæ debitæ Prima, Tertia, Missa, aut aliud ali-
quod diuinum officium; ita tamen, vt fiat autoritate super-
ioris ad id potestatem habentis, qualis videtur Episcopus
in Ecclesia Cathedrali, vel eius Vicarius, aut Capitulum, vel
Decanus, per dicta in simili casu de ieiunijs à S. Tho. in vno
loco, & Panor. ^b in alio ^c communiter receptis: In alijs
autem Abbas, Præpositus, Prior, vel alius Prælatu argu-
mento

mento cuiusdam glossæ singularis ^d. Cui consequens est
Primo esse tolerabile id, quod fit in quibusdam Vigilijs
quorundam dierum solennium in nonnullis ecclesijs, in
quibus, vt concurrat populus ad earum Matutinam, sub cre-
pusculum noctis eam canunt. Cui consequens 2. videri po-
test id, quod Ioan. Maior ^e dixit, non peccare scholasticos,
qui toto tempore ante prandium studijs vacant, & à sumpto
prandio horas recitant, eo quòd studijs aptior sit aurora, &
orationi non inepta Vespera, & licet studium non sit iusta
causa omittendi recitationem horarum canonicarum, esse
tamen potest talis ad recitandum eas iustè hora alioqui in-
debita, vt exerte asserit S. Thom. ^f in præceptore, aut docto-
re prælegente: Licet meo consilio, nullus, eo solo quod sit
litteris deditus, id faciet, nisi etiam alijs occupetur negotijs:
Consulit enim est tam ad animæ salutem consequendam,
quam ad augendum tempus studendi, & vana colloquia vi-
tandum, quam etiam ad maiori cum deuotione, animique
consolatione orationi vacandum recitare Matutinam pri-
ma parte noctis, vsque ad Laudes, & cum primum surrexeris
Laudes & Primam, deinde hora horologij Hispani vel Galli
nona estate, & decima hyeme Tertiam, & Sextam, audien-
do Missam, & statim à prandio Nonam, & vbi paulisper dor-
mieris Vespertinam, & in fine studij pomeridiani, aut ini-
tio Vespertini, (quod mihi magis arridet) Completoriam,
etsi non solum studijs, sed & alijs est occupatus negocijs,
quo minus supradictum ordinem seruare possit, procuret
potius anticipare, quam postponere. Experientia enim non
semel didici, Dominum Iesum raro impertiri fauorem re-
citandi cum animæ cõsolatione horas quantuncûque iusta
de causa postpositas, aut saltem mihi nunquam illud im-
pertiuit, licet aliquando sic horam præuenienti. Quin fateor
ingenuè, decisionem hanc Ioannis Maioris magis obtulisse
mihi quam profuisse, quippe quæ occasionem præbuit mihi
postponendi aliquoties horas, quas potuissẽ anteponere,
postea vero semper eas cum animi tædio, & fastidio pronũ-
ciani. Consequitur 3. licere recitare Matutinas, & Laudes
prima parte noctis, gratia vigilantis immorandi litteris
discendis, vel docendis, alijsve operibus pijs tempore ma-
tutino secundum S. Tho. ^g recept. per omnes. Item posse
quem licite recitare omnes horas diluculo, vsque ad Vesper-
tinam, vt maiori cum attentione eas profetar, præsumens
fore, vt postea tempus desit ad recitandum eas attente, & de-

^d In c. po-
tuit. de lo-
cate

^e In 4. di-
stincti. 120.
col. 1.

^f Quodlib.
3. art. 18.

^g In quodẽ
li. 5. ar. 26.

In ca. 1. de celeb. Miss.

In C. de Theaur. lib. 10. l. ex friso. ff. de vulg. ca. 1. cum gl. de Rescript.

In 16. d. 1. Ant. 3. par. cit. 2. cap. 9. l. 2. par. cit. 9. d. 16. 3. col. 5. in 16. d. de lence. de cele. Miss. In ca. 1. de celeb. Miss. pres. bit. 9. dist. 0. In 16. d. p. 3. par. cit. 13. c. 8. §. 4. q. Verb. Mora. q. 9. r. In sum. verb. Ho. rarium. §. quoad 4.

uote, ob negotia sibi occurrura; vt ab Illustissimis Cardina libus, aliisque multis passim fieri Romae ait Innoc. h Ioan. Andreas, & Communis. Non obstat, quod in dies Romae impetratur priuilegium, & per Bullas Cruciatas Apostolicas indulgetur, vt Matutina vnus diei precedenti Vespera dici queat; & quod iure communi conceditur, frustra precibus impetratur. 1 Nil inquam hoc obstat. Tum quia multa Romae via priuilegij conceduntur, licet iure communi sint concessa, vt absolutio irregularitatis mentalis, & alia huic similia: * Quae memini videre in Bullis Cruciatas, qualia tamen nisi in hijs, quae sunt probabiliter dabilia, non vidi concedi a sacro penitentiariae pratorio, * Nec id omnino frustra fit; Reperiuntur enim nonnulli ita scrupulosi, quod nullius opinionie seruari queant, quos tamen Apostolica concessio seruat, & reddit serenissimos. Tum quia tam efficacibus verbis posset concedi hoc priuilegium a Sede Apostolica, quod liceret impetranti etiam impune, sine vlla iusta causa anticipare; quod iure communi minimè licet. * Admoneo te tamen lector Christiane, quod abhinc 60. Annos vis audebant in Hispanijs & Gallijs etiam ex causa post dicta Vespera Matutinam bibere etiam obstrim aquam, cenabant vero post illam neminem vidi, Video tamen nunc passim Matutinam recitari ante cenam, & ante solis occasum in vrbe, quod An omnino licite fiat dicam cap. 21. *

XVII. Quod sicut recitare horas praueuendo, vel recitandis horis postponendo iusta de causa, non est peccatum per supra allegata, & sine illa sic per dicta in dicto 15. non est tamen plusquam veniale; Quae conclusio est consolantissima, & vera. 1 Tum quia nulla ratio, nec autoritas est, quae in contrarium urgeat. Tum quia licet concilium generale praeeperit, vt obligati ad horas Canonicas dicant officium tam nocturnum quam diurnum, non tamen praecipit, vt nocturnum nocte, & diurnum die diceretur, Tum quia si, vt tenemur psallere omnes horas singulis diebus, ita teneremur ad dicendum illas horas debitis, sequeretur, quod vt non possumus communiter vlla de causa horas vnus diei differre in alterum, sic etiam non possemus differre easdem de vna hora in aliam, cuius contrarium vbiq; seruat, & iure probatur, vt supra dictum est. Vnde singulariter sentit S. Anton. P & exercet afferunt Syluester 9 & Caietan. r Quod dicere Primam, imò & Matutinam post meridiem, imò & post decimam, & yndecimam a meridie non est pec-

carum

carum mortiferum, modo ante mediam noctem finiantur. Ex hoc dicto inferitur Primo, quod & si ad iustum implem tum praecipit, de dicendis horis, necesse sit obseruare circumstantiam temporis, tamen non videtur pars substantialis eius, quod eo praecipitur, secundum Caiet. s Sequitur 2. Recte dictum a S. Tho. r quod quantum ad horarum recitationem, vnusquisque dies incipiat a sua vespera; pro quo est concilium v Compendij, & decretum Alexan. iiii. x cum glof. suis. Sequitur 3. verum esse dictum illud Caiet. v Diem quoad horas recitandas durare vique ad mediam noctem, & incipere a vespere, quae insignis est praefatorum textu declaratio. Sequitur quarto, Recte dixisse S. Tho. r eum, qui dicta vespertina & completoria vnus diei sero dixit matutinam sequentis diei, videri eas dicere illo die, quod tamen non procedere, nisi quoad Matutinam, & Laudes dixit Caiet. Qui licet absq; vilo textu, & ratione ita declarat dictum S. Tho. r fundatum a nobis maximae autoritatis textibus, ea tamen ratione nobis placet, Quod consuetudo generalis habere videtur non esse dicendas Vespera praecedente horas alterius diei vltra Laudes. Quamuis enim ratio Thomae de rigore videatur concludere idem, quoad Primam, Terriam, & alias omnes horas, consuetudo tamen praefata illud limitans rationi valde consona videtur. Quapropter nunquam respondere auctus fui licere dicere in Vespere Primam aliasue horas alterius diei, exceptis Matutinis, & Laudibus. Quod ipsum decidit S. Antonin. b. in alio loco dicēs, quod neque in capella Papae recitetur Prima statim post Matutinum, nisi cum post mediam noctem dicuntur. Contra tamen hoc dictum decimum octauum facit primo, quod si ratio principalis pro eo adducta, nempe circumstantia temporis horae debita non esse partem substantialem praecipit de recitando diuino officio, esset vera, sequeretur non solū non esse peccatum mortale, sed ne veniale quidem recitare horas anticipando, aut postponendo, cum id nec vllis legibus, nec praecipit contraheret 2. quod concilium Viennense habet vt debitis horis Deo psallatur, quod in Statuto ecclesiae Gallicanae, d fuit innouatum longe antea alibi decretum. e 3. Quod vir ille doctissimus Vimbertus in Commentario regulae S. August. f reprehendens non surgentes de nocte ad Matutinas, eo quod putarent satis superque satisfacere officio diurno interuallando, dicit non cupere se fieri de numero beatorum, & consequenter peccare mortifere 4.

s d. verb. Horarū. §. quoad 1. r Quod. l. 5. artic. 18. v In ca. 1. de ferijs. vbi glo. quā in hoc cō. mendat 7e ly. in c. C5 sultit de off. deleg. x ca. 2. de ferijs vbi glof. y vbi sup. z d. Quod li. 3. ar. 28. a vbi sup.

b In 2. pa. cit. 9. ca. 2. §. 3. col. 5.

c In C18. l. 5. Ne igitur de celebr. Miss. d In ritu. Quādo diuina offic. celeb. e c. Presbiter. 91. d. & cap. 1. de cele. Miss. f cap. 1. 7.

D 4

g In verb.
Hora Ca-
nonica §. 2.

h In 1. sec.
qu. 88. art.
4. ad pri.

i Prælat.
7. num. 16.

k Verbo.
hora. q. 9.
l Verb.
Horarū §.
Quoad 4.
m In cap.
Presbiter
91. distin.
& cap. 1. de
celeb. Mis-
sar. Clem.
1. eod. tit.
fessor. 21.
Cōc. Basl.
n Vbi sup.
quærit. 9.
o Arg. gl.
1. de celeb.
Missar.
p. 112. par.
tit. 6. c. 12.
§. 3. col. 5.

q In glos.
Prag. tiru.
Qualit. ho-
raz verb.
officium.
r In 12. di-
cto.

quod Angelus à Clauasio, § dixit Prælatos non curantes, vt horæ in ecclesiis suis debitis horis psallantur, peccare mortaliter, esto dicantur in aliis horis, idemque esse dicendum de clericis, & monachis ad id obligatis. Ad primum tamen horum respondeo, negando illationem in eo factam, Nam vt dicit S. Tho. ^b peccatum veniale vt plurimum non consistit in non adimplendo præcepta, nec in transgrediendo prohibita, quia in his consistit potius mortale, sed in non seruando modum rationabilem adimplendi præcepta, quem lex prætendit. * Quod nos vtiliter declarauimus nuper in Manuali Confess. ¹ * Et quia lex præcipiens recitare horas prætendit vt recitentur obseruato dicto modo, & circumstantia horarum debitarum, ideo id non obseruans videtur peccare venialiter, & non mortaliter. Ad secundum respondeo, quod iura in eo citata ad summum concludunt dictum Angeli in quarto argumento allegatum, nempe, Prælatos non procurantes recitari horas publicas in suis Ecclesiis horis debitis, peccare mortaliter, quod ipsum etiam Syluest. ^k affirmavit, Licet ne hoc quidem Caiet. ^l concedat. Cuius opinio licet de rigore sustentari queat, ex æquo tamen dici potest eam reprobari per concilia ^m præcitata, quæ non solum iubent horas canonicas celebrari, sed adiiiciunt modum eas celebrandi horis debitis. Ampliatio illa Angeli, qua dictum de Prælati extendit ad clericos, & monachos, iuste videtur refelli à Syluestro ⁿ asserente eos non peccare mortiferè, si dicant suas horas in aliis, quàm debitis horis, licet Prælati præcipiant, & procurent, vt in suis Ecclesiis horæ debitis horis dicantur, modo illud præceptum, ab aliquibus eorum illis horis impleatur. Ad Tertium respondeo, nos non obligari ^o opinio ne Vmberti, & eam D. Anton. ^p duram iudicasse, meoque iudicio noluisse contrarium his, quæ prædicimus, asserere, licet ad incitandum nos, quo libentius noctu ad Matutinas surgeremus, verba prægnantia, quæ vtrunque significare possent, protulisset. Ad quartum respondeo idem quod ad secundum, concedendo illud Angeli, vt prædictum est declaratum.

XIX. principaliter dico, licere iusta de causa recitare Matutinas vsque ad Laudes de nocte, & differre Laudes ad tempus Matutinum, vt etiamnum à nonnullis religiosis fieri videmus, quod approbat doctissimus ille Canonista Guimier. ^q Tum quia sunt horæ distinctæ, vt supra dictum est. ^r Dubitatur tamen quotidie, ad vtram earum referatur, (Te

Deum

Deum laudamus) ad Laudes ne, vt initium earum, An ad Matutinam, vt eius finem? & consequenter, An dicendum sit in Vespera vna cum nocturnis, An mane cum Laudibus? & mō iudicio Matutinæ finis est. Tum quia nocte Natiuitatis ante Missam pro fine illarum dicitur, & post communionem incipiunt Laudes, per Deum in adiutorium, Tū quia (Deus in adiutorium) est initium omnium horarum secundū iustam institutionē Damasi Papæ, quam Hieronymus dicitur ei suasse, & (Te Deum) dicitur ante (Deus in adiutorium) ad Laudes. Tum quia secundum regulam S. Benedicti post (Te Deum) dicitur euangelium, secundum Guiliel. durandum ^s in vna parte, qui in alia dicit Laudes incipere à versiculo eam præcedente, * Qui tamen versiculus secundum formulam breuiarij Pij V. nunc non dicitur, licet vt plurimum secundum alias formas dici solebat. * Non obstat his, quod ab Innoc. III. ^t videatur poni pro parte Laudum, dum dicit, quod (Te Deum laudamus,) regularius dimittitur, quam dicitur in Laudibus matutinis, Responderi enim potest primo eum per verbum (Laudibus matutinis) non intellexisse partem horarum vulgo Laudes dictarum, sed omnia officia matutina, quæ Primam præcedunt, quæque vt aliæ omnes horæ etiam sunt laudes Diuinæ, & consequenter Laudes. II. Quod ipse loquutus fuit iuxta more frequentius receptū à choris Ecclesiarum, in quibus communiter excepta nocte Natiuitatis, Laudes immediatè post Matutinam celebrant, ne bis ex interuallo diuersis horis eos surgere, & in choris conuenire oporteat. Vnde inferitur, quod psalmus (Misere mei) qui iuxta formam quorundam breuiariorum, in Quadragesima, & feriis solet dici loco (Te Deum) etiam sit finis Matutinæ, & cum ea dicendus, & non cum Laudibus, cum separatim dicuntur, cum eadem ratio sit vtriusque ^v, & surrogatum sapere debeat naturam eius, cui surrogatur. ^x * Incidit tamen hic quæstio; An in Ecclesiis vbi nocturni more antiquo separatim dicuntur à Laudibus, vel priuatim extra chorum ab aliquibus, vt me frequenter facere solitū supra ^y dixi, ante illas debeat præmitti Pater noster, cum Aue Maria secundum formulam recitandi à fox. re. Pio V. in suo Breuiario traditam? Pro parte enim negante facit, quod nusquam in initio Laudū id significatur, nec in Noctē Natiuitatis Domini, in qua separatim canūtur. Pro parte vero affirmante facit regula illa eius, quæ ponitur in fine regularum generalium, quod Pater noster, cum Aue Maria,

s In Ration. lib. 5. tit. de nocturnis co. vltim.

t In c. C6 filium de celeb. Mis.

v Ergo idem ius l. Illud ad l. Aquil. ff. x §. fuerat. In tit. de adtio. & c. Ecclesia S. Marix, vel lit. pēd. y nu. 30.

D 5

ante omnes horas debent præmitti, excepto Completorio, & meo iudicio, hæc pars est seruanda. Nam fundamento pro contraria parte adducto responderi potest, ideo non fuisse hoc in initio Laudum admonitum; quia ut plurimum non dicuntur separatim, & noluit obligare ad id, quando dicuntur coniunctim; & in nocte Natiuitatis Domini, quando ut plurimum separatim publicè canuntur, excusatur ab eo dicendo, qui Missam dicit, ne illam interrumpat, & chorus, ne cantum suum diuidat, quod æquum videretur. Suboritur etiam quæstio, An in fine nocturnorum, cum dicuntur separatim à Laudibus debeat dici Pater noster; secundum præfati Breuiarij formulam, & videtur quòd sic: Quia licet nulla regula generalis præfati Breuiarij habeat, ut in fine cuiuslibet horæ dicatur Pater noster, sunt tamen particulares de Laudibus, Tertiis, & Nonis, quibus præcipitur ut in fine illarum dicatur: quæ per identitatis rationem videntur extendendæ ad Vesperinam, & consequenter ad finem nocturnorum, cum dicuntur separatim ab hora Laudum, licet non extendantur ad Primam, quia Pretiosa immediate dici debet post benedicamus eius, quamuis ipse solem dicere illud in fine Pretiosa; de consilio magis, quam de præcepto. Ex quibus infertur quòd dicenti horam nocturnam separatim ab hora laudum additur onus dicendi duo Pater noster, & vnum Aue Maria, vnum quidem Pater noster, in fine horæ nocturnorum, & Pater noster, & Aue Maria in principio horæ laudum.*

XX. Dico, plerumque non esse peccatum edere, aut bibere aliquid post dictam Matutinam in Vespera, nec id præstare impedimentum celebrandi Missam mane sequenti, secundum decisionem magistri Raulinij in quodam sermone cænæ Domini, & Ioannis Maioris alibi. ² Quæ decisio magnæ mihi fuit olim consolationi, ob quam respondi eis, quæ ratione studij, alteriusve negotij iustè recitare potest Matutinam diei sequentis in vespera eius, posse illam recitare etiam ante cœnam, si putat deuotius se illam dicturum ante cœnam, quam post eam somno superueniente. Respondi etiam posse eam dici antequam noctescat, modo iam expleuerit horas illius diei. Tum quòd nec à S. Thom. ² nec vllto alio doctore insigni contrarium dicitur, Tum quia eadem ratione vtrumque probatur, Tum quia Tho. simpliciter ait, recitatis Vesperis, & Completorio hodierni diei, posse dici Matutinas crastini, nulla facta mentione cœnæ.

aut

aut symposij, quòd collationem vocant, neque noctis, neque diei, an sit de nocte, nec ne. Ex quo infero clericos, & religiosos, qui feria quarta, quinta & sexta hebdomadæ sanctæ canunt, aut recitant de more sub crepusculum, & noctè Matutinas, quas vocant tenebras, ante symposium, siue cœnaculam, quam collationem vocant, iussè posse illam, post eas dictas, siue cantatas, sumere; licet fatius esset eam sumere ante, quòd multi religiosi faciunt, præsertim si post multam noctem fuerint finiendæ.

- 65 XXI. Dico, non esse peccatum inuertere ordinem horarum iusta de causa, nempe recitare Tertiam ante Primam, 66 Nonam ante Sextam, Completorium ante Vesperas. Iustam autem causam esse arbitror, quòd chorus inceperit Tertiam, aliamue horam, ego autem non dixerim Primam, aut aliam illam, quæ incipitur, præcedentem, Quo casu liceret mihi psallere cum choro quam canit horam, & postea dicere Primam, aut aliam a me omissam, secundum S. Anton. ^b aperte dicentem, quòd etiam si per negligentiam, aut incuriam, imo scienter id fieret, non esset plus quam veniale, nec induceret obligationem iterandi horam iam dictam, licet ordine præposterò. Quòd ipsum affirmat Angel. ^c & Syluest. ^d 68 & satis colligitur ex eo, quòd Innoc. ^e alibi dicebat. Contra hoc tamen facit, quòd idem S. Anton. ^f & Angel. ^g allegantes Hostiensem dicunt Peccare mortaliter eum, qui priusquam recitet Primam, sacrificat, siue missat, etiam si intendat eam postea recitare. Cui tamen responderi potest primo, ^h Quòd dictum Hostiensis agit de præposteratione horarum ad Missas, quæ, ut prædictum est, non sunt horæ, dictum vero nostrum agit de præposteratione vnus horæ ad alteram, & à diuersis non fit illatio. ^h

- 70 II. responderi potest negando peccare mortifere eum, qui ante recitationem Primæ sacrificat, cum nullibi reperitur textus, qui id probet. Nec obest quòd inualuerit consuetudo non sacrificandi, siue Missandi ante Matutinam. Tum quia non est extendenda illa ad sacrificatorem ante Primam, post illam. Tum quia non omnis transgressio cuiusuis consuetudinis est mortifera, ut neque etiam quilibet transgressio legis humanæ, imo nec Diuinæ, ut asserit Tho. ⁱ & diffuse probat Caietan. ^k & hanc conclusionem tenet Syluest. ^l quæ de rigore iuris mihi vera videtur, etsi nec ea vti, nec eam aliis consulere vnquam ausus fuerim, neque etiam nunc eam consulerem, nisi cum sequeretur scandalum, aut retardatio

b In 3. par. tit. 13. cap. 4. §. 4.

c Ver. hora §. 18. d Verb. Hora. quæ 9. vers. 4. e In c. Dolentes. in fine de celebr. Miss. f In 3. par. tit. 13. ca. 4. §. 4. g Verb. Miss. §. 42. h c. Ad audientiam. de decim.

i 2. sec. q. 186. arr. 9. k 2. Tom. de obliga. præcepto. l Verbo Miss. q. 6.

z In 4. di. 12. quæst. 6. col. 1. & 5.

a In dicto Quodii. §. articl. 18.

datio nimia populi, si prius Missa non celebraretur, aut alia non ab similibus causa concurreret, qualis esset consuetudo tempestiue Missandi ante horam deputatam Primæ. * Quia etsi Missa non sit de horis Canonicis, vt supra dictum est, & ideo non habeat ordinem ad illas, ad eam tamen deuotius & reuerentius dicendam disponit recitatio Matutinæ & Primæ, & quidem germanius quàm quædam alia preparatoria priuata priuatim à parum doctis composita, quod forte nõ circumspexit Sotus ^a vir alioquì circumspèctissimus, quo nimiam forte occasionem præbuit sacrificis ante omnes horas missandi contra consuetudinem antiquam, quam D. Anto. b & Angel. secuti Hostiensem, magni fecerunt, quod iterum tangemus infra. ^d *

^a Lib. 10. q. 5. art. 4. de iust. & iur. ^b In 3. par. tit. 13. c. 4. §. 4. ^c Verb. Miss. §. 42. d. c. 21. concord. 21.

^m Facit c. i. §. hoc non tādum, qui feud. dare poss. & c. li. et ex quadam de Testi. & dictū Bal. in l. j. ff. de Sena. n. Quodli. §. art. 28.

^o c. licet. de regul. c. Bonæ. de post. prel. §. sancim. Auth. de restit. & ea quæ parit in xj. mens. fe.

^p c. Quod sup. his de Maiorit. & obed. Cle. ne Romani de elec. q. In dicto 15.

XXII. Dico, quòd maior causa subesse debet, quò iuste ⁷¹ ab horis debitis mutari possint horæ publicæ in ecclesia publicè recitandæ, quàm quæ priuatim in ea, vel extra eam recitari possunt; & maior, quo transferantur ad horas remotiores debitis, quàm ad propinquiores illis. Maior enim effectus maiorem causam requirit: ^m effectus vero maior est mutare publicum, quàm priuatim, & magnum, quàm paruum, vt ex se patet. Ex hoc sequitur primo, quòd quamuis ad anticipandam priuatam recitationem mearum horarū, sufficiat propositum agendi honestam rem aliquam publicam, vel priuatam ea hora, qua recitare deberem, quæ quidem nec antea, nec postea commode fieri potest, iuxta mētē S. Thom. ⁿ non sufficit tamen ad mutandum officiū, quod publicè fieri debet. Quinimo opus est concurrere opus ali- ⁷² quod publicum, quod eam horam sibi vendicet, puta con- cionem, supplicationes, receptionem Bullarum, Principis, aut alterius rei similis, eo quòd bonum publicum præferendum sit priuato, ^o & magis publicum minus publico.

II. Sequitur, quòd vt mutetur perpetuo aliquod sacrum officium de vna hora in aliam, maiore opus est causa, quàm vt semel aut iterum mutetur. III. Quòd licet ob aliquam causam possint clerici vnius ecclesiæ semel, iterumue trans- ferre matutinam mediæ noctis in auroram, vel noctis crepusculum: Non tamen possunt statuere, vt in perpetuum sic mutentur citra maiorem causam, & auctoritatem; adeo, vt bis responderim non sufficere in id auctoritatē Episcopi, qui suo statuto contrario non potest mutare ius commu- ne P. Conciliorum, & Pontificum Maximorum, qui vt su- pra ^q dictum est statuerunt, vt horæ Canonice saltem pu- blicæ

⁷³ blicæ certis horis recitentur, iuxta illam singularem deci- sionem Fely. ^r Quòd licet Episcopus possit semel, vel iterū iusta de causa dispensare vt de consensu hæredis fundato- ris conferatur beneficium fundarum ei cui non insunt qua- litates in fundatione requisitæ; non potest tamen statuere, vt tali semper conferri possit.

^r In c. cum accessisset col. 8. de Confit.

III. sequitur maiorem subesse debere causam, vt hodie antequam noctescat reciretur Matutinum diei sequentis, quàm nocte iam facta, & maiorem, vt pronuncietur Vesper- tina hora Primæ, quàm Tertiæ, Sextæ, vel Nonæ.

⁷⁴ XXIII. Dico, quòd quamuis vt supra ^s dictum est, inue- terata consuetudine non parum in ecclesiis immutari sint horæ debite officiorum diuinorum publicorum; tamen tamē iudicio, non desinant esse debite, quæ antea erant iis, qui in illis priuatim eas recitare vellent, id est, ita quòd licet in hac sancta ecclesia Cathedrali finita Primæ, & facto si- gno ad Missam, confestim recitant Tertiam, & finita Ter- tia statim, si sit dies ieiunij, Sextam, si in manus Missam, & ea finita protinus Sextam; & si sit dies ieiunij, & festi- gno No- nam, & sine mora Vesperina finita Completorium. Ad hoc tamē, vt non peccem; etiam uenialiter dicendo Primam, Tertiam, Sextam, vel Nonam; sufficit, vt eas dicant his ho- ris, quibus iuxta ius commune dici debuissent, de quibus su- pra ^t diximus. Quamuis enim hæc Ecclesia Cathedralis, & alia similes præscriptio- nis beneficio obtinuerint, quòd ho- ræ publicæ istis temporibus dici in iis debeant; quòd que e- tiam iisdem temporibus priuatim dici possint, non idco ta- men ex ea præscriptio- ne sequitur, quòd non liceat eos pri- uatim dicere horis iuxta communi- statis, cum sint res diuer- sæ, & præscriptio non sese extendit de vna re ad aliam, etiã similem secundum Inno- cē. ^v communiter receptum: & quòd in fauore alicuius est inductum, non est in eius præ- iudicium retorquendum, ^r Favor autem clericus huius eccle- siæ, & aliarum similium est, vt horæ publicæ tam priuatim quàm publicè possent dici istis horis immutatis, At non fa- uor, sed potius præiudicium eius est, quòd nisi in illis priua- tim eas dicere possint, vt de se patet. Confirmatur hoc eo, quòd in simili supra ^y diximus de Missis Sabbati Sancti, & ieiuniorum quatuor temporum.

^s In di. & 12. nu. 70.

⁷⁵ pra ^t diximus. Quamuis enim hæc Ecclesia Cathedralis, & alia similes præscriptio- nis beneficio obtinuerint, quòd ho- ræ publicæ istis temporibus dici in iis debeant; quòd que e- tiam iisdem temporibus priuatim dici possint, non idco ta- men ex ea præscriptio- ne sequitur, quòd non liceat eos pri- uatim dicere horis iuxta communi- statis, cum sint res diuer- sæ, & præscriptio non sese extendit de vna re ad aliam, etiã similem secundum Inno- cē. ^v communiter receptum: & quòd in fauore alicuius est inductum, non est in eius præ- iudicium retorquendum, ^r Favor autem clericus huius eccle- siæ, & aliarum similium est, vt horæ publicæ tam priuatim quàm publicè possent dici istis horis immutatis, At non fa- uor, sed potius præiudicium eius est, quòd nisi in illis priua- tim eas dicere possint, vt de se patet. Confirmatur hoc eo, quòd in simili supra ^y diximus de Missis Sabbati Sancti, & ieiuniorum quatuor temporum.

^t In 14. di- cto.

⁷⁶ XXIII. Dico, quòd in obligatione recitandi horas ca- nonicas debitis temporibus non debent debita accipi stri- ctè, puta, quòd Prima incipi debeat præcisè in fine primæ partis

^v In cap. auditis de præscript. quòd iare ibi Fel. nu. 10. & in c. cum ex in- iuncto. de hæret. x. l. Q. od fauore. C. de leg. reg. Quòd ob gratia. de regul. iur. lib. 6. y nu. 41.

^u Verb.
Hora. 5. 22.

^a Verb.
Hora. 9. 9.

^b Libr. de
sacramen-
tali capit.
25. & 26.
c. c. Imita
re 6. qu. 1.

^d 3. part.
tit. 13. c. 14.
§. 4.
^e In ca. 4.
nu. 79.

partis diei artificialis. Tertia vero præcisè in fine tertiæ partis, Sexta in fine sextæ, & Nona in fine Nonæ, sed potius debet sumi cum aliqua latitudine, scilicet in iis, vel paulo ante, vel post recitetur, iuxta Angelum de Clauasio ² & Syluest. ^a Quorum dictum & si mihi placeat, eorum tamen exemplum displicet, scilicet quod Matutina media nocte dicenda sub auroram possit dici: Tum quod hyberno tempore sunt sex; vel septem horæ intermediæ inter noctem mediam, & auroram, quæ tantam distantiã inter vnam, & aliã horam constituere videntur, vt indecõs sit reputare factum in vna, quod fit in alia. Tum quod eadem ratione quod recitatur hora tertia, posset reputari recitatum hora nona, & contra, quod nemo consuleret. Tum quod falsum est, quod ipsi præsupponunt, putã, quod Matutina dici debeat media nocte; quamuis enim optimum esset vt id fieret, vt probat Thom. Valdensis; ^b nullus tamen extat textus, qui id præcipiat licet sint complures dicentes Dauidem id facere solitum, quamuis rem Archid. ^c multis rationibus id melius esse asserat, non est tamen textus determinans horam Matutinæ, præterquam quod sit officium nocturnum, siue noctu dicendum: Erat tamen qui illud recitat sub auroram, quã qui media nocte, censentur iure communi recitare horis debitis; non quod recitatio in aurora reputatur mediæ noctis, sed quod vterque recitet noctu, aut paulo post. Tũ denique quod S. Antoninus ^d determinat vt supra diximus, ^e Quod in ecclesia, in qua statutum est, vt Matutina media nocte dicatur, non sufficit illam dicere in aurora, nec cõtra, vbi statutum est, vt in aurora dicatur, sufficit dici media nocte. Hanc itaque latitudinem arbitraretur circiter mediæ horæ ante vel post, ita quod qui recitaret Primam mediæ horæ ante vel post finem primæ partis diei, censeretur recitare hora Primæ, & etiam qui recitaret ferè mediæ ante vel post finem tertiæ partis diei, censeretur recitare hora tertiæ, & sic de reliquis. Ex hoc inferebant quidam; quod cum Matutina cum Laudibus recitatur in aurora, ea finita protinus posset dici Primam; eo quod videbatur eis tempus illud possidere hora debita: sed non est verum, quia prima hora non est in ipso solis ortu, qui est initium primæ partis diei, sed in fine illius partis, vt supra dictum est.

XXV. principaliter dico duas esse differentias inter lapsum horæ arbitriæ ad recitandum, aut dici debiti. Altera quod etiam si laborat hora, durat nihilominus obligatio reci

⁷⁸ recitandi, si adhuc durat dies vsque ad mediam noctem, verum lapsa die vltra mediam noctem, expirat etiam obligatio recitandi secundum communem. Altera, quod solus lapsus horæ debita ad recitandum nõ parit peccatum mortale, vt præfatum est, ^f in priuatim recitante. lapsus vero diei sic, secundum eandem Communem. Colligitur præterea, non satis prudenter loquutum fuisse doctissimum aliqui virum Cosmam, & cum dixit, quod expirante hora deputata lectioni horarum, expirat etiam obligatio recitandi eas. Neque id dicit Petrus Ancharanus, ^h quem ibi allegat: Nõ enim loquitur de hora deputata lectioni horarum, sed de termino ad horas dicendas deputato, & duo sunt termini ad id præfixi, vnus ad euitandum omne peccatum, etiam veniale, & recitandum, vt decet, quæ est ipsa hora debita, Alter ad dicendum satisfaciendo obligationi præcepti, & excusandum à peccato mortali, & restitutione fructuum, qui est integer dies, vsque ad mediam noctem; Posset tamen opinio Cosmæ saluari, quoad horas debitas, & deputatas ad dicendum in eis publicè prædictas horas in choro: Non enim satisfacerent cantantes, vel publicè recitantes à prandio Matutinam, Terriam, vel Sextam, quam tenebantur in choro ante prandium dicere, & non dixerunt. Crediderim tamen hunc saluandi modum ipsi ibi in mentem non venisse.

^f In 6. di-
cto huius
tertiæ cap.
& notab.
^g In titu.
Quædo he-
re. verb.
synopan-
do.
^h In c. j. de
celeb. Mis.
col. 5u.

Cap. IIII. Tangens de gestu orandi, 17. Conclusiones.

<i>Stare diuersa significat, & quid in hoc capitulo.</i>	nu. 1
<i>Orandum quo gestu sit non statuit lex diuina.</i>	nu. 2
<i>Genua flectere cur bonum?</i>	nu. 3
<i>Oranti priuatim nullus gestus prescribitur.</i>	nu. 4
<i>Beneficiario quæ deambulatio prohibita.</i>	nu. 5
<i>Orandum esse vario gestu probari lege.</i>	nu. 6
<i>Geniculandum quando ad (ET HOMO factus est)</i>	nu. 7
<i>Alapa inflicta à Damone Christiano.</i>	nu. 8
<i>Intellectus c. scire 76, dist. cum concord.</i>	nu. 9
<i>Symbolum Apostolicum cur non proprie oratio.</i>	nu. 10
<i>Geniculari semper licet ad Ave Maria.</i>	nu. 11
<i>Oratio priuata quo gestu fiat decentius.</i>	nu. 12
	Orare

Orare deambulando quando, & quomodo vtile.	nu. 13.
Orari bene priuatim publica pedes, eques, &c.	nu. 14.
Geniculandum Deo vtroque genu.	nu. 15.
Orare vno gestu aliu, & alio aliu melius.	nu. 16.
Ceremonia superflua, curiositas mala.	nu. 17.



NO T O 4. ex secundo Verbo huius textus (*Stamus*) colligi, quod erecti in pedes debemus orare, dicit enim (*Stamus*) & stare significat erectum esse in pedes, & non sedere. Circa quod dico primo; Verbum hoc (*Stare*) multifariam apud Latinos accipi, Quandoque enim significat erectum esse in pedes, vt in quodam cap. istius met distinct. nonnunquam permanere, & durare, iuxta illud Maronis; Et bene apud memores veteris stat gratia facti, aliquando esse fixum, & statutum, iuxta illud eiusdem: Stat sua cuique dies. Genuina tamen, & propria eius significatio est, sua vi, ac pondere subsistere, sic dicimus nauem, solem, arborem, rupem stare iuxta illud Virgilij: Stabat acuta flix, & ita accepit hic B. Cyprianus inquitens: Quando *stamus* ad orationem, id est, Quando nos sumus in oratione siue erecti, siue genuflexi, siue sedentes, siue iacentes.

II. Dico quod, meo iudicio, nullo iure diuino, neque naturali, neque supernaturali pro tempore testamenti noui, siue gratia, describuntur nobis aliqui gestus, aut corporis habitus, quibus orare, aut recitare teneamur: Nullo namq; noui testamenti loco nobis precipitur, vt id faciamus erecti, genua flexi, iacentes, pectora tundentes; oculis in caelum sublati, aut in terram defixis, alijsve seruatis gestibus: Quamuis enim verum sit D. Paulum alicubi dixisse: Volo viros orare in omni loco, leuantes puras manus, sine ita, & disceptatione, non tamen ideo precipere voluit, quod quando oraremus, manus tolleremus, sed vt cum deuotione id faceremus, vt declarat ibi S. Thomas: Neque ibi praestituit gestus corporales ad orandum, sed puritatem operum, vt commentantur alij. Idem item Paulus licet alio in loco dicens: Flecto genua ad patrem &c. bonum quidem exemplum praebet, vt idem ageremus, non tamen praecipit. Aserendum tamen aduersus deplorandos Lutheranos & alios haereticos, gestus exteriores, & corporales, etsi per se neque placeant, neque displiceant Deo, multum tamen mouere nos ad concipiendum sic affectus mentis, vt boni

a ca. Apo-
solica. in-
pr. ca. dist.

b 1. ad Ti-
mo. 2.

c Cardin.
Caiet. ibi.
d Ad Ephe-
sios c. 3.

vel me

vel meliores sint. Nam vt sapienter dixit Augusti: Geniculatio, & alij humiles gestus licet per se non placeant Deo, at illis velut stimulis humilitatis, & abiectionis, homo interius se humiliat, cuius rationem esse ait alibi S. Sanctus Thomas, quod naturale est nobis per res sensibiles peruenire ad insensibiles, & ita adoratione exteriori nos moueri ad interiorum.

III. Dico quod circa gestus seruandos in recitandis horis, priuatis, vel publicis priuatim, nihil ferè videtur iure communi Max. Pontificum, & conciliorum statutum, & quod pauca videntur esse praescripta iis, qui recitant vel cantant publicas; Quorum paucorum vnum est, vt dum legitur Euangelium stemus erecti: Secundum quod inter Palcha, & Pentecosten non geniculemur, quod intelligendum est vt infra diceretur. Tertium quod cum cleuatur, vel deferretur prope nos sanctum Eucharistiae sacramentum, illud veneremur, genua flectendo, secundum glo. Quartum quod concilium Basiliense religiosissime statuit, vt cum dicitur Gloria patri & filio, & spiritui sancto, omnes assurgant, Quod vt vidi seruari religiose aliquibus in locis, praesertim Galliarum, quae receperunt magnam partem illius Concilij, ita obseruari tam parum reuerentiae fieri huic versui a laicis & clericis, quod licet sit tam sublimis, tam suspiciendus, tamque glorificans, luculentissime Sanctissimam exprimens Trinitatem, sitque religiosissimum inuentum, quo in fine cuiusque psalmi metis nostrae oculos in eam figamus, Vix tamen vllus sit, qui festinantius, minoreque cum deuotione, ac attentione pronuntietur, adeo quidem, vt aliqui non proferant magis, quam gloria patri & fi. Spiri. Sancto, haud obscure significantes, se non considerare, quod credunt, nempe Deum praesentem esse, & aduertere omnia, videtque quam reuerenter eum reuerentur, & quam incogitanter obliuiscantur, quam denique male tam bene meritam gloriam sibi tribuant ipse, pro sua misericordia nobis ignoscat, & nos adiuuet, quo emedemur. Amen. Quintum est id, quod illud ipsum Statutum Ecclesiae Gallicanae renouauit, & Lugdunense praeterea statuit, scilicet quod cum sublimè illud nomen (IESVS) pronunciat, omnes illud veneremur, saltem capita inclinando. Quod (gratia Christo cuius est nomen) minus male reuerentur, quam versum praesatum. Sextum, quod idem concilium Basiliense statuit, vt dum chorus diuina officia facit, vel dicit, nullus beneficentius

e Sup. c. 2.
1. ad Tim.

f Sec. 2. q.
84. art. 2.

g c. Aposto-
lica. 5. cad.
h c. Quo-
nia. de ter.
& c. Quo-
niam. di. 3.
i Eod. c. ad
nu. 7.
k c. sanè.
de celebr.
Miss.
l d. c. sanè.
m In fest.
2. tit. quo
modo diu.
offi. verb.
& cum di-
citur.
n Per prag-
mat. san-
ctio. Galli.

o vbi sup.
p in c. de-
cet. de im-
mun. Eccl.
lib. 6.

E

præsertim honoratior incedat per Ecclesiam, neque extra prope illam deambulet, sub pœna non modò priuationis distributionis illius horæ, verum etiã totius eius dici. Quod non satis aduertendo, & minus perpendendo videmus multos & in eis eo plures, quo honoratiores, non sine graui populi scandalo contrarium agere.

III. Principaliter dico, multos eiusmodi gestus introduxisse consuetudinem vniuersalem, in quibus sunt recitare solem orientem versus, signum crucis fronti imprimere, iuxta S. Hierony. ¶ tundere pectus, quando eleuatur in altari domini corpus, dum dicitur (*Agnus Dei*) cum in cõfessione generali dicimus (*mea culpa*) & alia eiusmodi, quibus eo maior obseruantia, & reuerentia debetur, quò maior ratio est credendi fuisse primitus per Apostolos statuta, ac deinde per manus aliorum Christianorum ad nos vsque deriuata quod insinuat Apostolus his verbis: ¶ Cetera cũ venero disponam, quodque ante & post alios rectè ponderauit Thomas V Valdensis, ¶ adducens ¶ authores asserentes ceremonias missæ, quas seruat Ecclesia, traditas fuisse Apostolis ab ipomet Iesu Christo.

V. Dico, quòd dicendo officium publicum seruari debet, quod lex, aut consuetudo rationabilis Ecclesiæ, & patriæ, in qua dicitur, statuit, & ideò in ista Cathedrali Conymbriçensi omnes horas B. Mariæ minores dicimus, & audimus e recti, similiter & Euangelia, Collectas, hymnos, capitula, initia horarum, & pretiosam, Cantica item noui testamenti, & illud Veteris, quod incipit (*Benedicite*) & psalmum (*Ecco nunc Benedicite*) & (*Venite exultemus*), quando dicitur vna cùm Inuitatorio, & Symbolum Athanasij *Quicumque vult saluus esse*.) Reliquos verò psalmos horarum dicimus sedentes: Geniculamur cum dicimus (*Te Deum laudamus*) ad solem versus, Te ergo quæsumus, &c. nudamus caput, quoties geniculamur, & etiam cum assurgimus ad Collectas, & initia horarum, & Gloria patri, cum dicitur ad Responsorium hora Vespertina, aut ad Tertiam, Sextam, vel nonam Nocturnorum, & quando inchoamus aliquas Antiphonas, & Responsorialia lōgia, aut breuia, aut versiculos, & ad patet noster, & Aue Maria, nonnunquam gradimur, & cum proficiscimur ad Lætanas, supplicationes, & funera defunctorum.

VI. Dico contentionem magnam exortam fuisse inter nonnullos in Regno Castellæ, cum Salmanticæ prælegeret, An liceret geniculari ad (*Et homo factus est*) Credo maioris tempo

¶ In c. Ecclesiastica sum. II. di.

¶ r. ad Corinth. II.

¶ c. 28. col. pen. & fin. de sacram. e In eo, c. eccl. 9.

tempore resurrectionis, siue inter Pascha & Pentecosten. Nonnulli enim in suis concionibus verbo, in suis verò Missis exemplo docebant non licere, permoti iuribus ¶ quibus statuitur non esse geniculandum illo tempore iucundo, cũ oramus. Quæ eadem ratione video carpi eos, qui genua flectunt inter Pascha & Pentecosten ad Aue Maria, cũ sub crepusculo noctis pulsatur ad illud, quod Lusitanis Voent (*Trinitate*) Quia per trinum fit pulsus, cuius ramem cõtrarium visum fuit nobis tunc, vt & nunc videtur. Tũ quòd & si non reperiat ius expressum quo iubeamur curuare genua ad (*Et homo factus est*), Symboli maioris in Missa pronunciati, vel cantari, debemus tamen id facere secundum Episcopum Mimatensem, ¶ Adeo quòd feratur, quod quidam Cacodæmon infixit ingentem colaphum cuidã Christiano non se ad illud geniculanti dicens: sub terram vsque nos Cacodæmones inclinaremus, si pro nobis naturam nostrã assumpisset, vt pro vobis hominibus humanã assumpsit: Tũ quòd tantũ valet consuetudo, quantum lex: ¶ & omnes Christiani affluerunt geniculari ad illud, quum in Missa cantatur, vel recitatur: Tum quia fundamento aduersa opinio responderi potest, quod Iura illa quæ nobis prohibent geniculari tempore resurrectionis, siue inter Pascha & Pentecosten, non includunt hanc geniculationem. Quia non habent simpliciter nos non debere geniculari sed non debere geniculari in oratione. Credo autem nõ est oratio, tam quia non est petitio, qualis est omnis oratio specialiter accepta, vt supra dictum est, quam quia oratio est actus latræ, aut religionis, vt post Thom. ¶ diximus supra. b Credo vero est confessio fidei, quæ iuxta eundem Thomã alibi ¶ est actus fidei: Tum quia id, quod statuitur illis Iuribus pro præfato tempore, alia Iura extendit ad omnes dies Dominicos, & alia ¶ ad omnes dies festos solenniores, & ita nullo die Dominico, aut alio anni festo solenni liceret ad dicta verba geniculari, quod opinio aduersaria confiteri non auderet, quando quidem ferè in iis solis dicitur, & cantatur. Tum quod illa Iura non sunt intelligenda de qualibet oratione, alioqui enim nõ liceret geniculari inter Pascha, & Pentecosten in ingressu Ecclesiæ, neque dum consecratur, aut eleuatur Sanctissimum Sacramentum, nec ad cõfessiones generales, quæ fiunt ante introitus Missarum, neque ad benedictiones Episcopi, neque ad alia multa, ad quæ ante, & post illa Iura semper Christi fidelis genua curua-

¶ In e. quoniam deferri. c. quoniam. c. scire. 76. dist. d. c. si quis presbyter. c. dist.

¶ Tit. de symbol. II. 4. ratione, diuina.

¶ y. c. fin. de consuet. l. 2. c. quæ sit longa consuet.

¶ c. j. nu. 9. 2. Sec. 2. q. 81. art. 3. b. c. j. nu. 2. c. sic. 2. q. 3. art. 1. d. ca. quoniam. de fer.

§ ca. quonia. de cōsecr. d. j.

runt: Tum quia præfata Iura dicunt temporibus, quibus ventant geniculari, nos debere stare & ac proinde sequeretur, quod qui essent in choro ad omnes psalmos, lectiones, & responsoria in pedes stare deberet, quod repugnat ei, quod Ecclesia Vniuersalis seruat: Tum ob alia multa, quibus prelegendō quatuor illa capitula, quæ præfatam genuflexionē prohibent, semel Salmantica, & iterum hic Conymbriae monstrari non esse intelligenda de qualibet genuflexione ad quamlibet orationem, sed duntaxat ad Collectas, quas ferè solas Missale, & Breuiarium vocant orationes, quæ sunt Collectæ, quas in fine, & initio Missarum, & in fine aliarum horarum pronunciamus, præfari prius (Oremus.)

Ex hac conclusione, & rationibus, quibus confirmatur, inferitur primò, nullo iure probari non esse geniculandum, cum de more pulsatur ad Aue Maria diluculo, meridie, vel serò inter Pascha, & Penrecosten magis, quàm aliis Dominicis, & festis præcipuis anni, quamuis bonum fuerit seruare consuetudinem: si qua sit, non tamen est seruanda, vt res iure communi scripto præcepta. It, inferitur posse, debereque nos in hac Sancta Ecclesia etiam tempore resurrectionis geniculari ad (Te Deum Laudamus.) dñi dicitur versus ille: (Quos pretioso sanguine redemisti) Quum id consuetudo rationabilis nullo iure prohibita dicitur, & similiter ad (Verbum caro factum est) & ad (Proidentes adorauerunt eum) & ad (Ecce ancilla domini, fiat mihi secundum verbum tuum) non solum in hac Ecclesia, sed & vbicunque consuetudo id dictauerit.

§ Guilliel, in sua Rethorica diuina.

§ Sapien. y

h Lib. 2. de Instit. canon. ca. 11, & 12.

VII. Dico auctore præfato Episcopo Parisiense, f optimū corporis habitum ad priuatim cum deuotione, & citra distractionem orandum esse, sed ere, & inniti alicui rei latere sinistro, vt cor in eo residens, vnde manat omnis motus, & inquietudo, quiete fruatur. Cæterum, vt corpus, quod cor rumpitur, aggrauat animam, & grata omnibus in rebus est fastidij expultrix varietas, qua etiã vsi sunt patres Egyptij, vti significant Ioan. Cassian. h non inutile fuerit quandoque geniculari, nonnunquam stare, aliquando sedere, Quin & reperio deambulationē, & si sæpe numero noceat, prodesse quandoque, præsertim cum somnus impugnat, & cum sit proponendo verè, vel imaginariè in pariete, arbore, rupe, aut scopulo Sacrosanctam Iesu Christi, vel aliã facram imaginem, & recitatur, velut cum illo loquendo, oculis continuo in illam defixis, maximè, si hoc fiat appropinquando, & recedendo, quinque decemue passuum interual-

lo, per modum cuiusdam semicirculi, ita circum ambulando, vt semper illa imago habeatur à fronte. Addimus præterea insidere subfessio humili prodesse magis, quàm insidere sedi altiori, præsertim habenti à tergo aliquid, quo scapulis orans innitatur, vt rectè Cassian. i & ipsa experientia docet. Adde quod gloriosa illa Magdalena iacens, & vni lateri planè incumbens orabat secundum aliquos. k Abbares verò illi Arsenius, & Bisarius corpore erecto, & brachiis expansis l. Moyses cum pro victoria contra Amalechitas brachiis sublatis orabat, populus eius victoriam reportabat, m quãdo autem illa demittebar, vincebatur. Saluator noster n in orto, qua nocte captus fuit, flexis genibus orauit, & quatuordecim seniores quos sanctus Ioan. vidit in Apocalyp. o procidentes in terram adorabant Dominum, & ad hoc inuitabat Dauid dicens: p Venite, adoremus, & procidamus ante Deum. Ex quibus omnibus videtur sequi primò quòd qui orat priuatim, etiam si horas publicas recitet, potest citra peccatum orare pedes, eques, procumbens, iacens, vel recumbens, ambulans, vel quiescens iuxta Inno. q & Hostiens. cum communi, dum id agat sine aliorum scãdalo, r & seruatis aliis circumstantiis; per quòd satis probatur restrictio nouæ admonitionis factæ supra s.

14

15

16

II. Quòd neque priuata, neque publica oratio fieri debet coram aliis brachiis insolite expãsis, neque corpore per terram insolite extenso, aut cum aliis gestibus insolitis, nisi in casibus, quibus id cõmuniter fieri solet, cuiusmodi est brachiorum sublatio, quum eleuatur Dominus; & prostratio in terram, cum in passione referrur Saluator expirasset; gestus enim insueti scandalizant, & sunt vitandi, t

III. Sequitur, quòd decet vt oratio, siue priuata siue publica, cum geniculando sit, vtroque genu & non altero tantum flexo fiat, Tum per illud Apostoli. v In nomine Iesu omne genu flectatur, & illud Esaiæ x Mihi curuabitur omne genu, quamuis non ignorem hæc alium etiam habere intellectum: Tum quia magnus ille, & potentissimus Rex Salomon. y postquam ædificauit templum. Vtroque genu flexo in eo orauit. Equidem licet rustici, pastores, & alij nõnulli excusari possint ab omni peccato, orantes altero duntaxat genu flexo, Ecclesiasticos tamen, præsertim religiosos, & eos, qui cum eis, & aliis modestæ vitæ conuersantur, non facile excusarem à peccato veniali. aut certè aliqua in-

i In lib. 48 c. 12.

k Quod innuit Syluest. i rosa aurea foria 4. post Pascha & multe ipsius picture significant.

l In vitis patrum. 20 tit. part. de eo vt sine intermissione oratur.

m Exo. 17. n Luc. 24. o Apocalyp. 4. p Psal. 99.

q In c. j. de celeb. Miss. r ca. nihil cum scãdalo de pscript. s c. 2. nu. 70.

t c. que cõtra mores 8. dist.

v Ad Phil. lipp. 2. x Esai. 45.

y 2. Reg. 8.

decentia, nisi aliqua iusta de causa id facerent. Minus autem illos nobiles, & delicatulos, qui nobilitatis ergo deflectit singula genua versus altare, & singula crura versus latera protendunt, quasi calcitraturi, & ea ostentaturi, parum confidentes, quantum irreuerentur creatorem suum, facies quocunque eis libuerit auertendo, oculis quasi dimicando. manibus capita, ac barbas peccando. O quam bene Deo, & hominibus apparent, & quantum laudantur magni Reges, principes, & alij nobiles positi coram Deo suo Vtroque genu terræ affixo, capitibus immotis, & demissis, manibus iunctis, oculis non errantibus, interdum in terram, nonnunquam verò in Sacratissimum Sacramentum, aut crucem, aut imaginem, quam coram se habent, defixis.

IIII. Sequitur, quod licet quis quiescens, & ambulans, pedes, vel eques, genibus flexis, prostratus, vel erectus, perficit priuatim dicere, & recitare suas horas etiam publicas, quoniam tamen deuotionem magis adiuuat gestus vnus, quam alius, & magis vnus vnum, & alius alium, operæ pretium fuerit experiri, quis præfatorum sibi magis expediat, eo que vti: Sicut enim secundum singularem illam S. Thomæ² decisionem supra² relata, animæ nostræ non parum mouentur ad se submittendum Deo, interius & spiritualiter, per submissiones sensibiles, corporales, & exteriores, eò quod naturale sit nobis apprehendere spiritualia per sensibilia, sic etiam consequenter, cum simus diuersarum complexionum & habituum, diuersimodè quoque afficimur, ramet si, mea sententia, non erraret vt plurimum, qui recitādo priuatè seruaret eas ipsas ceremonias, quæ in choris Ecclesiarum Cathedralium ritè gubernatarum seruantur, cum recitantur publicè: Tum quia sunt probatæ, habitæque propriis tanto tempore à quamplurimis doctis, & piis: Tum quia sollicitudo, & cura seruandi diuersas ceremonias diuersis in locis, eum, qui eis non est assuefactus, auertit ab attentione debita, Et quidem experientia docet, eos, qui ceremoniis plus satis sunt addicti, longè magis cogitare, quomodo, quando, & vbi eas seruaturi sint, quam cui, & cur eas agant, quod non leue damnum est.

Capit.

Cap. V. Super orandi loco, Tangit 41. conclusiones.

ORARE vbi, & An vbiq̄ liceat.	nu. 1.	2
Oratio fieri iussa certo loco ibidem fiat.	nu. 3	
Orare in Ecclesia melius, quam extra.	nu. 4	
Oratio mentalis quouis loco etiam turpi bene fit. à nu. 6.		
Imò & vocalis ex causa. nu. 8. etiam debita.	à nu. 9	
Hora publica publicè dicenda sacrum locum quatit regulariter.	nu. 11	
Missæ deputata vni loco ibidem dicatur.	nu. 12	
Oratio tempore interdicti vbi alias fiat.	nu. 13	
Oratio publica dicenda in ecclesia cum priuatim dicitur.	nu. 14	
Episcopi obligati horis, & alijs diebus.	nu. 16	
Distributio amissa non excusat à peccato.	nu. 18	
Horis ab interessendo an excuset dies concessi.	nu. 20	
Ecclesiam irreuerenter ingredi peccatum.	nu. 21	
Iesu nomen sic venerandum.	nu. 23	
Maria nomen sic venerandum.	nu. 24	
Ecclesia non fert rimas, clamores, tumultus, lusus, &c. nec symposia, nec conuentus, nec fabulas.	à nu. 30	
Processio Corporis Christi alicubi male sublata, & vt faciēda.	à nu. 26	
Prædicatio processionis solenni importuna.	à nu. 29	
Ecclesia in ipsis tales peccant.	à nu. 32	
Ecclesia non fert contractus profanos. nu. 35. nec candelarum. nu. 36. sed scilicet Ecclesiasticas.	nu. 37	
Ecclesia in ipsa permittitur Doctorari, &c.	nu. 38	
& an informatio de confugiente ad eam.	nu. 40	
Monasterium S. Crucis laudatum, & excusatum.	nu. 39	
Necessitas que facit ne factum in sacro sit malum.	nu. 41	
Ecclesia circumstātia an facit mortale quod alibi non esset tale.	n. 42	
Totum & pars notabilis quoad quid paria.	nu. 43	



NO quinto in eodem verbo (*stamus*) ex quo eodem desumptum fuit notabile quantum, orandum esse aliquo in loco, quando quidem stare præsupponit locum in quo stetur. Circa quod dico primò, nonnullos hereticos asseruisse, non esse recitandum, vel orandum extra Ecclesiam, alios verò non esse melius orare in Ecclesia, quàm

b In libr.
de sacram.
c. 143.

c 1. ad Ti-
moth. 2.
d In medi-
tar. relat. à
gl. magna
Clem. 1. de
reliqui. &
vener. fan.
versicu. de
o. au. col.
penultim.
Cosmas ri.
Quomodo
dini. offic.
in princi.
verb. sacr.
e Lege cō-
ditio. §. cū
ita. B. de
cond. & de
monstr. ca.
nos quidē.
de testam.
Clem. quia
conringit.
de religio.
domi.
f In l. 6. q. 5
ad declinā-
dam. in fi.
c. de pific.
& clericis.
g Petrus
& Immol.
in d. ca. os
q. dē. n. 22.
& ibi Bar-
bat. nu. 9.
sentit. gl.
Ioan. And.
& omnes i
c. si pater.
in glo. pau-
peres. De
testa. & ca-
pella Tho-
sot. cū ad-
dit. in q. 6.
n. 8. testa-
tur.

h 1. ad Timot. 2. i vbi supra. k De sacramēt. c. 43. l c. Parsimonia. cum gl. 41. d. h. m c. decet. de immunit. Eccles. lib. 6. n. Lib. de sacram. c. 147. o 2. 2. q. 84. art. 3. p 3. par. q. 83. art. 3. ad 3. q c. Ecclesiis supra eadem.

in stabulo, vel caula porcaria, & facius esse orare in monte, quam in ea, quos late refert & reprobatur Thom. V. Valden. b grauibus authoritatibus, ac rationibus, quas ibi videre licet.

II. Dico, omnem orationem mentalem, imo & vocalem 2 priuatam, ac etiam publicam priuatam dictam, quæ non est præcepta fieri certo loco, in quocunque fieri possit, sacro & non sacro, priuato & publico, dummodo aliæ circumstantiæ concurrant, secundum illud Apostoli, c Volo viros orare in omni loco, & paulo inferius, Similiter & mulieres, & per illud præfationis Missæ: Verè dignum & iustum est, æquum & salutare, nos tibi semper & vbique gratias agere, Et illud D. Bernardi, d Vbicunque fueris, intra te metipsum ora; si longe fueris ab oratorio, non quaras locum, quoniam ipse locus es. Dixi (Quæ non est præcepta fieri certo loco.) Quoniam 3 si voto, pœnitentia iniuncta, lege, consuetudine rationabili, vel statuto fundatoris aliqua Missa, responsum, vel oratio dici, vel fieri debent præ viuis aut defunctis certo in loco, non sufficit vt dicantur in alio loco, per multa iura e, quibus ita determinarunt Bald. f & alij 8 vatis in locis: Dixi etiam (Dummodo aliæ circumstantiæ concurrant.) Nam si recitando aliquo in loco daretur scandalum, aut species hypocrisis, quod dant, qui in locis publicis, & vbi est concursus hominum, sine vlla causa recitant publice, vel adhibitis ceremoniis superfluis, esset peccatum, Vt sentiunt B. Ambrosius h, & S. August. i quorum verba retulit, & rectè ponderauit Thomas V. Valden. k

III. Dico, quod cæteris paribus melius est recitare in 4 locis sacris, & in ipsius Ecclesiis, quam alibi, Vt sentit Conciliū Gangrense l vna cum œcumenico Lugdunensi m, & probat Thomas V. Valdenus n, Cuius tres causas conseruit B. Thom. o Prima est virtus cōsecrationis, cuius ratione Deus specialiter iuuat ad melius orandum, Vt ipse subtiliter declarat, & Caietanus alibi p & nos diximus in alio cap. q huilmer distinctionis. II. Ob mysteria & res sacras, quæ in ecclesia continentur. III. Ob concursum eorum, qui eo confluentes mutuo sese adiuvant, vt melius exaudiantur.

III. Dico quod secundum nonnullos, oratio debet fieri 5 in loco honesto, non in obsceno ac inhonesto. Videtur enim quod licet in ea petatur quod, propter quid, per quem,

& à quo peti debeat, non petitur tamen vbi decet, ideoque circumstantia loci videtur deesse. Quod abominatus Gerardus r Carthusianus dicit nonnullis loqui cum Deo, Vbi recundarentur loqui cum suis canibus, & pro re horrida refert, se audiuisse sacerdotem quandam recitantem vespertas in latrina, qui licet in id neminem alleget, poruit tamen allegare S. Ambrosium, & S. Augustinum: Qui super illo S. Pauli s, Volo viros orare omni loco, dicunt intelligendum esse de loco decente, & non obsceno: Quod ipsum eos non referendo tradit ibi S. Thomas: Hoc tamē quartum dictum non est intelligendum de oratione mentali, quæ nullo verbo prolato fit: Ea enim quocunque in loco facta placet Deo, dummodo aliæ circumstantiæ concurrant, vt eleganter tradit B. Thomas t. Et pro indubitato habeo aliquot orationes mentales nonnullorum pauperum, infirmorum, nudorum & pannorum, quorum corpora delitescunt in subterraneis speluncis; stabulis aut latrinis, animæ vero in purissimis illis coelis, conuersando cum lymphidissimis coelitis, gratiores esse Deo, quam sint aliquot actæ in Ecclesiis, & choris splendidis, etiam ab his qui manent iuxta sanctū Sacramētū vestiti superpellicis albis, vt nix, animas tam haberes nigras vt carbō, & vagantes cogitatu in patinis, vineis, latifundis; diuitiis, & locis sordidis, artibusque turpibus, & obscenis. Non est etiam hoc dictum intelligendum de eo, qui facit orationem in loco obsceno necessitate pressus, puta captus, inclusus, aut aliàs præter voluntatem detentus, quando quidem nulla est lex quæ id prohibet, aut saltem non nisi humana, quæ superueniente necessitate in id sufficiente cessat, vt innuit Papa scilicet v. Non etiam mihi videtur locum habere in eo, qui orationes aliquas voluntarias, ad quas non obligatur in eiusmodi locis recitat, dum tamen aliæ bonæ circumstantiæ concurrant. Nullibi enim id video vetitam, & ideo non est asserendum x. Non etiam intelligendum videtur de iis, qui in Ecclesiis Cathedralibus, & aliis collegiatis, ac conuentualibus seruiunt, & necessitate coacti extra choros ad naturæ necessarias proficiunt, recitando in itinere partem horarum, quam choros recitat tempore, quo vadunt & redeunt, neque etiam videtur nobis intelligendum tam de loco contaminato corporis sordibus, quam de eo, qui ansam præbet, vt anima sese spiritualibus sordibus inquinat, aut sese cogitationibus terrenis occupet: Tum quod non mihi occurrit lex vlla di-

r In lib. de
asiduitate
orandi.

s 1. ad Tit
moth. 2.

t In c. 2. ad
Timo. lect.
2. col. 2.

v c. scilicet
de consec.
d. 1. facit c.
quanto de
consec.
x 2. quæst.
4. ca. con-
suluit.

f In d.c.s.

a In fess.
at. tit. quo
mo. hor.
Canon. di-
cen. sunt
extra cho-
rum.a In col.
12. c. 10.
b cap. 19.
nu. 47.c Clemen.
2. §. ne igi-
tur. de ce-
lebr. Miss.
Annuic. c. j.
adiuncta.
gl. ver. per
foluat. eo.
tit.

uina, vel humana, quæ veter in locis corporeis sordibus conspurcatis: Tum quod et si super verbis illis paulinis Y S. August. & S. Ambro. dicant locum debere esse oportunitatem, indecentius tamen existimant forum, & concurium hominum, quam locum sordidum. Tum quod Concilium Basiliense non vetuit recitari horas Canonicas in eiusmodi locis a deuotione mentes alienantibus: Tum quod plerisque probos, & pios peregrè profectos vidi recitare suas horas in stabulis secus iumenta sua, eo quod eas ibi dicerent quietius, quam in cubiculo diuersorij clamoso strepitu impediri. Tum per adducta in 1. dicto. Tum quod cessante scandalo, vel hypocrisis, & aliis id genus, ac contemptu sacrorum verborum, & irreuerentia eius, quem alloquimur, non video rationem efficacem, cur in istis sordidis locis malum sit voce horas recitare, præsertim si sordes, pedor, foetor, & humilitas loci referantur ad seriùs reputandam paruitatem, ac spurcitiã humanam, & quàm parum mereatur hominem humilis & sordidus, eo quod ante illam altissimam maiestatem, & indicibilem munditiã diuinam se humiliat. Tum denique quod Abbas Isaacus^a & Ioan. Cassianus expressè huic parti astipulantur, vt infra^b dicemus.

V. Dico exprefatis sequi primò, quod omnes horæ Canonice cum publicè dicendæ sunt, recitandæ sunt, aut canendæ regulariter in loco sacro, & quod aliquæ preces dicendæ sunt in ecclesia, alię in clauastro, alię in cœmeterio, alię extra sacrum locum, neque sine causa, & dispensatione, vel cõmutatione legitima, temporaria, vel perpetua, iustè contrarium fieri possit. Nam secundum ius commune^c horæ canonice quæ publicè dicuntur, in Ecclesia dici debent, & secundum nonnullas leges, fundationes & consuetudines rationabiles statutù reperitur, vt aliquæ orationes in diuersis dicantur horis, quod seruandũ esse in 2. dicto probatum est. II. Sequitur decisio questionis, quam sepius fui rogatus: An scilicet clericus studens satisfaciã suã conscientiã celebrando in hac Academia missas, quas ratione sui beneficij erat obligatus dicere in certa Ecclesia, eremitorio vel altari suã patriæ? Respondendum enim est negatiue per dicta in 2. dicto. III. Sequitur quod capitulum Sanctæ huius Ecclesiæ, quod obligatur dicere responsoria sanctorum, aut defunctorum ante Altare maius, aut in corpore Ecclesię, vel in tali, aut tali parte Claustrij, aut in Capitulo, non satisfacit dicendo illa alibi sine causa, vel legitima autoritate.

Ex quo

Ex quo sequitur 4. Quod præfatum Capitulum non debet recitare dicta responsoria in choro, etiam tempore interdicti generalis, quandoquidem alio tempore debet illa dicere suis locis designatis, & interdictum generale nõ alterat loca, nec tempora, cum quibus dicendæ sunt horæ, & aliæ orationes, dummodo in iis seruari possit modificatio. *d* C. *Alma mater*. vt ibi probatur, & supra c. 3. n. 52. & 53. modificatum est. Dixi dummodo in iis seruari possit modificatio. C. *Alma mater*. Certum enim est, quod responsoria in Cemeterio aperto dici iussa non possent ibi dici tempore generalis interdicti, eo quod non possit seruari dicta modificatio.

VI. Dico beneficiarios esse obligatos recitare, & dicere horas publicas in Ecclesia. peccareque qui eas illa recitare negligunt sine causa in id iusta, etiam si cui dicant domi, *14* Vt in quodam Concilio^e probatur, & cum communi determinat Inno.^f & quidem mortaliter. Concilium enim illud præcipit eos deponi, & depositio non fit, nisi ob graue peccatum. *g* Quod etiam in Episcopo locum sibi vendicat: Tum quia id insinuat Concilium Carthaginense, *h* quatenus statuit, Vt Episcopus prope ecclesiam moretur: Tum quia ob id communiter omnia Episcoporum palatia sunt coniuncta, aut saltem vicina suis Ecclesijs Cathedralibus, & ita determinat aliqui Neoterici. *i* Dictum tamen interdictum, quod ad peccatum mortale attinet, limitandum est, vt dumtaxat locum habeat in eo, qui ob contemptum, aut contra præceptum particulare prælati hoc facere omittit, aut cum ob suam absentiam diuinus cultus damnus notabile patitur, eo quod ob id officium in Ecclesia, aut non dicitur, aut saltem non cum debita solemnitate, quia sine illo alij eam præstare nequeunt, vt circumspectè limitauit quidam Cardinal. *k* & ante illum id sensit Syluest. *l* et si istud graue peccatum veniale, quæ sanè opinio nobis æquissima videretur. Limitandum præterea est istud dictum, vt tantum procedat in beneficiariis Ecclesiarum collegiatarum, vel regularium: In dicto namque concilio Papæ Martini ponitur verbum (*conueneris*) quod concursum, & congregationem significat: Meo tamen iudicio, idem dicendum est de beneficiariis Ecclesiarum, quæ licet nõ sint collegiatae, sunt tamen tales, in quibus tenentur conuenire, & simul dicere aut Marurinum, aut vesperas, aut missam canere, aut omnes, vel aliquas horas alias recitare. Paulò si quidem minus peccant

d c. Alma
mater. de
sentent. ex
com. lib. 6.e c. fin. 92
diff.
f in c. j. de
celebr. Miss.
g Perea 3
notatur in
ca. aposto-
lus. 85. diff.
& in sum-
ma. 15. q. 8.
& c. c. nõ
ab homine
de iudic.
h c. Episco-
pus vltim.
41. diff.
i Syluest.
ver. hora.
quæst. 10.k Caiet. in
suma ver-
horarum.
vers. quo-
ad. 5.
l Verbo ho-
ra. q. 10.

peccant isti non conueniendo ad eas, quàm clerici collegiarum non conueniendo ad suas, cum verbum illud (*conuenit*) non minus verificetur in congregatione illorum, qui non faciunt collegium, quàm illorum, qui illud faciunt.

m l. j. §. conuentio ner. de pa. dis. ff.

Ex hac limitatione sequitur decisio cuiusdam quaestio-
nis, quam me interrogauit piensissimus quidam Dei ser-
uus, & amicus meus non vulgaris, qui ab hinc centum quia-
quaginta leucis siue miliaribus Hispanicis, nempè à Valle-
roncallia Nauarræ me uisera, puta, An qui habent aliqua
beneficia, quæ appellantur rationes in ecclesia non colle-
giata, in qua communiter rationarij surgunt dicturi Ma-
rutinam, antequam illucescat, & illam dicunt bini, & bini, aut
singuli, non tamen omnes simul, nulla alia lege, aut consue-
tudine eos ad id obligante, peccent non eundo ad recitan-
dum suas horas in ecclesia sicut alij? Et respondendum vi-
detur negatiuè; quo ad peccatum mortale, Quia uidetur eos
saluare ab eò proxima limitatio, Arbitror autem peccare
uenialiter per præfatum dictum sextum, nisi aliqua causa
eos excuset: Tum quia licet nullo iure teneantur eas dicere
in choro collegialiter, quamuis uoluntariè eas sic aliquan-
do dicant, tenentur tamen dicere illas ratione suorum
beneficiorum, siue rationum, quas habent in ecclesia.
Tum quia iustum uidetur, ut laicis tempestiuè surgen-
tibus, & ad Ecclesiam euntibus clerici rationarij animum,
& bonum exemplum tribuant, iuxta morem illius Ecclesiæ
religiosum, quo omnes simul, aut bini, & bini, aut singuli in
Ecclesia recitant.

II. Sequitur quod Episcopi non sunt tam immunes ab
horis Ecclesiæ suæ Cathedralis, ac vulgus existimat, Nam
præter supradicta etiam Papa Gregor. ⁱⁱ statuit, ut Episco-
pus in sua Ecclesia more sacerdotali resideat. Neque huic
obstat Concilium Aurelianense, ^o quod insinuat eum non
teneri interesse diuinis officiis, præter quam Dominicis
diebus, quia non intendit dicere, quod interesse non teneatur
aliis diebus, sed quia Dominicis se excusare non potest,
nisi ob infirmitatem, aut aliam causam similem, & si aliis
diebus alia de leuiori possit, ut ibi declarauimus. Caueant
igitur sibi illi Episcopi, qui absque causa, & præsertim ob
conuersationes Vanas, ob lusus, conuiuia, & Musicos sonos
& cantus, utque in mollibus plumis, ac lectis suffumigatis,
& sua uolentibus plus æquo dormiant, & oblectentur, omit-
tant interesse diuinis officiis, quæ in sua præsentia longe re-
uerentius

n c. perue- nit. 7. q. 1.

o c. episco- pur. de cõ- fecr. dist. 3.

uerentius agerentur. Memineriat illud Hieronymi, P Si quis uult pontifex esse, non tam uocabulo, quam merito imiteretur Moysen, qui indefinenter in tabernaculo Domini erat, & paulo post: Hæc duo sunt Pontificis opera, ut aut à Deo discat legendo scripturas diuinas, & sæpius meditan- do, aut populum doceat.

p Inc. sim. 36. dia.

II. Sequitur quod beneficiarij huius sanctæ Ecclesiæ & aliarum similium, nõ solum amittimus distributiones quotidianas, quando omittimus recitare horas publicas in Ecclesia sine iusta causa, sed etiã ad minus graue peccatũ ueniale peccamus, quin & mortale, si eo quod ad illas non imus, non recitatur officium publicum, aut non cum solennitate debita, aut cultus diuinus detrimentum aliquid nota-
bile patiat, circa quæ non pauci errant: Distributionum enim quotidianarum elargitio, aut prouentuum, præbendarum in eas participio non inducit, neque tollit obligationem eundi ad horas, cum ea nascatur ex titulo, & possessione Canonici & præbendæ, quod Concilium illud Martini ⁱⁱ in-
nuit, & alia iura comprobant. Nam præfata largitio solum est quoddam calcar, & causa impulsua nos incitans ad eundem ad Ecclesiam, ut infra ^o dicetur.

III. Sequitur quod octoginta dies, qui in hac Ecclesia conceduntur eis, qui fecerunt residentiam primi anni, & quinque quos quolibet mense habet, qui eam facit, ut nihil quotidianarum distributionum perdendo, possit abesse ab horis & aliis diuinis officiis, intelliguntur, ut id fieri possit iusta ex causa uel rationabili, & non pro solo libito, aut causa iniusta, & irrationabili, per illam singularem determinationem magni illius Patriarchæ Hierosolimitani, magnique Theologi & Canonistæ Petri Paludani, ^o quod statutum, aut consuetudo, ut qui tali, aut tali officio, uel horæ præfens fuerit, distributiones lucrifaciat, etiam si protinus egrediat, & abscedat, de eo intelligi debet, qui egreditur, ut procuret negotia Ecclesiæ, uel agat opera aliqua sancta, & non de eo, qui egreditur ut otietur, fabuletur, aut ludat, subiungens quod statutum contrarium, puta, ut lucrifaciat eas, etiam si egrediat, ut otietur, aut alia ex causa uana & iniusta, non excusabit eum coram Deo, nec in conscientia, & si in foro exteriori non debeat ei detrahi sua portio.

q c. fin. 92. dist. tran. la. c. in. j. de cele. Miss. r Clem. j. de celebr. Missar. r c. 18. nu. 10.

t In 4. dist. 15. quæst. 9. col. 7.

V. sequitur quod qui chororum egreditur ante horam finitam, aut omittit venire, aut intrare cum prætextu eundi ad naturæ necessaria, aut barbaram refecandi, aut aduentus ho-
spitii,

spiritus, seu actuum scholasticorum, aut ob alias excusationes similes, quas statutum reputat iustas si non sint veræ, peccat, & non querit sibi distributiones quotidianas illius horæ. Tum per præfatam Paludani determinationem, Tum quia cessante causa, cessare debet effectus nondum productus. ^{V *}

¶ ca. cum cessate. de appellat. l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patron.

An autem sufficiat veritas harum causarum, An requiratur quod etiam sint vera impedimenta interessendi horis, quæstionis quotidianæ est, frequenter. n. sunt veræ, & non vera impedimenta. Vt cum quis se excusat à vesperis, vt radatur sibi barba, & faciat eam radi longè post vesperas, forte sub noctem, aut excusat se causa eundi ad actum scholasticum, & potest illum adire ante horam inceptam, aut post eam finitam, vel excusat se causa aduentus hospitis, & ante, vel post aduentum eius potest interesse horæ, à qua se excusat? Cuius quæstionis pars affirmatiua visa fuit olim mihi vera; nunc autem altius cogitanti æquior videtur negatiua: Tum quia parum, vel nihil detrahit cultui diuino, qui rasuram barbæ, ob quam potuit excusari ab aliqua hora, si fecisset in ea radi, protrahit in noctem, vel aliam horam proximiorum, cum si protrahere non posset, illa hora faceret eam radi: Tum quia benignior est, & consuetudo ita videtur interpretari, quæ cum nil vel parum noceat diuino cultui, satis potest probari. ^{* x}

¶ Aug. c. re vera. de cõsecrat. dif. c. & c. de consuet. y In c. decet. de imunit. ecclesiarum. h. d.

VI. Dictum principale fuerit debere nos omnes Christianos præsertim ecclesiasticos considerare, quantum & quam sæpè peccamus intrando ecclesias, & existendo in eis. Contemnemur illud Concilij Lugdunen. ^V Decet domum domini sanctitudo, decet vt cuius in pace factus est locus, eius cultus sit cum debita veneratione pacificus & c. Expendamus & illud, quod subiicit: Sit itaque ad Ecclesias humilis, & deuotus ingressus, sit in eis quieta conuersatio, Deo grata, inspicientibus placita, quæ considerantes non solum instruat, sed & reficiat. Ex quo infertur peccare eos, qui Ecclesias ingrediuntur absque vlla reuerentia, ridentes, & iocando aquam lustralem siue benedictam in alios spargentes, caput aperiendo, & flectendo genua, magis habitu quodam & consuetudine id agendi, quam deuotione, aut memoria sanctitatis loci sacri: Expendamus item illud eiusdem Concilij, quo præcipit, Vt quem sacratissimum illud (*Iesu*) ²³ nomen (in quo solo oportet nos saluos fieri) pronuncietur, præsertim in sacrificio Missæ, flectamus genua cordis, quod vel capitis inclinatione testemur. Expendamus, in quâ, hoc,

hoc, & quod in eo potissimum præcipitur, vt flectamus genua cordis. Cui consequens est, errare nos, qui caput detegimus, quum illud audimus, principaliter, vt reputeur ab hominibus pijs: Id enim est corda attollere, & pilea demittere, licet de nemine id præsumi debeat, ² quod nonnulli temere iudicando facere solent.

¶ ca. 2. de regu. iur. l. merito. ff. pro socio.

34. II. Sequitur defectum suæ discretionis, & scientiæ procedere nonnullos, qui magna diligentia, & sollicitudine nudant, & inclinant capita, & reuerentur dulce illud nomen virginis, & matris (*Maria*), & horum nihil agunt, cum pronunciantur dulcissimum illud, & super aliis cunctis exaltatum nomen (*Iesu*) Quin & quando simul proferuntur, & audientes proferri Iesum Christum, & Virginem Mariam suam matrem, nomini Iesu non exhibent reuerentiam, nomini verò Mariæ quam maximam. Optimum enim, & vt ab omnibus fiat percipiendum, mente humili, & deuota Virginem matrem venerari, & etiam signis exterioribus significare, modo reputemus suo filio longè maiorem debere incomparabiliter, & tanto excellentiorem, quanto incomparabiliter creator præcedit creaturam, & quod quando ambo simul nominantur in Euangelio, aut Collecta, Vel alibi, maiorem reuerentiam exterioriorem exhibeamus nomini filij, qui Deus est & homo, creator, & redemptor, quam nomini matris, quæ pura creatura, & redempta est. Redempta, inquam, non à peccato, quod in ea fuerit, sed quod in ea fuisset, nisi præseruata foret. Quandoquidem reuerentia patriæ, que debetur filio, maior est, quam Dulciæ, vel hyperdulciæ, quæ matri debetur, iuxta Catholicam D. Thomæ, ² & omnium aliorum doctrinam. Recordemur, quæso, memoratû Concilium ^b addere, quod nemo in Ecclesiis seditioem excitet, conclamationem moueat, impetumue comittat. Ex quo sequitur peccatum esse in Ecclesiis exercere gestulationes Mimorum, ducere choreas, & tripudia profana, & quæ hic vulgus vocat folias, seu pelas, & alios ludos clamorosos, & tumultus profanos.

a In 3. sentent. dif. 9. q. 1. art. 2. q. 1. ad 1. b d. c. decet. §. 1.

25. III. Sequitur peccatum esse eas ingredi cum lauis vociferando, & demones imitando, præsertim cum diuina officia celebrantur, & etiam, meo iudicio, maius peccatû est excitare huiusmodi clamores, & strepitus, vel cõsentire, vt fiant inter clericos, & religiosos, cum supplicationes faciêdo extra Ecclesiam procedunt, interrumpendo cantum, & eos ab attentione debita alienando, quam ea in Ecclesiis, cum cessant

c. c. de
 corem. de
 vit. & ho-
 nest. cleric.
 d. in d. c.
 cum deco-
 rem.

cessant diuina officia, facere, etiam si hoc quoque iure vetitum sit, excepto forte eo, quod opus foret ad historias aliquas pias, & animabus salutiferas presentandum, & exhibendum, vt glossa recepta dixit, adducendo exemplum representationis presepis Domini, Herodis, Magorum, & aliarum similium.

III. Sequitur Deum forte magis offendi, quam coli inuentis quibusdam profanis, & sumptuosis, que sunt in festo corporis Domini, ab hisque diebus, quibus solennissima supplicationes fiunt: Video namque illa inferri in Ecclesias, quando canuntur Prima, Tertia, & Sexta, & Missa maior, & plerumque alia submissa voce celebrantur, & turbant populum, ne audiat, clerum vero, ne ea peragat, & dicat, vt decet. Videre est nonnullos clericos, vt ea cernant, chorum deferere, alios cantum omittere, alios canendo ridere, & ridendo canere: Quidam ad id quod dicunt, non attendunt: Nonnulli priores sunt in obseruando, Quibus vestibus hic exeat, quomodo ille tripudiet, iocetur, & ludicra grata proferat, quam in meditando de ipso Sanctissimo Sacramento, quod ibi perfertur, aut de mysterio, quod refert illa supplicatio: Quinetiam (quod peius est) nonnunquam videre licet eum ipsum, qui defert Sanctissimum Sacramentum, aut precipuam imaginem, in risum dissilire, & conuertere oculos magis ad holce iocos, & strepitus, quam in ipsummet Deum, & hominem, quem suis manibus gestat, non sine prauo id cernentium exemplo.

Quo circa meo iudicio, saluo saniore, eiusmodi diebus Rectores tam Ecclesiastici, quam seculares, procurare deberent, Primo ne prodeat vlla inuentio de se in honesta, aut alteri iniuria: Deinde ne vlla representatio preterquam pia inferatur in Ecclesiam, etiam cum officia diuina cessant, multoque minus, dum celebrantur, & audiuntur. III. Quod permittente possent, vt cuiusque inuentionis authores singuli semel deuote exhibeant debitam reuerentiam Sancto Sacramento, aut precipuæ imagini, quæ in supplicatione gestatur, & coram ipsis honestam suam orationem faciant, quo tempore satius esset, vt cessaret supplicatio, & ministrorum Ecclesie cantus, quandoquidem citra peccatum cessare possit, citra quod tamen non potest male recitari, aut male cantari. IIII. Quod non permittant vt post amplius se miscant clericis, & religiosis laudantibus Deum, & canentibus in ea, intercellant eorum cantum, & diuinas laudes.

Quin

Quin potius procurent, vt longè ante, vel post eos procedant, exhilarando, & recreando plebem, ne ei fastidium pariat in multas horas protracta supplicatio. V. Prouideant vt huiusmodi supplicationes fiant tempestiuus solito, & finiantur hora horologij Hispani, vel Galli decima, aut ad summum hora undecima, vel duodecima, vt audio Parisiis finiri hora octaua, vel nona supplicationes diei Corporis Domini, in quibus, vt audio, est tanta hominum multitudo, ac deuotio, quanta in quibus vis aliis orbis Christiani. * Idemque, Vidimus factum in vrbe ab anno 1567. in hunc 1576. etiam in supplicationibus illis solennissimis, quas ipsumet Maximi Pontifices, iudemque religiosissimi Pius V. & Gregorius XII. innumerabili comitate caterua, ipsum sacramentum manibus propriis religiosissimo totius orbis Christiani exemplo gestauerunt sine vlla penitus inuentione ludicra, nec profana, nec impertinenti. * Prouideant, inquam, vt fiant tempestiuus, ne prebeatur occasio tot ientaculis, tot ebrietatibus, & luxui in finem prouidendi fami, siti, & calori in eis superuenturis, eo quod prouident eas duraturas in horam post meridiem primam, vel secundam, & aliquibus in locis tertiam, non sine graui irreuerentia, & offensione diuina maiestatis, ad quam reconciliandam, & venerandam suscipitur is labor. Consequitur 6.

29 Quod iis diebus quibus tamdiu durat supplicatio, iustius omitti, quam haberi potest concio; quam in hoc solo religiosissimo Lusitania regno fieri vidi sub medium supplicationis, partim quod parum prodest, partim quod nonnulli ab ea ad comestationes, & iocos, etiam interdum obscenos egrediuntur: Alij negligenter verbum Dei audiunt, & obdormiunt, alij vilipendunt, & fere omnes fastidiunt, & fere omnes nimio cibo, & potu muniti ad processionem veniunt, preterit si probabiliter suspicentur concionatorem fore ambitiosum, & conaturum ibi ostendere multam doctrinam, & paruam prudentiam in concionando multum parum attentis.

30 VII. Sequitur fieri non posse conuiuia, & symposia Confraternitatum, populorum, & congregationum in Ecclesiis, & earum cœmiteriis, etiam cessantibus diuinis officiis; Tum quia vetitum est, ne in iis comedamus, Tum quia in huiusmodi cœuiuiis, & symposiis excitari solent clamores, & tumultus. Tum quia sunt secularium cœtus, qui in Ecclesiis fieri non possunt, nisi ob res pias, vt statim dicetur.

e. non oportet. 21
 & c. nulli.
 44. dist.
 f. in 8. dist.
 80.

F

Non censerem tamen peccatum, si istud necessitate fieret, puta, ob multam pluiam, aut solis æstum, neque alius locus oportunus ad sese recipiendum foret, dummodo à clamore, & strepitu, & immodesta comotatione abstinetur, Nā & concilium Carthaginense ꝑ indulget istud peregrinātibus, cum diuersoria desunt: Qui sanè textus non obscure significat peccatum esse quod vidi fieri, nempe subministrari prandium amicis, & aliis alicuius notæ viris iter agentibus, in Ecclesia æstate, eo quod esset suffrigida, & in hyeme eo quod esset subcalida, cum non deesset honestum aliud receptaculum extra Ecclesiam, in quo id honestè fieri posset. Expendamus insuper etiam illud, aliud, quod præfati Concilium Iugdunense subdit, ꝑ nempe: Cessent in locis illis vniuersitatū, & societatum quatuorlibet Concilia, cōciones, & publica parlamenta &c. Ex quo sequitur primo quod non fuisset licita congregatio nonnullorum (quorū ego vn⁹ extiti) insignis huius vniuersitatis, & Ciuitatis Conymbricæ, quæ anno superiore decreta fuit in Ecclesia Cathedrali finitū diuinis officiis, ad ventilandum, & decidendum nonnullas controuersias, quæ inter Academiam, & Ciuitatem subortæ erant, nisi finis pius pacem inter eos statuendi, illam licitam reddidisset, per infra dicenda.

I I. Sequitur aberrare plerosque viros litteratos, qui vt de cidentalem, vel talem quæstionem profanam, de communi consensu in Ecclesia conueniunt. III. Sequitur peius agere homines bonæ partis pagorum regni Castellæ, & Nauarræ, qui ad discutienda sua negotia (quod ferè semper sit clamoribus, vocibus,) conueniunt in Ecclesiis, aut earum cœmiteriis. Verum tamen est, quod licet ipsi in eo peccent, actus tamen extraiudiciales ibi facti validi sunt, & firmi, vt determinat Bald. receptus ^l. Verum etiam est secundū cōmunem, ^k licitè posse fieri laicorum cōuentus in Ecclesiis ad opera pia, quales sunt cōfraternitates sanctissimi sacramēti, & aliarū rerum piarū, quas Būdæus ^l fratellas & cōfratras Vocat. Expendamus itē illa verba eiusdē Concilij. Cessent vana, & multo fortius sceda, & profana colloquia &c. Ex quo sequitur tam paucos esse Christi fideles, qui in Ecclesiis non peccent, quam rari sunt, qui semel, aut iterum non effuriant in eis otiosa, vana, turpia, mala, aut saltem profana. Intelligamus per Deum idem Concilium ita præcipere: Cessent confabulationes quælibet, sint postremo quæcunque alia, quæ diuina possunt turbare officia, aut oculos diuina: Ma

g In d.ca. nulli. 44. dist.

h c. decret. de immunitate Eccles. lib. 6.

i In j. par. consi. 178. dico & cōsulo.
k In d.ca. decret.
l 13. ff. de administr. pbr.

næ Maiestatis offendere, ab ipsis prorsus extranea, ne vbi peccatorum venia est postulanda, ibi peccandi detur occasio, aut deprehendantur peccata committi.

- 32 Ex hoc colligitur peccatum esse conuenire ad Ecclesiam tres, aut quatuor, aut plures, vel pauciores Canonicos, Clericos, Monachos, vel sanctimonialia, laicos, vel laicas, & in ea sub frigiditate eius contra ætatis æstum fruentes conuersari, referendo Apologos, & fabellas, ridendo, iurando
- 33 & fortè mentiendo, ac iurando citra necessitatem, & vitinam nunquam citra veritatem, murmurando nonnunquā, & detrahendo proximis. Consideremus illud ipsū Concilium sub finem dicere. Cessent in Ecclesiis, earumque cœmiteriis negotiationes, & præcipuè nundinarum, ac fori cuiusque tumultus.
- 34 Ex quo sequitur primò, omnem contractum emptionis, & venditionis, & alios qui de rebus profanis sunt in Ecclesiis vel locis sacris esse peccata, siue fiant de mobilibus, & se mouentibus, siue de immobilibus, & stabilibus. Quæ omnia licet ira sese habeant, tam confidentes tamen, & temerarij sumus, adeoque tam parum diuinam Maiestatem veneramur, vt in paucis locis vix plures ineanat contractus & distractus, quàm in Ecclesiis. Quot contractuum conclusionem ad eas remittunt dicentes. Dic. N. Vt vadat cras auditum sacrum in tali Ecclesia, & ibi eo finito expediemus tale, aut tale negotium. Dic vadat eo ad vespèras, & ibi cōcludemus hoc, vel illud.

- 36 I I. Sequitur non solum peccare eos, qui super suis mensis in Ecclesiis exponunt candelas venales, vt emptores eas offerant, sed etiam eos, qui aliter eas vendunt, vt etiam peccabant, qui vendebant columbas sacrificandas in templo, quos redemptor ^m noster ex eo eiecit: Quod intelligendū est, cum primaria venditorum intentio foret (vt communiter esse solet) aliquid lucrificandi, si enim ipsimet clerici, vel religiosi eas venderent eo sine præcipuo, vt emptores satisfaciunt suæ piæ deuotioni, non esset peccatum, vt determinat S. Anton. ⁿ receptus per Cardinalem S. Xistī. ^o Syluest. ^p & alios, ^q & si Angelus ^t absolute dixerit non esse peccatum, Cuius opinio sustineri posset in iis, qui vendunt in Cœmiterio, & non in templo, vt alij rectè sentiunt ^s: Laudabilior tamen, & imitatione dignior est mos omnium ferè Ecclesiarum Urbis, in quibus ponitur vasculum candelularum, ex quibus accipiunt quas volunt eas oblaturi, misso in

m Math. et n 3. parte tit. l. ca. 16. §. 2. col. 4. o Caicta. verbo. immunitas. col. 2. p eod. ver. quæst. 2. q 10. Tabi. verbo. emptio. r Verbo. immunitas. § 9. s Vbi sup.

Capulam ad id paratam earum precio, absque vlllo verborum strepitu.

III. Sequitur videri primo aspectu peccatum audire, & decidere in Ecclesia lites, nedum seculares, verum etiam Ecclesiasticas, nisi sint spirituales: Dicit enim textus (fori cuiuscunque tumultus cesset) & sic tam fori Ecclesiastici, quam secularis, vt ponderat Decius, in quodam Capitulo, cui quatenus sibi aduersatur, responder, quod loquitur de confirmatione electionis, quæ non modo est causa Ecclesiastica, sed etiam spiritualis, quæ differunt, vt genus & species, Glossæ * tamen communiter receptæ absolute dicunt esse permissum in eis Iudicium causarum Ecclesiasticarum, Quorum opinionem veriorum existimo: * Tum quia principaliter pars Iurisdictionis Ecclesiasticæ est spiritualis, & diuinitus à Christo data, vt monstramus in reper. ** Tū quia indubitatum est apud omnes etiam Decium. ^a Quod licet sententia Iudicis secularis lata in Ecclesiis sit inualida, Ecclesiastici tamen est valida, quamuis in ea ferenda peccetur, sicuti & omnium consensu contractus initi in Ecclesiis, & locis sacris valent, licet contrahentes peccent iuxta glossam receptam. ^b Quod intelligo de contractibus initis per laicos, aut super rebus profanis, non autem de initis per clericos super rebus Ecclesiasticis: Non enim magis damnare debemus Canonicos, & Monachos contrahentes in iis super rebus Ecclesiasticis, quam eos qui in eis iudicant de illis, quod licet ^c Non obstar dicere, quod Canonici & Monachi debent contractus suos inire in capitulis communiter sitis in Claustris extra Ecclesias, Quia sæpe numero videntur contrahere etiam in choris, & intra Corpus Ecclesie citra vlllum peccati scrupulum.

III. Sequitur, non abs re in dubiis vocatum fuisse, ³⁸ An licitum sit nec ne gradus Doctoratus, & alios Ecclesiasticos in Ecclesiis conferre? In cuius decisione communis sequitur Ioannem Andr. ^d qui affirmatiue respondet, quod verissimum esse arbitror quo ad gradus collatos auctoritate Apostolica, qua dari solent communiter. Maius autem dubium videtur in collatis auctoritate Regia, vt in hac Conymbriensis Academia gradus artium Medicinæ & legum conferuntur. Rationum, quibus addubitari potest, Altera est, quod causa præcipua, quæ persuasit Ioan. And. Doctoratum posse conferri in Ecclesia, est, quod sit res Ecclesiastica, & confertur ab Ecclesiastica persona, &, qui auctoritate Regia

Regia gradus confert, secularem personam, & non Ecclesiasticam, gerere videtur. Altera, quod communis opinio Ioan. And. Dominici, & aliorum habet iudicem secularem non posse tractare aut decidere lites profanas in Ecclesiis etiam de rebus piis motas, Textus enim generaliter vetat, & inualidat quodcunque iudicium seculare, ciuile, & Criminale: Quibus non obstantibus, contra puto, & consequeret celeberrimi, & reformatissimi Monasterij S. Crucis Reuerendissimum Priorem Cancellarium nostrum non peccare conferendo auctoritate Regia, & vt ea conferatur in sua Ecclesia, permittendo gradus Artium, Medicinæ, & Legum, saltem cum eos ipsemet confert, & licet de collatione per alium, qui laicus esset, magis dubitari possit, idem tamē defendi potest ea ratione, quod collatio gradus non est actus Iurisdictionis contentiosa, sed voluntaria, & opus de se pium & sanctum, ^e Et quod communis ^f opinio Ioan. And. Dom. & aliorum habet, laicos posse facere ceteris ad pia in Ecclesiis. V. sequitur, nullo præfatorum graduum ab vllis etiam Ecclesiasticis posse licite conferri in Ecclesia cum strepitu & tumultu chorearum, & ludorum præfatorum per supradicta. ^g

³⁹ VI. Sequitur sanctissimam, & religiosissimam fuisse mentem, & intentionem, quam (postquam hucusque scripsissem) mihi communicauit Reuerendissimus, idēque grauissimus præfati monasterij frater Blasius, quæ eadem erat Reuerendissimi prioris, & conuentus eiusdem celeberrimi monasterij, quod, meo Iudicio, totius ordinis Canonicorum Regularem Patris nostri S. Augustini in Hispania, & extra eam, in agenda vita reformatissima, est primum, Intentionem, inquam, procurandi vt in Ecclesia dicti Monasterij conferatur in posterum per Cancellarium, qui est memoratus prior, alij gradus, quam in sacra Theologia, quod modo dum typis excuderetur hic quaternio, à Regia maiestate sancitum fuit, simul & præclaræ Virtutes, & vita d. D. Reformatoris titulo Episcopi auctæ, & illustrata.

⁴⁰ VII. Sequitur peccare mea sententia Iudices seculares horum regnorum, qui in Ecclesiis summarie se informant de iis, qui ad illas se recipiunt, Vt sciant, An immunitate frui debeant, nec ne: Neque dici potest, quod lex regia huius Regni eos excuset, Quia licet illa lex eis tribuat facultatem sumendi informationem summariam, non tamen habet, vt possint eam sumere in Ecclesiis, vt ex illius con-

e Authen.
habita. C.
ne fil. pro
patr.
f. in d. ca.
deccet.
g. In hoc
ipso. g. d.
ver. Recor
demur.

g. In c. qua
fronte. de
appellat.
col. l.
v. glo. fr. q.
s. i. summa.
d. c. de
cet. verbo,
seculari.
& in c. j. &
s. c. in Ec-
cle. de im-
mun. Eccl-
s. c. nouit.
nor. 3. nu.
s. de iudi-
a. in d. ca.
qua frōre.

b. In d. ca.
deccet. ver.
proced.

c. cap. qua
fronte vbi
communis
etiā Deci.
de appell.

d. In d. ca.
deccet.

h lib. 2.
tit. 4.

l d.ca. de
ect. verb.
procel.

k d.ca. de
ect.

l In ver-
tum cen-
se rem.

m In ver-
bo immu-
nitas.

n Ios. Ta-
bien. verb.
Immuni-
tas. I prin.

o Verb. im-
munitas.
quæst. 2.

p Arg. c. ni
hil. 7. q. 2.
c. missas to-
ras. sup. ea
dist.

q. 2. par. ti.
9. c. 10. §. 1.
in fine * &
latius tra-
ditur i Ma-
nual. Con-
fess. ca. 17.
n. 3. B. & f. *

r 3. par. sub
finem 11. &
12. modi fe-
rendi sen-
tentiam su-
per hære-
si.

s De immu-
nitate Ec-
cle. lib. 6.

textu h patet, Nec obstat quod cuiquam videri possit valida, eo quod non sit actus plene iudiciarius, in quo debeat vocari, vel audiri pars, licet Vocandus sit Rector, aut Parochus Ecclesiæ. Et quod per supradicta licet non debeant negotia & actus profani in Ecclesiis tractari, si tamen fiant, & iudiciales non fuerint, valét, vt dixit glos. ¹ recept. quia negari non potest ad huiusmodi informationem necessariam esse Iurisdictionem contentiosam, & vocationem Rectoris, vel Parochi, vt ipsa lex requirit.

VIII. Dico omnia in septimo dicto deducta limitanda esse, ne locum habeant, quando suprâ memorata verita in Concilio lugdun. ^k fiunt ob necessitatem, quam secû conuehant bella, incendia, inundatio aquæ, estus intensi, inimicitia, & alia iustæ causæ, & non sunt de se mala, nec legem naturali diuina, nec diuina supernaturali reprobata, per supradicta ^l Limitari etiam debent, Vt intelligantur de peccato veniali, non autem de mortali: Quod enim vetatur in illo Concilio, & non esset de peccatum mortale, si fieret extra Ecclesiam, non erit tale, si in illa fiat, nisi esset tantum, aut tali modo factum, quod omnino perturbaret officium diuinum, vel fieret per contemptum, vt tradit Ang. ^m recept. ab aliis, ⁿ aut esset res magnæ irreuerentiæ, cuiusmodi est coitus inter maritum, & vxorem secundum alios. ^o Quod autem Ang. ait de omnino perturbante officium, dicendum est etiam de perturbante notabiliter illud, vel partem notabilem eius: sicut enim quoad peccatum mortale atinet, paria sunt omittere, vel dicere malè totum officium, aut partem eius notabilem, ^p vt in simili sensit S. Antonius, ^q cû quodam Cardinali, & aliis multis, ita eadem ratione idem est dicendum de perturbante notabiliter officium, vel notabilem partem eius.

Quoniam Reuerendo in Christo patri Paulo Constabili, eidemque Sacræ Theologiæ Doctori eruditissimo, ac Sacri Palatii Magistro cum primis qui hæcenus fuerunt in exequendo suo munere diligentissimo, ac fidei Zelo Vtilitatisque reipub. Christianæ desiderio feruentissimo, hunc locum ex officio examinanti placuit, vt hic speciatim diceret, quod mihi videretur de sententia authoris Directorij Inquisitorum, quam sentit, ^r opinantem nempe sententiam, qua hæreticus damnatur & traditur Curie seculari, extra Ecclesiam esse ferendam; Dico pro ea facere primo illa verba vniuersalia prædicti c. Decet ^s (cesset in Ecclesia fori cu-

tusque

iusque tumultus) & illa (sunt loca eadè à cogitationibus laicorum aliena) & constat sententiam qua statuitur damnatum esse tradendum brachio laico, non posse sine cogitatione laicorum ferri.

2. Quod traditio illa sit iudici laico, dānatum in suam potestatem accipienti, quod videtur non posse fieri sine interuentu secularis, & aliquo actu iudiciali seculari.

3. Quod sententia sanguinis intra Ecclesiam ferri non debet. ^t Nec quicquam crudele exerceri, vbi est tutela refugij, vt ibidem dicitur, & traditio illa videtur quidam actus sanguinis, & quædam crudelitas eo modo, quo crudele accipitur in illo capitulo quo illud vetatur: includit enim actum in se iustum in sanguinis effusionem tendentem, qualis videtur illa traditio.

4. Quod eiusmodi sententiæ in Hispania extra Ecclesiam ferantur. His tamen non obstantibus contrarium est tenendum. Tum quia, spiritualia in Ecclesia exerceri debent, ^v quatenus habent electionem Episcopi intra Ecclesiam debuisse confirmari, Tum, quia Ambros. ^x dicit causam fidei in Ecclesia esse tractandam; Tum quia omnes discrepantem nemine consentur lites causarum spiritualium intra Ecclesiam posse tractari, & ferè omnes idem dicunt de omnibus causis, ecclesiasticis, vt supradictum est, & constat causam hæreseos præ omnibus aliis esse spiritualem, & adeo quidem, vt specialissime ob hoc prohibeatur tractari à iudicibus laicis ^y quamuis etiam alia spiritualia videntur tractari ab eis etiam incidenter: ^z Tum denique quod hoc seruatur in vrbe, quæ caput est orbis; Et ordo procedendi Papæ regulariter est seruandus ab aliis, vt ait Clemens III. in c. In causis De re iudic. Ex cuius responso Baldus colligit illud: A maiore boue discat arare minor.

5. Quod nil obstant in contrariam partem adducta. Non enim primum: Tum quia omnes ad Vnum DD. sentiunt per illa verba (cuiuscunque fori) non cōprehēdi forum spirituum causarum, & ferè omnes non cōprehēdi etiam forum aliarum causarum Ecclesiasticarum, & forum, in quo sententia datur in hæreticum Curie seculari tradendum, nō solum est Ecclesiasticum, Sed etiam spirituale, & non qualiter qualiter, sed valdè, vt prædictum est: Tum quia non obstat huic responso replicatio à me antehac obiecta, nempe quod nemo reddit rationem, quare illa verba (cuiuscunque fori) cum sint vniuersalia non includant omne forum spiri-

t c. cum ec-
clesia. de
immun. ec-
clesia.

v c. in no-
mine. 23. di-
sti. & in c.
præceptū.
2. q. 2. & c.
qua frōte-
de appel.
x In c. con-
uenior. 23.
quæst. 8.

y c. vt in-
quisitiones.
§. prohibe-
mus. de hæ-
ret. lib. 6.
z c. tuam.
de ordine
cog. c. cau-
sam quæ. q.
fil. sint le-
git.

tuale & Ecclesiasticum ac seculare, cum illa etiam sint verè fora. Quare responderi nonè potest, quod in illo contextu verbum (forum) Non accipitur transiue, ita vt significet locum, vbi iudicia tractantur, sed proprie, ita vt significet locum, quo res venales afferuntur, originem trahens à ferèdo, Vnde dictum est forum suarium, vbi sues venduntur, & forum Boarum, vbi boues, & forum piscarium, vbi pisces, & forum olitorium, vbi olera. Quod satis significant verba precedentia scilicet: Cessant omnes negociationes, præsertim nundinaram, ac cuiuscunque forumultus, Quod ipsum significat etiam verbum (*tumultus*) qui proprius est eiusmodi fons, significant & sequentia, & omnis secliarium iudiciorum strepitus. Per quæ veratur strepitus iudiciorum, & non quoruncunque, sed tantum secliarium, quale non est iudicium super hæresi habitum. Tum quia mens authoris non fuit per illa verba in argumento allata vetare omnem cogitationem de rebus laicis, (Alioquin enim peccaremus quomodocunque cogitatio in Ecclesiis de Regibus, & Principibus, & bellis eorum, de montibus & vallibus, de coniugatis & militibus, quod est absurdum, & ideo non dicendum, ^a) sed tantum de cogitatione rei sacræ aduersa, vel de faciendo in eis præfata vetita.

Ad secundum autem responderetur negando, quod traditio præfata non possit in Ecclesia fieri absque aliquo actu Iudiciali, seclari, quia satis est ad id ille actus Ecclesiasticus tradendi, de quo pertabellionem Ecclesiasticum fiat fides, Nec obstat quod eadem fieret etiam per tabellionem secliarum, Tum quia ea magis esset extrajudicialis, quam iudicialis, & quia fieret abcessorie, non principaliter, & quia ea etiam iure fit alia, puta, quoties confugiens ad Ecclesiam iustè traditur ab illius rectore, vel accipitur in ea in casibus, quibus non gaudet illius immunitate. ^b

Ad tertium quidem responderetur, sententiam sanguinis non esse in Ecclesia ferendam, negando tamen quod sententia de præfata traditione faciendâ sit sententia sanguinis: Tum quia Iudex eam faciens rogat secliarum, vt citra sanguinis effusionem traditum traçter, vt patet ex quoridianâ praxi in præfato directorio ^c expressa. Tum quia si esset sententia sanguinis, non posset eam Ecclesiasticus etiam extra Ecclesiam ferre, ^d Tum quia non omnis actus, per quem paratur via ad sanguinis effusionem, veratur fieri in Ecclesia, sed tantum ille qui non permittitur, sed veratur fieri

^a I. nam qd ab ipso dicitur. & de bo. lib.

^b Iuxta c. inter alia. d. n. m. eccle. & c. diffinitur, in d. c. c. constituitur est. 17. c. 1. c. vbi f. p. d. d. c. sententia a ne cleric. vel monachi.

fieri in ea: Actus. n. quo Rector Ecclesiæ permittit vt iudex secliaris extrahat ab Ecclesia cõfugientem ad eam, in casu quo non gaudet immunitate. Imo neque traditio eiusdem nolentis exire est talis, vt colligitur ex præfato cap. ^e

Ad quartum responderetur cõcedendo quod communiter in Hispania sententiæ feruntur extra Ecclesiam, negando tamen ideo id fieri, quod non possit ferri intra eam, sed potius vt fiat solennius, & maiore populi multitudine astante ad lucrandas indulgentias, & ad concionem audiendam, & ad maius aduersus hæreses odium, & horrorem concipiendum; Cuius rei argumentum est. Quod raro pluries quàm semel in anno huiusmodi sententiæ feruntur, & tunc populo prius per præconem ad id monito, & Orchestræ ad id magno sumptu apparatus, & in loco Ecclesiæ contiguo; Et quod tantæ turbæ non est Ecclesia capax.

^e Prædicto ca. constituitur. & c. cetera alia.

Cap. VI. De mala & bona oratione, tangit 49. Conclusiones.

<i>Oratio bona & mala, & quid earum utraque.</i>	nu.	1
<i>Oratio defectiva aliqua bona circumstantia mala est.</i>	nu.	2
<i>Oratio pro victoria Regis, vel lucro, que mala.</i>	à nu.	3
<i>Oratio pro morte alicuius, & episcopatu, que mala.</i>	à nu.	6
<i>Oratio matris Iacobi, & Ioannis cur mala,</i>	à nu.	8
<i>Oratio in honorem, & gloriam vanam mala.</i>	à nu.	10
<i>Gloria vana desiderium quod mortale remissive.</i>	nu.	11
<i>Oratio cuius finis principalis est lucrum distributionis quotidianæ.</i>	nu.	12
<i>Finis principalis accurate definitus.</i>	n.	13
<i>Intentio virtualis quid, cum exemplis.</i>	nu.	14
<i>Missa dictio ob solem pitantiam que mala.</i>	nu.	15
<i>Horas dicere pro quaestu equè ac pro Deo malum.</i>	nu.	16
<i>Finis quis dicitur finis ob quem equè vel magis fit actus.</i>	nu.	17
<i>Orare ob Deum, & ob quaestum quando non peccatum.</i>	nu.	18
<i>Oratio ob temporale non relata in aliud mala.</i>	nu.	19
<i>Oratio publica cui eam facienti periculosa.</i>	nu.	21
<i>Finis definit esse principalis ob relationem in aliud.</i>	nu.	23
<i>Oratio pro cupiditate, & contra exosa que mala.</i>	nu.	24
<i>Oratio pro temporalibus que bona, que melior, & que optima.</i>	nu.	26
<i>Oratio impœnitentis quid proficit.</i>	à nu.	27
<i>Orationes publicæ dicens quid visitare debeat.</i>	nu.	29

<i>Gloria eiusue desiderij vires quis nouit.</i>	nu. 30
<i>Oratio eo melior, quo purior ab honoris desiderio.</i>	nu. 31
<i>Oratio non potest simul esse bona, & mala.</i>	nu. 32
<i>Orare discant pœri ob Deum, & non ob gloriam.</i>	nu. 33
<i>Oratio ob famam in suum debitum relata bona.</i>	nu. 34
<i>Famam & gloriam secus quam oporteat cupere malum.</i>	nu. 35
<i>Honor in sex fines bene desideratur.</i>	nu. 36
<i>Oratio ministri Ecclesie facta in mortali que mortalis.</i>	nu. 40
<i>Irregularis quis ob orationem factam tempore interdicti.</i>	nu. 41
<i>Oratio quadam bona, que non est meritoria.</i>	nu. 42
<i>Exercitium spirituale in statu malo factum quod mortale.</i>	nu. 43
<i>Oratio mixta noue obseruantie mala, cum exemplis.</i>	nu. 45
<i>Obseruantia vana, & superstitiosa que.</i>	nu. 45
<i>Martinus Abbas Archidiaconus laudatus.</i>	nu. 46
<i>Orationes dici S. Ioannis, que male.</i>	nu. 47
<i>Oratio incantatricum que mala.</i>	nu. 48
<i>Oratio pro valetudine prospera que bona.</i>	nu. 49

NOTA VI. ex hoc verbo (orationem) colligi, orationum aliam esse bonam, aliam malam. Diuus namque Cyprianus in eo præsupponit, quod facta absque debita vigilantia, & sollicitudine est mala: facta vero cum ea bona, Pro quo præter supra citata ^a facit, quod, vt antea diximus ^b, Oratio est petitio à Deo aperte vel opere facta, Quam definitionem manifestum est conuenire tam mala quam bonæ orationi. Oratio bona est, qua bonum bene petitur: Alia vero, qua malum, aut malè petitur, Pro quorū vberiore declaratione inferam aliqua corollaria, quæ pro exemplis nobis subseruiunt.

Primum est, quod oratio, qua petitur quod, propter ² quod, à quo, vbi, quando quomodo, aut pro quo non debet, est mala. Nullus enim actus est bonus cui aliqua circumstantia requisita deficit. Nam sicut vt mala sit, sufficit eam continere aliquem defectum, ita vt sit bona, necesse est eam omni defectu carere, vti alibi ^c diximus, sequenti doctrinam Aristotelicam ^d receptam à S. Tho. variis in locis. ^e & ab aliis omnibus communiter approbatam, & per illud Dionisij, ^f Bonum constat ex integra causa, malum autem ex singularibus defectibus.

II. Quod mala est illa oratio, qua iniuria affectus petit opem à Deo ad vindictam suæ iniuriæ autoritate priuata faciendam, & illa suæ petentis à Deo media suæ peten-

di illud, aut illud. Et illa, qua prouocans, vel prouocatus ad duellum, antequam in arenam descendat. orat Deum pro victoria: & interdum, quod peius est, nouendiales caremonias obseruat, & missas pro ea dici procurat, & illa, qua quis fogat Deum, vt sibi citra matrimonium contingat aliqua muliere potiri. Et illa iniuste litigantis, qua rogat Deum, ne causa cadat, sed vincat: si quidem omnibus his petitur, quod non licet, quodque peccatum est.

III. Malam item esse orationem eius, qui sciens, & prudens petit victoriam pro Rege, vel Domino suo iniustum bellum gerente, aut se à iusto illaro defendente, petit enim quod non debet. Quandoquidem, vt bellum iniustum gerere est peccatum ⁸ & turari se à iusto, non est licitum ^h: ita maius peccatum, & minus licitum erit cupere vincere in illis ⁱ. Qua eadem ratione mala erit oratio eius, qui petit à Deo victoriam pro suo Rege, siue iuste, siue iniuste bellet: Quod plerisque facere vidi, putantes non solum se non peccare, sed rem dignissimam fidelissimo subdito agere.

III. Malam esse orationem eius, qui petit à deo adimplerionem desideriorum alterius praua desiderantis; quod alicui videri potest esse frequens in conclusionibus epistoliarum, & muruis valedictionibus, seu à sese inuicem decessionibus. Quod, vt videtur, nonnulli non dicunt absolute, Deus te tuorum votorum compotem faciat, sed cum adiectione, Deus te sanctorum tuorum votorum compotem faciat. Quod tamen non opus est exprimere, id enim iure ^k subintelligitur in foro exteriori, si qui orat mente vel verbo, expresse, aut tacite, non se ad praua referat.

V. Malam quoque esse orationem eius, qui petit compleri desideria propria, vel aliena, vt semper magis magisque lucretur, & ditescat, non præfigendo lucro finem aliquem honestum, vt enim alibi post S. Thom. ^l declarauimus ^m, licet lucrari, & lucrum ex se mala non sint, ita neque sunt bona, nisi accedat aliquis terminus & finis honestus cuiusmodi est sustentatio suæ familiæ, & status, aut subuentio pauperum, & id genus alia.

VI. Malam quoque esse orationem fratris natu minoris rogantis Deum, vt maior moriatur, quo succedat in ius Primogenij, siue Maioratus, Peiorè vero esse orationem filij, vt moriatur pater, & paulo minus malam esse orationem eius, qui habens regressum vel accessum, aut præsentationem,

vel

g Thom. 2.
sec. q. 40.
h Barc. in
l. vt vim. ff.
de ius. &
iur. nu. 4.
i Arg. Aut.
multo magis.
C. de sa.
crof. eccl.
& c. cū in
cunctis. de
elect.

k cap. 1. de
iure iur. l. 1.
6. l. si pro-
curator. ff.
de codic.
inde.

l 2. sec. q.
77. art. 4.
m c. quali-
tas. de po-
nit. dist. 5.
nu. 15.

a In ca. j.
nu. 17.
b In d. c. j.
nu. 11.

c In repe.
c. iter ver-
ba. ii. q. 6. 3.
pra. l. d. 6.
nu. 42.
d 3. Ethicorum.
e l. 2. q. 18.
art. 4. ad 3.
& q. 19. ar.
6. ad 1. &
art. 7. ad 3.
& q. 6. 20.
art. 2.
f c. de di-
u. nomi-
nib.

vel collationem alicuius beneficij, rogat vt illud obtineat moriatur, de quibus dixit Persius^h. Nonnullus peteret res à Deo, quas viderentur petere à Statio: qui erat villissimus. Et quamuis fortè pauci sint expectantes, qui id rogent, vereor tamen multos tum cognatos, tum famulos esse, qui sapienter optent, imò & petant à Deo, vt parentibus, & dominis eueniant oprata, quæ non nisi morte aliena possunt, aut saltem arbitrantur non posse ad se venire.

VII. Malam etiam esse orationem, qua quis Deum rogar, vt faciat ipsum Episcopum, Archiepiscopum, Cardinalem, aut Papam, quamuis esse mereatur, quoniã petit, quod non debet: & desideriu illud malum est, vt post S. August.^o S. Thom. P. S. Antonin.⁹ & alios fusè alibi^z tradimus.

VIII. Malam præterea esse orationem eius, qui petit à Deo, vt patri, filio, cognato, vel amico largiatur dignitatem aliquam spiritualem, vel temporalem, quam non meretur ob defectum ætatis iudicij, scientiæ, experientia, vel alius id genus, vel quia est vitiosus. Hæc enim sunt eis peccata, vt alibi^s copiosè comprobamus. Et consequenter oratio, qua id petitur à Deo, est mala, & peccatum.

IX. Malum fuisse orationem Mariæ matris filiorum Zebedi, qua petitur à Domino, vt eos constitueret in suo Regno, vnum ad dexteram, alterum vero ad sinistram. Petebat enim quod non debebant, nimirum sedes gloriæ temporalis, in Regno temporali Redemptoris spiritualis, & quia etiam si petissent sedes gloriæ spiritualis, eas necdum merebantur, secundum Bedam^t, saltem tempore, quo illas petebat, scilicet statim resuscitato Redemptore, & ante quam moreretur. Et quia petebant primos accubitus, postpositis cæteris Apostolis, secundum Communem, quam EKius^v & Caiet.^x sequuntur.

X. Malam esse orationem eius, qui aliquid postulat ab eo ob honorem vel gloriam vanam, id est vt vanè honoretur, & æstimeretur. Tum quia licet postulet, quod debet, non tamen petit in finem debitum, & consequenter deficit circumstantia boni finis, quæ omniã præcipua est iuxta Greg. Nicenum relatum & declaratum à Tho. y & cum defectus cuiuscunque circumstantia reddat orationem malam, vti supra diximus, à fortiori id faciet defectus circumstantiæ boni finis^z quæ est omnium potissima. Tum quia actus ob vanam gloriam, vanam famam, aut vanã laudem factus malus est, etiam si foret passio martyrij iuxta S. Hieronim.^z Qui

de illud ob vanam gloriam perperiente ait. Huic operi non tam præmium, quam pœna debetur. Quo fit, proh dolor, vt multi sint, qui non solum non bene merentur, & oleum, quod aiunt, & operam perdunt, sed etiam mali merentur pœnas Inferni, vel Purgatorii, dum alij recitant, & Deum rogant obnixè vt eis largiatur ingenium, memoriam, vocem claram coniunctam eloquentiæ & artium liberalium, aliarumque scientiam, vt quærant sibi honorem vanum & vanam laudem in scholis, pulpitis, & auditoriis, Alij verò dum importune orant Deum scientiam artis militaris cum rubore, stremitate ad consequendum honorem vanum, facinore aliquo militari. Alij vero, dum supplicant sibi concedi prosperam valetudinem, vires, & agilitatē, ac fiduciam cum dexteritate coniunctam, quo sibi vanum parent honorem currendo, saliendo, discum proiciendo, luctando, & eiusmodi exercitia generosa exercendo, Hæc enim orationes omnes, siue pro nobis, siue pro alijs, ad hos fines factæ malæ sunt, & quidem venialiter, cum desiderium eiusmodi vanæ gloriæ est veniale, mortaliter autem, cum eiusmodi desiderium est mortiferum. Quod desiderium quando sit mortale vel veniale, profundius, & copiosius alijs declaramus alibi^b. Porro non otiose dixi (*Ob honorem vanum, vel vanam gloriam*) sicut enim non omne desiderium, honoris & gloriæ est peccatum, sed duntaxat desiderium malæ, & vanæ gloriæ: ita non omnis oratio, qua petitur à Deo honor, & gloria temporalis, aut sit ob eam, est mala, sed illa duntaxat, qua petitur vana, vel mala, aut ob eam fit. Quis vero honor, fama, & gloria dicantur vana, aut mala, alibi^c fusè tradimus, & inferius in summam obiter redigemus^d.

XI. Malam etiam esse orationem, & recitationem, cuius finis principalis licet nõ sit de se malus, aut vanus, est tamen ineptus, id est, non est proportionatus, eo quod non sit ita bonus, ac ipsamet oratio. Ad hoc enim vt actus aliquis sit bonus non sufficit eius finis in se non esse malum, sed opus est, vt non sit minus bonus, & male proportionatus, vt post D. Thom.^e Parisien. f & Adrianum^e alibi^h probauimus.

XII. Quod omnis oratio cuius finis principalis est lucrati distributiones quotidianas, quærere alijs fructus, & reditus, vel consequi aliquod beneficium, aut dignitatem, est mala, vt potè quæ careat circumstantia finis debiti, quod rectè sensit glo. i dicens. Qui vadit ad Martinas principaliter, vt lucretur distributiones quotidianas peccat, & fustus

b In Rep. c. inter verba. II. q. 6. pag. 96. à nu. 33.
c In Rep. c. inter verba. II. q. 6. pag. 99. nu. 32.
d In Coroll. II. huius cap.
e In 2. dist. 38 q. 2. art. 1. & fin. & art. 1. in 3. argu. facit I. 1. §. 6. de si. cum gl. & l. 2. §. de aqua plu. arcen.
f In 4. dist. 25. q. 2. sub finem.
g quod li. 10.
h In d. rep. c. inter verba * & nuper in Cōmen. cap. cum minister. 23. q. 6. §. à nu. 30. * i cap. 1. de Cler. non res. li. 6.

a Sary. 2.

o c. qui episcopi. 8. q. 1. 162.
Iocus superior, &c.
p. Sec. 1. q. 2. art. 1.
q. 2. part. tit. 3. cap. 5. §. ij.
r c. graue. de præb.
s In rep. c. inter verba. II. q. 6. pag. 30. nu. 32.

t Super c. 20. Marci.

v In ser. 5. lac.
x Super c. 20. Mar.

y 1. sec. q. 7. art. 4.
z Argu. c. cum in c. de cle. Auth. mul. to magis. C. de sacro sanct. a ca. vide. z. quæst. 1.

¶ Quodli.
10. c.
1 In d. ca.
inter ver-
ba. nu. 236.

m In d. re-
pe. c. inter
verba. 11.
q. 3. pa. 80.
nu. 280. &
pag. 89. &
390. & po-
stea nuper
in cōmen-
c. cum mi-
nister. 23.
q. 6. s. nu. 9.
& num. 36.
cum aliis
seq.

¶ Ex Eplo
Iurifconf.
in l. j. ff. de
testam. &
alibi sæpe.
¶ Omnes
in ca. cum
cessate. de
appell.

declarauit Adrian. [¶] à nobis alibi ¹ relatus, dicens, neque to-
talem, neque partialem finem principalem orationis, aut
alterius actus virtutis posse esse bonum vllum temporale.
Non otiosè dixi (*finis principalis*,) si quidem fama, honor, &
gloria possunt esse fines minus principales orationis, reci-
tationis & aliorum actuum virtutis, dum tamen non sint va-
næ, & idem de aliis bonis temporalibus & dignitatibus;
quia possunt esse tales fines minus principales, vt alibi ^m
diximus, vbi fufius, quam alius in hunc vsque: diem decla-
rauimus quis dicatur finis principalis, & quis non. Quod ve-
luti valdè necessarium, ad materiam subiectam, & ad alia,
quæ postea super textu adducentur hic summam repetam, ¹³
admonendo nos prius, quantopere neceant mali, vani, &
indebiti fines amantibus bona temporalia, præsertim ho-
norem, famam, & gloriam. Finis principalis est finis, gratia
cuius solius fit vel fieret opus, etiam si alius non concurrerit
actu, neque virtute; vel saltem tantum, vel æque gratia
eius, ac alius. Dixi (*finis*) ne definitio careat genere, siue vo-
cabulo generaliori, quam sit definitum. ⁿ Omnis enim
finis principalis est finis, sed non contra, omnis finis est fi-
nis principalis. ^o Dixi (*gratia cuius solius fit opus*) propter fi-
nem, qui solus occurrit ad operadum operatio. Exemplum
de fine illius, qui sine memoria, vel recordatione Dei, nec
alius finis, seruat castitatem eo quod sit rationi consonum:
finis principalis eius est viuere, & operari iuxta rationem,
& benè operatur. Dixi quoque; (*vel fieret etiam si alius non
concurreret*) propter actus, qui ob multos fines principales
fiunt, ita quod quamuis vnus illorum solus occurreret actus
fieret. Exemplum de illo, qui amore Dei, & quia recta ratio
precipit, seruat castitatem ita, quod ob solam rectam ratio-
nem id dictantem, etiam si nullam de Deo memoriam ha-
beret, eam seruaret, & contra propter solum amorem Dei
idem faceret, quamuis nullam de recta ratione, actualem,
nec virtualementem memoriam haberet. Dixi (*actualem, vel vir-
tualem*) id est expressam, vel tacitam. Quia vt aliquis finis
sit principalis, non oportet, nec opus est quod actualiter, vel
expressè non mediteris alium finem, cuius amore tantum
vel plus quam alius operis, sed sufficit, & oportet, vt nec
virtualiter siue tacitè tale concurrat. Exemplum de illo, qui
pro amore Dei ad imitandum eius mundiciem, promisit
seruare castitatem, & postea illam seruat, eo quod illam
seruare sit rationabile, siue memoria actuali Dei, nec eius
amoris

amoris. Finis enim principalis obseruantie huius castitatis
non est solum, quod sit rationalis, sed etiam amor Dei.
Quia licet solum eam seruet, eo quod sit rationalis, si sola
actualis eius expressa intentio consideretur, considerata ta-
men virtuali, quæ fuit ex amore Dei, qui eum ad vouedum
mouit, Deus & eius amor etiam sunt finis principalis. Dixi
etiam (*saltem magis pro illo, quam pro alio*) ad comprehenden-
dum finem principalem, qui per se solum non moueret ad
faciendum opus, saltem tali tempore, loco, & modo nisi ali-
qua alia causa impulsua cum eo concurreret. Exemplum de
illo, qui pro suis negociis etiam si essent graua, non profi-
cisceretur Romam, sed quia alia quædam ei commendantur,
illuc proficiscitur, non tamen tantum pro illis, quantum
pro suis. Hoc enim casu, negocia eius sunt finis principalis.
Dixi etiam (*tantum vel æque gratia eius ac alius*) propter finem
principalem, per quem solum non fieret opus, nisi adiun-
geretur ei alius, qui tantum, vt ille, moueret ad faciendum.
Exemplum de illo, qui non proficisceretur Romam pro lu-
crificandis. 50. scutis aureis, quæ dantur ei ob negotia ali-
cuius, sed quia alius præbet alia 50. pro suis, proficiscitur tam
pro vnus, quam pro aliis. Hoc enim casu tam lucrum suæ. scu-
torum vnus, quam 50. alterius est finis principalis suæ pro-
fectionis: licet non totalis. Et si quæras qualis vocatur inten-
tio virtualis, dico, omiffa magna disputatione, & opinionum,
quæ super hoc sunt diuersitate, in 2. lib. sentent. P & perpensis
grauibus argumentis, quæ Ioan. Maior ibi ^q contra commu-
nem opinionem format, contra quam etiam mihi videtur
illa D. Thomæ ^r & Cardinalis Caicani in multis locis ^s.
Omnibus igitur his omiffis, & perpensis, resoluo, quod vir-
tualis relatio est, quæ in alia generali facta antea, vel tunc
includitur, aut quæ ex alia speciali sequitur, aut aptitudo
operis concurrens cum habitu ad talem relationem incli-
nate. Exemplum primæ partis, in bonis actibus, & operibus
eius, qui generaliter refert, aut aliquando omnia opera bo-
næ vitæ suæ reulit in seruitium Dei, puta cum fieret mona-
chus, vel Christianus, vel aliquem statum, in quolibet alio
tempore accepit, & postea, aliam intentionem contrariam
non habuit. Exemplum secundæ partis sunt passus, & mil-
liaria, quæ conficit is, qui constituit ire ad Diuum Iacobum,
& illuc pergit: Ex relatione enim & ordine, quo vouit,
& proficisci proposuit ad B. Iacobum, & postea proficiscitur
illuc, confectio illorum milliariarum, & passuum consequi-
tur

P dist. 40.

q In d. di-
stin. 40.
col. j.
r d. distin.
40. art. 5.
s 1. sec. q.
21. art. 3. &
q. 100.

tur, & procedit. Exemplum tertiæ partis sunt bona opera eorum, qui sunt in statu gratiæ, quæ virtualiter in Deum referuntur, eo quod sunt bona moraliter, & consequenter apta ad referendum in vltimum finem, & concurrunt cum habitu gratiæ, gratum facientis, quæ ad id inclinatur, vt D. Tho. ^t Caiet. ^v & maior superius allegati. Planiusque loquens dico, quod communiter relatio virtualis est, cum actualiter ad aliquem finem, non refertur; tamen si operarius interrogetur, an propter illum faciat, verè responderet, quod sic, secundum Bonauentur. & Gabriel. ^x

XIII. Quod qui dicit, vel canit horas in choro, responsoria in Coemiterio, Missas in altari solum pro stipendio, quod ob ea datur, non proponens alium altiore finem actualem siue expressum, nec virtualem, siue tacitum, peccat: Quia eius finis principalis est bonum temporale, cum solum illius respectu faciat. Consequitur etiam peccare illum, qui pronunciat, vel canit supra memorata in finem Deo seruiendi, & in finem lucrandi distributiones quotidianas, & redditus, si plus id faciat ob hunc, quam ob illum, ita quod etiam si non interueniret seruitium Dei, nec alius finis, nisi prædictum lucrum tam reuerenter diceret, vel caneret supra memorata: Quia eius finis principalis totus, vel partialis est bonum temporale, vt ex dicta definitione patet. Sequitur etiam, quod qui supramemorata pronunciat, vel canit plus ob Deum & vt faciat, quod debet, quam ob lucrum plus æstimans illius supremi, & vniuersalis Domini seruitium, quam lucrum temporale, quod pro eo habere debet, non peccat, etiam si, nisi speraret aliquid lucri, non faceret illud. Quia in hoc casu lucrum non est finis principalis orationis, cum non fiat amore illius solius nec tam pro illo quam pro alio respectu, operari autem, & agere studiose propter lucrum temporale minus principaliter consideratum, est licitum & bonum, vt in corolla. præced. tangebam, & alibi ^a fusius probaui.

XIII. Non peccare sacrificantem principaliter propter Deum, plus æstimantem seruitium suæ Maiestati debitum, quam dimidium Iulij, siue argentei Regalis, vel Carolinum integrum, vel aliud stipendium, quod si datur pro pitantia, vel elemosyna; quamuis si non tribueretur illud sibi non, diceret, vt concludit Maior ^b à me alibi ^c citatus. Nam sicut ibi ^d clare monstrauit ad hoc, vt quippiam sit principalis finis operis non sufficit, quod interueniente illo

fiat

fiat illud, & non interueniente, non: sed oportet, vt ob id solum fiat, vel fieret, etiam si nil aliud actuale, nec virtuale, nec expressum, nec tacitum interueniret, aut quod saltem tam fieret ob illud, quam ob aliud, vt præfatum est. ^e Et si quaras, quomodo quis cognosceret, an plus, vel tantum faciat aliquid ob vnum, quam ob alium finem, cum ita facit ob duos fines, quod non faceret, si alter eorum deesset? (quod ibi ^f prætermisi) Respondeo, quod consulat semetipsum, vtrum illorum plus æstimet, vel habeat altero, & vtrum tanti, & vtrum minoris. Nam ille, quem plus æstimat, & plus habet quoad illud opus, ille erit principalis, & ille, qui minoris habet, erit minus principalis. Et si vtrumque æquè

17 habet, vterque erit principalis. Non dixi otiose, (quo ad illud opus,) quia fieri potest, quod alter finis in se plus æstimetur, ad alia, quam alter, sed non ad illud, quod facit. ^{*} Sæpè enim euenit, quod quamuis quidam magnas, & eius petitio plus habeatur simpliciter, quam vllus subditus eius, & illius petitio quoad alia. Ad mutuandum tamen cuidam amico tuo centum scuta, interdum plus habentur preces alicuius subditi eius, vel sanguine tibi coniuncti, vel alterius amici, quam epistola deprecatoria illius Domini coram Deo, & si fortè coram gentibus similes. ^{*}

18 XV. Quod ex præcedenti sequitur, est, quod qui ad Matutinas surgit, & interest Primæ, & aliis horis ob Deum, & consequendam eius gratiam & gloriam, obque lucrum distributionum quotidianarum, non peccat, si actu, vel virtute, expresse, vel tacite plus æstimat inferuire Deo & facere, quod sui officij & muneris est, quam illas: quamuis si eas non speraret, minimè illis interesset, Et si æquè, Vel plus habet illud exiguum lucrum, quam tam alti Domini ministerium, & consequentem, conseruationemque eius gratiæ, & gloriæ peccat. Vnde videtur sequi, quod qui interest horis ob lucrum distributionum, peccando mortaliter, vel intendendo non pœnitere peccati mortalis, quo est infectus, vel notabilem earum partem occupando, in loquendo, scribendo, ridendo, syncopando dictiones, anticipando versus, vel alia similia faciendo, frequenter non solum peccat ob malum, & peruersum modum dicendi horas, sed etiam eo, quod ob ineptum finem illas pronunciat. Quia difficile est, quod quis interest horis ob Deum, & lucrum, cum proposito ducendi eas tam euerso modo, quo peccet mortiferè, & quod eas principaliter pronunciet propter Deum, & eius ob

G

1 In 2. dist. 40. quæst. 1. art. 5.
 2 In 1. sec. q. 11. art. 3. q. 100. art. 10. & apertius ad propositum. q. 1. art. 1. & 2. & 18. art. 1. & 9. in addit. magna. 3 In 2. dist. 40. col. 2.

2 In Rep. c. iter verba. 11. q. 63. pag. 75. nu. 256. & postea nuper in comen. c. cum minister. 23. q. 65. nu. 9. & 36. cum aliis seq.
 3 In 4. dist. 25. q. 2. col. 2.
 4 In Rep. d. ca. inter verb. pag. 21. nu. 285. & postea in ca. cum minister. nu. 6. & 36. cum seq.
 5 Pag. 53. nu. 259.
 6 In d. ca. cum minister. à nu. 16.

e In ead. Rep. pa. 85. nu. 307. & postea in d. c. cum minister. à n. 9. & 36. c. 1.
 f In d. Rep. c. inter verba.

sequium, & vt præbeat sibi gratiam & gloriam, quam propter lucrum, cum ei non inferuiat, imò deseruiat, & non querat gratiam, & gloriam, sed potius indignationem, & confusionem. Quis audeat dicere sacerdotè sacrificantem scienter in peccato mortifero, propter pitantiam, siue stipendium pluris aestimare obsequium Dei, quem tam grauitè offendit, quàm pitantiam, qua alitur? Quis crederet dicenti, se plus amare honestam mulierè, eo quòd sit amica Dei, quam propter pulchritudinem, si contra præceptum diuinum concupiscit eam in honorare, & deturpare; Dixi supra, (*Frequenter*) quia sæpe videtur contrarium contingere, cum sæpius contingat, aliquè mortaliter peccantem maioris verè habere Deum, què lethaliter offendit, quàm id in quo id facit.

XVI. Idem quòd in præcedenti corollario diximus de clericis, qui ob distributiones quotidianas intersunt horis, dicendum esse de monachis, & monialibus, quæ illis intersunt ob pudorem, aut metum disciplinæ, aut amissionis, vini, carnis, aut obsonij, aut coactionis ieiunij in pane & aqua; Nam si is timor est finis principalis, cur intersunt, peccant, & si solum est minus principalis, non peccant. Ne vero laici putent hæc solum pertinere ad clericos, monachos, & monachas, addo idem debere dici de illis laicis, qui audiunt Missas, pronuntiant horas, Rosaria, aliasque orationes ad placendum Deo, & mundo, consequendumque salutem, sapientiam, aliaque bona temporalia. Si enim principaliter hoc faciunt ob bona temporalia, peccant, non tamè si minus principaliter. Idem ipsum est dicendum de omnibus, cum de clericis, & monachis, tum de laicis, qui pronuntiant, canunt, audiunt Missas, & quascunque alias preces ob Deum simul, & ob laudem, honorem, famam, & gloriam solidam, quas inde consequuntur. Si enim Deus est eorū scopus, & finis principalis, & hæc alii sunt secundarius minusque principalis, benefaciunt. Si autem hæc sunt finis principalior, vel æquè principalis, male faciunt. Non otiosè dixi (*Solidam*) quia, si propter vanum honorem, vel vanam famam id fecerint peccant saltem venialiter, etiam si sit finis minus principalis, vt superius dicebā. Addo idè, quod dictū est, de oratione, esse dicendū de quocūq; virtutis actu, siue opere bono, quod propter bona temporalia, siue corporis, siue honoris, siue fortunatū fiat. Quo sit periculosum esse, cantare solenniter missas, euangelia, epistolas, lectiones, aliaque similia, quæ solum ab vno coram multis pronuntiantur,

^e In cor.
fol. 10.

tur, per quod honor quari, aut perdi potest, periculosum esse inquam, cupidis honoris, & non satis virtute humilitatis munitis, & parum exercitis in agnoscenda suarum virtutū paruitate, & quam parum debeat sibi ob ea, quæ cum auxilio generali, & speciali Dei, sine quo nil tale possunt facere, dicant, aut faciant. Id quod optime sensit magnus ille Cancellarius Parisiensis. ^h Tum quia frequentissime impugnet eos aliquantus appetitus, & vtinam non grandis vani honoris, vel nimius timor vani dedecoris, qui vtinam non sæpe saltem venialiter expugnet. Tum quia nisi valde represserint affectus dicent, facientque ista tam, vel plus, vt decus saltem solidum querant, aut dedecus verum non incurrant, quam vt Deo Op. Max. placeant: magisque pigebit eos suo muneri malè satisfecisse, eo quòd amiserunt honorem, quam quod Deum offenderunt. Nam si omnes agentes aliqua vbicumque ea egerint, etiam in Eremito, & loco deserto viriliter impugnet, vt dixit Io. Cassian. ⁱ vana gloria, quam ille appellat Xenodochiam, multo magis impugnet eos, qui aliqua coram aliis agunt, & magis eos, qui tam publica, ac prædicta.

XVII. Sit. Verum esse decimum Corollarium quattor conclusionis dictæ nostræ repetitionis: ^k scilicet esse peccatum recitare horas, Missas, disciplina, siue flagello se ferire, ieiunare, aliaque id genus opera ex genere suo bona, facere eo sine, vt Deus nobis concedat visum, salutem, vires, honores, dignitates, aliaque bona temporalia, non referendo ea in altiore finem actu, nec virtute, sed permanendo in eis tanquam in fine principali, ideoque vt rectificentur, oportere, vt referantur actu vel virtute in vltimum finem, qui Deus est, vel alium generalem, vel particularem apertum omni, vel alicui virtuti: puta quia cupiuntur ea ad melius inferuendum Deo, vel ad viuendum iuste, castè, temperatè, & virtuosè, seu, vt recta ratio dicat. Hac. n. relatione actuali, vel virtuali fiet, vt illa bona temporalia, quæ absque illa erant finis principalis dictorum bonorum operum, per illam fiant minus principalis ob ea quæ supra ^l dicta sunt.

XVIII. Quod bonæ, & malæ esse possunt multæ orationes, siue preces, & aliarum actiones suo genere bonæ, quales sunt orationes, & ieiunia virginum, quæ in quibusdam pronuntiis septem annorum sabbatis seruant, peregrinationes item, & opera pia, quæ faciunt, vt virgo Mater, vel aliquis alius Diuorum eis optuletur, vt in nubendo sint felices.

^h Io. Gerf.
in 2. part.
Alphab. 35.
fol. 224.

ⁱ lib. 11. de
inst. coer.

^k In c. Inter
verb.
ba ij. qu. 13.
p. 99. n. 31.

^l In cor. 31

Preces item, & ieiunia, aliaque opera pia militum, quò à periculis bellicis liberentur, & pronuntiatio illa in initij Euāgelij Ioannis venatorum, ne aquila suos accipitres vel falcones occidat, & procuratio Mislarum D. Antonij, vt res perditæ inueniantur, Dicitio item Misarum, preces, supplicationes, elemosynarum ieiunia, peregrinationes, disciplina, nouenarum, ob vitam, aut salutem illius, aut illius, ob pestem vitandam, ob prosperum iter agentium, ob pacem, concordiam, ob pluuiam tempore siccitatis impetrandam, ob serenitatem tempore pluuiarum, vt naues deducantur, vel in portum scelicè prouehantur, vt pro Regum victoria, pro liberis accipiendis, & quæcunque denique alia bona opera, quæ ob euitandam tribulationem, vel consequendam prosperitatem temporalem dicimus, facimus, patimur, aut procuramus, vt alij dicant, faciant vel patiantur. Hæc inquam, omnia opera suo genere bona, sæpe sunt bona, & sæpe mala. Mala quidem, si bona temporalia propter quæ fiunt, accipiuntur pro fine principali. Bona vero si pro fine minus principali. Quod mea sententia frequenter à concionatoribus admonendum esset: Quando autem dicantur sumi pro fine principali, quando pro minus principali supra est dictum.

XIX. Quod dicentes, & facientes dictas orationes, vel alia bona opera ad consequenda memorata, vel alia bona temporalia, aut corporalia, vel ad euitandum damna præfata, si nolunt peccare, & volunt placere Deo, & non ad iracundiam prouocare illum, quem procurant placere debent ea facere magis eo quòd sunt Dei obsequia vel opera virtutum, pluris faciendò eius obsequium, & virtutes, quarum sunt opera, quam bona temporalia, quæ petunt, petereque illa vt viliora & minus pretiosa. Et melius facient, si intendunt studiose, siue virtuose viuere cum his, & melius si intendunt virtuosius viuere cum illis, & melius si intendunt inferuire Deo cum eis. Optime autem, si intendunt inferuire melius Deo cum eis, quam sine eis. Quia cæteris paribus, tanto est melius & sublimius opus, quanto finis eius est melior, & sublimior, vt concludit D. Tho. cum multis aliis. Cui consequens est, quod ecentuario, sicut dicentes, & facientes orationes, & opera memorata principalius propter bona temporalia petita, quam propter Deum, offendit illum, ita magis offendunt, si intendant cum eis viuere vitiose, magisque, si intendant viuere vitiosius cum eis, quam sine eis, magis autem, si intendant offendere Deum cum illis, & magis

m 1. sec. q. 15. art. 4. & 7. & idem Tho. cum comuni in 3. lib. sent. dist. 8.

magis si intendant plus offendere eum cum eis quam sine eis. Quia cæteris paribus eo opus est peius & deiectius, quo eius finis est peior & deiectior, vt ipsemet D. Tho. multi- que alij concludunt.

XX. Quòd non absque dicere possumus. Vt concubinariis, qui per se vel per alios sacrificat aliisque preces, & bona opera faciunt pro vita salutemque concubinarum vel concubinarum cum intentione actuali, vel virtuali, abutendi eis postea, Vt Regi, & Domino, qui tyrannidem exercet, pyrata: latroni, oppressori, sceleratori, auaro, luxurioso, religioso impudico, inobedienti, vel proprietario, lusori, leguleo, cauillatori, & excordi, aliisque consuetudine peccandi detentis, qui dicunt & faciunt dicere orationes, Misas, aliaque multa opera suapte natura bona, vt Deus dignetur concedere eis vitam, salutem, pulchritudinem, prosperitatem, sclicitatem fortunam, diuitias, sapientiam, & iudicium; cum relatione actuali, vel virtuali, eorum, ad continuandum suum abusum, aut peiorem, vel fordidiorum, aut scandalosiorum. Hi enim non solum perdunt, (vt aiunt) oleum & operam in orando, aliaque supradicta opera faciendo, sed etiam thesaurizant sibi iram, & indignationem Dei, mortiferamque peccant. Dixi (cum intentione actuali, vel virtuali, &c.) Quia meo iudicio, cum solum ea faciunt propter bona temporalia, absque tali relatione, solummodo venialiter peccant. Non obstat præfato corollario, quòd orationes, aliaque bona facta in peccato mortifero, & si non sunt meritoria gratiarum, nec gloriarum, tamen ad multa, multosque effectus profunt, & est bonum illa facere. Quia id est verum de bonis, quæ bene moraliter, siue virtuosè fiunt; qualia non sunt hæc, de quibus corollarium loquitur, quia hæc sunt male facta, & mala. Quia quamuis opera ex se mala, ob relationem ad bonum finem non fiant bona; tamen opera ex se bona, & etiam optima, ob relationem in malum finem, fiunt mala, vt omnes concludunt & nos alibi P. diximus. Et Corollarium præfatum agit de his operibus suo genere bonis, actu vel virtute in malum finem relatis. O quot peccata, & quanta restant confitenda, & quanta ignorantia, & inconsideratio tenet etiam nos, qui cæteris scientia præcellere putamur. Deus Opt. Max. pro sua misericordia nos omnes illustret, concedatque gratiam, qua emendemur. Amen.

XXI. corollarium, quòd qui pronunciamus, canimus

n In locis proxime citatis.

o Vt dicitur infra. c. 21.

p In Com- me. c. cum minister. 23. q. 5. nu. 1. & à nu. 30.*

psalmos,lectiones,epistolas,euangelia,vel officium præcipienti habemus,incipimus antiphonas,psalmos,submissè,vel solenniter sacrificamus,& Pontifices in pontificalibus celebrantes, valde conari deberemus, nihil horum dicere saltem principaliter ob ullam laudem,honorè,famam,vel gloriam,& vt audientes dicant, benè dixit,bene decãuit, benè pronunciauit,imò vt & esset nobis vtile oprare, quod si malè diximus,veritatè nobis dicerèt,ad nos ipsos corrigendos,ita proficeret desiderare,ne si bene diximus nos laudarent,saltem non referendo laudem in alium iustum finem; effertque vtilissimum assuefacere nos,nobisque commenda tos,ne quicquam ob eiusmodi fines faceremus, sed tantum ob Seruitium creatoris eiusque gratiam quarendã: & quia ratio dicit, vt creatori rectè inferuiat sua creatura. Tum per dicta in fine corollarij. Tum quia vt supra diximus, & alibi lucide probamus,nulla laus,fama,vel gloria,nec aliquid bonum temporale potest esse finis principalis alicuius actus virtutis. Tum quia alibi ^q efficaciter probamus, quod amor præfatorum est formidabilis, & continuus noster hostis. Nam, vt omittam alia, ait ille magnanimus athleta Dei D. August. Quas vires nocendi habet humanæ gloriæ amor, non sentit, nisi qui bellum ei indixerit. Quia & si cuiq; facile est laudem non cupere dum negatur, difficile tamen est non delectari, cum offertur, Tum, quia vt etiam alibi ^r probò,cæteris paribus, nostræ orationis, operaq; bona eo rectiora, & virtuosiora sunt, quo minus amoris, laudis, honoris, & lucri temporalis eis miscetur, & sunt excellenter virtuosa,quæ nec principaliter,nec minus principaliter sunt alia rone,quam quod sunt Deo grata,vel rectè rationi consona. Quin & ea quæ sunt, eo quod sunt Deo grata,præcellunt eis,quæ sunt eo quod sunt rationi consona. Quia Deus est vltior & melior finis, quia est vltimû, quam virtus,quæ est medium, & in illud referibilis, vt rectè concludunt Ochan ^s & Gabriel. ^t Tum quia sicut aurû æqualis ponderis eo preciosius est, quo minus mixturæ argenti aliûsue metalli habet, ita & virtutis actus erit præstantior, quo minus mixturæ amoris, laudis & honoris habuerit. Quia hæc ita se habent ad virtutem, ac ad aurum alia metalla. Vnde sicut aurum, Si tamen, aut magis habet argenti,quam auri non nominabitur aurum sed auratum, vel argentum,& aurum, ita oratio & quodlibet opus bonum, si

q In ead. rep. c. inter verb. pag. 109. n. 378.

z ibid. pa. 81. post. n. 286.

s In prolo go. sent. q. 1. col. 3. t In 2. lib. sent. dist. 38. q. 1. col. 5.

tam, aut magis principaliter sit propter laudem vel aliam rationem temporalem,quam propter Deum,& ratione generalem vel particularem id dictantem,iam non vocabitur bona, sed mala bono colore operata: quia non potest esse simul bona, & mala, iuxta veram opinionem, ^v Tum quia vt etiam alibi probò, paruuli debent doceri, ne laudem, & gloriam, vel aliquid aliud præter Dei obsequium, & virtutem principaliter appetent, vtilissimumque esset eis, vt à parentibus suis audirent id, quod à Regina Blanca filia Regis Hispaniæ, & Regina Franciæ audire solebat filius eius Rex Sanctus Ludouicus: Y Mallet te videre corporaliter morientem, quam mortifere peccantem. Nolo tamen dicere non esse bonum suadere paruulis, quòd si fuerint Deo deuoti & virtuosì consequantur eos honor, & gloria, & fortunæ prosperitas, modo eos doceant, quod non debeant esse deuoti, nec viuere benè, facereque bona opera ob id, sed quia id est Deo gratum, vel ratio recta dicitur.

32
33
34
XXII. Quod non peccant, imò merentur pronunciantes supra memoratas orationes, ob laudem, honorem, famam, & gloriam temporalem, referentes eas actualiter, vel virtualiter, in vltimum finem, in quem possunt, & debent referri: Tum quia honor, fama, & gloria sunt bona temporalia, & vt alibi probaui, ^a licitum est pronunciare memoratas orationes, & facere alia virtutum opera ob salutem, bonam valetudinem, ob serenitatem, pluuiam, felicitatem in iter agendo, nauigando, merces emendo, vxorem ducendo, nubendo, & ob alia bona corporalia, vel temporalia, referendo ea actualiter, & expresse, aut virtualiter, & tacite in vltimum finem, qui est Deus, aut in alium generalem, vel specialem debitum vnus, vel omnium virtutum, puta ad viuendum iustè, castè, fortiter, temperanter, vel vt recta ratio dicit: Per hanc enim relationem actualem, vel virtualem, illa bona temporalia, quæ absque illa erant finis principalis memoratarum orationum, & operum bonorum, sicut minus principalis per supradicta. ^b Tum quia vt ex præfatis colligitur, & expresse affirmat quidã eruditissimus Cardinalis ^c a me alibi citatus, ^d tam licet cupere, quærereque laudem, & gloriã humanã, quàm alia bona temporalia, & pecuniaria, eû etiã hæc sint bona temporalia, & non minora, imò maiora illis, vt alibi probaui: ^e & illa nõ debèt nec possunt licite desiderari solû propter se ipsas, sed tanquã in aliquo finè iu-

v. Quæ tenet Tho. recep. in 2. li. sent. dist. 40. q. 1. arr. 4. quæ probatur in c. Cui renunciat. 32. q. 6. t. ca. si enim de pœn. d. 2. x In ead. re. pag. 104. num. 361. & si. ca. 2. num. 8. & cap. 3. nu. 49. y Ant. 3. pag. Hist. tit. 19. cap. 9. ante. 9.

a In ead. rep. p. 389.

b In cor. 11. & iterata. in 17. c In sum. ver. Glor. d In d. re. cap. inter. verb. pag. 94. nu. 33. e In dist. re. p. 24. 65. nu. 218.

2. fec. q. 18. art. 3. g 1. par. ti. i. c. i. h 2. fec. q. 17. ar. 1. ad 1. & a. i 4. par. ti. 5. ca. 17. in princ. k Thom 2. fec. q. 6. 131. art. 1. ad 1. Ant. 2. par. tit. 3. ca. 6. 6. j. col. 3. l 2. nu. 8. & c. 3. n. 49 m In 2. di. 38. artic. 4. ad 4. n Iaco. Alma. 6. Moral. cap. 12. col. 3.

stum vtilia, secundum decisionem D. Thom. f & S. Anton. 8 Tum quia sicut peccatum est, non expetere alia bona temporalia, cur, quando, quomodo, & vbi ratio dicitur, iuxta D. Thom. h & Anton. i ita etiam non optare laudem, honorem, & gloriam, cur quando, & vbi ratio dicitur, est peccatum secundum eisdem k. Hoc tamen corollarium intelligendum est de gloria, laude, & honore solidis, & non vanis. Quia desiderium vanorum etiam si referatur ad Deum, & virtutem, est malum, quia nullus actus malus siue peccatum potest apte referri ad Deum, vel virtutem, cum sit vitiosus, & vnus, & idem actus non potest esse bonus, & malus, vt supra l ex Thom. m dictum est. Nam vt idem, & alij n concludunt; erogans elemosynam ob gloriam vanam nihil meretur, & peccat, nisi distinctis actibus id faciat; pura vno actu volens dare elemosynam ob Deum, vel virtutem, & altero, volens eandem elargiri ob gloriam vanam. Quo casu duo diuersi actus voluntatis essent, Alter bonus, alter malus.

X XIII. Quod hæc materia quotidiana ad eò animam 55 concernens incitabit lectorem ad desiderandum, quæ laus, honor, fama, & gloria, sint solida, quæ contra vana, & mala. Ad quod respondeo id quod alibi o post S. Tho. p Abulen. q & S. Antonin. r respondi. nempè, quòd sunt vana & mala vna de tribus causis. Prima quod cupiuntur, de rebus, quæ non habentur, vel maiora, quam illæ merentur. 2. quod cupiuntur pro certiori, & maiori testimonio virtutis, quam re vera sunt. 3. Quod nec actualiter, nec virtualiter in finem debitum referuntur.

o In d. rep. pag. 96 nu. 338. p 2. fec. q. 131. art. 1. & art. 2. vtrobique. Caietan. & de malo q. 9. q Sup Ma the. c. 6. q. 3. vbi Maior ibid. col. 2. r 2. par. ti. 3. c. 5. 6. j. s In d. rep. pag. 92. nu. 322. * & nuper in c. cū Ministr. 23. q. 5. à num. 54. t 2. fec. q. 132. art. 1. v In ead. q. 132. ad 3.

nes, in quos hæc experiri possint? Ad quod respondeo summarim, quod alibi s fustus respondi esse sex, Primus, gloria Dei, Secundus bonum spirituale proprium, vt in eo perfeueret, vt S. Thom. t decedit, Tertius bonum spirituale proximi vt idem S. doctor v expressit. Quartus valde vitatus, bonum corporale; vel vtile sibi. Passim enim videas multos cupientes laudari de suo genere, habitudine ingenio, aliisque bonis temporalibus, in finem, vt nanciscantur maritos, aut vxores suis dotibus pares. Alios vt laudentur de arte dextere legendi, canendi, scribendi, docendi, prælegendi, vel aduocandi, vt pro meritis, & non plus laudati, iustam aliquam conditionem, aut salarium consequantur. V. etiam valdè vitatus bonum temporale vtile proximi. 37

Malos

Multos enim videas cupientes de bonis sibi à Deo concessis laudari, vel suspici, vt suis filiis, famulis, clientibus, vel aliquibus aliis, in eorum gratiam de bono aliquo temporali prouideatur; quorum nulli peccant, imo benè agunt. Sed quia supra dictum est, quòd nullum bonum temporale potest esse aptus finis principalis, saltem externus, quem appellant operantis, siue agentis actus boni, siue virtutis, & quod peccatum est ordinare id quod maius & melius est, in finem obtinendi id quod est minus, & non æque bonum, vt supra x sequutus S. Thom. y & alios dixi, & actus virtutis est quid maius, & melius quocunque bono temporali. Dicendum est, tunc demum bonum temporale proprium vel proximi posse esse aptum finem recti desiderij, laudis & gloriæ, quando bonum temporale in quod ordinatur appetitus laudis, & gloriæ, refertur actualiter, vel virtualiter in obsequium Dei, aut honestam vitam. Hac enim relatione bonum temporale desinit esse finis principalis eiusmodi appetitus: & Deus, aut virtus incipit esse finis eius præcipuus, vt supra z dictum est. V I. finis est humilitas, & obedientia vel charitas, ob quam admittitur laus, honor vel gratia. Exemplum de illo, qui admittit honorem à maiore se sibi præstitum, intrandi, vel exeundi aliquam ianuam, vel eundi ad manum dexteram propter obedientiam, humilitatem, vel charitatem, ne exasperet eum, vel sit ingratus ei: Exemplum item de illo, qui admittit verba magnifica, & laudatoria scripta sibi vel dicta ab aliquo maiore se, quæ non deberentur ei etiam à minore, & admittit ea non tanquam sibi debita, sed quia ratio affabilitatis, & charitatis id dicitur, vt admittat ea.

40 **XXV. Malam esse orationem, quæ fit ab aliquo vt ministro Ecclesiæ in peccato mortali constituto, secundum Adrianum a.** Pro quo facit primò quòd licet petitio sit bona, nec non finis in quem petitur, non tamen petit qui petere debet, atque ita videtur vitari petitio per defectum circumstantiæ personæ. I I. Quod decretum b quoddam S. Augustini. cum glos. sua singulari probant mortiferè peccare sacerdotem, qui in peccato mortali constitutus alicui sacramentum penitentia administrat. I I I. Quod sanctus Tho. c alibi dixit mortiferè peccare presbyterum qui mortali peccato infectus baptizat. I I I I. Quod idem Thom. alibi d ait peccare mortiferè episcopum, qui in peccato mortali constitutus sacros ordines confert. V. Quod idem

x supra eodem cap. y In 2. lib. dist. 38. q. 1. artic. 1. sub. finè, & art. 2. in 3. arg.

x In coroll. 12.

a Quodlib. 8. A & postea in 1. q. sine argumentis. b c. j. 6. Sacerdos. de penit. dist. 6. cum glos. vbi b. iudicandus. c In 4. dist. 5. q. 2. ar. 1. q. 3. d In 4. di. 24. q. 1. art. 3. q. 2.

c In 4. dif.
19 q. 2. art.
2. q. 2.

f In 2. sec.
qu. 33. ar. 5.
& qu. 60.
art. 6. & 3.
par. quest.
64. art. 6.
g In ca. 1.
6. sacerdos
de Pœnit.
dist. 6.
h Caieta.
in 2. tom.
de vsu. spi.
ri. fol. 33.
& in 2. sec.
qu. 33. art.
5. & q. 187.
art. 1. & 2.
par. quest.
64. art. 6.
i In c. 6. n.
de excess.
Prælat.
k In 4. d.
15. quest. 2.
art. 2. qu. 3.
l In ca. de
hominede
Celebrat.
Missæ.
m 3. part.
glo. sum. 1.
dist. 5. de
Pœn. n. 31.
n In sum.
verb. Com
munio & 1.
ad Corin.
11. & in 3.
p. qu. 80.
artic. 4.
o fest. 13.
can. 11. c. 7.
p 2. sec. q.
187. art. 1.
& 3. par. q.
80. artic. 6.

Tho. ait alibi peccare peccatorem, qui in peccato mortali manens ex officio, & munere suo reprehendit alium. V. I. ratio & fundamentum trium horum dictorum doctissimi istius iuxta ac sanctissimi Doctoris videri potest esse, quod peccat quicumque utitur indignè suo munere spiritali, & suo officio abutitur, quicumque in peccato mortali constitutus illud exerceat. Hæc tamen opinio rã amplè accepta, videtur dura: & iam pridem me torfit, & fecit me abstinere semel à celebranda Missa, vt recogitare m si quando, & quoties id feci, & prius antequam celebrarem, id confiterer. Postea autem repenitus inspecta, animaduerti hoc esse contrarium doctrinæ ipsiusmet S. Thom. aliis in locis, & alibi s à me citari, aperte significantis tum demum ministrum Ecclesiæ, & officio suo spiritali fungentem, peccare cum agit vt minister eius aliqui, quod pertinet ad eum ratione alicuius consecrationis, & ordinis sacri, secundum eiusdè eruditissimi Cardinalis h quatuor in locis declarationem. Cui optimè consonat quædam determinatio Innoc. iij. i communiter recepta, nempe incurrere irregularitatem clericum tempore interdicti facientem actum interdictum peculiariter alicui ordini deputatum, puta dicendo Missam, cantando euangelium cum apparatu diaconali: non autem facientem alios actus pertinentes ad omnes ordinatos, quælia sunt cantare psalmos, antiphonas, & versus. Dicendum est igitur hoc corollarium pcedere in eo, qui eũ sit subdiaconus aut diaconus, eũ apparatu diaconali, vel subdiaconali, euãgeliũ, vel epistolã cantat, quod parum ab aliquibus consideratur. Locum item habet in presbytero, qui vt talis solemniter baptizat, sed non in baptizante priuatim, vt obstrictrix, vel quiuis alius laicus baptizat, iuxta decisiones S. Tho. k Procedit etiam in celebratè Missam, cui tamẽ non sufficit contritio, & status gratiæ sed est necessaria etiam actualis confessio secundum glo. singularem l communiter per omnes, & à nobis ibi receptam, & alibi m contra Caietanum n approbatam *, cuius glossæ determinatio recepta fuit postea in concilio Triden. * o Procedit etiam in concionante, vt idẽ Cardinalis alibi. P decidit cum sit actus deputatus diaconatus ordini saltem lege canonica, quamuis hoc in dubium reuocari possit. Nec minus nro iudicio locum habet in: o, qui capitulum, & collectam pronunciat in choro, quia id facit tamquam presbyter, nec non in benedicente.

dicente aquam benedictam, vt alibi q dixi. Non autem procedit hæc corollarium in eo, qui absque obligatione pronunciat horas, nec in eo, qui obligatus ad recitandas eas, priuatim pronunciat, imo nec in eo, qui publice eas cantat, aut pronunciat etiam dicendo antiphonas, responsoria, & versiculos in choro, processionibus, aliisque in locis, eo modo, quo quiuis laicus, aut primæ tonsuræ clericus eas cantare siue recitare possit, modò non dicat capitulum vel oratione, euangelium, vel epistolam, vt sacerdos, Diaconus, aut subdiaconus, nec ferat cereos, vt acolitus nec alios agat actus peculiare & proprios ordinum Minorum, eis insignitus vtendo illis. Non obstat his primum huius corollarij fundamentum, Nego enim in oratione præfata deficere circumstantiam personæ ad effectum, vt sit actus bonus moraliter, licet sic ad hoc, vt sit meritorius. Ad secundum respondeo, absoluerè penitentem absolutione sacramentali, esse actum peculiarem, & confessori proprium ratione consecrationis, id est sacerdotij. Atque ideo non posse licitè fieri à sciente se in peccato mortali constitutum, iuxta declarationem, & limitationem supra à nobis in Corollario additam. Ad III. Idem respondeo, Baptismum scilicet, imò & exorcismum Cathecuminum baptizati cupientium, esse proprium presbyteri ratione consecrationis, hoc est presbyteri, prout Nicolaus Papa, r & Grego. s sentiunt, & S. Tho. t communiter receptum decidit. Ad IIII. idem respondetur, quod ad III. Ad V. dico verbis illis S. Thom. v non esse standum cum ab eodem, x postea contrarium determinetur nempe, peccatorem, eo quod increpet humiliter proximum, in peccato mortali constitutus, non peccare, licet id faciat ex officio & munere spiritali, cum hoc ratione consecrationis & ordinis non pertineat ad ipsum, Ad postremũ, nego ornem vsum muneris spiritalis existentis in peccato mortali, esse peccatum mortale. alioqui enim mortifere peccatẽt omnes iudices, Prælati, & beneficiarij Ecclesiastici, qui in peccato mortali existentes, iudicant, citant, partes audiũt, licite iubent, exigunt decimas & redditus, admonent, & his similia agunt: quod perdurum esset. Dicendum igitur, & vt prædiximus tum demum vsum muneris spiritalis existentis in peccato mortali esse nouum peccatum, cum functio illa pertinet ad eum ratione facultatis per consecrationem, vel ordinationem acceptæ, & non aliàs.

q In ca. 16
d. Pœ. di.
6. 5. sacerdos.
dos. n. 170

r C. Car-
chismi de
Cõse. d. 4.
s c. sacerdos.
dos. de Cõ
sec. dist. 4.
t 3. par. q.
71. artic. 4.
v In 4. di.
19. quest.
2. ar. 2. q. 2.
x In 2. se.
quest. 33.
qu. 2. art. 5.

Et

Et ideo licet quis non obligetur ad dicendum vel can-
tandum horas, nisi ratione ordinis, vel officij quod solis
sacris initiatis confertur, non tamen peccat mortaliter
pronunciando eas in statu peccati mortalis, quia facul-
tas licite pronunciandi eas non oritur ex ordine præfa-
to, cum id à quouis etiam nullo ordine insignito licite fi-
ri possit.

XXVI. Omnem orationem, cui vana obseruantia mi-
scetur, esse malam, licet enim per eam petatur, quod, à quo,
vbi, quando, & cur debet, non tamen eo modo, quo debet,
cum superstitione fiat. iuxta doctrinam communem Sancti
Thom. Y & aliorum. Vana autem & superstitiosa obser-
uantia est vsus cuiusvis rei, ad effectum, quem ea nec virtu-
te naturali, nec institutione diuina, vel humana ecclesiasti-
ca operari potest. Nec est cæremonia concernens reue-
rentiam, & Dei suorumve sanctorum honorem, vt rectè ex
eodem Tho. ² Ioan Gerson. ² aliisque multis colligitur.

Ex quo subinfertur, Primo, malas esse processiones, &
orationes, quarum contrerancus noster perdoctos, ac pius
Martinus ab Arles, Archidiaconus Pampilonensis memi-
nit in quibus proiciunt imaginem Sancti Petri, aut San-
ctæ Felicitatis in flumen donec pluat, aut in margine eius
reponunt eam, vt intra spacium xxiiii. horarum pluuiam
pro certo sperent, aut immergunt eam in flumine. Eius-
modi enim in aquas imaginis immersio, nec virtute natu-
rali, nec institutione Diuina, vel humana ecclesiasti-
ca, talem effectum, scilicet pluere tempore siccitatis, ope-
rari potest. Secundo, Sequitur, malas esse orationes, quæ
ipso die Sancti Ioan. fiunt à colligentibus herbas ante
solis exortum, credentibus nec suas orationes, nec her-
bas, eo orto lectas vllas vires, aut efficaciam habituras, li-
cet colligere herbas ad curandum, dicendo orationem
Dominicam, aut symbolum eo die, & quouis alio sit sa-
lubre, secundum Decretum Martini Papæ in quodam con-
cilio b. Tertio Malam item esse orationem, quæ in hac
ciuitate Conymbriensis à quibusdam ad crucem quandam
nouam tempore marutino sole nondum orto pro infir-
mis funditur, cum credulitate, quod eo exorto incassum
oraretur. Quarto Malas esse orationes eorum, qui carmi-
num incantamentis curant vulneratos adiurant nubes, aut
chartulas faciunt pro febricitantibus, nomina dæmo-
num, vel aliorum ignotorum iis inscribentes, cum hæc
virtute

y 2. sec. q.
95. art. 1.

x 2. sec. q.
96. art. 1. 2.
3. & 4.
a in 3. par.
tit. de di-
rect. cord.
confid. 14.
cum seqq.

b in c. non
licet. 26.
quæst. 5.

virtute naturali, nec institutione diuina præfatam salutem
operari possint. Quinto Malam fuisse orationem, quam
scriptam in fundo cuiusdam lancis olim datam mihi fe-
bricitanti febricitantibus, quod ab ea liberarer, ab afferente
me liberatum iri si verba illius pauillo vino confusa bi-
berem, licet enim verba essent sancta, confusio tamen
eorum, per quam illa verba peribant, faciendam primo in
fundo lancis, & postea bibenda, vana obseruantia erat,
quippe quæ nulla ratione naturali, nec diuina, neque Ec-
clesiastica poterant operari præfatam liberationem. Sexto
Malas esse orationes, quas quidam ægroti in chartulis
scriptas alligant collis ligatos filo à virgine filato certa
diei parte, habent enim mixtam sibi vanam obseruantiam
fili, & temporis, licet pium sit portare aliqua verba euan-
gelij, alteriusve sacre scripturæ ligata in collo principa-
liter ad honorem, & gloriam altissimi, & minus principa-
liter ad salutem sibi ab eo misericorditer dandam, modò
ne quid vanum, aut nomen ignotum misceatur, nec
vlla spes in modo ea scribendi, & alligandi ponatur, iux-
ta mentem Sancti Thom. ^c Ioan. Gerson. ^d & aliorum
quam plurimorum. Septimo Quod iuste querat hic quispiam,
quid dicemus de orationibus, quibus sagæ benedi-
cunt rosaria pro parturientibus & angina, alioue morbo
laborantibus, immixtis verbis etiam à se non intelle-
ctis, additisque cæremoniis superstitionis halitus, suffitus,
oscitationis, aliisque similibus reprobatis? Quid item de
his, qui ad eiusmodi sagas, & incantatrices pro remedio
salutis confugiunt? Quid quæso? quàm vt rogemus Deum
Opt. Max. vt supplendo negligentiam, si qua est, Præla-
torum, ita eos & eas castiget, vt errata sua agnoscant, &
sibi persuadeant supremam illam diuinæ Maiestatis po-
testatem & bonitatem infinitam, esse fontem salutis non
solum spiritualis, sed etiam corporalis, & quod hæc in pri-
mis est per media naturalia procuranda, non sperando ne-
que desiderando, intempestiuè nancisci eam miraculo-
sè & cum illa defecerint refugere ad gratuita Dei, per mo-
dos & vias à sacra scriptura, sacraque Dei Ecclesia & ipsius
Canonibus nobis præfixas: & non prauas, & superstitionosas
à Cæcodaemonibus & eorum ministris inuentas ^e.

c Sec. 1. q.
96. art. 4.
d Vbi sup.

e Adde his
quædã qui
chra quæ
adduntur,
in c. 20.

Cap.

Cap. VII. De obligatis ad recitandum, 35. conclusiones tangit.

<i>Horæ Canonicae quæ, & qui ad eas obligatur, & quo iure.</i>	à nu.	1
<i>Beneficarij, & religiosi quæ lege ad horas tenentur.</i>	à nu.	3
<i>Horas ob omiffas quoties quis peccat.</i>	à nu.	5
<i>Confiteatur sic omittens horas die vel anno.</i>	nu.	7
<i>Circumstantia multiplicans peccata confitenda.</i>	nu.	8
<i>Horas recitare nolens peccat licet post recitet.</i>	nu.	9
<i>Bonitas actus exterior ab interiori fluit.</i>	nu.	10
<i>Confitendum propositum malum, licet non exequatur.</i>	nu.	11
<i>Clerici minorum ordinum ad quas horas tenentur.</i>	à nu.	12
<i>Ordo primæ tonsuræ, & minores multis obsunt.</i>	nu.	15
<i>Ordines minores denegare quando virtus.</i>	nu.	16
<i>Horas recitet excommunicatus, imo & degradatus.</i>	à nu.	17
<i>Ordinis character nunquam amittitur.</i>	nu.	19
<i>Horas debet monachus priuatus monachismo.</i>	nu.	20
<i>Horas recitent monachi, & monache ad chorum professæ, etiam extra monasteria manentes, sed non conuersi, nec ad alia professi, nec pensionarij, nec magistri præbendarij, nec bedelli, & clauigeri.</i>	à nu.	21
<i>Beneficium etiam exiguum ad horas obligat.</i>	nu.	17
<i>Horas dicere quis non recipiens fructus teneatur.</i>	nu.	28
<i>Horas dicere talis pensionarius tenetur.</i>	nu.	30
<i>Beneficarius non recitans restituat fructus.</i>	à nu.	31
<i>Restitutio ob horas omiffas cui facienda.</i>	nu.	33
<i>Restitutus pauperibus quæ sibi retineat.</i>	nu.	34
<i>Restituetur cuius distributio horæ omiffa.</i>	nu.	35
<i>Horæ à dicendis quis excusetur remissuè.</i>	nu.	35



a In ca. j. num. 8.

N O T A septimo ex hoc verbo (*fratres*) omnes Christianos ad orandum teneri. S. enim Cyprianus hic omnes sui Episcopatus Christianos fideles, & in eorum persona omnes alios alloquitur, præsupponens omnes quibus cum loquitur ad orandum obligatos, quam obligationem descendere ex lege diuina, & naturali supra probatum est ² ibique dictum est quando, & pro quo tempore obliget, ideo hic tantum dicemus, qui iure obligentur ad pronuntiandum horas Canonicas, & quæ nam sint, illæ: Exordiens itaque à secundo, Dico primo à diuersis diuersarum

earum traditas definitiones, vt colligere licet ex Ioan. de Lign. b Cardinal. Florent. c Alberto de ferrariis, d & aliis, magis tamen mihi arridet illa Cardinal. S. X. e nempe quòd horæ Canonicae sunt oratio publica sub certo numero psalmorum, lectionum & aliorum huiusmodi à sanctis patribus ad laudem Dei ordinata, & per septem congruentes horas distributa, quam definitionem breuitatis causa hic non declaro, declaraturus eam ex parte in secundo Corollar. II. Dico conclusionem esse communiter f recept. SolatRIA genera hominum, hoc est sacris initiatos beneficia Ecclesiastica obtinentes, & religiosos obligari ad recitandum horas Canonicas.

2 III. Dico de sacris initiatis esse textum expressum duobus in locis repetitum §. Sed quia ille de solis sacerdotibus loquitur, ideo videtur subdiaconos, & Diaconos, non tam iure humano scripto, quàm lege naturali diuina determinata per vniuersalem consuetudinem ad eas obligari cœpisse: Nam vt Salmantica Capitulum h illud prælegens docuit, clericus initiatus sacris, ob tantum honorem susceptum, iure naturali obligatur ad referendum Deo maiores gratias, quàm laici, sed tantum generaliter & indeterminatè, non definiendo, quæ, & quanta debeant esse illæ, sed consuetudo immemorialis est eas esse faciendas per pronuntiationem horarum Canonicarum.

3 IIII. Dico de beneficiariis reperiri textum & rationem: Textus est in Concilio Martini Papæ, i & in aliis duobus k vbi satis probatur eos etiam si primæ tantum sint tonsuræ, teneri pronuntiare horas Canonicas. In illis enim statuitur clericos minoribus ordinibus insignitis matrimonium contrahentes priuari debere suis beneficiis, eò quòd vxore ducta non possunt commodè diuinis vacare officiis ergo obligantur ad illa. Ratio autem est, quòd laici persolunt decimas, alioque redditus clericis, vt suis ad Deum intercedant orationibus & laudent eum pro eis, qui per occupationes suas id facere nequeunt. Quare motus dixit Vlricus per Sanctum Anton. l Cardinal. m S. X. & alios probatus, Clericos teneri recitare horas pro communi plebe non solo præcepto Ecclesiæ, sed etiam iustitia naturali.

4 V. Dico Card. n quendam dixisse non reperiri textum, nec rationem necessariò probantem, quòd religiosi teneantur pronuntiare horas Canonicas: Illa enim paludani o scilicet, quòd

b In rep. Clem. j. de celeb. Miss. c In d. Cle. men. j. q. 9. d In repe. c. i. de celebr. Miss. e In d. §. j. q. i. distin. arr. 2.

f Palud. in 4. dist. 15. q. 6. §. col. i. & 2. S. Ant. in 3. parte. tit. 13. c. 4. §. 4. Card. S. X. in di. 19. Abulè. ca. 6. super Mathæ. & Maior. ibi & in 4. dist. 12. & alij alibi.

g In c. j. de celeb. Miss. §. ad verbum est. c. presbyter. q. i. dist.

h c. j. de celebr. Miss. i c. fin. q. 2. dist.

k c. quod ate. & c. diuersa falla. c. i. de cler. coniug.

l In 1. par. tit. 13. c. 4. §. j.

m In 6. j. q. di. ar. 9. n Caiet. in verbo. horarum. §. j. o In 4. di. 15. §. col. 2.

quod sunt ministri Ecclesiarum, & ab ea ut tales sustentantur, non videtur concludens: Religiosis enim debita videtur sustentatio, eo solo quod dedant se totos obedientiam, & obsequio religionis, sicut & quibus herus, & locus hospitalis est obligatus ad sustentandum vitam durante quemuis à se receptum, & modo præfato suo se dedentem obsequio: Sed meo iudicio ratio S. Anto. P. satis concludit religiosos professos ad clericatum, & chorū ad hoc esse obligatos: Quia, inquit, religiones ad vitam contemplatiuam ordinantur, approbat Ecclesia non solum ut pro semetipsis eas professi orent, sed etiam ut idem faciant pro vniuersali Ecclesia, & non ut quales quales, sed tanquam fideles eius ministri, & orationes ordinariæ ministrorum Ecclesiarum sunt horæ Canonicae, ut supra dictum est: pro qua ratione facit differentia à S. Tho. ⁴ posita inter eos, qui ut sint clerici, sunt monachi, & qui sunt tales ad officia laicalia, quæ utcumque probatur per quedam scripta S. Hieron. ⁵ & S. August. ⁶ Ex his sequitur primò vnquamque præfatorum trium generum hominum non pronunciantem quotidie dictas septem horas Canonicas, vnamque earum sine iusta causa omittentem, peccare mortiferè, iuxta Henric. de Gandauo ⁷ Cardinalem S. X. Palud. Siluest. & communem, quantumuis Hen. Anglicus & Angel. de Clauasio ⁸ dubitent: Idem dicendum est de omittente partem notabilem, ut sentit Paluda. ⁹ Regulariter enim quoad peccandum mortiferè paria sunt omittente aliquod totum, aut partem eius notabilem, ut dictum est supra. ¹⁰ II. Sequitur omittentem vnico die pronunciationem septem horarum Canonicarum peccare mortiferè, sed semel tantum secundum Girardum ¹¹ Carthusianum, & Nicolaum Ploue, cuius nomine nescio quomodo secundò excusatus sit tractatus Girardi nihilo, nec vnquam quidem verbo dempto, addito, vel mutato, ut in 6. volumine tractatum apparet, quod ipsum ante illos Archid. ¹² & vterque Card. in vna parte, & alij alibi dixerunt, & ratio est, quia septem horarum præfatarum vna tantum sunt oratio, ut probatur per definitionem earundem in primo dicto traditam, & consequenter non pronuncians eam, vnam tantum orationem omittit, & ita vnum tantum peccatum admittit, licet grauius, quam si omitteret dimidium aut vnam aut alteram horam, aut partem notabilem eius, secundum omnes. Hæc tamen intelligenda sunt de eo, qui peccat tantum non pronuncians horas, non de eo, qui deliberatè proponit non recitare

tate

tate eas: Toties enim quotidie peccat obligatus ad dicendum eas, quoties proponit omittere omnes, aut aliquam earum, licet postea intra tempus debitum recitet eas, & si eas postea non dicat, peccat iterum ob omissionem pronunciationem earum, ita quod propositum non recitandi eas vnquam sit peccatum, & earundem postea data opera omisso alterum, hoc omissionis, illud verò commissionis.

7 III. Sequitur eum qui die vno, mense, aut anno horas recitare omiserit, sæpius memor earum, & proponens non recitare illas, non satisfacere confitendo confessario suo, se omissionem eas vno die, mense, aut anno, quia non solum tenetur specificare tempus, quo omiserit, sed etiam verisimilem numerum earum vicium, quibus proposuit non recitare illas: quæ est conclusio quotidiana, & diligenter notanda tam confessariis quam confitentibus, & probatur per aliam illam, quam alibi ^b fusius post S. Thom. ponderantes textum in hoc singularem ^c tractamus, scilicet circumstantiam numeri non esse propriè circumstantiam, sed multiplicationem peccati, & etiam si esset circumstantia, cum tamen sit talis, quæ peccatum peccato accumulatur, necessariò confitenda est, & propterea numerus verus, aut saltem verisimilis confitendus est confessario.

9 IIII. Sequitur proponentem omittere præfatas horas, aut aliquas earum, vel partem notabilem, peccare mortiferè, debereque duci pœnitentia, & suo tempore, & loco illud confiteri, licet postea mutato proposito debite, & ne puncto quidem omissione, eas recitet. Ob quod non sine dolore non semel respondi aliquibus mihi aliquoties dicentibus: Bene tibi sit, quia si tu non celebrasses tardè, vel si non nos admonuisses, hoc die festo Missam non audiuissemus, aut horas non pronunciassemus, & in peccatum incidissemus, Respondi, inquam, si proposuistis non audire Missam hoc die festo, licet postea me tardè celebrante audieritis, vel si proposuistis non recitare horas licet postea me admonente recitaueritis illas, non excusamini à peccato commissionis, quod proponendo non audire, vel non dicere admisistis, licet sic à peccato omissionis, quod incurrissetis non audiendo, vel non dicendo post illud malum propositum, cum possitis. Quæ omnia fundantur in conclusione illa S. Thom. ^d Card. S. Xisti ^e & cõmunem, nempe actum interiorem sine exteriori aequè bonū, aut malum esse, atqui cum illa, cæteris paribus, ut latius, Deo volente, anno pro-

H

p in 3. par.
tit. 14. c. 4.
§. 1.

q 22. q. 189
art. 5.

r c. sic vi-
ue. c. si cle-
ricatus. 16.
q. 1.

s ca. legi.
16. q. 1.

t Quodli.
29. q. 30.

Card. in 6.
j. 91. disti-
n. art. 5. p. 1.

in 4. di. 15.
q. 6. 5. col.

5. Syluest.
verb. hora

q. 12.

v In verb.
hora. §. 10.

x In d. dif.
15. quæst. 5.
col. 5.

y c. 5. n. 42.

z In tract.
de horis.

quæst. 8. qui
fuit excu-
sus olim v-
na cura re-
pct. Alber.
in ca. j. de
celeb. mis-
sionum.

a In ca. E-
leutherius

§. 1. dist.

b In c. con-
sideret. nu.
6. & fusius
num. 41. &
seq. de pœ-
nitent. di. 5.
c. In prin-
cipio. c. 66
sideret. in
verb. Multi-
plici exe-
cutione.

d 1. sec. q.
20. art. 4.
e In ca. si
quis nō at-
cam. supra
de pœnit.
dist. 1.

¶ In c. magna. de pœnit. dist. 3.

ximo in lectione ordinaria De ceteri f explicabo, in qua idē semel, & que iterum Salmanticæ dixi, & nunc quando hic liber imprimitur scriptum relinquo, fundantur item in Conclusionibus in fine Corollarij subiiciendis.

V. Sequitur innumeram peccatorum mortalium confessionem omitti, Quamplurimi enim sunt, qui proponūt non audire Missas aliquibus festis, non dicere horas aliquot diebus, non facere alia, quæ sibi sub pœna peccati mortiferi à lege vel homine præcipiuntur, qui si postea mutato proposito, audierint, recitauerint, vel præcepta impleuerint, non curant proposita illa mala, quæ sunt mortifera, confiteri, ut etiam sunt plurimi, qui proponunt alium percutere, fornicari, furari, perniciosè mentiri, non ieiunare, quando ad id tenentur, non soluere quod debent præfixo termino, non adimplere Iuramentum, non præstare quod promiserunt, & alia id genus infinita, qui si postea mutata voluntate ieiunant, soluunt, & adimplent, non curant illa proposita mortifera postea confiteri. Qui omnes satis miserabiles sunt: Tūm quod compertissimum est, omnia præfata proposita interiora esse mortifera, cum sint eiusdem speciei, cuius sunt opera exteriora ab eis profecta, & ideo, cæteris paribus, æquè mala, ac illa, ut præfatum est. Tum quod equè compertum est, nos obligari ad confitendum omnia peccata mortifera, etiam mentalia tantum. §

¶ Communis de pœnit. & remis. & late Caiet. post. alios in libr. 17. quæst. q. 7. & virginus Canonicus. de Sacra. pœnit. sess. 24. Conci. Trident. & expressè de peccatis mentalibus & cogitat. tantum. in ca. 8. ei. sess. 1. In c. sin. 92. dist. 1. In c. j. de celeb. Miss.

VI. Sequitur clericis primæ tonsuræ, & minorum ordinum qui beneficia Ecclesiastica non habent, non obligari ad horas Canonicas, Tūm quod nullo Iure id statuitur: Tūm quod ratio quæ sibi locum vendicat in sacris ordinibus initiatis, non vendicat locum in illis, Nam est vtrique ratione doni ordinum à Deo accepti maiores, quàm laici obligentur gratias Deo agere, non tamen Iure, aut consuetudine determinatum est illud, quoad initiatos minoribus in dicendis horis Canonicis, consistere, quoad maiores autem sic, saltem consuetudine; Non obstat, quod glossa quædam h contrarium senserit: Tūm quia, si satis perpenditur, nõ agit de omnibus ordinatis, sed de solis ordine sacro insignitis: Tūm quia mordicus contendenti eam agere de omnibus, responderi potest, nullo Iure id probari, imò confutari per contextum, quem glossa elucidat, distinguendo, siue punctando, illum, ut ibi distinguunt Archid. i & alij: Neque est eadem ratio, cum ipsa Ecclesia non suppeditat eis victū eò quod sint clerici. Eodemque modo responderi potest auctori

authoritati Imo. Ioan. And. & Panormit. qui alibi, † idem quod glossa asserunt, quamuis Panor. k & Ioan. And. dixerunt, eos consuetudine contraria excusari.

k Ibidem nu. 7.

VII. Sequitur quod ubi viget cōsuetudo, ut quatuor minoribus insigniti recitent psalmos, aut Canticum graduum, aut horas nostræ dominæ, prima verò tonsura insigniti (*Miserere mei*) aut canticum graduum, eadem ratione ad id tenebuntur, qua insigniti sacris ad horas Canonicas, secus ubi huiusmodi consuetudo non viget, licet saltem quandiu privilegio clericali gaudebunt, erunt, obligati ad aliquot preculas in genere, non tamè ad determinatas, nisi forte Episcopus, qui eos ordinauit, eas determinasset, & eiusmodi determinationi consensissent, uti communiter fieri solere & debere tradunt Paluda. l & Cardinal. S. Sixti. m. * Et quia intelligi paucis minoribus initiatis, & paucioribus prima tonsura tantum insignitis iustam de hac re curam esse, qui tamen, ut dixi, etiam citra consuetudinem lege naturali tenentur aliquot maiores gratias agere quàm laici, vile fore arbitror, ut aliquam partem precum suarum, & aliorum bonorum operum huic rei generaliter applicarent, dicentes: Domine gratias tibi ago, quod me in hunc altiore ordinem promouere dignatus es, & quia pro fragilitate memoriæ, & pro externorum occupatione rarò, vel nunquam pro tanto beneficio gratias debitas ago, depono in id humiliter sufficientem precum, aliorumque actuum meorum partem tuæ misericordie Maiestati. ut in simili dicemus infra. n. *

l In 4. dist. 15. quæst. 5. col. 2. m d. c. sin. dist. 26.

VIII. Sequitur innumera committi peccata ab ordinatis prima tonsura, & quatuor minoribus: Tūm quod pauciorum, collatione aliorum laudant magis Dominum, nec plures preces faciunt pro populo, quàm si ordinati non essent; ad quod tamen obligantur lege diuina naturali, etiam si neque lex humana, neque præceptū Episcopi iurisdictionem habentis cum ea concurrerent. Tūm quod variis in locis consuetudine receptum est, ut recitent horas B. Mariæ, & in aliis septem psalmos pœnitentiales, in aliis canticum graduum, & in omnibus complures reperiantur, qui ea non recitent: Tūm quod omnes penè Episcopi, ordinantes, ut audio iniungunt clericis primæ tonsuræ, ut recitent. *Miserere mei*. Singulis diebus, & clericis. 4. minorum, canticum graduum, & paucissimi sunt, qui huiusmodi

n c. l. n. 8.

præceptis satisfaciant. Corollarium hoc si intelligatur de mortali videtur durum, & ideo ad illud molliendum dici posset, nullibi fore vigere consuetudinem, quæ clericos minorum obliget sub poena peccati mortalis, quodque præcepta Episcoporum, & consensus ordinatorum ad nullum mortale peccatum obliget, sed ad summum ad veniale tantum. Quia consuetudo generalis, quæ optima legum interpretis est, ita videtur interpretari.

o c. cum di
lectus. de
consuet.

X. Sequitur, compluribus, qui prima tonsura initiatur, satius fore ipso ordinationis die frangere crura, quam prima tonsura, aut quatuor minoribus ordinari: Tum propter proximè dicta; Tum quia nulla præuia confessione, aut vera contritione ordinantur in statu peccati mortalis, & consequenter mortaliter peccant, quia sacramentum suscipiunt in tali statu, ut alibi ^P declaro. * Quod est verum secundum opinantes quatuor minores, & primam tonsuram esse vera sacramenta, non autem secundum eos, qui credunt ea non esse sacramenta, sed tantum sacramentalia, quos sequimur in Manual. Confess. ⁹ * Tum quod non se ordinant ad finem debitum, nimirum, ut seruiant Deo in officiis ecclesiasticis, quandoquidem non intendunt initiari sacris, aut munia sacra ut tales, in Ecclesia subire. Quin potius ordines suscipiunt ob finem malum, puta, ut pro sua libidine vindictam sumant de aliquo, qui eis fuerit iniurius, vel ut ipsi possint esse aliis iniurij absque iudicio secularium poenæ formidine, & ita suscipiunt ordines, quasi in occasionem, & ansam peccandi, quod ab omni iure diuino [†], & humano alienissimum est. * Quod fuit in causa, ut nunquam satis laudatum Concil. Trident. * statuerit, ne clericus ordinum tantum minorum gaudeat in Criminalibus immunitate clericali, nisi fuerit beneficiarius, aut clericalem habitum, & tonsuram deferens, alicui Ecclesiæ ex mandato Episcopi inseruiat, vel in seminario clericorum, aut in aliqua Schola, vel vniuersitate de licentia Episcopi, quasi in via ad maiores ordines suscipiendos versetur. *

z Math. 18.
l. inuenire
ff. de pæd.
dot. ca. ex
parte. de
consuet.
§ In scilicet
q. 6. de re-
form.

X. Sequitur magna laude esse dignos Episcopos, qui primam tonsuram, & quatuor minores non conferunt nisi ei, qui per se, si fuerit adultus, aut per parentes, si puer, iurauerit se velle ad maiores legitimo tempore ascendere. Eduerfo vero vituperio dignos esse eos, qui nullo præuio examine, facilius omnibus petentibus eos conferunt, quam

quam in macello conferuntur carnes, illas pro suis numeris petentibus.

XI. Excommunicatum non excusari ob excommunicationem ab onere dicendi horas: Tum quod excommunicatio non tollit ordinem, neque beneficium, neque professionem: Tum quod excommunicatio non liberat debitorem à soluendo ^t, quæ conclusio est glosarum ^v recepta, non tamen debet eas recitare officium peragendo in sua Ecclesia ^x neque cum alio ^y nec dicendo Dominus vobiscum, ut determinat Archid. ^z cum Cardin. Alex. & communi, nec si Abbas fuerit, vel Abbatissa, cum suo monacho, vel moniali, ut hoc anno respondi.

XII. Sequitur iniciatos ordinibus sacris ad id teneri, etiam si sint depositi, & actu suis ordinibus degradati, iuxta Archid. Card. Alexan. & communem ². Ut enim excommunicatio & suspensio non tollunt ordinem sacrum, ita nec depositio, & degradatio, nec clericum liberat oneribus ordinis, cuius character indelebiliter inhaeret ei, iuxta glosam ^b celebrem. Cuius etiam virtute verè consecraret, si consecrare presumeret, licet grauiter peccaret, iuxta Tho. ^c Palud. ^d Archid. ^e Ioan. Andr. ^f & communem Theologorum, & Canonistarum. Non obstat quod aliqua quatuor præfatorum, plus honoris adimunt quam alia. Plus enim adimit excommunicatio, quam suspensio, & plus realis degradatio, quam depositio verbalis, imò & quam excommunicatio quoad aliquid, licet quoad aliquid non. Quod velut parergon hic latius non declato: Et videtur quod sublato honore, auferri etiam debeat onus: Non, inquam, obstat illud: Responderi enim potest, quod præfata quatuor non tollunt illum honorem, cui annexum est onus recitandi, characterem nimirum impressum in anima, qui ne ipsa quidem morte deletur ^g.

XIII. Sequitur, quod clericus sacris nondum initiatus beneficii sui præsentatione, vel renuntiatione liberatur ab onere recitandi horas, cessat enim causa illius oneris, & cessante causa, cessare quoque debet effectus ^h. Et ita determinat Card. ⁱ S. Sixti: Quid ipsum prima facie videri posset alicui de monacho non initiato sacris, & beneficium non habente, ac extra suum monasterium, non accipiendo ab illo alimenta, degente, sed contrarium videtur verius licet quæstio noua sit, & à nemine, quem viderim mota saltem de tali, qui suapte sponte nulla, aut inualida dispensatione

t c. intel-
lexim. de
ind. c. verè
de senten.
excomun.
v c. pres-
byteru. 28.
d. & c. j. de
cler. excō.
x c. si quis
episcopus,
11. q. 3.
y c. c. ex-
comunica-
to. 11. q. 3.
z In d. ca.
presbyteru.
28. dist.
a In d. ca.
presbyteru.
11. q. 3.
b In c. li-
cité. 37. q. 7
c 3. par. q.
83. art. 8.
d In 4. di.
11. quæst. 1.
col. 3.
e Archid.
& Alex. in
d. ca. pres-
byteru. 28.
dist.
f In c. de-
gradatio.
de poenit.
lib. 6.
g glo. c. li-
cité. 37. q. 7
h ca. cum
cessante. de
appel. & c.
maguz. de
voto. & l.
adigere. 6.
quæstus. ff.
de iur. pa-
tron.
i §. j. q. 1. di.
artic. 8.

prauia, habitu derelicto, aut retento, uiuit extra illud. Tūm quia ob culpam eius non alicum monasterium: Tūm quia culpa non debet ei patrocinari, aut libertatem conferre: ^k Idipsum mihi uidetur de eo, qui coactus ob suas culpas, iuste est eiectus aut sine eis iniuste: Is enim semper remanet monachus, nec uxorem ducere potest, & ad ordinem suum ferē semper vna vel alia via, si uolet, redire potest, vt colligitur ex vna Decretali Gregorij IX. ^l & adductis ibi per Doctores, & fufius Vmbertum super regula B. Augustini, ^m & latius nuper alibi ⁿ tradidimus. * Idipsum dicerem de eo, qui prauia iusta dispensatione ad certum tempus, vel in perpetuum egrederetur, dummodō illa non sese extenderet ad vota substantialia eadem ratione. Dixi (*Non se extenderet ad vota substantialia*.) Quia secus, si se extenderet ad illa, vt si fieret ei per dispensationem iustam facultas ducendi uxorem, ita vt desineret esse religiosus, quam fieri posse à Papa iusta de causa tradit Innocentius ^o & communis, ^p contra D. Thomam, ^q dicentes iustam fore causam, vt dispensaretur cum filio Regis monacho, ob defectum hæredum, ad procreandos eos, & ad sedanda scandala, vt pacificè regnaret, & liberos hæredes procrearet, vti altius, & clarius cæteris mense præterito scripsi: * Talis enim monachus iuste per talem dispensationem coniugatus non teneretur ad eas dicendum. Quia omnino desinit esse religiosus. Dixi (*ita vt desineret esse religiosus*.) Quia per solam facultatem ducendi uxorem non desineret esse talis iuxta ea quæ nuper scripsimus. * *

XIIII. Sequitur moniales professas ad chorum obligatas etiam esse ad horas cononicas, Alias vero que profitentur, vt seruiant professis ad chorum, quas vocamus conuersas, minimè. Eadem namque ratio quam ex Sancto Antonino adduximus in 3. dicto ad probandum, quod religiosi tenentur ad horas Canonicas, militat in eis. Quæ est singularis determinatio Cardinas Sancti Sixti. ^s Licet enim Inno ^t & alij complures asserant monachas, quæ sciunt legere posse publicum Ecclesiasticum officium recitare, eo quod licet incapaces sint verorum ordinum, ^v non sunt tamen incapaces eius rei, quæ ad illud sufficit, ^x Non dicunt tamen aperte ad id obligatas esse vti præfatus Cardinalis.

XV. Ex his colligi rationem, ob quam in ordine Christi, S. Iacobi, S. Ioannis & alijs militaribus, aliqui religiosi obligantur

obligantur ad horas Canonicas, alij vero eiusdem ordinis minimè, quoniam aliqui profitentur ad chorum, alij vero ad bellum & prælium, vel alia munia laicalia.

23 XVI. Quod nouitij non tenentur recitare dictas horas Canonicas, iuxta communem, ^y vt pote qui non sint alicuius trium generum supradictorum, quia non sunt verè religiosi. Nec obstat id quod Paludanum mouit ^z ad contrarium sustinendum, nimirum, quod gaudent priuilegio Canonis, ^a quo excōmunicantur illi, qui percutiunt clericos, vel monachos, quia clericus primæ tonsuræ eo gaudet, iuxta omnes, & non tenetur recitare eas licet sit insignitus quatuor minoribus, vt supra dictum est. ^c Quod ipsum assero de fratribus, quos vulgus appellat laicos, & iura vocant conuersos, scilicet, quod non tenentur ad dictas horas Canonicas, vt exerte determinauit Caiet. ^d Nam licet sint religiosi, non tamen profitentur ad clericorum munia chori, tenentur nihilominus hi recitare Rosarium Beatæ Mariæ, aut alias orationes ab ipsa regula, vel prælato acceptas ^e: Non quod præceptum Ecclesiæ de penso horarum persoluendo extendat se ad eos, verum quia tenentur adimplere, quod eis superior iubet, vt ipse rectè declarauit, & fenserat antea Palu. ^f alibi, quicquid S. Antoni. ^g tradat. Idem mihi videtur de Nouitiis, & conuersis Monasteriorū, monialium etiam militarium, qui ad bellum & prælium profitentur ob eandem rationem. ^h

24 XVII. Quod professi tertiæ regulæ S. Francisci sacrum ordinem, nec beneficium habentes, non obligantur ad dictas horas Canonicas. Eorum namque regula non est tam religio, quam modus viuēdi, vti dixit glōf. singul. ⁱ recepta per omnes. * Quod non est intelligendum de viuentibus in congregatione, & emittentibus tria vota substantialia, quia illi verè religiosi sunt, vt colligitur ex duabus constitutionibus scēl. record. Pij V. Quartū quelibet incipit: Ea est, quæ agunt de extinctione officiorum illius ordinis, & eius submissione ordini Minorum de obseruantia. *

25 XVIII. Quod ob solam pensionem temporariam, aut perpetuam super beneficio Ecclesiastico obtentam nemo tenetur recitare horas Canonicas: Pensionarius enim propriè non est beneficiarius, ^k nec per consequens est alicuius trium generum hominum obligatorum ad horas Canonicas recitandum. De quibus in primo dicto, Et ita expressè docuit Card. Gaicta. Et si, mea quidem sententia, diceret

^b cap. j. de postul. prelatorum. l. itaq; fallo ff. de furtis

^l c. fin. de regul. m cap. 14. n ^m In com menta. de vot. paup. c. statum. 19. q. 3. nu. 65.

^o In c. cū ad monasterium. de statu monach. p In 4. dif. 38. vbi etiā Vend. q. 4. col. 13. q 2. sec. q. 38. art. 11.

^p In apologia. libr. de re. d. q. 1. Monit. 16. & in p. pugnaculo eius. nu. 14. & 15. ^q 9. j. q. 1. d. fin. ar. 10. ^r In c. i. de celeb. Mil. quem ibi Host. & 10. Andr. ad verbum se quuntur. ^v c. noua. de pœni. & remiss. ^x c. diaconissam. 27. q. 1. vbi gl. optima.

^y Anton. 3. pa. tit. 13. c. 4. 6. j. Syl. nest. verbo hora. q. 6. 2. verb. 6. & Caiet. 5. j. 2 In 4. dif. 15. q. 5. co. 2. a c. si quis suadente. 17. q. 4. b c. religio sus. de sen. excō. li. 6. c In 4. Coroll. d In summa verbo horarum. e In 4. dif. 15. quest. 5. col. 7. f In 4. dif. 15. quest. 5. col. 7. g In 3. parte. tit. 13. c. 4. 6. j. h Argu. l. illud. ff. ad leg. Aquil. & ca. inter cetera. de rescript. i In Clem. cum ex eo de senten. excō. mun. verb. Tertio.

^k c. quibus l. de presb. lib. 6. & tra dit Fel. cōtra And. Si cul. in c. ad audientia. s. de rescript.

1 In lib. 17
responsio-
rum resp. 10.

in c. 15. nu.
123.
n. nu. 32.

o cap. j. de
Magistris.

p In tubr.
de preb. 6.

q Coroll.
2. & in ca.
30. Obsecr.
16.

r In cele-
stium viciis
10. dist.
1. In c. j. de
celeb. Mis.
t 3. p. 17.
13. cap. 6. j.
v In c. j. de
ce. 5. Mil.
q. 2. 7.
x Synesit.
v. b. hora
q. 2. Card.
in Clem. j.
de celebr.
Maur.

y c. is cui.
de preb.
dis. lib. 5.

Quod Ecclesia eos lata lege nota ad id obligaret, saltem illos, qui pensionem haberent vitæ sustentationi sufficientem. ¹ * Et ita scilicet record. Pius V. postquam nos in urbem appulimus, statuit, ut pensionarij tenerentur ad horas Beate Mariae minores recitandum sub eadem pena, qua beneficiarij ad horas maiores tenentur, cuius ea de re extrauagantem inferuimus, & declarauimus in Manual. Confess. latinitate donato. ^m * & infra. ⁿ

XIX. Non esse obligatos ad has horas Magistros grammaticæ, aut aliarum facultatum, qui accipiunt præbendam aliquam, aut portionem pro docentibus institutam, iuxta ius commune, ^o vel statuta & fundationes: Hi enim non habent beneficij Ecclesiasticum, de quo agimus, vt palam probatur per definitionem illius, quam alibi ^p satis perpenfam tradimus.

XX. Non esse obligatos etiam Bedellos, Clauigeros, Capanarios, Sacristas, quos Lusitani vocant Theaurarios, nec eos qui titulo gratuito, vel oneroso alio quam beneficij ecclesiastici ius alimentorum habent in aliquo monasterio, vel ecclesia: Nullus enim istorum sub aliquo trium generum hominum supradictorum comprehenditur, Limitatur nihilominus hoc singulariter infra. ^q

XXI. Quod non desinit esse obligatus ad recitandum ²⁷ clericus eo solo, quod eius beneficium sit exiguum. Quum enim beneficium licet exiguum habeat, continetur sub vno trium generum hominum, quos diximus obligatos esse ad recitandum, & ita determinat glossa singularis, ^r ibi ab omnibus recepta, & ab Hostiensis & alijs alibi. ^s Et S. Anton. ^t Alberto, ^v & alijs, ^x alibi: Neque secundum eandem glossam receptam interest, An beneficium quando acceptum fuit, fuerit exigui redditus, An postea fuerit diminutus, vtroque enim casu claris iuribus, & rationibus, quas in eadem glossa videre licet, est obligatus. Et secundum hanc opinionem communem semper consului, & asserui, quod æquè obligatus est ad pensum istarum horarum clericus primus iuris, vel minorum ordinum habens beneficium duorum milium marapetinarum seu quaterinarum, atque Episcopus eius, adeo vt mortaliter peccaret sicut Episcopus, si eas non recitaret, licet non tam grauiter ceteris paribus. Non sum tamen nescius viros doctos, & pios tempore meo contrarij respondisse. Pro quibus facit primò decisio Bonifacij. ^y Quod is cui sit potestas conferendi beneficia personis ido-

25

27

neis,

neis, non potest illa conferre eis, qui beneficia ad decentiam vitæ sufficientia possidet, non habentibus vero huiusmodi sic, ^z quo significatur non habere beneficia qui non habet sufficientes. I. Quod ratio ob quam quis videtur obligatus recitare propter beneficium videtur esse, quod qui de altari viuat, altari seruire debet, vt qui ei seruit, de eo viuere debet. ² Quæ ratio cessare videtur in eo, qui tã exiguus fructus ex beneficio suo percipit, vt se iis sustentare nequeat. I. I. Quod (*parum*) & (*nihil*) in iure ^b æquipollent. Qui autem nihil percipit, nec per eum stat, quò minus fructus beneficij percipiat, non est obligatus ad recitandum, vt in Corollario sequenti dicitur: Itaque neque is, qui parum percipit obligatus erit. Hæc tamen argumenta nihil concludunt, & ad primum quidem fareor, quòd vt quis desinat esse capax alicuius beneficij, non sufficit aliud insufficientis possidere, sed sic vt dicatur habere beneficium, vt idem Bonifacius a libi ^c declarauit, & hoc sufficit vt recitare teneatur. Ad II. Dico rationem veram, ob quam beneficiarius tenetur recitare, non esse, quod se sustentet patrimonio Christi, quãdoquidem vt supra ad aliud propositum diximus, etiam famuli clericorum, & maior pars Cathedralium maioris partis Academiarum eo se sustentant, nec tamen ad id obligantur. Ratio autem vera est, quòd ob quodlibet beneficium quantumuis simplex & exiguum, deputatur quis ad laudandum & rogandum Deum, eique inseruiendum pro populo, ab eo recipiens aliquem prouentum, licet sibi sustentando imparem. Ad II. nego parum & nihil semper in iure ^d sic æquari, quin potius regulariter differunt, vt post, & ante alios eleganter resoluit Philippus Decius. ^e

28 XXII. Iustam causam non recitandi habere clericum, qui ob solum beneficium ad id tenetur, si neque per se, neque per alium vltros fructus percipit, nec per eum stat, quo minus eos percipiat, videtur namque cessare in eo ratio illa obligationis, cum nullum stipedium ab ecclesia recipiat, nec in posterum percepturus est pro eo, tempore, secundum Paluda. ^t Cardinal. S. Sixti, & alios non paucos. Dixi (*per se neque per alium*) ob multos pueros & adulescentes quorum patres pro eis recipiunt. Hi n. non minus obligantur recitare, quàm si per se recipere. ^h Dixi (*neque vltros*). Nam et si nil præter distributiones quotidianas perciperent, ad id obligati essent, secundum eisdem. Dixi (*Nec per eum stat. quo minus vos percipiat*). Si enim cum possessionem capere possent,

z c. si motu
tu pprio.
de preb.
lib. 6.

a c. cum se
ctidum de
pseud. vbi
latè scrip-
simus.
b c. reue-
ra. de con-
secrat. dis.
2. & l. si de
bitori. ff.
de iudicijs

c. c. si motu
pprio. de
prebend.
lib. 6.

d c. de ap-
pellatione
bus. l. & in
maioribus
c. eod.
e In d. ca.
de appella-
tionib. de
appellat.

f In 4. dist.
15. q. 5. col.
3.
g In 6. j. di.
91. tit. 14.
h Arg. ca.
qui per a-
lium. de re-
gulat. ff.
bro 6.

eam non acceperit, etsi possessione capta, cum posset residere, non resideret, ob idque desineret percipere fructus, non excusaretur. Dixi (*Nec in posterum recipere debet.*) Si enim litigaret, & habita sententia recipere deberet fructus sequestratos, aut per aduersarium receptos, obligatus foret secundum omnes, etiam si non accepisset, nec accipere posset possessionem, quicquid prafatiⁱ tanquam magis Theologi, quam Canonista: senserint: fructus enim recepti saltem post litis contestationem actori debentur, si vincat, etiam si contra possessorem super proprietate litiget, iam in spiritualibus^k, quam rebus profanis^l. * Audio esse qui dicant non teneri quem ad recitandum, donec apprehendat possessionem, vel iter per eum, quod minus eam capiat, eo quod nullos interim fructus capiat, neque capere possit, cum fructuum perceptio à possessione incipere videatur, quæ opinio procedere potest in eo, qui promissioni sibi factæ nondum consensit, eò quod beneficium nondum est suum, licet sit ei debitum^m, non tamen in eo, qui iam consensit collationi. Tum quia per solam collationem acceptam ante possessionem quæsitam, quaritur ius in re, & dominium beneficii ei, cui collatum estⁿ. Tum quia sicut in matrimonio carnali ante possessionem transit dominium^o, ita & in spirituali P: Tum quia mortuo prouiso ante quæsitam possessionem beneficii, vacat illud per eius mortem, per tradita à Felin.^q Tum quia fructus debentur beneficiario à die acceptatæ collationis, quia fructus rei domino illius debentur^r, per quod respondetur fundamento contraria: partis, quam tamen dicerem procedere in Canonico, qui nihil potest querere de fructibus eius ante possessionem acceptam per prafara. *

XXIII. Infero quod is, qui omnes fructus loco pensionis referuauit ei, qui in suum fauorem resignauit beneficium, (quod quotidianum est) recitare tenetur, per ea, quæ latius infra^s dicemus. Tum quia est verè beneficiarius, & per suum consensum fructus sunt referuati alij: Tum quia si vult aliquos fructus percipere, potest, cum possit ei deseruire, & is cui omnes fructus sunt referuati pro seruicio, impendendo cogatur satisfacere, ij namque soli, qui oneribus deductis superant^t, censentur fructus.

I Cardina.
S. Sixti &
paluda.
k Decif.
Rot. 24. in
nou. & no-
tat. in cap.
grauis. &
per Inno.
in c. in lire
ris. de rest.
spol.
l l. certu.
C. de rei
vend. l. ex
diuerso. ff.
eod. §. j.
m c. si tibi
absenti isti
et. glof. de
præbend.
l. vj. & l.
qui absen-
ti. ff. de do-
nat. & arg.
c. accedens,
cum ei an-
no. de præ-
bend.
n d. c. si ri-
bi absenti.
& c. penul.
de præben-
dis. lib. 6.
o c. penul.
& vlti. de
spon. doo.
p per præ-
dictum. ca.
pen.
q In rubr.
de constit.
num. 5.
r c. grauis.
de restituo.
spoliator.
cum ei an-
norat. * &
trahitur in Manu. Confess. c. 17. num. 24. *
s l. fructus. ff. solut. matrimon. cum his quæ ibi, & per Felin. in cap. ad nostram. de
iurciurando notantur.

Infero

XXIII. Infero neminem à recitandis horis excusari ob id duntaxat, quod fructus beneficii debeantur fabricæ, aut prædecessori mortuo, aut alteri cuiuspiam rei, vel personæ, ex consuetudine aut priuilegio in primo anno aut pluribus. Siquidem ei debetur dimidium fructuum, prout Ioan. xxij. declarauit. ^v Et quia etiam antedictam declarationem poterat ei deseruire, & sustentationem Vicario debitam percipere per supradicta. * Posteaquam hæc fuerunt typis excussa compositum fuit caput vigesimum, in quo iterum tacta fuerunt eadem & resoluta, vt ibi licet videre. Quid autem dicendum si statuto vel consuetudine præteritum à Papa confirmatis introductum sit (vt audio esse introductum in aliquot Hispaniæ & Germaniæ Ecclesiis) vt primo, vel vltiori anno nil penitus percipiat nouus Canonicus, etiam si voluerit inferuire, sed omnia cedant antiquis? Respondeo sœ. recor. Pium V. abrogasse illa per extrauag. quæ incipit Dudum, æditam anno 1570. Sed quia aliquot ecclesiæ non receperunt eam, nec volunt recipere, credo quod nouus Canonicus excusaretur à recitando, etiam si iure deberentur illi dimidiati fructus, quia cum non posset eos sine impensa fructibus maiore & lite molestissima contra suam ecclesiam exigere, satis videtur non posse eos recipere, ^x quamuis hoc ad alios alia de causa litigantes non extenderem, quia in illis cessaret reuerentia, quæ à litigando contra suam ecclesiam retraheret. ^y

XXV. Quod ex supradictis videtur inferri posse de officio illius quæstionis quotidianæ, An videlicet beneficiarij sint obligati restituere fructus beneficiorum ad ratam temporis, quo non recitant horas, & pro vtraque parte faciunt argumenta valida adducta à Panorm.^z Qui tamen cum communi negatiuam partem determinat, & hæc proculdubio est vera opinio, attento iure contento in Decreto Gratiani, & Decretalibus, Sexto, & Clementinis: Contraria verò est vera attento quodam statuto Concilij Lateranensis, vltimi² sub Iulio secundo cepti, & sub Leone decimo finiti. Cuius ego primus vulgator fui in Academia Salmanticensi, vbi etiam quadriennio postea nonnulli eruditionis nomine celebres Doctores consuluerunt secundum veterem & communem, à qua recesserunt viso textu, cuius tenor sequitur in hæc verba.

v In extrauag. suscepti. tit. ne sed. vacent.

x Argumẽto l. nepos. pculo. ff. de verg. ff. gnifi. c. fa- ciat. 22. q. 2.
y Argumẽto c. fin. de postul.
z In ca. j. nu. 5. de ce lebr. Miss.

a In c. 9. §. Ratui- nus.

Statui

Statuimus quoque, & ordinamus, vt quilibet habens beneficium cum cura, vel sine cura, si post sex menses ab obtento beneficio diuinum officium non dixerit legitimo impedimento cessante beneficiorum suorum fructus suos non faciat, pro rata omissionis recitationis officij, & temporis, sed eos tanquam iniuste perceptos in fabricas huiusmodi beneficiorum vel pauperum elemosynas erogare teneatur. * Hoc statutum vt supra dixi, innouauit, declarauit, & auxit foel. record Pius V. per vnam extrauagantem insertam a nobis in Manual. Confess. ^b Cuius tenor est is, qui sequitur.

b cap. 25.
num. 122.

Pius Episcopus seruus seruorum Dei: Ad perpetuam rei memoriam. Ex proximo Lateranensi Concilio pia & salubris sanctio emanauit, vt quicumque habens beneficium Ecclesiasticum cum cura, aut sine cura, si post sex menses quam illud obtinuerit diuinum officium legitimo cessante impedimento non dixerit, beneficiorum suorum fructus pro rata omissionis officij, & temporis suos non faciat, sed eos tanquam iniuste perceptos in fabricas ipsorum beneficiorum, vel pauperum elemosynas erogare teneatur.

Veruntamen multorum animi suspensione tenentur cuiusmodi ratae praefatae ratio sit habenda? Nos euidentius huic rei prouidere volentes, statuimus, vt qui horas omnes Canonicas vno, vel pluribus diebus intermiserit, omnes beneficij, seu beneficiorum suorum fructus, qui illi, vel illis diebus responderent, si quotidie diuiderentur, qui vero Matutinum tantum, dimidiam, qui ceteras omnes horas, aliam dimidiam, qui horarum singulas, sextam partem fructuum eiusdem diei, amittat, tametsi aliquis choro additus non recitans omnibus horis canonicis, cum aliis praesens adsit, fructusque & distributiones forte aliter assignatas sola praesentia, iuxta statuta, consuetudinem, fundationem, vel alias sibi lucrificasse praetendat, is autem per fructuum & distributionum amissionem, item ille, qui primis sex mensibus officium non dixerit, nisi legitimum impedimentum ipsum excusauerit, graue peccatum intelligat se admisisse, declarantes praetimoniam, praetimoniales portiones, & quaelibet alia beneficia, etiam nullum omnino seruitium habentia obtinentes cum praefatis pariter contineri. Aut quicumque pensionem, fructus, aut alias res Ecclesiasticas, vt clericus percipit, cum modo praefato ad dicendum officium paruorum B. Mariae Virginis decernimus obligatum, & pensionum, fructuum, rerumque ipsarum amissioni obnoxium.

Haec

Haecenus textus. Et quia ea, quae adieci vbi supra, ^c illi extrauaganti, continent ea, quae hoc in loco adieci olim statuto praefato Concilij Lateran. & etiam aliquot alia, omissis quae hic adieci, addam illa, quae praefata extrauaganti ibi adieci in haec verba. Ex quibus noto primo reprobari opinionem Soti, & nonnullorum dicentium, non obligare praefatum § Statuimus. II. Verum esse quod dixi declarando praefatum §. ^d videlicet, quod praefata restitutio non est necessario facienda fabricis Ecclesiarum, vbi sunt beneficia, sed satis est largiri ea pauperibus.

c In d. Manual. c. 25.

III. Id quod hinc ibi intulimus, & quo non semel consolati sumus aliquos Scholasticos pauperes, qui ob hoc fructus beneficiorum amiserunt, scilicet quod satis faceret huiusmodi obligatus, si verè pauper esset, capiendò saltem de consilio Confessarij eos sibi tanquam vni de pauperibus, quia qui ad dandum aliquid pauperibus tenetur, potest illud sibi accipere tanquam vnus ex eis, si verè talis est, saltem de consilio Confessarij, & quoad forum conscientiae, per trada à Bald. ^e per ea quae alibi latius scribimus. ^f

d In d. ca. quado. no. tab. 7.

III. Quod non sufficit restitutionem praefatam facere fabricae, vel pauperibus, quando restituenda sunt lucrifacata per distributiones quotidianas, quia illa debentur iis solis, qui horis illis diebus, in quibus illi non recitarunt, interfuerunt, quibus accrescunt, & non sufficit dare pauperibus, quod debetur alteri ^h, nisi quando ignoratur quis sit ⁱ ille.

e In l. id q. pauperib. q. 22. C. de Episcop. & cler. & Calder. conf. 39. de test. Anchar. c. 6. fil. 84. Dominia Apollonia.

f In d. no. tab. 7.

g Per c. j. de cler. no. resid. lib. 6. c. 6. ei annotat.

h c. c. tu. de v. v. bi gl. cum communi.

i Arg. c. ea. de iure iur. k Secund. glo. sing. in c. q. sicut. de electio. verb. consentire.

l Iuxta. no. in ca. reuatum 2. de testam. m c. d. h. 2. de electio. n Verbo. electio. d. 6. 9. o Verbo. clericus. 4. q. 24.

V. Quod idem eadem ratione dicendum videtur de fructibus ecclesiarum, vbi est statutum, vt fructus male percepti restituantur certis operibus pijs, quia illis deberet fieri praefata restitutio: Quod ipsum videtur de parte qua Corpus seu Grossam Canonicaatum vocant, quam Canonici ita lucrantur ratione suorum Canonicaatum, vt pars lucrifacata ab vno accrescat alijs, & obueniens tempore vacationis non reuertatur successori, qualem regulariter non habet Canonicus ^k sed diuiditur inter superstites. ^l Idem eadem ratione videtur de eo, quod Canonicus perdit ob excommunicationem, suspensionem, aut aliam quamcumque causam, sicut per hanc non recitandi. Quia de similibus id est iudicium. ^m Non tamen tenetur ad restituendum fructus beneficij, eo quod in peccato mortali occulto aut notorio fuerit. Tum quia licet Angelus teneat quod sic, ⁿ Rosella tamen & Syluest. ^o idem quod nos tenent, & merito. Tum per praefatum §. statuimus, qui id approbat irrefragabiliter,

ter, quatenus habet beneficiarium, qui suas horas recitare omittit, non teneri ad restituendum, quod primis sex mensibus à consecratione beneficii accepit, & manifestum est illum in peccato mortali notorio fuisse si notoriè omisit, & si occultè, in occulto. * Qui autem exeuserat ab horis dicendis traditur infra P præsertim ob impotentiam multis nouè additis q. *

P cap. 11.

q cap. 11.

Cap. VIII. De bonitate orantium, tangit 6. Conclusiones.

<i>Oratio in mortali facta an quæquam valeat.</i>	nu. 1
<i>Oratio operatur tria, quorum hæc oratio peccatoris.</i>	nu. 2
<i>Actus nullus etiam venialiter tantum malus est bonus.</i>	nu. 3
<i>Oratio Deus dat quædam iratus, quæ negat propitius.</i>	nu. 4
<i>Opera multa, quæ videntur bona, sunt mala.</i>	nu. 5
<i>Exhortatio ad bene orandum & recitandum.</i>	nu. 6

NO T A O ctauo, ex verbo (*Dilectissimi*) quòd vt oratio sit meritoria, fieri debet ex amore, & charitate, Melius tamen colligitur ex illo B. Ioannis 2. Peccatores Deus non audit, & illo Proverb. Qui declinat aures suas ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis. Et conclusio S. Thom. c & communis est, quod oratio eius, qui est in peccato mortali, & extra gratiã diuinam, non potest esse meritoria vitæ æternæ, vt neque etiam esse potest vllum aliud opus d & latius colligitur ex omnibus illis, quæ decem foliis graphice subtiliter, & pie scribit Cõcilium Colonienf e nouum quidem tempore, sed verustissimum eruditione, vbi latè probatur, orationem nihil valere, nisi fiat in fide viuã, spe certa, & charitate inflãmata. Dicit enim in vno loco f fides mortua ad deprecandum Deum omnino inepta est, & alio 2 frustra orare dicemur nisi iacta fidei, spei, & charitatis semente. Contra tamen hanc conclusionem facit oratio Publicani h inserta illi dicto beati Augustini, Si Deus non audiret peccatores, frustra publicanus dixisset. Deus propitius esto mihi peccatori.

Pro declaratione huius Antinomix siue contrarietatis dico Primo, quod secundum communem opinionem, tres effectus potest operari oratio, puta meritũ gratiæ, & gloriæ æsequu

assequutionem postulatorum, & consolationem animarum orantium secundum S. Tho. i communiter receptum. Horum primum producere non potest oratio eius, qui est in peccato mortali, vt nec aliquod aliud opus eius quamlibet suo genere bonum k, neque oratio quæ aliquo respectu est peccatum, saltem veniale, etiam si aliis omnibus sit optima, & fiat in statu gratiæ. Nam secundum opinionem S. Thom. l & communem relata à nobis alibi m, Nullus actus siue opus potest esse bonum, & malum, meritorium, & demeritorium simul. De his duobus generibus orationis, & hoc effectu primo potest intelligi notabile nostrum, cum suis confirmationibus.

II. dico quod illud in contrarium adductum, putà quòd Deus peccatores audit, multifariam intelligi potest. Primo quod audit peccatorem penitentem, qualis erat publicanus: per penitentiam namque desinit esse peccator n, & fit iustus, vt videtur intellexisse dictum cõcilium. o II. Quod etiam audit Deus orationem in se moraliter bonam eius, qui solo veniali peccato irretitus est. Quandoquidem ob illud non desinit esse iustus, neque dignus qui audiatur, vel mereatur vitam æternam p. III. Quod audit etiam Deus orationem peccatoris existentis in peccato mortali, ad effectus quibus solet alia opera moraliter bona, ad meritum (quod vocant) congrui. IIII. Quod Deus non audit orationem peccatoris ab eo vt tali, hoc est peccando factam q, etiam si veniali duntaxat peccato sit irretitus, saltem in utilitate eius. Nullum enim opus quod aliquo respectu est peccatum saltem veniale, est Deo acceptum, vt paulo supradiximus r. Quinimò ei magnoperè exosum est, vt ait nostra conclusio per adducta in ea. Et oratio peccatoris facta ab eo vt tali, hoc est peccando, est peccatũ ad minus veniale. Non dixi tamen frustra, (*Saltem in utilitate eius*) quoniam in eius damnum sæpius audit Deus, & concedit postalata in punitionem malæ petitionis, iuxta illud S. August. à dicto concilio Colonienf. s & multis aliis relati. Quædam Deus negat propitius, quæ concedit iratus. Et his colligitur primo esse orationem impetratiuam, quæ non est meritoria, & meritoriam, quæ non est impetratiua. Prioris generis sunt orationes multorum peccatorum mortali peccato infectorum, quæ exaudiuntur super petitione sustentationis corporalis, vel aliarum id genus rerum. Secundi generis fuit oratio D. Pauli t, qua petit, vt auferretur ab eo stimulus carnis, quod

i Sec. 9.
83. art. 13.k Gl. in d.
Clemen. si
Dominum
col. 3. text.
in c. vt
cognoerit,
& c. chari-
tas. 2. de
pen. dif. 2.
l In 2. dif.
4. q. 1. ar. 4.
Maior i 4.
dif. 17. q. 6.
11. Caieta.
Math. c. 6.
m c. inter
verb. pag.
311. nu. 385.
n c. dixi. c.
magna. de
penitent.
dif. 1.o Fol. 223.
6. sed dicit
& pbatur.
in c. ferru.
50. dif.
p Tho. 2.
sec. q. 6. 24.
art. 12.q Tho. vbi
supra & gl.
magna di-
cæ clemē.
si dominũ.
r In i. di-
cō huius
notab.s Fol. 223.
6. sed dicit

t 2. Cor. 11.

quod non impetrauit, & aliorum sanctorum, quorum orationes magni erant apud Deum meriti; Verum quia postulatam non erant eis iustitia, petita non impetrarunt. II. colligitur nullam orationem, quae ob respectum aliquem, aut defectum circumstantiae est peccatum saltem veniale, esse meritoriam gratiae, vel: iustus gloriae, vt supra dictum est. III. Colligitur miserabile quiddam esse videre innumeros clericos non modo suis orationibus non mereri, sed etiam male mereri reatum poenarum Inferni, vel Purgatorii. Nam vt supra dictum est, innumerae orationes eorum ad minus sunt peccata venialia. IIII. Sequitur, quod licet haereticum sit dogma illud Lutherorum, puta omnia opera nostra etiam bona esse peccata venialia, vti late probant S. ille Episcopus, qui obiit Cardinalis, & Martiyr Roffen. & alij: verum tamen est plurima opera, quae vulgo censentur bona, esse peccata mortalia, & plurima venialia, & consequenter non modo non meritoria gratiae & praemij, verum etiam expianda igne Infernali vel Purgatorio.

In I. di-
do huius
notab.

x 9. affer.
Luth. arti.
31.

Expergiscamur igitur, & aperiamus omnes Ecclesiastici oculos nostrorum mentium, & consideremus tantum tempus infumum, tantumque & maiorem laborem subiri, minoremque consolationem accipi in male quam in bene recitando. Reputemus nostri praecipui muneris esse orare, recitare, cantare, Deum laudare, & gratias illi agere, Christianum populum ei reconciliare, ac in eo praecipuam, meriti vel demeriti nostri partem consistere, Reputemus indubitatum esse, quod omnis oratio, quamlibet alioqui bona, ob defectum cuiusvis circumstantiae fit nobis toxicum, & peccatum saltem veniale. Meminerimus quod quod sublimius & nobilius est onus orandi, & legationes populi coram Diuina Maestrate explicandi, eo quoque sublimius & accuratius seruari debent illius praescripta, & circumstantiae. Reputemus itaque & perpendamus, & cum timore ac reuerentia debitis conemur Deo nobis ob suam misericordiam fauente perpendere, quantum opus est ad decenter standum coram Deo & Angelis, atque sanctis eius simul & ad ita cogitandum, loquendum, canendum, & clamandum, in huiusmodi legationibus obeundis, vn non desit vel fibula, cuius defectum possit nobis caedammon obiecare, vtque plurimum illi displicemus, quod ei cui par est placere, placeamus. gratiamque obsequium praestemus, quod gratiam eius benigne respiciamus. Amen.

* An

* An autem vlla oratio ex aliqua parte mala impetret aliquid quod temporale bonum non fuit tactum in hoc capitulo, sed partem affirmantem tenuit Adrian. Vn haec ferere verba. Oratio mala nonnunquam est impetratoria alicuius temporalis remunerationis, propter bonitatem mixtam, & obolutam malitia; Quod paulo inferius probat per remunerationem factam obiterribus Aegyptiis ob piam intentionem saluandi paruulos masculos Hebraeorum, mendacio inuolutam, probat & auctoritate Augusti, qui in lib. de Ciuit. Dei dixit: Romanos meruisse Imperium Iustitia ob humanam laudem facta, quod constat fuisse peccatum, sed infra per firma fundamenta discedimus ab Adriano.

Y Quodli.
lit. M.

Z Exod. I.

A C. 29. Co-
cor. 3. de
vltore d. r.
tionis.

Cap. I X. De oratione dormituriensis, tangit 9. conclusiones.

Orandum vigilando, & non dormiendo.	114.	1
Vigiles plebis sunt clerici.	114.	2
Angeli assistunt orantibus.	114.	3
Dormiendo nemo meretur, aut demeretur.	114.	4
Dormiendo oratio vel recitatio facta inutilis.	114.	5
Missam audire dormiendo non sufficit.	114.	6
Oratio praecpta vel vota que recitatur in lecto.	114.	7
Dormire notabili Missa tempore quando mortale.	114.	8
Orando cum sopore quando, & quantum peccetur.	114.	9

NOTA IX. ex illo verbo (in vigilare) non esse recitandum dormiendo sed vigilando. pro quo facit illud Vigilantibus, & no dormientibus iura subueniunt, & quod eadem ipsa hora vocantur in iure canonico h vigiliae. Cuius ratio secundum Host. quem Ioan. Andre. & communis sequuntur est, quod illa cum sollicitudine vigili recitari, & cantari debent, & vt dicit S. Lucas: d Angeli non denunciarunt Natiuitatem Domini quibuslibet pastoribus, sed solum vigilantibus, & custodientibus vigilias noctis super gregem suum, & S. Bernard. e dixit illud Canticum. Inuenerunt me vigiles qui custodiunt ciuitatem, intelligi de Ecclesiasticis, qui suis orationibus custodiunt populum eis vita necessaria subministrantem, & alibi f postquam dixit, Credimus Angelos sanctos affare orantibus iuxta illud Psalmi, g In con-

a I. Pupillus, §. si. ff. de his, que in fraud. cr. dir. §. quousi iun et a gl. P. o. ce. in. infir. b disti. 91. §. j. & cele ricus videt. c in c. j. de celeb. Mis. d Luc. 2. e In ferm. 56. col. 3 super Canti. f Serm. 7. col. super Canti. g Psal. 137.

specu Angelorum psallam tibi non sine compassione nostrum, qui somniculosi horas recitamus dixit. Doleo proinde aliquos vestrum graui in sacris vigiliis deprimi somno, nec cœli ciues reuereri, sed in præsentia Principum tamquam mortuos apparere, cum vestra ipsi alacritate permoti, vestris interesse solemnibus delectentur: Facit etiam hymnus ille sapius recitatus quam expensus, sapius cantatus quam intellectus, Nocte surgentes vigilemus omnes, semper in psalmis meditemur, atque viribus totis Domino canamus dulciter hymnos. Postremo conuincitur hoc conclusione illa communi, ^h quod nemo dormiendo bene, vel ⁴ male mereri potest. cum nemo dormiendo sensibus impeditis ⁱ utatur ratione, & iudicio ad merendum sufficienti.

Ex hoc notabili sequitur primo non satisfacere præcepto ⁵ recitandi horas cum, qui recitat dormiendo, aut dormitâdo ad singulos versiculos à socio pronüciatos neque etiam eum, qui dormit parte notabili earum, dum chorus illas recitat, & ut excusetur à peccato mortali, iteratò eas recitare debere, aut supplere id, quod ipso dormiente alij recitarüt, non secus ac si nihil penitus recitasset, aut iis recitandis non interfuisset.

I I. Sequitur eum qui aliqua parte notabili alicuius horæ sua culpa obdormit in choro, non lucrificasse plus distributiones quotidianas illius, quam si ei non interfuisset.

I II. Sequitur rem periculosam esse recitare Marutinas à coena somno nos vehementer grauante, etiam si stando, vel ambulando eas recitemus. Homines namque fatigati studio, negotio, itinere, aliove labore, etiam stando vel de ambulando obdormiunt.

I III. Sequitur, periculosius adhuc esse, quod à multis fieri solet, qui sociis regentibus breuiatum ipsi memoriter recitant lecto decumbentes, tam somnolenti, ut quid dicant planè ignorent.

V. Sequitur, Non satisfacere præcepto de audienda missa festis eum, qui eam audiendo dormit toto tempore, quo illa aut aliqua eius pars notabilis dicitur, sicut etiam nõ satisfaceret si non interesset, dum illa, aut pars eius notabilis dicitur, uti alibi ^k probamus.

V I. Sequitur, Periculosum esse id quod indies accidit, ⁷ putà, quod quis itinere fatigatus lecto decumbat, cum proposito & obligatione in eo memoriter recitandi Completorium, eo quod existens in domo alicuius amici, vel eius, quem

^h Clem. t. cum ei an. not. de Hom. Th. in 4. dist. 9. qu. 1. ar. 4. q. 1. rece. plus ibi cõmuniter, & 2. sec. q. 1. par. 9. 34. artic. 8. pro quo etiã Clem. 1. de hom. Cum ei an. morat.

^k In cap. Missas sup. eadem.

quem vereri debet, & non valens citra rusticitatem conuersationem bonam interpellare, illud non dicit. Nam si obdormit antequam illud finiat, & non expergiscatur ante mediam noctem, mortaliter peccat, ob quod solum si antequam euigilaret & pœniteret moreretur, in orcum detruderetur, saltem si sciebat, aut scire debebat, quod atreta sua complexione, & cõsuetudine eiusmodi temporibus ita obdormire, & non expergisci solitus sit. Id ipsum etiam assero de iis, qui voto, aut pœnitentia, certis diebus tenentur recitare rosarium Beatæ Virginis, aut quippiam aliud simile, & priusquam illud recitent, in lectum sese recipiunt, ut illud in eo recitent.

V II. Sequitur quod licet nemo dormiendo peccare possit, ¹ potest tamen ipsum esse peccatum, uti subtiliter declarauit quidam Cardin. ^m & etiam velle dormire, aut nolle vigilare, & velle ita sedere, aut iacere, ut obrepat somnus impediens solutionem pensi debiti.

⁸ V III. Sequitur, quòd sicut qui audit solum dimidium, aut solas duas tertias vnus Missæ die festo animo non audiendi de nouo aliam, peccat, quamuis postea eam rursus audiat. Ita qui dormiens audit dimidium, aut duas tertias vnus Missæ, animo rursus eam non audiendi, aut qui dormiens recitat aliquam partem notabilem suarum horarum animo nõ supplendi, ut par est, illum defectu, peccat, quamuis postea audiat aliam Missam aut suppleat, quod dormiendo omisit. Pro quibus omnibus facit quod statim ⁿ dicemus de omittente partem notabilem horarum.

⁹ Contra hoc notabile, & omnia ex eo illata facit, quod sæpe numero non potest quis resistere somno obrepenti in choro, vel extra eum recitando, vel audiendo missam & officia obligantia, & non peccat saltem mortiferè, qui tentationi resistit, nisi consensiat rationis pars superior, & volūtas, quamuis illam omnino non expellat, & consequenter subinde in officiis diuinis obdormire non est periculosum, aut saltem non adeò, ut supradicta præsupponunt. Ad hoc dico primo, quod qui ita resistit somno, ut pronunciet suas horas, vel cum tanta attentione Missam audit, ut saltem videat se non omittere verba, aut versiculos eorum, que dicere, vel audire debet, licet ob grauamen somni non attendat ad significationem illorum, nec meditetur, aut contempletur in Deum, aut diuina, non peccat, uti probant adducta in hoc argumento, & quod notabile nostrum.

^l c. Testamentum. capit. dist. est peccatum di. 6. m. Calet. 2. Secund. 2. 154. ar. 5.

ⁿ In sequ.

& in eo adducta de tali non agunt. I I. Dico non etiam peccare saltem mortaliter eum, qui recitat, vel audit dicta officia, licet ita dormiat, vt solus, vel associatus, vel memoriter recitando, vel legendo dicat vel audiat verbum vnum, atque alterum, versiculum, vel alterum, somno ita presus, vt nesciat an erret, necne, & an dicat, vel audiat modò animaduertat se dicere talem, vel talem versum, in tali, vel tali horæ parte, saltem si habet animum postea supplendi eiusmodi defectus, vt ratio postulat, & ita eos supplet, peccat tamen, si animum supplendi non habeat, aut si eo ipso die non supplet, & in tali locum sibi vendicat nostrum notabile, & contenta in Corollariis eius. I I I. dico, quod ei, qui solus recitat, & videt se adeò prægrauari, somno securus est subsistere, & aliquantisper obdormire, & cœptū officium resumere, quam cum tanta & tam periculosa tentatione pugnare, si id per alia negocia, & honestas occupationes necessarias licet. Debemus si quidem curare, & à nobis remouere occasiones peccandi^o iuxta id quod in oratione Domini dicitur, Et ne nos inducas in tentationē P. I I I I. dico, Quod obdormire ad verbū vnum, aut alterum, dum tamen non dormiatur parte notabili horæ, vel Missæ, quæ cātatur, recitatur, vel auditur, non est peccatum mortale, licet aliquando sit veniale. In omni enim materia à mortali excusat paruitas, iuxta S. Tho.⁹ receptū, quem sequimur alibi^r. Qualis verò aut quanta pars dicatur notabilis, & qualis ac quanta non, dicitur cap. sequenti.

o. c. valet. 81. dist. d. c. poeniten. tit. 2. cum gl. poenit. dist. 3. p. Math. 6. q. Sec. 2. q. 59. art. 4. & alibi sepe. r. Ia. repe. c. iter verba. II. q. 6. j. * & in Manu. latino. c. II. n. 4. *

Cap. X. de integritate horarum tangit, 68. Conclusiones.

<i>Horæ integrè sunt dicenda, & non interrumpenda.</i>	nu. 1
<i>Horas B. Virginis quis præceperit recitari.</i>	nu. 3
<i>Horæ defunctorum quando obligatorie.</i>	nu. 4
<i>Horas dicens extra chorum ad quæ responsa tenetur.</i>	nu. 5
<i>Mandatum vniuersitati non obligat singulos.</i>	nu. 6
<i>Responsa chori non debet seruari aliam regulam.</i>	nu. 7
<i>Operum horarum hæc applicatio utilis.</i>	nu. 8
<i>Horas anticipans, & syncopans non satisfacit.</i>	nu. 9
<i>Damoni qui legebat syllabas in choro, &c.</i>	nu. 10
<i>Horis non satisfacit tardè veniens, & citò abiens.</i>	nu. 11
	Horis

<i>Horis scribendo, loquendo, &c. qui satisfaciat.</i>	nu. 12
<i>Horas Canonicas recitantes alia non dicant.</i>	nu. 13
<i>Recitanti proponens repugnantia vt peccat.</i>	nu. 14
<i>Chori errata malè emendans vt peccat.</i>	nu. 15
<i>Horæ dimidium dicere quo iure sufficiat.</i>	nu. 16
<i>Consuetudo optima interpres etiam in hoc.</i>	nu. 17
<i>Damasus iussit psalmos alternatim cani.</i>	nu. 18
<i>Recitantur alternatim etiam alia quam psalmi.</i>	nu. 19. & 32
<i>Missas alternatim dicere non satius.</i>	nu. 20
<i>Rosarium dicere alternatim an satius.</i>	nu. 21. & 25
<i>Gregorius xiiij. in statuendo grauisissimus.</i>	nu. 22
<i>Rutilius Benzonus Doctor laudatus.</i>	nu. 23
<i>Damasus lex de alternatim canendo non inuenitur.</i>	nu. 24
<i>Lex non aptatur ei, cui verba non aptantur.</i>	nu. 26
<i>Damasus non inuenit, sed iussit cantum alternum.</i>	nu. 27. & 34
<i>Religio fouendo, & augenda.</i>	nu. 29
<i>Corona D. N. Iesu Christi quæ.</i>	nu. 30
<i>Corona alternatim dictio ad quid utilis.</i>	nu. 31
<i>Lex de alternatim psallendo vt est extensa.</i>	nu. 33
<i>Legem etiam pœnalem extendit ratio eadem.</i>	nu. 35
<i>Recitandi quinque Pater noster, & Ave Maria modus nouus.</i>	nu. 36
<i>Corona S. Mariæ diuersis horis dicta an, &c.</i>	nu. 37
<i>Actus quis continuus esse debet.</i>	nu. 38. & 40
<i>Offitium diuinum captum, perficiendum.</i>	nu. 38
<i>Rosarium Virginis per partes dici solitum.</i>	nu. 39
<i>Visitatio Ecclesiarum diuersis fit horis.</i>	nu. 40
<i>Oratio publica vt magis perficienda quam priuata.</i>	nu. 42

NOTA X. ex illis verbis (incumbere ad preces toto corde debemus) debere nos horas integrè recitare, licet enim illa intellectum alium magis genuinum habeant, vt postea ostendemus: Quoniam tamen hic à veritate alienus non est, & proposito nostro plurimum conuenit, eum nunc eligimus, & confirmamus illo concilio Agathen.^a Missas secularibus die Dominico totas audire præcipimus, ita vt ante benedictionem sacerdotis populus egredi non præsumat. Confirmatur etiam illo Concilij Toletani.^b Nullus Ecclesiæ miniister officia Ecclesiæ imperfecta præsumat omnino relinquere. Cōfirmatur denique legibus.^c quæ statuunt non liberari debitorem solutione partis, & quia

a c. Missas. supra ead. b c. cū ad celebrandū ead. dist. c. I. plate. d. familer. dist. I. Tuor. h. Lucius ff. de

inciuite est loqui alicui Principi lubenter auscultanti, & alloquio non finito ad alios sermonem conuerrere, & cum aliis negotiari.

Ex quibus omnibus colligitur Primo, nos non solum tene-²ri ad integrè recitandas horas, verum etiam ad non interrumpendum eas cœpras.

II. Quod præcepto antiquo qui tenebatur recitare horas ³ canonicas, tenebatur etiam recitare horas minores B. Virginis, quæ sunt pars horarum Canonicarum. Quicquid enim Albertus cum communi asserat, ^d Urbanus Papa II. in Concilio Claramont. quum decretum fuit bellum sacrum, quo recuperata fuit terra sancta, præcepit eas dici singulis diebus, & eius officium maius sabbato, vt glo. quædã asserit. ^e

III. Sequitur obligatum ad horas Canonicas etiam tene-⁴ri ad officium defunctorum diebus, quibus Breuiarium, aut regula secundum quæ recitat, præcipit generaliter omnibus, qui secundum eam regulam, aut Breuiarium recitare debent: Est enim tunc pars horarum Canonicarum, statuto, aut consuetudine licet non iure cõmuni scripto, secundum Io. de ligna ^f Palud. & Cardinal. S. Sixti ^h Io. And. i & communem. Dixi (quibus Breuiarium, aut regula illud recitare præcipit generaliter omnibus.) Si enim duntaxat præciperet recitari in choro talis, vel talis Ecclesiæ, aut talibus, vel talibus Canonicis, aut clericis, alij ad id non tenerentur, iuxta eodẽdem: Sequitur item, verum esse illud Thomæ, puta scholasticum beneficiarium obligari recitare in scholis officium defunctorum, q̄ ordinariè in sua ecclesia toties vel toties, his, vel illis diebus dici debet, licet non illud, quod extraordinariè dicitur ad preces alicuius, vel in mortuo sepeliendo.

III. Sequitur omnes clericos huius Episcopatus Conybricen. ad horas dicendum obligatos teneri recitare de defunctis diebus ferialibus, & solos Capellanos omnibus diebus, quibus non occurrit festum duplex, vel octaua, quia illud generaliter per regulam ordinariam omnibus præcipitur: hoc vero non, sed duntaxat prædictis Capellanis statuto, vel ratione particulari.

V. Sequitur, Responsorium quod pro defunctis, in sine ⁵ Pretiose in hoc episcopatu dicitur ab omnibus clericis, tam intra hanc ecclesiam Cathedralẽ, quam extra eam, a recitantibus dici debere. Alia vero responsoria, quæ dicuntur in sine singularum horarum in diebus, quibus non occurrit festum duplex, vel octaua, non nisi à Beneficiariis, & Capellanis

d In Rep. capit. 1. de celeb. missar. quæst. 29. & 30. cū Caiet. in sūma ver. Horæ. e in prag. sanct. titu. quomodo diuin. offic. ver. dicturi.

f In rep. clem. 1. de celeb. missar. quæst. 12. g In 4. d. 15. col. 3. h In 6. 1. 97. dist. ar. 15. & 16. i In cap. 1. de celeb. missar.

lanis prædictis. Illud enim ordinariè omnibus generali & particulari respectu præcipitur. Hæc autem respectu priuato ob bona in id legata huic Ecclesiæ præcipiuntur Beneficiariis. Occurrit tamen difficultas non leuis, An Beneficiarij eius extra chorum horas suas recitantes obligentur recitare prædicta responsoria? Et pro indubitato habeo nõ teneri eos, qui non lucrantur distributiones illius horæ. Quod autem obligentur ij, qui absentes eas lucrantur facit, Quod S. Thom. ^k sentit Beneficiarium studentem teneri recitare in scholis omnia officia, quorum distributiones, quum iis interest, lucratur. In contrarium verò vrget, quod maior beneficiariorum pars ea non recitat, quando non interest choro, & quòd ad multa tenetur chorus, & illi, qui ei intersunt, ad quæ absentes non tenentur, etiam si eiusmodi causa & ratione absint, quæ sufficiat, vt lucrifaciant distributiones quotidianas, in quibus sunt stare, sedere, aut geniculari, cum tale, aut tale quid dicitur, recitare responsoria defunctorum finita prima in corpore, aut claustro ecclesiæ, legere Calendas in Capitulo ad Pretiosam, Commemorationes item, Responsorias, hymnos, psalmos, & alia, quæ dicuntur in supplicationibus, Litanis, & missis, quæ sunt ab iis, qui intersunt. Facit insuper, quod absentes non tenentur agere commemorationem S. Clarae & alias, quas cum ea finito Completorio agimus, etiã si participes sint distributionum, quæ pro eis dantur. Postremò facit, quod quædam in ecclesiis Cathedralibus & Collegiatis præcipiuntur Capitulo, aut Collegio, animo ad id obligandi chorum, aut Capitulum, & non eorum singulos, quemadmodum præceptum ⁶ illud conseruandi genus humanum, Crescite, ^l & multiplicamini, non fuit datum singulis ea mente vt quilibet eorum obligaretur, sed toti vniuerso, ea mente, vt non decissent in tota multitudine, qui illud sufficienter adimplerent, vt post, & ante multos alios tradit B. Tho. ^m Ob quæ omnia consonantior iuri videtur hæc pars saluo eo, quod sub finem cap. finalis dicitur: Et ad adducta in contrarium ex Thoma dico, eum non dicere scholasticos esse obligatos ⁷ recitare omne id, ob quod lucrantur distributiones, sed non teneri recitare officia extraordinaria defunctorum, vt præsentis. Quia neque lucrantur distributiones, quas illi. Vnde potiori ratione, non obligatur ad dicta responsoria is, qui extra chorum ex priuilegio, vel iure

k d. Quod lib. 6. ar. 5.

l Genes. 1.

m 2. sec. q. 152. artic. 1. ad 1.

secundum aliud Breuiarium, & regulam recitat, quam choras, licet meo consilio, utriusque eorum partem in id sufficientem præstitim, & aliorum bonorum operum, quæ faciunt studente, legendo, aut alia negotia ecclesiæ vel sua peragendo applicarent in auxiliū eorum defunctorum, quorum gratia fundata sunt eiusmodi responsoria, saltem generaliter Deo dicendo, Suscipe Domine Deus iustam partem mearū precum, laborum, & operum, quæ tua iuuatus clementia passus fuero, vel egero, in satisfactionem eorum, quæ debeo his, quorum contemperatione mihi bene fit. Quam sane applicationem facere saltem tacite, omnibus Christi fidelibus expediret, uti non pauci faciunt expressè.

V I. Sequitur, non satisfacere præcepto recitandi horas eos, qui dum cantant, aut recitant, omittunt tantam partem versuum, psalmodum, vel deglutendo, corrumpendo, & syncopando verba, syllabas, vel literas, ita quod ex ita omissis, & corruptis fieret notabilis pars horæ. Qui enim id agunt, omittunt partem notabilem horarum, & consequenter non recitant eas integras, & præterea contraueniunt Concilio Romano¹¹ & Viennensi, & Statuto ecclesiæ Gallicanæ^p quæ illud grauius reprobauerunt, Maxime verò dum ait non debere nos recitare pronuntiando in gutture, aut inter dentes deglutendo, aut syncopando dictiones. Quod etiam satis dixit cōcilium Tridentinū: quatenus statuit ut omnes compellantur in choro ad psallendum instituto, hymnis & canticis Dei nomen reuerenter, distinctè deuotè que laudare. Id ipsum optime confirmat visio illa relata à S. Anton. q̄ de quodam patre sancto, cui videnti in choro demonem multa imponentem sacco, & interroganti quid imponere? respondit syllabas, & verba, quæ hi vel illi omittunt, inter dentes deglutunt, & malè pronuntiant, ut illos eius rei accusaret in iudicio futuro.

V I I. Sequitur, quod licet tarde veniens ad chorum sine iusta causa cepta iam hora, peccat venialiter, & quemadmodum qui modò cum causa, modò sine ea tarde venit, potest continuare cum choro horam inchoatam, lucrificando meritum, & distributiones quotidianas, si venerit tempore ab ipso statuto permisso, & meritum duntaxat consequendo, si aliquantisper tardius venerit, per infra^r dicenda, ita peccat mortiferè, si non supplet ea, quibus non interfuit, si partem notabilem cōstituebant, quia huiusmodi non recitat horam integram, si autem suppleuerit, excusabitur à pecca

n c. dolent
tes. de ce-
lebr. Miss.
o Clem. j.
de celebr.
Missar.
p. s. ff. 21.
titu. quali-
ter horæ
dicen. ext.
chor.
a Cap. 12.
ff. 24.
q. 2. part.
tit. 9. c. 13.
§. j. col. j.

r In hoc
colle cap.
nu. 44.

peccato tantum, quantum mox diceretur.

V I I I. Sequitur eum qui egreditur chorum, antequam finiatur hora, absque iusto impedimento, vel iusta causa, non solum perdere distributiones quotidianas, sed etiam saltem venialiter peccare, imò & mortiferè, si ob id omitteret partem notabilem horæ, & postea non suppleret eam pronuntiando per se. Quin & si supplet, debet præsumere se instigationi diabolicæ consensisse ob illam visionem D. Benedicti a D. Gregorio recitatam, scilicet, quod vidit diabolum extrahentem quendam monachum per extremitatem cucullæ à choro, antequam finiretur hora, & disciplina D. Benedicti diabolum fugatum fuisse.

- 12 I X. Sequitur non adimplere id, ad quod tenentur, qui dum horam chorus cantat, aut recitat, subscribunt epistolis vel instrumentis ab aliis scriptis, aut legunt, loquuntur, negotiatur, rixantur, vel faciunt intra vel extra chorum per se solos, vel cum aliis aliqua ab officio diuino aliena, & ab attentione debita distrahentia, siquidem paria sunt non adesse, & canere vel recitare agendo attentioni debita repugnàtia, per supradicta de eo, qui obdormit, & infra de attentione necessaria dicenda, imò hoc est peius illo, ob scandalū, & malum exemplum. Quod ipsum eadem ratione dicendum est de his, qui audiunt missas obligatorias, & faciunt, vel dicunt prædicta saltem dum sacerdos quidpiam pronuntiat elata voce in altari, excepto quod non sunt tot, quæ repugnant attentioni necessariae ad audiendam missam, quod attentioni necessariae ad bene recitandum, & canendum, repugnant.
- 14 X. Sequitur ratio ob quam in concilio Basillensi^r in hac & aliquibus aliis Ecclesiis statutum est, quod nemo in choro dum canitur in missa, aut recitatur hora, legat, aut recitet aliud quicquam præter id quod canitur, & recitatur, siquidem interim dum recitat, aut legit aliud, non potest recitare, aut canere id ad quod tenetur.

X I. Sequitur, quam apertè condemnant se ipsas nonnulli, qui grauius reprehendunt eos, quos vident recitare aliquid in Breuiario, vel alio libello precatório dum canitur vel recitatur in choro, & absque vilo scrupulo ipsimet loquuntur, negotiantur, intendunt, ridet, iocantur, legunt epistolas, petitiones, & promissiones subsignant, dant & accipiunt nuncia commissa, & responsa. Nam si malum est recitare & laudare Deum vno modo tempore, quo alio modo oportet recitare & laudare, nonne peius erit se vel alium recitan-

s. dialog.

t In titu.
quomodo
offic. fit di
con.

varg. c. Cū
incūdit
de electio.
Auct. mul-
to magis
C. de sa-
crof. ec-
clia.
x c. fin. de
Iain. f. Qui
occidit. §.
in hac ff.
ad l. Aquil.
y ad Rom.
1. & c. i de
offi. deleg.

tem aut canentem per predicta impedire? ^v

XII. Sequitur, cum qui rogat vel causam dat, quod legatur, scribatur, verba fiant, recitetur aut aliud quippiam recitationi, vel cantui debito repugnans fiat, peccare. Quoniam qui dat occasionem damni, damnum dedisse videtur, ^x & is cui placet peccatum elienum peccat. ^y

XIII Sequitur eos qui corrigunt aut emendant scandalizando, murmurando, vel ridendo barbarissimos, sole-¹⁵ cissimos, accentus, malè moderatum cantum, vel pronunciationem prauam eius, qui legit, vel cantat in Missa, aut choro, & super eo contendit cum aliis, alienando se ipsum & alios ab attentione necessaria eius, quod postea recitatur, vel canitur, plus peccare, quam is, qui errauit. Nam is peccauit in vno vel altero verbo, syllaba, vel accentu, & qui sic corrigit omittit dicere, vel audire multa verba, & interdum versus, quos chorus vel lector recitat, & distrahit alios ne etiam audiant, vel dicant.

Primo queritur circa hoc notabile, qua ratione vel quo iure qui canit vel recitat in choro, vel extra cum cum aliis, satisfacit canendo, vel recitando dimidium horarum & etiam, qui non præcinit, vel dicit lectionem, vel collectam aliquam, neque inchoat antiphonas, quando ore canuntur, nec eas dicit quando recitantur, eo quod ista faciant, vel dicant alij pro omnibus? Ad hanc questionem Respon-¹⁶ deo primò, quod licet non reperiatur lex vlla in id expressa in iure cõmmuni, est tamen cõsuetudo generalis à toto orbe Christiano recepta, dictans. Quòd qui recitat in choro aut extra cum horas cum sociis, satisfacit dicendo dimidium psalmorum & versiculorum, & audiendo alterum dimidium, audiendo item orationes, capitula, lectiones, antiphonas, responsoria, & alia, quæ iuxta consuetudinem chori, vel eorum, qui simul recitant, dicere non solet nisi vnus, vel duo. Quandoquidem consuetudo habet vim legis ^a etiam in hac materia. ^b & omnium interpretum certissimus est in rebus incertis consuetudo, ^c & ita sentiunt ¹⁷ Henricus ^d S. Anton. ^e & Paludanus, ^f & vltra ea quæ ipsi dicunt facit, quod Papa Damasus ^g statuit, vt alternatim caneretur psalmi in Ecclesia, vt nunc fit, & non totus psalmus ab omnibus confusè, vt olim fiebat, & nunc etiam fit à Iudæis; nec ita, vt totus recitaretur vel caneretur ob vno solo audientibus aliis. Quod ait Ioan. Cassianus ^h monachos Ægyptios seruasse.

II. Quòd

19 II. Quod ex hoc sequitur singularis illa decisio Paludani, ⁱ quod qui tenetur dicere officium defunctorum, vel psalterium, aut aliud simile, præcepto confessarij, rogatu vel ordinatione defuncti, satisfacit dicendo dimidium, & audiendo reliquum per versus, vt fieri solet, & quòd duo vel plures obligati ad recitandum singula psalteria, satisfaciunt recitando, & audiendo vnum alternatim per versus, & si secus dicendum sit de duobus vel pluribus, qui tenerentur dicere singulas missas, non enim sufficeret, quod vnus eorum eam diceret, adiuuantibus eum aliis, Sacrificium enim missæ, vt & alia sacramenta, operatur ex opere operato, & non solum ex opere operantis, id est absque consideratione operantis, vt idem declarat.

Secundo quero, An satisfaceret sue obligationi obligatus dicere aliquem certum numerum Ave Maria, vel Pater noster, qualem habent Corona, Psalterium, vel Rosarium virginis Matris, qui recitat illa cum alio alternatim, eo modo, quo ego frequentissimè solitus sum facere iter faciens, & interdum domi manens, vel ad stationes iens cū familiaribus ²¹ meis, & aliis sociis & amicis, ita quòd omnes dicamus simul orationes Dominicas, & alternatim orationes, siue salutationes Angelicas. Ad quam respondeo primo quòd iam dudum impetraui ad cautelam verbo à S. D. N. Gregorio xiiii. gratiam, qua ita lucrificeremus indulgentias mihi & illis, qui mecum ita recitarent, concessas pro psalterio, vel corona, recitando sic alternatim, ac singulatim ac si confusè simul omnes omnia recitarem.

II. Quod donaturus latinitate hunc libellum Beatitudinem eius supplex orauit, vt sibi placeret partè affirmatiuam huius questionis approbare, & eam hoc in loco per me, pro lege, aut dispensatione promulgari, Qui pro sua summa dignitate, maxima sapientia, & cana prudentia, respondit cupere se prius, videre statutum illud Damasi Papæ, quo predicta precatio alternatiua inducta fuit: Quod mihi ha-²³ tenus non licuit inuenire, tamen illud etiam per alios quæsiui: & in his per D. Doctorem Rutilium Benzonum Romanum, virum, egregiè profecto pium & eruditum Canonicum Basilicæ Principis Apstolorum Vaticanæ Theologum, & in ea sacræ scripturæ continuum interpretem: qui mira diligentia attulit mihi quam plurimorum, tum recentium tum veterū, qui ea de re meminere, nomenclaturam, quorum tamen nullus adeò exprimit ac latina ^k & Breuia

i In. 4. dist.
45. qu. 2.
col. 3.

k In vita
Damasii.

a l. de qui-
bus ff. de
legib.
b c. Eccle-
sia. 12. dist.
c c. Cū di-
lectus. de
cõsuetud.
l. Minime.
ff. de leg.
d Quod-
li. 29. q. 30.
e. 2. par. tit.
9. c. 12. §. 3.
col. 3.
f In 4. di-
stin. 45. q.
2. col. 3.
g Platina
in ei^a vita
p. 3. pen.
h de Inst.
c. nob. li.
2. ca. 11.

1 In lect. 6.
ipſius fe-
ſti.

Breuiarium ſœcl. recor. Pij V. ¹ Platina quidem his verbis. Damafus inſtituit vt alternatim canerentur pſalmi in Eccleſia: Breuiarium autem his: Inſtituit Damafus, vt in eccleſia pſalmi, ab alternis canerentur.

III. Quod cum non potuiſſem inuenire præfati Damafi ²⁴ decretum, neq; eius tenorem, non redij ad S. D. N. ne tot & tantis curis obruto nimium eſſem moleſtus, ſed decreui ſalua ſua Sanctitatis, & cuiuſvis alius rectius ſentientis cenſura, cui me omniaque mea libenter ſubmitto dicere, quæ pro vtraque parte occurrunt. Pro parte namque negante facit primò, quòd verba decreti Damafi nò videntur aptari recitationi Pater noſter, & Aue Maria; quia ſolum comprehendunt pſalmos, & cantum illorum. At aue Maria & Pater noſter non ſunt pſalmi, nec recitatio eorum eſt cantus, ergo verba decreti non poſſunt eis aptari, & cui non aptantur verba diſpoſitionis, nec ipſa diſpoſitio aptatur. ²⁵ II. Quod quæ à iure communi exorbitant non ſunt extendenda, ⁿ & prædictum decretum Damafi videtur exorbitare à iure communi contento in principio huius capituli, videlicet quòd oratio dicenda ab aliquo, eſt ab eo integrè dicenda, & decretum limitat illud, ne procedat in obligatis ad cantandum pſalmos, ſtatuens, vt in eis ſufficiat canere dimidium eorum & audire dimidiũ. III. Quòd memini me videre in Gallis quendam Prælatum ita priuatim recitantem cum ²⁶ alio pſalmos, vt vnus præiret pronuntiando verſum ſequentem, & alter ſequeretur eum ipſummet verſum repetens, qui forſan, vt erat doctus, ſentiebat decretum Damafi, æditum de pſalmorum cantu non eſſe extendendum ad illorum recitationem, quanto minus ergo dicitur extendi ad recitationem Pater noſter, & Aue Maria?

Pro parte autem affirmante facit primo, quòd prædictum ²⁷ decretum Damafi non fuit ius nouum, quatenus diſponit, vt pſalmi poſſint alternatim cantari. Quia genus precandi alternatim in pſalmis & aliis fuit inuentum longiſſimè ante Damafum. Nam Theodoretus ^o citat B. Athanaſium hæc dicentem: Iſti duo admirabiles viri Flavianus & Diodorus, quanquam ſacerdotij adminiſtrationem nondum ſunt conſequuti, ſed annumerati Laycis, tamen noctu, & interdiũ ad pietatis ſtudium omnes ſedulo excitauerunt, Hi primi pſallentium choro in duas partes diuiſo hymnos Dauidicos alternis canendos tradiderunt, quæ res primum incepta Antiochia: vbique peruafit, & ad vltimas orbis terræ

ORAS

m c. Indē-
nitatibus.
ſupradicta
de elect. li.
6. §. toties.
ff. de dñ.
infect.
n c. quæ à
iure cōmu-
ni de reg.
iur. lib. 6.

o lib. 2. Hi
ſtor. eccl. c.
cap. 14.

oras peruagata eſt. Hæc ille. Et Socrates ^p ſic dicit. Ignatius Antiochia: tertius à Petro Apoſtolo epifcopus, qui cū Apoſtolis ipſis multum verſatus eſt, viſionem vidit Angelorum Sanctam Trinitatem hymnis alterna vice decantatis colaudantium, & formam canendi in ea viſione expreſſam Eccleſiæ Antiochia: tradidit, vnde illa traditio in omnibus Eccleſiis recepta eſt. Hæc ille. & Dionyſius Areopagita ^q videtur innuere morem canendi hymnos ad alterutrum quaſi vna concordia & conſona ſacrarum rerum chorea. Et in antiquo hymno Angelorum eſt illud, Alternantes con-crepando, melos damus vocibus, & Nicephorus ^r modum alternatim canendi pſalmos Ioanni Chriſoſtomo tribuit. Per quæ omnia concluditur longè ante Damafum licuiſſe cãtare pſalmos alternatim, & non ſolum pſalmos ſed etiam alios hymnos alias laudes & alias orationes: ergo licuiſſe & dicere etiam ſalutationes Angelicas, & orationes Dominicas alternatim dicere.

28 I I. Quòd Damafus non inducit licentiam canendi pſalmos alternatim, ſed neceſſitatem id faciendi in choris & ita ſicut per decretum eius non eſt inducta neceſſitas dicendi alternatim alia quàm pſalmos, ita non eſt ſublata facultas dicendi ea à choro, vel à multis alternatim, quia nihil de illis vetuit, vel præcepit & conſequenter Pater noſter, Aue Maria, & alia laudum cantica dicenda à multis, poſſunt dici conſuſe, & alternatim, eſto pſalmi canendi à choro debeant dici alternatim.

III. Quòd ratio quare iam inde à naſcente Eccleſia vtilè iudicatum eſt laudare Deum per hymnos, alias laudes, & cantica alternatim cantata, videtur fuiſſe, quòd alternatim & diſiunctim dicendo, vt plurimum eo attentius, deuotius, & intelligentius, quo diſtinctius dicuntur. Quæ ratio tam militat in multis obligatis ad dicenda dena, vel vicena, quadragena, ſexagena, vel centena Aue Maria, vel Pater noſter, ac in obligatos ad dicendos denos, vicanos quadragenos, ſexagenos vel centenos verſus vnus vel plurium pſalmorum. Ergo idem ius eſt in vtriſque. ^s

III. Quòd nemo iure naturali, Diuino & humano ſerena mente librato iudicabit minus ſatisfacere ſuo debito viginti obligatos ad dicendum quinquaginta Aue Maria, dicendo ita alternatim, vt plurimum, tertium quintum &c. dicerentur ab altera parte earum & ſecundum, quartum ſextum &c. ab altera eorundem, quàm alij viginti obligati ad dicendos

p lib. 6. Hi
ſtor. eccl. c.
cap. 8.

q de Eccl.
Hierarch.
ca. 3. par. 3.
nu. 36.

r Libr. 13.
cap. 8.

s I. illud.
ff. ad leg.
Aqui. c. du-
dum in 2.
de elect.

dicendos quinquagenos versus vnus, vel plurium psal-
morum, qui alternatim eos ita dicerent, vt primus, tertius quin-
tus, &c. dicerentur ab altera parte eorum & secundus, quar-
tus, quintus &c. ab altera eorundem.

V. Quod summa & fouenda est ratio quæ pro religione
facit. & ita sententia, opinio, & alia dispositio, quæ reli-
gionem, & pietatem fouet & auget, est fouenda. ²⁹ Et hoc
facit ex sententia. Tum quia vt prædictum est attentionem,
deuotionem, & intelligentiam erga dicenda auget, quod
plurimi est faciendum in præcibus. * Tum quia magnam
præbet occasionem iter facientibus, deambulantibus, & ad
tus euntibus & inde redeuntibus recitandi psalterium, co-
ronam vel rosarium Virginis Matris, quod est optimum, & ³⁰
antiquum inuentum precandi genus. Recitandi item coro-
nam D. N. Iesu Christi, quæ nouè inuenta & optima pre-
candi species est, & constat 33. Pater noster, & 5. Aue Maria,
quorum primum, in initio, secundum in fine decimi Pater
noster, tertium in fine vigesimi, quartum in fine trigesimi,
quintum in fine 33. est dicendum. Tum quia etiam præbet
occasionem sanctè cum memoria Dei & spiritualium con-
uerfandi parentibus cum liberis & patribus & matribus fa-
milias eum suis familiaribus multis horis, quibus oriaren-
tur, vel vanè aut malè sine Dei, & spiritualium memoria
conuerfarentur.

VI. Quod Palud. Y receptus & supra relatus dixit, quod
quemadmodum qui iure communi tenetur ad horas cano-
nicas satisfacit dicendo dimidium earum, & audiendo ali-
ud dimidium per versus, ita qui iure speciali poenitentia,
voti, vel statuti tenetur ad vnum psalterium, vel officium
defunctorum, satisfacit dicendo dimidium, & audiendo
aliud dimidium per versus, & eadem ratione idem dixisset
de illo, qui tenetur ad cantandum, vel recitandum Pro-
fana festi Corporis Christi, vel officium defunctorum, vel
alios hymnos, vel cantilenas pias extraordinarias. At ead-
em omnino ratio videtur de illo, qui tenetur ad dicenda
quinquagena vel cetera Aue Maria, imò ea parte maior, q̄
vnū Aue Maria non differt ab altero quātū vnus versus psal-
mi vel psal. ab altero Ergo idē dixisset de hoc, q̄ de illis. ³¹

VII. Quod si essent decem qui tenentur ad dicenda
centena Aue Maria, & simul cōuenientes dicerēt ea omnes
simul confusè, plane satisfacerent obligationi. At decētius,
distinctius, & gratius Deo videretur, si alternatim quinque
vnum,

2 l. sunt p-
sona. ff. de
religio. &
sump. fun.
v c. hno. de
ze iudic. c.
zelatū. de
restit. cum
concordia.
x cap. non
mediocri-
ter. de con-
secr. dist. 5.

7 In 4. dif.
45. quæst. 2.
col. 3.

a arg. l. il-
lud. ff. ad l.
Aquil.

vnum, & quinque aliud dicerent, ergo potius deberent sic
distinctè, quam confusè dicere, quia maius bonum minori
præferatur ^b & consequenter tantum, vel plus satisfacerent
alternatim, quàm coniunctim dicentes.

b c. licet
de regula.

VIII. Quod lex vlla de psalmis alternatim cantandis
³³ extensa est fere ab omnibus ad recitantes psalmos, imò & ad
cantes, & recitantes hymnos, profas, & quæ vocat sequen-
tia, imò & ad cantum & recitationem Capitulorum, Euan-
geliorum, Epistolarum, & lectionum, quæ cum in altari,
tum in choro recitantur, & cantantur, ergo eadem, & maiori
ratione debet extendi ad cantum, & recitationem magni
numeri Aue Maria, vel Pater noster à multis dicendum.

IX. Quod si S. D. N. ob aliquam piam causam præcipe-
ret, vt 50. Aue Maria cantarentur, vel recitarentur per ali-
quot dies in choris ecclesiarum, plerique omnes in choro
diu versati iudicarent ea omnia, & singula non esse cantan-
da, vel recitanda ab omnibus & singulis chori confusè, sed
alternatim, ita vt altera pars chori cantaret, vel recitaret
vnum, & altera alterum, quod profectò decentius, pientius,
& gratius Deo Virgini Matri, & populo ea audienti esset,
ergo pari ratione, si conuenirent in ecclesia vel extra eam
multi, qui tenerentur ad cantanda, vel recitanda quinquag-
ena Aue Maria, rectius facerent, si ea alternatim, quàm
confusè dicerent. At nemo negaret eos confusè dicentes sa-
tisfacere, ergo nemo negare debet eos alternatim id faciē-
do melius satisfacere.

³⁴ X. Quod non obstant argumenta in oppositum adducta.
Ad primum enim responderetur primo, negando quod Da-
masus induxit nouam facultatem canendi alternatim psal-
mos, quia vt probatum est longe ante illum alterna illa cā-
tio, & laudatio non solum licebat, sed præstabat cantioni, &
laudationi confusæ, quam in hodiernum diem Iudæi ser-
uant, & prædicti grauissimi patres laudibus efferunt eos, qui
eiusmodi alterna catione, & laudatione sunt vsi, & vt idem
facerent alius suaserunt. Nō tamē negamus benè dicere Pla-
tinam & Breuiarium prædictum, & alios multos, Damasum
instituisse prædictam alternam cantionem, quia cōcedimus
eum statuisse vt psalmi alternatim in choris canerentur, ita
quod post eius institutionem non licet eos confusè can-
re, sed ex eo, quod ipse præcipit illud fieri, non sequitur,
quod non licebat antea, imò iudicatur, quod licebat qui-
dem, sed non erat præceptum, qui est verissimus intellectus
illius

e L. non
possum. ff.
De legib.
c. Inter ce-
teras. de
rescriptis.
d. d. Ver.
Itaciz de
tempor.
Ordin. l. 6.
e In c. fin.
de Cōfiter.
f c. a Cum
dilecta de
cōfir. viil.
vel inur.

illius institutionis, & respōsio firmissima. II. respōdeo quōd
lex illa Damasi extendenda est ad casum propositum. Tum
quia ex similitudine rationis leges communes non pœna-
les extenduntur, & in casu proposito non tantum est simi-
lis ratio, sed etiam eadem: per quam etiam lex pœnalis ex-
tenditur de vno casu ad alium, iuxta quamdam glo. singula-
rem^d concurrente aliquo ex quindecim, vel septendecim,
vt super eo tradiderunt magno apparatu Domin. Philippus
Francus post Anton. de Butrio. Tum quia lex etiam limi-
tatoria extenditur ad casum similem^f vbi multa ex hoc
congerit Decius. Tum quia omnes extendunt eam ad re-
citationem alternatim faciendam, cum tamen solum de can-
tu loquatur. Tum quia omnes extendunt etiam eam ad cā-
tum, & recitationem hymnorum, prozarum, & corum, quæ
appellantur sequentia, & ad id genus alia. Quo fit vt merito
extendi debeat etiam ad Pater noster, & Aue Maria, in
magno numero à multis in choris, vel extra eos canenda,
vel recitanda.

Ad I. I. Respōdeo primo, negando quōd prædicta lex Da-
masi exorbitet à iure communi, quatenus permittit prædi-
ctam alternationem, quia vt prædictum est ante illum fuit
permissa, & laudata: 1. quod licet diceretur exorbitare à iure
antiquo quatenus induxit præceptum de canendo alter-
natim, cum antea esset solum consilium, & ita licet ex ea se-
queretur eos, qui tenentur ad dicendum magnū numerum
Pater noster, & Aue Maria, sine aliarum orationum mixtu-
ra, in choro non teneri de præcepto canere illa alternatim,
non tamen sequitur, quod non licet ea dicere alternatim,
nec quod alternatim dicendo non satisfaciant, quanquam
credo quod optimi choristæ, vt prædixi, iudicarent dicenda
esse alternatim, sicut cætera omnia, quæ possunt distingui
versibus, vel aliis modis in id aptis.

Ad III. Respondeo, quod ille de quo argumentum fit
nimium scrupulosus erat: Per quæ dicendum videtur in præ-
sentia, donec aliud decoctius exeat, præfatā quæstionem
esse problema: Cuius vtraque pars disputando defendi po-
test, & quōd pars posterior procedat quidem in Rosario vel
Corona sine præcepto dicendis, non autem in præceptis
sue iusta dispensatione.

Ex quo inferitur quid censendum sit de eo, quod ante cir-
citer 40. annos consuluit quidam pietatis, & eruditionis
ergo celebris, nempe quōd multi, qui ratione cuiusdam
confra

confratritiæ siue confraternitatis tenebantur certis diebus
dicere quinquies Pater noster, & totidem Aue Maria, facis-
facerent, si conuenientes in vnum ita alternatim ea dice-
rent, quōd vnus eorum quasi choraula diceret primum Pa-
ter noster, & secundum Aue Maria; & tertium Pater noster,
& quartum Aue Maria aliis audientibus, & alij dicerent illo
audiente primum Aue Maria, & secundum Pater noster, &
tertium Aue Maria, & quartum Pater noster, & postea om-
nes simul dicerent quintum Pater noster, & quintum Aue
Maria. Huius ego viri eruditi, & pij consilium & praxim se-
quitus, frequenter in memoriam quinque plagarum D. N.
Iesu Christi cum familiaribus, & lociis prædicta quinque
Pater noster, & quinque Aue Maria prædicto modo soleo
dicere, præmonendo ante vnumquodque Pater noster, in
cuius plagæ memoriam illud cum vno Aue Maria sumus
dicturi: Ante primum quidem Pater noster, per illa vel si-
mililia: In memoriam quinque plagarum D. N. Iesu Christi
dicamus quinque Pater noster, & totidem Aue Maria, &
primo in memoriam plagæ manus dexteræ, & dicto primo
Pater noster cum Aue Maria, per illa verba, In memoriam
autem plagæ manus sinistræ, & finito illo cum Aue Maria
per illa, In memoriam plagæ pedis dextri, &c. & post finem
omniaum versiculum, Adoramus te Christe, cum oratione,
Domine Iesu Christe, vt infra: § & quamuis aliis in contem-
plandis illis (quæ nobis ob oculos semp esse deberēt) plagis
frequentioribus, magis fortè profit solitaria illorum recita-
tio, mihi certe vtilior solet esse hæc cum aliis pronúciatio.

37 Tertio principaliter quæro. An obligati ad recitandum
aliquo die coronam, Psalterium, Rosarium prædicta eadem
die, sed diuersis horis eiusdem diei ex aliqua honesta causa
interruptis, perinde mereantur, & satisfaciant, ac si vnico
contextu, sine vlla interruptione ea perficerent? Super qua
quæstione sicuti super præcedenti cum Sanctissimum D. N.
consuluissim, Sanctitati suæ placuit, vt eam ad summum
Sacrae pœnitentiariæ prætorium viris vndequaque doctissi-
mis referentem referrem, quod cum fecissem, & varios in ea
re decidenda inuenissem, decreui, ne cuiquam molestior
essem, meam circa eam dicere sententiam, vt dixi circa præ-
cedentem, Salua S. D. N. & tanti Prætorij censura.

38 Pro cuius parte negante facit primo conclusio principa-
lis huius capituli, nempe quod horæ Canonicae, & alia di-
uina officia sint integrè, & sine interruptione canenda, &

h 1. j. §. j. l.
concluuus
ff. de verb.
oblig.

h heredes
palā. §. fin.
ff. de testa.
& l. hac cō
sulissima.
C. eod. tit.
k c. nihil.
7. 4. 1.

m Super 6.
in Leuiti-
co. de pœ-
nit. dist. 1.
notab. 36.
nu. 41.

recitanda. 2. quod vnus actus vnico tempore, & sine interrup-
tione fieri debet, vt stipulatio ^h, & vt testamentum ⁱ.
3. quod officium diuinum non debet relinqui inceptum. ^k

Pars autem affirmatiua videtur potius tenēda: Tum quia
omnes horæ Canonice vnus dici, licet sint vna oratio, vt
patet per diffinitionem Cardinalis S. Sixti, quam supra se-
quuti fuimus, tamen septem, vel octo horis interruptis
iuste perficitur: Ergo & corona Virginis Maris, quæ conti-
net quinque partes, quarum quælibet constat vno Pater no-
ster, & vna decade, siue decem Ave Maria, poterit dici quin-
que horis distinctis: Tum quia vsu receptum est, quod Ro-
sarium Virginis Maris, licet sit vna oratio, dicatur per tres
partes interruptas, quarum quælibet continet quinque Pa-
ter noster, & quinque decades Ave Maria: Ergo eadem, vel
simili ratione poterit & corona dici per partes: Tum quia
visitatio quatuor, quinque vel plurium Ecclesiarum facien-
da vno die pro indulgentia consequenda, vel penitentia
implenda, vel voto, vel promissione exequendis, potest fieri
per partes interruptas, visitando alias ante prandium, &
alias post illud, imò & aliam, vel alias diluculo, & alias aliis
horis, tertia, sexta, nona, vel sub noctem, modò eodem die
visitentur omnes, vt diximus in Cōment. de Indulgentiis ^m.
Ergo & rosarium, corona, & psalterium Virginis dicendum
aliquo die pro aliqua prædictarum, vel aliarum causarum,
poterit dici per partes, & horis interruptis. Quia negari non
potest, quin Rosarium dictum vno die diuersis horis eius,
non sit vno & eodem die dictum, & consequenter erit satisf-
factum obligationi dicendi vno & eodem die: Tum quia
licet vna decas Rosarij vel Coronæ continens decem Ave
Maria videatur indiuisibilis quoad illa, sicut vna septem
horarum Canonicarum quoad ea, quæ continet vna tamen
decas Ave Maria diuisibilis videtur ab alia decade, ac vna
hora canonica ab alia. Tum quia sicut facultas dicendi ho-
ras canonicas diuersis horis magnam tribuit occasionem
dicendi eas commodius, & cum frequentiore & continua-
tore memoria diuinorum, ita facultas dicendi præfatas
decades diuersis horis, magnam preberet occasionem fre-
quentandi memoriam Virginis Maris, & rerum diuina-
rum, & commodius, ac fortè deuotius eas dicendi: Tum
quia id præberet occasionem occupandi benè plurimas par-
tes temporis (quæ preciosissima res est) quam plurimis oc-
cupatis, qui perdunt eas, dum euntes ad Ecclesiam vel con-
grega

gregationes, & expectantes socios ad horas dicendas, vel
expedienda negotia, vel expectantes audiencias Magna-
rum Iudicum, aduocatorum, vel aliorum amicorum occu-
patorum, nihil agunt, nec recitant prædicta, putantes non
posse illa finire antequam congregatio aduenerit, aut au-
diencia præbeatur, aut alia, quam sperant, occupatio veniat,
& credunt, quod nihil proderit eis partem eorum dicere ad
effectum, vt censentur dixisse illa, licet post illas occupa-
tiones superuenientes ea perficiant. Qui si putarent posse
rectè dicere aliquam, vel aliquas decades Coronæ ad effect-
um vt dicendo postea alias censentur perficere coro-
nam, lubenter dicerent tunc illas, & lubentius post illas oc-
cupationes alias restantes. Tum quia emptio ⁿ, venditio, &
omnes contractus regulariter, excepta stipulatione, possunt
fieri per litteras & nuncios, & sic magno interuallo inter
consensum vnus contrahentis, imò & Matrimonium sal-
tem ante Concilium Trident. ^o imò & vt diximus, oratio
horarum Canonicarum, licet sit vna, potest tamen fieri sep-
tem vel octo horis interruptis. Et ita regulariter omnis
actus potest fieri per partes interruptas, exceptis his, in qui-
bus contrarium iura statuunt. At nullum ius naturale, Diui-
num, neque humanum statuit, vt Rosarium, vel Corona
Virginis Maris non possit per partes, & tempore interrup-
to dici, ergo poterit ita perfici. Tum quia non obstant in op-
positum adducta. Ad primum enim eorum respondetur pri-
mo, negando quod omnes horæ Canonice sunt vnico con-
textu simul recitanda, quamuis sint vna oratio, vt proxime
dictum est. 2. Concedendo, quod quælibet hora Canonica,
& quodlibet officium diuinum publicum, quæ publicè po-
pulo dicenda sunt, de quibus loquuntur iura in argumento
citata, debent dici sine vlla interruptione, cum ad euitan-
dum scandalum populi, tum ad euitandum tedium socio-
rum, cum quibus dicenda sunt: Nos autem loquimur de pri-
uatis precibus, quæ priuatè dicuntur. Vnde etiam hora Ca-
nonica publica, quæ priuatè dicitur, potest interrumpi ali-
quando sanctè, & cum merito, aliquando peccando, sed
adimplendo præceptum, vt colligi potest ex his, quæ latius
dicemus infra. ^p

Ad secundum concedo, quod aliqui actus, quò valcant,
debent fieri vnico contextu, sed nego, quòd omnes ita fieri
debeant, imò regulariter possunt fieri per tempore inter-
rupta, vt proxime probatum est.

n Iuxta
text. memo-
in princi.
Institu. de
obligat. ex
consensu.
o Iuxta. c.
vlt. de pro-
curat. lib.
6. & c. i. de
reformat.
matri. sess.
24.

p cap. 16. a
nu. 66. ad
78.

Ad tertium respondeo, quod preces priuatæ de quibus loquimur, non sunt officia diuina ecclesiæ, de quibus loquuntur iura in eo citata. Quare concludo eum, qui obligatus est ad dicendum Rosarium, Psalterium, vel Coronam Virginis Mariæ, vel Coronam D.N. Iesu Christi aliquo die, satisfacere dicendo ea eodem die horis interruptis, præsertim aliqua honesta de causa, & in finem tollendi otij, & non terendi tempus, saltem dicendi vnico contextu sine interruptione singulas decades eorum.

<i>Hora quam partem omittens peccat mortaliter.</i>	nu.	43
<i>Missæ pars notabilis quæ.</i>	nu.	43
<i>Hora pars notabilis quæ.</i>	nu.	44
<i>Chorum nemo post primum psalmum ingrediatur.</i>	nu.	44
<i>Horas publicas non expedit dicere secretè.</i>	nu.	45
<i>Oratio publica præstantior priuata.</i>	nu.	46
<i>Hora clarè, & non submissè ad hoc dicenda.</i>	nu.	47
<i>Maiores Chori cantare debere.</i>	nu.	47
<i>Hore omisio ob ignorantiam, incuriam, obliuionem, ignauiam, & contemptum vt alia ab alia differt.</i>	à nu.	48
<i>Horas omisissas supplens quis excusatur.</i>	nu.	49
<i>Suppletio horarum omisissarum vt excusatur.</i>	nu. 49. &	70
<i>Horas omnes vsque ad mediam noctem dici posse.</i>	nu.	50
<i>Hymnus Matutina potest dici vespere, & contra.</i>	nu.	50
<i>Matutinas debens matè gaudet hore debi a lapsu.</i>	nu.	51
<i>Hore vnus diei omisio an, & quomodo supplenda.</i>	nu.	52
<i>Hora vnus diei onus eiusdem solius.</i>	nu.	53
<i>Confessarius pœnitentiã quantam imponit.</i>	nu.	54
<i>Restitutio Deo faciendã à Papa minuitur.</i>	nu.	54
<i>Oratio quinque psalmorum quæ melior toto psalterio.</i>	nu.	55
<i>Pœnitens an debeat subire pœnitentiã meritam.</i>	nu.	56
<i>Restitutio ob horas omisissas & postea dictas.</i>	nu.	57
<i>Horas omisissas à choro an supplet dictio priuata.</i>	nu.	58
<i>Hora chori integrè dicenda, licet alias dicat.</i>	nu.	59
<i>Hora chori vt suppleantur per aliud Breviarium.</i>	nu.	59
<i>Horas vnus diei dicens Breviarium diuerso.</i>	nu.	60
<i>Oratio Dominica quando dicenda.</i>	nu.	61
<i>Breviarium Cardinalis S. Crucis qua parte inchoatum.</i>	nu.	62
<i>Oratio Dominica cur fit in fine, & vt faciendã.</i>	nu.	63
<i>Horas inchoant male nonnulli hebdomadarij.</i>	nu.	64
<i>Oratio præcepta deuotius fiat quàm consulti.</i>	nu.	65
<i>Demon incitat ad consulti vt abducatur à præceptis.</i>	nu.	66
	Exhorta	

<i>Exhortatio vt oratio præcepta præferatur consulte.</i>	nu.	67
<i>Psalterij artificium à Caset. apud exercitum.</i>	nu.	68
<i>Horas ex diuersis Breviariis dicere an sat sit.</i>	nu.	69
<i>Horam interrumpente pertinente ad eam non peccat.</i>	nu.	70



VARTO quæritur, quomodo respondendum sit ei, quod in statuto Ecclesiæ Gallicanæ statutum fuit, scilicet, Non esse adimendas distributiones quotidianas beneficiariis ad Mauritinas euntibus, priusquam finiatur Psalmus (*Venite exultemus*) & ad alias horas antequam finiatur primus psalmus, & ad Missam ante vltimum (*Kyrie eleison*) & consequenter præsupponit non esse necessarium recitare, vel cantare integrè omnia. Quod est contra notab. principale huius capituli.

43 Ad quam quæstionem dico primo, quod omnes & soli illi peccant mortaliter omittendo recitare, canere, vel audire aliquam partem diuinorum officiorum, qui id agunt per contemptum, vel cum notabili scandalo, aut omittunt partem notabilem per negligentiam, absque proposito splendendi vt debent.

I. dico, non videri partem notabilem Missæ solum introitum eius, vt determinat D. Anton. esse tamen (quicquid alias significauerim) eam, quæ durat vsque ad vltimum (*Kyrie eleison*) Tum quia memoratum concilium Basiliense id significat, quatenus, vt in quæstione proponitur, statuit, vt ei, qui ante finitum vltimum Kyrie non venit ad chorum, non debeantur distributiones Missæ. Tum quia D. Anton. determinat tertiam partem Missæ esse partem notabilem eius, & non eam, quæ durat vsque ad introitum, & tacens de illa, quæ durat vltra introitum, videtur consentire prædicto Concilio. Nec obstat, quod sunt aliquot constitutiones synodales, per quas distributiones lucrifunt ab iis, qui veniunt antequam finiatur epistola; Quia maioris auctoritatis videtur prædictum statutum Concilij per totam Galliam recepti. Itaque consulendum est ei, qui cœpit audire Missam post collectam die festo, audiatur aliam, aut saltem partem illam alterius, quam non audiuit, quia id sufficeret. Quoniam, vt aiunt Parisien. s. satisfacit præcepto, qui audit vnã partem vnus Missæ, & reliquam alterius, eo quod duabus illis partialibus auditionibus integratur auditio præcepta, sicut contra ex omissionibus duarum partium Missæ,

q Quo tēpo. quisq; debet esse in choro.

r vbi sup.

s Maior ius q. dist. 12.

quarum neutra esset pars notabilis, fieri posset una omiſſio partis notabilis, vt aliàs respōdi ei, qui omiſit partem Miſſæ vſque ad introitum, & diſceſſit ab ea ſtatim poſt Communionem.

II. Dico, poſſe dici non eſſe partes notabiles Prima, 44
Tertia, Sexta, Nonæ, illarum principia vſque ad finem primi pſalmi, nec ad effectum peccandi, neque perdendi diſtributiones quotidianas, Quia tam Conciliū Baſilienſe quàm ſtatuta communiter non reputant partes illas eſſe notabiles. Quod intelligendum videtur quoad effectum peccandi, modò ſuppleant priuatim illas partes, quas omiſerant, per dicta ſupra, & dicenda infra, quia non poſſet negari, quod omiſſio prædictorum principiorum vſque ad primum pſalmum ferè finitum ſit omiſſio partium notabiliſſi, cum ſit circiter tertia pars prædictarum horarum, & hymni tatis Pater noſter & Aue Maria, Deus in adiutorium, & hymno, cum parte primi pſalmi, & conſequēter, niſi ſuppleatur, inducet culpam mortalem, licet non inducat diſtributionis perditionem. Ex quo ſequitur aliquam partem eſſe notabilem ad peccandū mortaliter, quæ non eſt talis ad perdendū diſtributiones quotidianas: Notandum tamen, quòd nemo poſt finitum primum pſalmum durāte ea hora deberet ingredi chorum, etiā perdendo diſtributiones, aut incurrendo alias pœnas, quod aliquot religiones obſeruant, & ſeruare conſueuerant monachi Aegyptij, ſecundum Ioan. Caſſian. * * Quia cuiusmodi ingreſſus eſt occaſio multum diſtrahendi mentes eorum, qui cœperunt canere, vel recitare horam, ab attentione illis debita, ad cogitandum quare venit tam tardè, & tales occaſiones ſunt euitandæ, per hanc textum, vt infra dicitur. *

V. quæritur, An ſit vtilis repetitio aliquorum ſcrupuloſorum, qui quaſi murmuro ſupplent in choro vel extra illum principia horarum, Capitulorum, & aliorum, quæ de conſuetudine vnus ſolus dicit. Ad quam reſpondeo, quod non eſt vtilis, & minus neceſſaria ſecundum Communem opinionem, imò ſuperflua, & ita ſuperſtitioſa, & peccatum inquietans intellectum, cum ſit maius obſequium Dei audire illa deuotè, humiliter, & tranquillè. Quod ipſum dicerem de illis, qui celebrant Miſſam ſolenniter cum diacono, & ſubdiacono, melius videlicet eis fore audire epiſtolam, & euangelium deuotè, non dicendo illa per ſe, quàm antea recitare, & poſtea in deuotè audire.

Ex

1 cod. cap.
nu. 11.
v cod. cap.
nu. 48.

x de Inſti.
cœnob. li.
3. c. 7.

a s. Anton.
Palud. vbi
ſupra.

45. Ex quo ſatis inferitur, non eſſe tam vile & ſecurū, quàm multi exiſtimant (de quorum numero ipſe etiā olim fui) recitare priuatim prius in domo, aut in Eccleſia ea, quæ poſtea canenda, vel dicenda ſunt communiter in choro, eo prætextu, quod recitatio illa communis vel cantatio ſæpè ſit minus attentè, eo quod attentionis partem adimant partim errata aliena, partim propria, partim quod dictum ab vnis non ſatis auditur ab aliis, partim colloquia, aut nimis properus vnus vel alterius egreſſus, aut tardus ingreſſus, aut id genus alia.

46. Quod tamen non eſſe tam vile ac putatur, ſed ſæpè numero damnoſum probatur, tum per proximè dicta, ex quibus hoc corollarium inferitur: Tum quia quadantenus videntur errare, putantes orationem priuatim in domo, vel cubiculo, vel cella dictam eſſe meliorem ea, quæ publicè in communi ſit in Eccleſia, quod falſum eſt, vt probabimus infra b multis rationibus: Tum quia qui prius priuatim recitant horas, vt plurimum non curant ſatis circūſpectè eas recitare, eo quod iterum eas ſunt recitaturi, vel cantaturi, & poſtea eas recitantes minus attendunt eis, eo quod eas iam ſemel dixerint. Tum quia prædicta recitatio priuatim præmiſſa cauſa eſt, cur in choris minor ſit attentio, & maior negligentia, plura colloquia, & inquietudines. Nam cum qui hoc agūt vt plurimum ſunt primores, & cum exiſtimēt iam ſe ſatiſfecille præcepto, liberius colloquuntur, negotiis intendunt, ſilentium rumpunt, imò & omittūt aliquot verſus, vel partes eorum, quod non facerent, niſi iam prius recitaſſent, ſuntque exemplum, vt id ipſum alij minores agant, & ita ſit confuſio, & perturbatio, contra Concilium Toleta. c

47. Addo his, quod ad lucrandum diſtributiones quotidianas chori non ſufficit dixiſſe horas antea, vel dicere eas poſtea in domo, vel eccleſia, ſed oportet vt in choro cum aliis, vbi illæ lucrifunt, dicantur, vt dici poſſunt recitando, vel canendo cum aliis. Tum quia diſtributiones non dantur ſolùm eo, quod dicuntur, vel canuntur horæ, ſed quia dicuntur vel canuntur cum aliis in choro, vel alia parte Eccleſiæ, vbi, & quemadmodum ſtatutum eſt. Tum per illud ſingularè cuiuſdam Cardinalis d ſcilicet non ſatiſfacere præcepto dicendi horas ad lucrandum diſtributiones quotidianas, Canonicos, & Prælatos, qui ſunt in choro, & partem diſmidiam non canunt, etiā ſi recitent ſubmiſſè, & aliam di-

b in c. 179
nu. 21.

c c. in lo.
co. 5. q. 4.

d Calet. in
l'br. 17. reſp.
ſpon. reſp.
8. quæ eſt
in j. tom.
Opuſculo
rum Calet.
tani traſſ.
31.

e In d. re-
spon. 8.
f In ritu.
quomo. di
ui. offi.

midiam partem audiant, ob efficaces rationes ab eo adductas. ^e Quod confirmatur illo Statuto Ecclesie Gallicane ^f. Et cum psallendi gratia ibi conueniant, muta, aut clausula biba tenere non debent, sed omnes, præsertim qui maiore funguntur honore, in psalmis, hymnis, & canticis Deo alacriter modulentur. Confirmatur etiam eo, quod in aliquibus ecclesiis, velut in hac Conybricensi statutum est, vt præsidens possit mulctare omnes eos, qui existentes in choro non canunt cum reliquis, quod consonat his, quæ dictum Concilium paulò inferius addit. * Audio tamen id, quod etiam Extrauagans Pij. V. relata supra ^g significat statutis aliquarum Ecclesiarum lucrifici distributiones per solam præsentiam factam in choro, etiam sine cantu & recitatione: quæ nescio qua iusta ratione iustificentur contra prædicta, Nam illa, quæ insinuat Caiet. ^h scilicet, maiores chori non debere cantare, sed à minoribus cantata meditari, est expressè contra prædictum Concilium Basiliense, & contra se ipsum supra citatum. *

g cap. 7. à
num. 31.

h In sum-
ma verbo.
Horarum.
in sin.

VI. Quæro An omnes omissiones partium horarum sint equalis culpe, & an per supplementationem deleantur? Ad quod dico primo longè differre omittere per ignorantiam, incogitantiam, vel obliuionem recitationem alicuius partis horarum, & omittere per negligentiam, & omittere per contemptum. Quoniam quando per ignorantiam, incogitantiam, & obliuionem omittitur, communiter non est plus quam veniale, etiam si omittatur pars notabilis, eo leuius, vel grauius, quo ignorantia, incogitantia, vel obliuio est magis, vel minus culpabilis. Et si nulla in eis fuerit culpa, nulla quoque erit in omissione, vt sentiunt S. Anton. ⁱ Angel. ^k & Syluester. ^l Quando verò mera negligentia omittitur pars notabilis, est mortale: Quando verò per contemptum, est mortale, etiam si pars omissa non sit mortalis, vt dixi supra. ^m

i 3. par. tit.
18. c. 4. §. 5.
k Verb. ho
ra. §. 16. &
18.
l Verb. ho
ra. q. 12.
m In 4. q.
nu. 43.
n 3. part.
tit. 17. ca. 4.
§. 5.

II. Dico diuersos esse effectus supplementi omissionis, vt enim sentit D. Anton. ⁿ cum communi, supplementum eius, quod per ignorantiam, incogitantiam vel obliuionem omissionis fuit, regulariter excusat à peccato saltem mortali, non autem excusat eum, qui per contemptum vel veram negligentiam, saltem sine animo supplendi defectum id facit. Quoniam hic quando omisit peccauit mortaliter ob illum contemptum vel negligentiam, & licet supplementum eum excuset à peccato nouo quod committeret, si valens supple-

48

re non suppleret, non tamen excusatur à iam commissio per contemptum, vel per meram negligentiam sine proposito supplendi. Ex quo sequitur, quod nonnunquam is, qui tenetur supplere partem omisam, non excusatur supplendo à peccato mortali, neque omittendo supplere mortaliter peccat, Et alius, qui supplendo excusatur à mortali, qui si non suppleret mortaliter peccaret, Alius item, qui supplendo non excusatur à peccato mortifero, & si non suppleret, de nouo peccaret. Exemplum primi in eo, qui per contemptum omisit aliquam partem exiguam, quæ non est notabilis. Exemplum secundi in eo, qui per ignorantiam, inaduertentiam, aut obliuionem partem notabilem omisit. Exemplum tertij in eo, qui pura negligentia omisit aliquam partem notabilem, sine proposito supplendi. Maior pars huius dicti fundatur in eo, quod neque omisso, neque non suppletio partis non notabilis citra contemptum, est peccatum mortale, vt supra ^o dictum est, & quod peccatum mortale iam commissum sola pœnitentia, & non aliis supplementis deletur, quæ saltem virtualiter, non essent pœnitentia, vt tradit S. August. ^p receptus ab omnibus Catholicis deplorandos Lutheranos.

III. dico, quod qui omittit omnes horas, vel vnam, aut aliquam partem notabilem illarum siue per contemptum, siue per obliuionem, ignorantiam vel inaduertentiam, & eodem die ante mediam noctem recordatus fuerit illius omissionis, supplere debet quod omisit, iuxta communem, & toties peccat, quoties proposuerit, & deliberarit id non agere vt supra declaratum est. Pro hac sententia, quæ Communis est, facit illa conclusio supra ^q posita, scilicet, quod nemo recitans priuatim peccat mortaliter ob id solū, quod tardè dicat horas extra chorum, dummodò eas recitet ante mediam noctem. Nam si recitatio Matutinarum & Primæ post meridiem supplendo defectum Matutinæ, nos excusat à peccato mortali, necessario sequitur nos obligari ad supplendum, cum non supplendo peccaremus, verum tamen est, quod Cardinalis à Turre Cremata, & Alexandri. fuerūt in ea opinione, ^r quod lapsa tanta parte diei postquam hora matutinæ recitari non solent, non est quis obligatus ad eas recitandas magis, quàm si totus dies lapsus esset, in quod allegant Vmbertum, apud quem non reperi illud. Verum in id allego pro eis, quod dixit D. Tho. ^s Indecens esse dicere. Iam lucis orto sydere, hora Completorii, ob idque non

o ead. ca.
n. 43. & 48.

p c. omnes
ca. agūt. de
consecrat.
dist. 4. c. fir
missime.
15. quæst. 1.
Tho. 3. pa.
q. 65. art. 6.
& Commu
nis in 4. di
stin. 7. 4. * &
copiosius
ac resolu
tus in Ma
nuali con
fess. toro
c. j. *
q in ca. 7.
num. 6.

r In capi.
Presbyter
91. dist. hic
nu. 5. ille.
artic. 5.

s Quodli.
50. art. 29.

obligari eum, qui vno die omisit suas horas, illas recitare alio. Sed ad hoc dictum Thomæ responderi potest, negando id indecens esse. Tum quia qui dicit horas suas extra tempus eis correspondens, non refert, neque referre debet tempus de quo hymni, vel alij versus, aut antiphonæ loquuntur ad tempus, in quo eas dicit, sed ad tempus, de quo iusta ratione intelligendum est, vt singulariter dixit quidam Neotericus. * Tum quia, si quod dicit S. Tho. verum esset, neque imò minus posset dici Prima antequam illucesceret, quandoquidem iuxta veritatē non diceretur (*Tam lucis orto sperdere*.) Tum quod ecclesia quolibet anno in die Natiuitatis, imò & per totam octauā dicit (*Hodie natus est Saluator*) & in Paschate Resurrectionis (*Hodie surrexit*) in Ascensione (*Hodie ascendit*) & non propterea falsum dicit, vel indecens, quia referuntur ad alium diem similem, ante mille quingentos annos elapsum. Tum quod demiror, quomodo ipsemet D. Anton. Angelus, & Syluest. dicunt pro vna parte istud esse inconueniens, & alia ex parte asserunt, quod horæ omisæ suis debitis temporibus possunt, & debent dici eodem die ante mediam noctem, & ita præsupponunt posse dici hora Completorij hymnum Primæ, & Marutina. Tum quod idem S. Thom. v cum toto mundo dixit, aliqua de causa, aut aliquo bono respectu Matutinam alterius diei cum suis Laudibus posse dici vespera præcedente, & certum est multos hymnos Matutarum, & Laudum, non minus repugnare tempori, de quo loquuntur, recitando ea hora, quam hymnis Primæ dictus hora Completorij repugnat horæ Completorij. Quandoquidē hymnus Marutarum ferix secundæ, scilicet (*Somno resilius artubus, Specto cubili surgimus*) & hymnus ferix tertix (*Ales diei nunciis lucem propinquam præcinit*) & alij similes dicti vespera præcedenti, antequam cubemus, non minus, imò magis repugnant tempori, in quo dicuntur, quam hymnus (*Tam lucis orto sperdere*) repugnat vesperæ ipsius meridiæ, in qua dicitur, Tum quod neque S. Thomas, nec alius quisquam eorum, qui sequuntur suum dictum, negabit ante meridiem non esse quem obligatum supplere Primam eius diei, quam necdum recitauit, neque negabit hymnum (*Tam lucis orto sperdere*) repugnare horæ immediatè meridiem præcedenti illius diei. Ex his omnibus sequitur, quod stultè duo beneficiarj quodam die lætabantur, alter, quia lapsus erat meridiem, & alter, quia soliam occiderat, & necdum recitauerant Marutinas feriales proli

* Cabr. In Cano. Missæ lect. 13. col. 4.

v Quod. lib. 5. ar. 2.

prolixas, neque aliud quicquam vsque ad vesperas, putantes iam præteritum esse tempus officij Marutini, & quod non erant iam obligati illud dicere, sed duntaxat facere, quod in dicto sequenti diceret de eo, qui omisit recitare integro die. Sic enim duplici ratione aberrabant, Altera quidem, quod gaudebant præteritum esse tempus, in quo poterant excusari à peccato mortali, Altera verò, quia minoris faciebant mortiferè Deum offendisse, ob quod æternæ poenæ rei fiebant, quam laborem laudandi aliquantulo tempore diuinam eius Maiestatem.

51. II II. Dico, quod qui vno die omnes suas horas, aut vnā vel aliquam partem notabilem illarum omisit non teneretur lapsus eo die dicere illud ipsum, quod omisit, vt determinat S. Tho. * quem sequuntur omnes Theologi, & ante eum dixit Innoc. iiii. probatus ab omnibus Canonistis, alibi, v & à duobus Cardinalibus cum Archidiacono alio in loco. ** Cuius dictatio secundū S. Tho. est Quod ineptum, & insolens videtur dicere officium quadragesimale tempore Resurrectionis. Quam tamen rationem non omnino concludere satis ostendi potest per tradita in præcedenti dicto, & quod neque ipse, neque alius negare potest dici passionem, & alia diuina officia quadragesimalia tempore resurrectionis ex deuotione. Et quod omnes fateantur, quod si is, qui omisit officium vnus diei, vel multorū, vellet de nouo recitare, pro satisfactione beneageret, licet ad id non teneretur, Ratio tamen vera huius dicti mihi videtur esse illa, quam sentit Petrus de Ancharano, ** videlicet, quod præceptum dicendi horas, sicut & ieiunandi, tam est annexum diei, vt eo lapsus non possit impleri, quandoquidem non potest recitari, sicut nec ieiunari illo die, qui iam lapsus est; & consequenter non obligat, quia non est possibile impleri, & ideo non est necesse imponere omittenti poenitentiam dicendi totum officium omisum, sed aliud, quod confessarius arbitrabitur.

Contra hæc tamen facit primo. Quod Confessarius videtur teneri iniungere ei, vt dicat omne officium omisum, aut agat opus aliud æque bonum. Quoniam communiter Palud. b & alij dicunt iniungendum esse in poenitentiam aliud, quod æque vel magis placeat Deo.

2. Quod q̄ tenetur recitare ratione beneficij; & nō recitat nō solū offendit Deum, cui satisfacere potest per poenitentiam arbitrariam, sed etiā homines viuos aut mortuos, q̄ fundarūt benefi

x Quod. li. 3. ar. 29. y In ca. 1. de celebr. Miss. z In cap. Presbyter. gl. dist.

a In cap. 1. n. 20. de Cele. Miss.

b In 4. d. 15. quest. 1. col. 6.

beneficium, & eos, qui reditus exolunt, aut pro quibus recitare oportet, & per consequens videtur, quod sicut qui iuravit Deo dare mihi singulis diebus vnum ducatum, si mihi dare omittat integro anno, licet pœnitentia arbitraria possit satisfacere offensæ Divinæ, illi tamen, quod mihi debet, nō potest, nisi persolvat mihi tot ducatos, quot sunt dies in anno. Ipse enim Palud^c loquendo de hoc dicit, quod restitutionem Deo faciendam potest moderari eius vicarius, non autem homini faciendam, quæ sunt verba notatu dignissima.

Ad priorem horum scrupulorum dico, non esse facile saluare Paludanum, & illius sequaces, hinc enim præsupponunt, ad veniam culpæ peccati omissionis horarum necessarium esse iniungere in pœnitentiam opera quæ de se sint æquæ bona, ac illæ horæ male omisissæ & illinc significant, sufficere dare in pœnitentiam septem psalmos, aut psalterium, aut aliud quippiam maius ei, qui omisit recitare vno die vel multis, nec satisfaciet, qui responderit, quod eius intentio fuit dicere, quod erat necessarium dare in pœnitentiam id, quod esset æquæ vel magis gratum Deo, quam pronuntiatio horarum omisissarum, atenta devotione pœnitentis, quamvis de se non esset tam græde, iuxta illud Hiero.^d 55 Melius est quinque psalmorum decantatio cum cordis puritate, ac serenitate, ac spiritali hilaritate, quàm totius psalterij modulatio cū anxietate, & cordis tristitia, non inquam satisfacit, qui hoc responderit. Tum quia iuxta veram opinionem, quam in vna parte^e defendimus, & in alia declaramus,^f non tenetur pœnitens acceptare in pœnitentiâ opera magis grata Deo, quam quæ omisit facere, quia sufficit^g propositum ea ex se faciendi in hac vita, vel patrii in Purgatorio. Tum quod non constat, neque cōstare potest pœnitentem istum maiore cum devotione recitaturū septem psalmos iniunctos in pœnitentiam, quàm horas omisissas, & indubitatum est, quod etiam si eas minore cum devotione recitaret, satisfaceret pœnitentiæ necessariæ ad absolutionem culpæ, licet non fortè totius pœnæ purgatorij. Tum quia quod ad satisfactionem Deo debitam attinet, considerari non debet, quid agere omisit, sed quantum in eo offenderit, quando quidem fieri potest, vt qui minus omisit, magis offenderit. Itaque tutius esse arbitror dicere, mentē Paludani & eius sequacium fuisse dicere vtile fore, sed non necessarium iniungere pœnitenti, & ab eo suscipi in pœnitentiam

^e In dist. 35, quest. 5, col. 6.

^d In c. Nō mediocriter de cōsec. dist. 5, e In c. cōsideret. §. Ponat se de Pœnit. dist. 5, cum scoto in 4. dist. 17. & alijs multis nostris contra alios quos ibi confutavimus. f In Mā. Contessar. c. 26, num. 30. *

tentiam rem æquæ, vel magis gratam Deo, quàm easdem horas omisissas recitare.

Ad secundum argumentum respondeo, illud plurimum vrgere eum, qui sequeretur opinionem illam communem, quæ vera erat antè Concilium Lateran. vltimum supra § à nobis relatum, scilicet Beneficiarios non fuisse obligatos ad restitutionem fructuum beneficiorum, eo quod nō pronuntiarent horas: Hoc enim argumento probatur obligari eos saltem ad satisfaciendum aliarum virtutum actibus, intentioni testatorum & benefactorum, quod tamen nil vrget post dictum Concilium, quoad omittentem horarum recitationem post sex menses elapsos. Nam responderi potest, eiusmodi beneficarium pro rata temporis, quo omisit, non fecisse fructus suos, & obligari ad restitutionem eorū, non autem ad iterandum horas non pronunciatas, quorum noua pronuntiatio non liberaret à restitutione prædicta. Dixi (quoad omittentem horarum pronuntiacionem post sex menses elapsos.) Nam quoad non recitationem, iis currentibus idem etiamnum seruandum est, quod ante Concilium præfatum, cum quantum ad hoc nihil in eo sit mutatum.

58 V. dico Chorum, qui errat cantando horam aliquam, aut partem eius notabilem; non obligari ad supplendam eam cantando, vel conuenualiter pronuntiando, sufficit. n. vt singuli singulariter suppleant illum defectum, licet satius esset (si sine scandalo fieri posset) vt cantando, aut pronuntiando conuenualiter, quàm separatim suppleretur, iuxta decisionem vtriusque Cardinalis^h in Decretum scribentis valde singularem, & quotidianam.

59 VI. Quod quemadmodum pronuncians horas extra chorum iuxta formam Breuiarij Romani à Cardinale S. Crucis compositi, vel alius, obtenta ad id dispensatione, tenetur interesse choro, & pronuciare siue cantare horas vnā cum eo ad lucrificandum distributiones quotidianas, ita etiam si culpa sua serius accedens, aut citius egrediens, aut immiscens se rebus contrariis iis, quæ dicuntur, vel cantantur, omiserit partem aliquam notabilem, obligatur ad omisissam suppletionem, nec satisfacit dicendo horas iuxta formam prædicti Breuiarij, vel alius cum dispensatione. Tum quia qui sentit emolumentum,ⁱ sentire debet & onus ei annexum, & constat distributionibus, quæ in choro lucrifunt, annexum esse onus pronuciandi horas iuxta formulam breuia

^g In cap. 7, num. 36.

^h In cap. Clericus vltim. 91. dist. Card. quidem S. Sixti. 7. ar. n. 6. & Alexand. n. 5.

ⁱ In c. Qui sentit. de Reg. iur. in 6. l. secundum naturam. ff. eodem adu. dicit glou.

breuiarij ab eo recepti: Tum quia dispensatio, qua permittitur pronuntiatio horarum secundum formulam præfati breuiarij, vel alius extraordinarij, continet clausulam, qua iubetur sic dispensatus in choro recitare horas, secundum formam ab eo seruari solitam. Hæc autem decisio tam singularis, & quotidiana, quam noua limitatur primo, ne procedat in omittente prædicta iusta de causa, sine culpa, & peccato, puta quia est in capitulo, vel occupatus negotiis à statuta Ecclesiæ pro iusta causa habitis, etiam ad lucrificandum distributiones quotidianas. Tum quia auctores eius restringunt eam ad committentem sua culpa errorem in ea contentum. Tum quia cum subsistente iusta causa non teneatur recitare, aut cantare in choro id, quod à choro recitatur aut cantatur, non videtur obligatus ad pronuntiandum, quod tunc temporis in choro dicitur, aut cantatur, quia cessat ratio & causa prædictæ decisionis, qua cessante debet, & illa cessare, * Secundo, Limitatur prædicta decisio, ne procedat in eo, qui taliter omisit partem aliquam notabilem, vt non teneatur supplere ipsammet omisiam, sed aliud quid piam æquipollens, vt cum quis in prima, vel alia horarum, omittit aliqua verba, aut versiculos diuersorum psalmorum, quorum singula per se quidem partem notabilem non constituent, omnia vero coniuncta sic. Tunc enim obligatur ad supplendum, aliquid eis æquipollens, non autem eadem verba, & versiculos omisos recitandum, quia id esset quidam labyrinthus, & magna confusio. Quare supplebit dicendo vnum, duos, vel plures psalmos, qui contineant tot verba, & versiculos, quot ipse omisit, quia pronunciat plus, vel tantum, quantum omisit. tertio, Limitatur decisio prædicta, ne procedat cum horarum recitatio iuxta formam Breuiarij extraordinarij omnino, aut ferè conuenit cum ordinario. Non obstat, quod videri possum alicui præsupponere duo sibi repugnantia, nempe vt idem omittat partem notabilem horæ, quæ in choro pronunciat, & lucrificat distributiones eius quotidianas. Responderi enim potest, negando illa esse repugnantia, quia imò concurrunt in omnibus illis, qui non accedunt ad primam vel aliam horarum, vsque ad versum vltimum primi psalmi, & postea intersunt toti reliquæ parti horæ: Is enim omittit partem notabilem horæ, nempe orationem Dominicam, & Deus in adiutorium cum hymno, & toto ferè primo psalmo, qui tamen lucratur distributiones quotidianas. Et fateor non æquè facile hæc dici

& ca. Cum cessante de appell.

dici posse de egrediente ante horam absolutam, ac de tardè veniente ad eam. Statuta enim, quæ in hoc consonant Concilio Basiliensi, magis prohibent maturitatem egrediendi, quam tarditatem veniendi, & ita permittunt, vt veniens tardè etiam post partem notabilem lucretur, non ita egrediens sine licentia.

VII. queritur, quid dicendum sit de his, quorum alij non recitant Aue Maria ante initium horarum, alij omittunt Pater noster in fine illarum?

- 61 Ad quam dico primo, orationem Dominicam in fine singularum horarum dici debere iuxta Concilium Gerunden. ¹ cuius verba sunt. Id semper placuit, vt omnibus diebus post Matutinam, & Vesperas oratio Dominica à sacerdote proferatur. Et grauissimus ille doctor Hugutius (quem manuscriptum habeo) dicit idem fieri debere in fine cuiuslibet alius horæ, & quidem secretò, licet in ecclesia primitiua elata voce dici solet loco orationis, siue collectæ nostræ ætate cantari solitæ, quod obseruatum fuisse in S. Ioannis Lateranen. vsque ad suam ætatem, Guill. Duran. & speculator affirmat. ^m Quare iure mirari licuit, quod in Breuiario nouo prædicti Cardinalis S. Crucis præciperetur dici oratio Dominica cum salutatione Angelica in initio cuiuslibet horæ, quod nunquam iure communi fuit statutum, licet à multis vsu receptum, In fine verò nihil, cum pari labore dici possit in fine, ac in initio, & quidem consonantius iuri, quod prudentissimè, si satis expèdatur, fuit institutum. Tum quia aptissimum initium horarum est, (*Domine labia mea aperies*) & (*Deus in adiutorium meum intende*) à Damaso Papa inuentum, vel certè auctoritate auctum Apostolica, cum fuisset à Hieronymo inuentum, auctore prædicto Guill. ⁿ Tum quia omnium orationum præstantissima est Dominica, secundum omnes, & ideò maiori cum deuotione dicenda, quam reliqua omnia, & consequenter cum més ad orandū maximè est disposita, quod contingere videtur in fine horæ, iuxta eccles. ^o Melius est finis orationis, quam initium. Ob quas rationes toto tēpore, quo secundum formam dicti Breuiarij pronunciaui horas, solitus sum incipere quidè ab oratione Dominica, & salutatione Angelica, iuxta præceptum eiusdem, cōcludendo verò illam oratione Dominica sola, iuxta prædictum Concilium Gerunden. Quod licet de rigore iuris necessarium esse non dicerem, satis tamè æquū erat & rationale. Secundo, Quod longè vigilantius in hac

I c. Id sem p placuit. de consecra. dist. 5. q. 2. multie. & in his Lud. Romo. in sing. 52. commen-datur.

m libr. 5. Ration. titu. de his que in officio cuiuslibet horę col. 2.

n Specul. libr. 5. Ration. & titu. de his que in officio cuiuslibet hor. col. 5. o capi. 7.

in hac re disposuit sanctissimus ille don Didacus de Sousa, Archiepiscopus Bracharenfis, cum Breuiarium nostrum Bracharense composuit, dum postquam statuit ut initium omnium horarum sumeretur ab oratione Dominica, hæc addidit. Attento quòd de iure oratio Dominica absoluta qualibet hora dici debeat, ita fiat. *Qua* in re, meo iudicio, consentire voluit prædicto Specularori P. dicenti eam dici debere in initio, & sine, licet nullus textus in corpore iuris clausus in initio dici debere probet. * Breuiarium autem generale scilicet, recor, Pij V. omnes horas præter completoriam præcipit inchoari à Pater noster, & Aue Maria, & finiri per Pater noster, Completoriam vero finiri per Pater noster, Aue Maria, & Credo, per quæ ipsa præcipit incipi Matutinam & Primam, & declarat Pater noster in fine dictum seruire initio horæ sequentis, si continuo dicatur ^q, ordine profecto aptissimo, & grauissimo. *

vbi sup.

q In regu. de oratio. dominica.

III. Quod ex his sequitur, multos in Episcopatu Conybricensi, & toto Archiepiscopatu Bracharenfi pronunciare aliqua, ad quæ non obligantur, & omittere alia, quæ dicere tenentur. Plurimi enim recitant Aue Maria cum Pater noster in principio horarum: Alij commemorationem S. Sebastiani in fine quarundam horarum. Alij aliam S. Mariæ in fine aliarum, ad quæ nullo iure communi, nec regula particulari Breuiarij, aut consuetudine obligantur, omittunt autem in fine orationem Dominicam, siue pater noster à prædicto Concilio, & nostro Breuiario dici præceptum.

III. Quod modo contrario ei, quem seruare debemus, nos habemus erga Pater noster, quod dicitur oratio Dominica, eo quod sit à Domino composita. Cum enim illa omnium sit gratissima secundum S. Cyprianum ^r, & perfectissima ut post S. August. ^s probat S. Thom. ^t receptus ab omnibus, ideòque esset à nobis attentissime, reuerentissimeque dicenda, nulla communiter maiori cum incuria, & animi laxitate, & euagatione pronuntiatur, quam hæc in horis Canonicis. Multos, quamuis non plures quam oportet, videas reliquum horarum Canonicarum deuotè recitare, & alios aliquando psalmos Pœnitentiales, alios item salutationem Angelicam, aliàsve aliquas preces à doctoribus tum doctis, tum indoctis compositas magna cum attentione recitare, paucos tamen collatione aliorum videas dicere Pater noster ante aut post horas Canonicas, cum ea, qua oportet aut decet, deuotione, attentione, & reuerentia.

Interdum

r In ser. 6. pag. 22.
s Ad probam.
t Sec. 2. q. 89. art. 9.

Interdum quia præcincens aut hebdomadarius incipit (*Deus in adiutorium*) antequam nutu, aut verbis inuiter alios ad dicendum illud, imò ante finita cuiusvis generis negotiorum colloquia in medium proposita. Interdum hebdomadarius tam citò eam finit, ut antequam tu dimidium dixeris, ille totum deglutiat. Tu item deglutias reliquum dimidium, ut cum in (*Deus in adiutorium*) assequaris: Interdum hebdomadarius adeò in deuote, & frequenter ridens, vel ringens exorditur, ut satis negotij habeas in intendendo animum inciuilitati eius, ita ut nequeas intendere orationi Dominicæ, licet satius esset intendere ei, & per eam petere à Deo gratiam & deuotionem rectè orandi, tam præcinenti, & choro, quam tibi. Interdum omittitur in fine horarum, nisi quando vna post aliam immediatè dicitur. Er tunc quibusdam videtur potius dici pro initio sequentis, quam pro fine recitatæ, sed satius fuerit dicere vnum solum Pater noster, siue orationem Dominicam fini vnus, & initio alterius inseruare, ita enim ius commune, & regula Breuiarij per consuetudinem antiquam interpretata esse videtur. Esto enim haud sint lapsi post nostri Breuiarij Bracharenfis compositionem 40. anni ad inducendum consuetudinem legis Canonice derogatoriam requisiti, cum tamen hæc consuetudo non tam sit derogatoria, quam interpretatoria, cumque regula Breuiarij cum hac interpretatione sit recepta, videtur seruanda, per tradita à multis in diuersis locis ^v. Pro hac nostra interpretatione facit plurimum prædicta regula prædicti Breuiarij Pij V. qua vnum pater noster seruit fini vnus horæ, & principio alterius, quæ immediatè dicitur.

65 III. Nonnullos huius patriæ eodem planè morbo, quo multi aliarum terrarum, laborare, scilicet, quòd sumus deuoti in ea quæ tantum consuluntur, & non præcipiuntur, laxi verò, & quasi aliud agentes, in ea, quæ præcipiuntur, & non qualia, qualia, sed ut in vitam æternam assequendam necessaria. Quod clericos, monachos, & monachas videas deuotè, attentissimè, & cum lachrimis pronunciare preces illas: *Stabat mater dolorosa, Obsecro te, O Intemerata* & alias nulla lege præceptas: Qui iidem horas Canonicas, ad quas ordo sacer, beneficium, vel sacra religionis professio eos obligat, nulla ferè alia cura, & studio, quam choro & mûdo satisfaciendi, cum nulla, vel parua deuotione pronuntiant.

66 Quot credunt esse admonitionem Angeli lucis illam Angeli Sathanæ in Angelum lucis transformati, quam intellexi-

v Imol. post alios, in ca. cum iam dudum, depreh. Fe li. post alios in ca. quod super his de maior. & Roch. post Anto. in c. fin. de consuet.

L

mus à quibusdam viris egregie piis bona fide quibusdam nouitris factam, illam nempe, qua persuadet, vt ardentè appetamus quam citissimè quouis modo horas Canonicas finire, quo eis finitis alia deuotè meditando legamus, aut legendo meditemur, aut mentali orationi non præcepta intendamus? Non pauci profecto, quia etiam quamplurimis eiusdem instinctu contingere solet, vt toto pectore rei cuiuspiam non obligatoriarum incumbentes, parum rebus præceptis intendant: & tandem persuadeantur præferre accidens substantiæ, colorem saporis, consilium præcepto. Quot enim laicos videas audientes magna cum deuotione Missam B. Mariæ Sabbato, & de quinque plagis feriæ sexta, qui Dominico non interfunt Missæ obligatoriarum, aut interfunt quidem, sed confabulantes, & indeuotè ei corpore magis quam animo assistentes? Quare omnes, quotquot ad pronuncian- 67 dum horas canonicas obligamur, obnixè Deum precemur, vt eo inspirante iussa eius diuina humanis, & placita totius ecclesiæ particularium eius membrorum consulti præferamus, & consequenter Pater noster aliis omnibus, & horas Canonicas à tota Ecclesiâ institutas, aut approbatas aliorum preculis, petamusque ab eodem tantam ad recitandas omnes horas, præsertim obligatorias deuotionem, qua os, lingua^s, mens, sensus, vigor, Confessionem personent, flammescat igne charitas, Accendat ardor proximos. Nemôque credat soliloquia S. Augustini, Meditationes B. Bernardi, aut hymnos Prudentij præstantiores, & aptiores, imò neque pares esse psalmis, & canticis diuinis illius Prophetæ & regis, egregiique cantoris, & citharedi, carminumque compositoris sublimissimi, cuius in componendo carmine artem mirè quidam Neotericus, idemque Illustrissimus Cardinalis Yaperuit, qui vrinam eius psalmos 68 ita secundum vulgaram editionem enarrasset, ac aliam satis duram declarauit. Nitamur autem illos non solum edificere, memoriaque tenere, & cum debita pausa recitare, concinnòque tono canere, sed & eos intelligere, mentèque gustando videre, quanto compositio diuini spiritus præster compositioni humani.

VII. quaruntur duo, scilicet, An satisfaciatur obligationi pronuncian- 69 di horas Canonicas is, qui recitat partem earum secundum formulam Breuiarij trium lectionum à bo. me. Cardinali S. Crucis compositi, aut alius extraordinarij extra chorum cum dispensatione; Aliam autem partem in choro

x Sunt verba hymni, quæ ad tertiam quorundam dicuntur.

y Caiet. in comment. psaltes. de cœnno cōfecto.

choro secundum formam Breuiarij suæ diocesis, puta Matutinam, & Laudes domi ex extraordinario, Primam verò Tertiam & Sextam in choro ex ordinario, deinde Nonam ex extraordinario, Vesperas autè & Cōpletoria in choro ex ordinario? An item satisfaciatur is, qui sine priuilegio, aut dispensatione pronuncian- 70 di horas secundum prædictum Breuiarium trium lectionum recitat cum Domino, seu hero suo habente priuilegium, vt vnus vel duo possint pronunciare horas secundum iuxta formam illius Breuiarij vsque ad Primam, & reliquum dicit solus, eo quòd herus suus id solus pronunciauit, vel contrà pronunciat Primam & sequentes cum hero, & Matutinam solus.

Ad has quæstiones dico primum, me neutram hactenus partem earum mihi persuasisse, neque omnino dissuasisse. II. quod pro indubitato habeo, quod à nōnullis in dubium verti solet, nempe recitantem omnes vnus diei horas in choro, aut extra eum, secundum formam Breuiarij alicuius, secundum quam licet ei recitare ratione priuilegij sui vel alieni, vel iuris communis, non obligari ad pronuncian- 71 dum vllam earum secundum formam Breuiarij sui, etiam si horas diei præcedentis aut sequentis secundum eam recitet. Vnusquisque enim dies, eo saltem durante, suam propriam habet obligationem, cui nec post, nec ante illum satisfieri potest, vt suprà dictum est, & decisum ab Anchar. & Cosma. 2 per clara in hoc iura. III. dico quòd duæ quæstiones propositæ, mea sententia, possunt redigi in vnam, scilicet, An recitans partem horarum vnus diei secundum formam vnus Breuiarij, partem verò secundum alterius, qui secundum formam vtriusque potest satisfacere, satisfaciatur recitando horas vnus partis diei secundum formam vnus Breuiarij, & horas alterius partis secundum alterius formam. IIII. dico videri, quod satisfaciatur illis diebus, in quibus secundum vtrumque Breuiarium dicitur officium de vno eodemque sancto, vna eademque feriæ, vel dominica, maxime si quod recitatur secundum regulam Breuiarij extraordinarij sit prolixus, quàm quod secundum ordinarij. Tum quia nulla videtur esse lex nec ratio, quæ efficaciter necessario probet contrarium. Tum quia nullo iure obligatur quis ad pronuncian- 72 dum iterum vno eodemque die eandem horam legitime recitatam in eundem saltem finem, & est ignorantia cuiusdam superstitiosæ credere quæ obligari nullo id iure distante, secundum Papam Stephanum b, & Innocentiū III. c Dixi, in eundem

z In c. j. de celeb. Miss. nu. 20.
a In titu. Qualiter hor. dicend. sint verb. syncopando.

b c. consulti. 2. q. 4.
c ca. 2. de translati. Prælat.

finem, quia horæ debitæ recitatæ domi ad finem satisfaciendi præcepto pronunciandi horas canonicas, secundò recitari, aut cantari debent in choro, ad finem lucrificandi distributiones, quæ ibidem earum gratia dantur. V. dico me mihi in præsentiarum persuasum habere, quòd non satisfacit, si de alio recitatur in choro secundum formam Breuiarij ipsius. Omnes enim horæ diei, quæ secundum nonnullos septem, secundum alios verò, quos & nos supra sequuti sumus, octò numerantur, sunt vnum idemque officium, imò & vna, eademque oratio, vt supra dictum est. & intentio iuris Communis, imò & priuilegij quæ diligenter est consideranda, esse videtur, vt vnicum istud vnus diei officium integrè recitetur de vno: non autem dimidium eius de vno, & reliquum de alio, nisi quando id habet formula Breuiarij. Habet autem, quando in Nona inclusiuè finitur officium, in qua secundum Breuiarium Pij V. videmus finiri omnia festorum simplicitè, & ferialia extra resurrectionem, & octauas, quibus concedi potest recitari posse Matutinam vsque ad Nonam inclusiuè de vno secundum formam vnus Breuiarij, & vespertinam de alio secundum formam alterius, quia ratio huius dicti cessat in illis, vt palam est. Et quòd potest quis de vno & eodem sancto, vna & eadem Dominica, vel feria dicere partem, officij secundum formam Breuiarij eius, cum quo tenetur recitare, & partem secundum formam Breuiarij sui ex causis in duabus prædictis quæstionibus infertis, quia de eodem dicit totum officium, & mutatio illa modi parua dicendi quoad partem satis iustificari ex prædictis causis secundum mentem ordinatum Breuiaria quæ sequenda est.

e ca. Mar-
chion. l. q.
l. ca. fin. de
regul. iur.
lib. i.

IX. **Quæritur**, An qui quærent psalmos, antiphonas, vel transferunt libros necessarios ex vno loco ad alium, vel quærent, & adferunt prunas ad turificandum, vel ferunt & referunt nuncia necessaria, vel egrediuntur aliquantisper foras ad recreandum spiritum fatigatum, & idcò omitunt aliquam partem horarum vel Missæ, An, inquam, hi omnes peccant, & teneantur supplere?

Ad hanc nonam quæstionem Respondeo Primo. Quod 70 non peccant, si non plus temporis impendant in eis agendis, quam causa ipsa requirit, quia interruptio breuis pertinens ad horam, in qua illa fit, vel finem ipsius, non est mala, modo fiat sine scádalo, vt latius dicitur infra: Limita tamè hæc & illa iuxta dicenda infra, & prædictæ interruptiones sunt

d In ca. 7.
nu. 7.

f cap. 16. a
nu. 66.
g cap. 11.
nu. 38.

sunt eiusmodi, si plus temporis quàm sit necessè, non impendatur eis. 2. Quod si omiſsa fuerint pauca, & minima, non sunt necessariò supplenda, si autem fuerint tot vel tanta, quæ faciant partem notabilem, videntur supplenda sub pœna peccati mortalis, & si non fuerint tot vel tanta, quæ constituant partem notabilem, sunt tamen aliquantulæ quantitatis, tenebuntur supplere sub pœna venialis, argumento eorum quæ supradicta sunt, * & eorum quæ post Thom. h scripsimus in Manuali Confess. * i Quæ autem sunt huiusmodi partes boni viri arbitrio diffiniendum est k. Quod autem non omnis interpositio etiam mala efficiat, vt hora debeat repeti ab initio dicitur infra. l

h Sec. 2. q.
59. & aliis
locis.
i c. 11. n. 4.
k Arg. l. j.
§. de iure
delib. ca.
de causis
de officio
deleg.
l In d. c. 16
nu. 75.

Cap. XI. De causis excusandi ab horis, 42. Conclusiones tangit.

<i>Horis à dicendis quæ infirmitas excusat.</i>	nu. 1. & 3
<i>Horas dicas domi, licet non possis in choro.</i>	nu. 2
<i>Medici faciles ad excusandum ab horis.</i>	nu. 4
<i>Deo sine auctore salus male queritur.</i>	nu. 5
<i>Horas dicere excusatus, excusatur audire.</i>	nu. 6
<i>Clerici iubentur horas dicere, layci audire.</i>	nu. 8
<i>Horas qui non potest totas, vel solus, ad quid tenetur.</i>	nu. 9. & 12.
<i>Distributio non solita quæri sano, non queritur egrotò.</i>	nu. 10
<i>Præceptum quod non obligat ad totum, An obliget ad partem.</i>	nu. 11. & 16
<i>Dispensatus à ieiunio an possit edere carnes.</i>	nu. 11.
<i>Horas dicere qui nequies tenetur quærere socium.</i>	à nu. 13
<i>Reditus ecclesie differt in hoc à patrimonio.</i>	nu. 14
<i>Cæcus quis excusatur ab horis.</i>	nu. 14
<i>Horis à dicendis non omnis cæcus excusatur.</i>	nu. 14
<i>Horæ partem dicendi impotentia quæ excusat.</i>	nu. 15
<i>Horarum à parte dicenda paucos omninò excusari.</i>	nu. 17
<i>Horis à dicendis quosdam ineptè excusari.</i>	nu. 18
<i>Horas dicere excusatus ad quid aliud tenetur.</i>	nu. 19
<i>Beneficium capiens nesciens horas vt peccat.</i>	nu. 20
<i>Officij ignarus illud capiens vt peccat.</i>	nu. 20
<i>Culpa caret interdum qui in culpa fuit.</i>	nu. 21
<i>Beneficium accepturus prædicat horas.</i>	nu. 22
<i>Cæcus potius partem proprij officij dicat quàm, &c.</i>	nu. 23
<i>Horis à dicendis quæ dispensatio excusat.</i>	nu. 23

<i>Dispensare contra concilium legatus non potest.</i>	nu. 24
<i>Clericus indignus legere nesciens.</i>	nu. 24
<i>Dispensare nequit Episcopus super etate.</i>	nu. 25
<i>Vmbertus iuris diuini, & humani doctor præcellens.</i>	nu. 25
<i>Dispensat vt episcopus in formula horarum.</i>	nu. 26 & 29
<i>Horarum formam An episcopus mutare possit.</i>	nu. 27
<i>Episcopus quod lucrum turpe erat ex Breuiarij nouis.</i>	nu. 28
<i>Breuiario trium lectionum Cardinalis S. † vt liceat rti.</i>	nu. 30
<i>Papa potest dispensare super horis, sed vix id facit.</i>	nu. 32
<i>Martinus de Rada doctor Abbas laudatus.</i>	nu. 30
<i>Orare melius quam Studere.</i>	nu. 32
<i>Studium maledictum, ob quod dimittitur officium.</i>	nu. 32
<i>Studium non excusat ab horis.</i>	à nu. 32
<i>Horis à dicendis non excusat peregrinatio.</i>	nu. 33
<i>Horis à dicendis que occupatio excusat.</i>	nu. 34
<i>Author nulla se occupatione ab horis excusauit.</i>	nu. 35
<i>Horarum à parte excusant ad eas pertinentia.</i>	nu. 36
<i>Horarum partem vt debet non preuidens, quid faciet.</i>	nu. 37
<i>Horarum interruptio non omnis mala.</i>	nu. 38
<i>Horas Breuiarij defectu iuste omittit.</i>	nu. 39
<i>Horas iuste commutari in quatuor sic dicenda.</i>	nu. 39
<i>Confessaribus sic commutet horas commutandas.</i>	nu. 40
<i>Horis à cavendis non excusat ignorantia canonicorum.</i>	nu. 41
<i>Canere debent Primores in choro.</i>	nu. 42



a In ca. 2. & 6.
 b In c. 12. & 13.
 c In c. j. de celeb. Mis.
 d 91. dist. in princ. & in c. clericus victi.
 e In dicto princ. dist. 91.
 f I. impossibile. ff. de regul. iur. c. nemo ad impossibi. l. e. cod. tit. lib. 6.

NOTA XI. ex illis verbis (*Toto corde debemus*) quod obligamur ad orandum, & quod non vtcunque, sed ex toto corde id facere debemus, sed quia de horum priore dictum est supra^a, tractando quando, & qui obligentur ad orandum, præsertim per preces horarias, siue Canonicas & de posteriore videlicet modo orandi inferius^b dicitur hoc in loco tractabimus causas, per quas ab horis canendis vel recitandis excusamur. Quarum prima est aduersa valetudo, secundum Innoc.^c & alios omnes per illud Concilij Carthaginen.^d Clericus qui absque corpufculi sui inutilitate vigiliis deest, stipendiis priuatus excommunicetur. Per inæqualitatem corporis intelligitur exuberantia & defectus humorum, in quo consistit infirmitas secundum gl.^e Ratio huius excusationis est, quia ærotus nõ potest canere, nec recitare horas, & nemo obligatur ad impossibile f. Vnde inferuntur multa corollaria particularia. Primum, non quamli

quamlibet ægritudinem præbere excusationem, cum non omnis infirmitas tollat potentiam pronuntiandi horas, & secundum Innoc.^e Hostien. & pleròsq; omnes illa tantum excusat, qua ærotanti earum pronuntiatio directe aut indirecte obest, nobiliter scilicet. I I. esse aliquem morbum, quo excusamur quidem ab obligatione pronuntiandi horas in ecclesia & choro, sed non à recitandis iis domi, qualis est ille, quo quis efficitur impotens, ad eundem ad ecclesiam, & non ad eas domi pronuntiandù. I I I. esse morbum quo excusamur ab horarum recitatione vsq; ad meridiem, aut vespertas, & non toto die, qualis est febris Tertiana, aut Quartana statim à meridie cessans, ita vt medici docti & probi iudicio non noceat ærotanti illa horarum pronuntiatio. Dixi (probi) quia nonnulli tam sunt faciles in absoluendo ærotos ab obligatione, & legibus Ecclesiasticis, imò & ab ipsius Dei præceptis, ac si eorum ipsimet essent auctores, iuxta illud Ambros.^h Contraria sunt Diuinæ conditioni præcepta medicinæ, quæ à ieiunio reuocant, lucubratione non finunt, ab omni intentione meditationis abducunt, ita quod qui se medicinis dederit se ipsum sibi abnegat, hæc ille. I I I I. illum ærotum, qui potest serio loqui, & alia negotia profana tractare cum suis amicis, ab horarum recitatione minime excusari, quia hoc non est illo facilius. V. Iure quem mirari posse quod nonnulli certo scientes à solo Deo nostram dependere salutem, iuxta illud August.ⁱ Gratianoⁱ. Qui sine saluatore salutem vult habere, non sanus, sed æger ægritudine assidua laborabit, & quod ipse vult, vt eam ab eo in obsequiũ eius petamus, & ad hoc vt exoretur, & eam concedat, plurimũ expedire, vt voluntati eius satisfiat, & quod horarum deuitarum ommissio est ipsius voluntati parum grata, nihilominus tamen quidam tam facile id faciunt ob quamlibet leuem febriculam, ac si hoc nescirent, neque crederent. VI. Circa hoc querendum Primo. An ærotus excusatus à dicendis horis excusetur etiam ab audiendis: Ad quod negatiuè respõdet Girardus^k, quia hoc potest, licet illud non possit. Tum quia sibi videtur Hostien. hoc dicere: Sed contra tenendũ. Tum quia id non ait Hostien. sed aliud, quod ante illum dixit etiã Inno.^l quo ambo significant contrariũ. Aiunt enim infirmitatẽ excusare à pronuntiando horas, & fortè ab audiendo. Tum quia iure quidem cauetur, vt horas pronuncient clerici, non autem vt audiat, layci vero vt audiant, non vt pronuncient, vt singulariter

g cap. j. de celeb. Mis.

h cap. contraria, de consecrat. dist. 5.

i 26. q. 2.

k In tract. de assidu. oradi. q. 4.

l In c. 1. de celeb. Mis.

m In 4. d.
19. quelt. 5.
col. 5.

notauit Palud. ^m cuius dictum restringendum est ad eos, qui per se recitant. Nam qui recitans cum aliis excusatur, tenetur ad audiendam partem ab aliis recitatam, & ita licet qui non potest pronunciare horas, audire vero sic, audiendo quidem eas bene agit, non audiendo tamen non peccat. Tum quia si Girardi sententia esset vera, nulli, aut paucissimi ægroti excusarentur ab horis, cum paucissimi collatione aliorum inueniantur infirmi, qui eas audire non valeant. Nam & in articulo mortis constitutis leguntur Passio Domini, & alia solo auditu excipienda. Tum quia non obstat quod audire potest, quia non obligamur ad omnia, quæ possumus, sed ad ea, quæ nobis iubentur, & non iubetur clericis auditio, sed dictio, & ita qui nequeunt dicere excusantur à dictione iussa, & non obligantur ad auditionem consultam. ⁿ * VII. querendum esse secundo. An ægrotus vel alius, qui non potest dicere totas horas, teneatur dicere partem illam earum, quam potest, & si non potest dicere eas solus, & cum socio sic, teneatur dicere illas cum socio? Pro parte affirmante facit Primo, quod ratio qua excusatur ægrotus, vel alius à dicendis horis est, quia non potest eas dicere, ut prædictum est, quæ cessat in dimidio illarum, quod potest cum alio dicere, & causa cessante cessat effectus. ^o Secundo. Quod valet argumentum de toto ad partem. ^p Ergo sicut qui potest dicere totum, tenetur dicere totum, ita qui potest dicere partem, tenetur dicere partem. Tertio Quod sunt multi præsertim nobiles, & ditiores, quæ cū sani sunt, rarissime dicunt soli totas horas, sed tantum dimidium, & ita non videntur excusari à dicendo dimidium. Nam & qui solebat sanus ire ad Martinam, & omnes alias horas, lucratur cum est ægrotus omnes distributiones. ^q Qui autem tantum solebat ire ad aliquas, non nisi earum, ut colligitur ex Panor. ^q & Domin. communiter recept. ^r Quarto quod qui tenetur ad faciendum aliquid, si non potest facere totum, vel eo modo, quo iubetur, tenetur facere partem vel totum eo modo quo potest, iuxta illud Inno. iij. ^e quo respondit citatum ad certum diem teneri ad comparandum post illum quam citò commodè potest, si non potest comparere in illo, & qui tenetur ieiunare aliquo die, & consequenter abstinere à carnibus, & non comedere bis in illo, tenetur abstinere à carnibus, si potest, licet non à duplici comestione, à qua non possit, & dispensatus ut non teneatur ieiunare certo die, non censetur dispensatus ad comedendum

n 4. dist.
§. fin.

o ca. cum cessare, de Appellat.
l. Adigere §. Quævis ff. de iure pat.
p l. Quæ de tota. ff. de rei vendic. ca. Pastorialis §. Item si totum de offic. deleg. q ca. i. de Cl. ægrot. r in ca. i. §. Qui vero de cleric. nō refid. libr. 6. s ca. Cum dilecti de dolo & c. ca.

carnes

carnes in eo, ut trad. Caiet. ^t Quinto. Quod præceptum ecclesie si non potest adimpleri in totum, debet adimpleri pro parte, qua potest, ut idem ait, ^{*} quem nos retulimus, & sequuti sumus in Manuali Confess. ^v ut qui non potest ieiunare Quadragesimam totam, tenetur ieiunare partem eius, quam potest, secundum omnes, ^x & qui vouit seruare castitatem, & contrahit matrimonium, licet non possit eam seruare omnino, quia debet reddere debitum, tenetur seruare qua parte potest, & ita non exigere illud, ^y & iuramentum quod non potest seruari in totum, debet seruari quoad partem. ^z Ergo qui præcipitur dicere horas tenebitur dicere partem earum, quam potest, licet non possit totas, & si non potest solus, cum socio, si eum habere potest. Sexto, Quod alioqui sequeretur, quod qui sciret memoriter dicere horas vnius diei excepta vna, vel altera lectione, vna vel altera antiphona, aut aliqua parte notabili, puta psalmos vel hymnos aliquos, & careret Breuiario, vel socio, sine quibus non posset illas per se solum legere, vel inuenire, excusaretur à totis horis illius diei. Quod videtur absurdum, & ita non dicendum. ^a

Pro parte verò negante facit primo, quod nullo iure cauetur, quod qui non potest dicere totas horas, partem verò sic, teneatur ad dicendam illam, quam potest, ergo nec nos dicere debemus. ^b Secundo, quod si pars affirmatiua esset, vera, sequeretur quod nullus ægrotus excusaretur omnino ab horis dicendis, quia nullus adeo ægrotat ut nequeat aliquam partem earum dicere, quod est contra omnium sententiam. Tertio, Quod omnes horæ Canonice vnius diei sunt vna oratio, ut dictum est supra, ^c & ita qui non potest dicere totas, videtur excusari ab oratione illius diei, & consequenter à totis horis, & à qualibet parte earum. Quarto, Quod iura simpliciter, & generaliter excusant à dicendis horis ægrotum, vel alium, qui eas dicere nequit, & ab hac excusatione non excludunt eos, qui cum socio dicere possunt. Quinto, Quod nulla iura obligant ecclesiasticos ad dicendum horas cum aliis, nisi cum tenentur adire choros, ubi alij beneficiarij conueniunt, ergo nec nos obligare debemus. ^d Sexto, Quod non omnis obligatus ad horas potest alere socium, cum quo eas recitet, & obligatio ad recitandum aequè videtur omnes tangere, ^e & ita si aliqui excusantur à recitando cum socio, omnes excusabuntur à recitando cum alio. Septimo, Quod alioqui omnis clericus, qui

t 2. sec. q.
147. art. 7.

v capi. 27.
num. 22.

x In 4.
dist. 15.

y ca. si vir adiuncta doctri. Archid. communiter recept. 22. dist.
z c. Quem admodum §. fin. cum ei annota. de iureiur.

a li. Nam quod absurdum ff. de bon. li. c. dudum de Præb. li. 6.

b c. Consultuisti 2. q. 4. & cap. 2. de transla. præla.
c c. 7. n. 1.

d d. c. Consultuisti, & §. confideremus, in Auth. de Trien. & de mis. col. 3. e ca. 1. de celeb. Mis.

L 5

f In qui
bus sunt
recentio-
res omnes,
Ang. Syl.
& caiet. in
sum. fufus
inij verbo,
Horarum
ver.
Horarum,
g In di. c.
cap. 1.
h Si quis
cū totum.
ff. de exce.
re. iudic.

potest alere socium, teneretur dicere horas, quod videtur contra omnes, f qui dicunt simpliciter carentes visu excusari à dicendis horis. Octavo denique, quod Innocentius dicit hanc legem de dicendis horis non esse infirmis impositam, & qui absoluitur à toto absoluitur à parte. h

Hanc quaestionem tanti momenti, & passim occurrētem, nescio, quare nemo pro dignitate tractavit, cuius ego determinationem malle ab alio quouis pio, & erudito audire, quam facere. At quando apud neminem haec factam memini videre, dico primo, eam habere duas partes. Alteram, An non potens dicere per se teneatur querere socium, cum quo alternatim dicere possit? Alteram, An qui excusatur à parte, quam dicere nequit, excusetur à toto, cuius partem dicere potest. Secundo, Quoad priorem partem dico, non posse me mihi persuadere, quod est excusatus ab horis dicendis, qui potest commode habere socium, cum quo eas commode more solito alternatim dicat, siue aegrotet, siue sit caecus, siue aliter impeditus. Tum per argumentum primum, tertium, quintum, & sextum pro parte affirmante formatum. Tum quia alioqui sequeretur, quod habens beneficium decem millium ducatorum, qui sanus, vel aliàs non impeditus solebat dicere horas cum suis familiaribus, excusaretur ab eis propter tantillum oculorum dolorē, vel lipitudinem impediētem à lectione horarum, & inuentione dicendarum, quod videtur absurdum, & ita non dicendum. Dixi (commode) Quia si non habeat redditus Ecclesiasticos, vel patrimonij, ad quod est ordinatus, quibus socio satisfacere posset, non teneretur illum querere, i etiam si haberet alios redditus profanos, qui saltem non essent praedicti Patrimonij. Quia nullo iure teneretur impendere illos in seruitio ecclesiae vt colligitur ex Innoc. k à nobis extenso in Apologia lib. de re diti. l quatenus habet clericum posse alere se de re diti. ecclesiasticis, conseruando suos patrimoniales quibus voluerit. Tertio, Quoad eandem partem priorem dico, quod ex hoc infertur, pauperes clericos vel vix potentes se sustentare, & manichos, & monachas simplices non habentes quo socios ad recitandum secum conducant, excusari à dicendis horis, quas per se dicere nequeunt. Qua ratione auferem excusare quandam olim familiarem meum, & nunc amicum & coeum ab obligatione dicendi eas, quia vix quo se sustentet habet, quamuis eum recitantem eas cum puero ad id instructo laudo, & ad

3 Argu. l.
Nepos Pro
culo. ff. de
verb. sign.
& capi. fa-
ciet. 22.
quaest. 2.
k In capi.
Episcopus de
Præb.
l quaest. 1.
Mon. 30.
num. 1.

12
13
14

cum

est alendū aliquantula ex parte iuno. Quarto. Quod etiam infertur id quod Angelus Caiet. & Siluest. & alij, vt praedictum est, indefinite dicunt carentem visu excusari ab horis dicendis, intelligendum esse tantum de illo, qui non potest dicere per se, neque cum socio, vel non potest dicere per se, nec commode potest habere sibi socium, qui ad dicendum eum adiuuet. 5. Quod etiam infertur Clericos diuites profanis bonis, & pauperes ecclesiasticis, & patrimonij (saltem in ordinationis titulum dicati, non teneri de rigore iuris ad dicendum cum sociis, si per se nequeunt, nisi cum aliquis gratis eis sese offerret. Quamuis consulendum esset eis, vt socium ad tam pium opus conducerent. Sexto, Quoad alteram partem quaestionis dico, non excusari quem à dicendis horis propter quamlibet impotentiam dicendi partem earum. Nō enim videtur excusandus ab omnibus horis diurnis, & nocturnis, quas memoriter dicere potest, eo quod propter defectum Breuiarij, vel alicuius partis eius, vel propter caliginem oculorum, non potest dicere per se aliquam partem hymnorum, psalmorum, vel lectionum, quae memoria non tenet, nec potest legere propter oculorum caliginē, aut libri defectum; Sicut non excusatur à ieiunando quadragesima, eo quod excusetur à ieiunando aliquot dies, quibus non potest ob aegritudinem, vel aliam causam, secundum omnes. Septimo, Quod etiam è contrario non potest dici non excusari quam ab horis, ex eo quod aliquā partem earum dicere possit, alioqui vix vllus infirmus, caecus, aut aliter impeditus, qui aliquanto tempore consuevit recitare, excusaretur, quando quidem vix vllus talis est, qui aliquam partem earum memoriter dicere nequeat.

8. Quod impotentia dicendi maiorem partem excusat ab eis dicendis. Tum quia regulariter maior pars trahit ad se minorem. m Tum quia non quaelibet impotentia dicendi aliquam partem excusat, per sextum dictum, nec quaelibet potentia dicendi aliquam partem obligat ad dicendum, per septimum dictum. Nec iure diffinitur quā magna, vel parua debet esse praedicta pars, & ita relinquitur arbitrio boni viri, n & non videtur occurrere posse aliud aptius arbitriū.

16 Nonō, Quod per hoc videtur posse conciliari bona pars eorum, quae vtraque parte citata sunt, & pro aliis dicendū, quod praecipuum obligas ad aliquid certo modo faciendum, non obligat ad quamlibet partem eius, eo modo, quo fieri potest, faciendum, vt praecipuum de ieiunando non obligat ad non

m Arg. li.
quod ma-
ior pars. ff.
ad Muni-
cip. cap. 1.
de his que
sunt à ma-
io. par. ca.
pitu. ca.
Quia pro-
pter. de-
lect.
n arg. l. r.
ff. de iure
delibe. ca.
de causis
de offic.
deleg.

o In c. cū
dilecti de
dolo & cō
mun.
p ca. Mis-
sas, supr.
ead. dist.

ad non comedendum. 3. & 4. eum, qui iam bis comedit, & ita iam non potest in totum seruare ieiunium, secundum Communem, & præceptus venire Romam, non tenetur venire ad medium itineris, si non potest ad illā peruenire, secundum mentem doctorum, nec, ut puto, qui tenetur audire Missam totam die festo, quales sunt omnes fideles, p tenetur audire particulam illam (*Ite missa est*) vel aliam similem, si reliquum non potest, sed tantum illam partem, quam verisimiliter præcipiens intendit præcipere, & in qua militat eadem ratio, quæ in toto, ut satis colligitur ex prædictis exemplis, adiunctis illis, quæ fuerunt adducta in quinto argumento pro parte affirmatiua, & consequenter, licet præceptum de horis dicendis obliget ad dicendā partem earum maiorem, si eam dicere potest, esto non possit totas, non tamen obligabit ad dicendas particulas aliquas earum, quas dicere potest, si alias totas non possit, quia præcipiens hoc non intendit, & illud sic, ob aliquos respectus, quos gratia breuitatis hic explicare omitto. 10. ex prædictis inferri, paucos eorum, qui diu horas recitare consueuerunt, excusari posse ab eis dicendis, ob defectum vel debilitatem suorum membrorum, etiam oculorum, nisi magna febris, vel grauis dolor continuus accesserit, neque ob defectum breuiarij, vel socij, qui regat illud. Pauci enim eorum sunt, qui non possint memoriter dicere maiore partem horarum, siquidem omnes ferè tales memoria tenent, vel facili negotio tenere possunt trinam orationem, cum (*Domine labia mea*) & (*Deus in adiutorium*) quod est omnium horarum initium, & inuitatorium, cum psalmo (*Venite exultemus*) & hymnos saltem communes ferè omnes omnium horarum, & bonam partem psalmorum nocturnorū, & magis psalmos laudum, & multo magis psalmos ceterarū omnium horarum, bonam item partem antiphonarū, & capitulorū, præsertim cōmunis Sanctōrū, Dominicarū, & feriarū cū præcibus tā ferialibus, quā Dominicalibus, bonā itē partē orationū præsertim cōmunis Sanctōrū, & Cōmemorationū, imò & horas B. Mariæ cū cantico Graduū, & bonā partē psalmorū pœnitentialiū, & officij defunctorū, cum Pater noster, Auec Maria, & Credo sæpè repetitis. Nec obstat, quod non teneant memoria penitus omnia: Quia sicut impotentia dicendi maiorem partem tollit exculationem, ita dictio maioris partis, quam dicere possunt, satisfacit obligationi, quia soluit quod potest, & nemo obligatur ad impossibile.

18 possibile q Undecimo. Ridendos fuisse quosdam, qui facientes iter excusabant se ob defectum breuiarij; ab omnibus horis, cum possent omnia præter lectiones & responsoria maiora, memoriter dicere, & multò magis eum, quem memini excusare se à dicendo vespertinam, eo quod ignoraret antiphonam, & orationem illius diei propriā. Quoniam omnes præfati tenebantur de præcepto recitare omnia, quæ poterant memoriter, & de consilio pro aliis aliqua, quæ viderentur eis aptiora, substituere. 12. Satis iustum esse responsum illud, quod audio sæpissimè à Max. Pontificibus, & recolo datum aliquando in sacro Pœnitentiariæ pratorio petentibus dispensationem, siue absolutionem ab obligatione dicendi horas, imposito eis aliquo onere in earū cōpensationem, & allegantibus pro causa senectutem, debilitatem visus, & capitis: nempe quod si possunt dicere horas dicant, & si non possunt, non dicant. Quibus subdubitantibus, & interrogantibus, an debeant dici potentes vel impotentes ad dicendum, personarum suarum circumstantiis perpensis, respondendum est dicendos esse potentes, si maiorem partem earum dicere possunt, & satisfacere dicendo eam partem totam, quam possunt, quamuis longè tranquillores redderentur qui hoc petunt, si certa quædam iniungerentur dicenda pro partibus illis incertis, quas dicere possunt, & mea sententia potest sanctè iniungi id quod infra dicam. 13. Quæstionis esse parum tractatæ, An qui non possunt dicere horas, teneantur dicere, vel facere aliquid aliud loco illarum? Et arbitror quod non, de rigore præcepti iuris humani. Tum quia iustus aliquo die ieiunare, si non potest per se ieiunare, nō tenetur id facere per alium, neque aliud pro eo, secundum omnes. Tum quia nullum ius obligat impotentem dicere horas per se, ad dicendum per alium, vel ad elargiendum aliquam elemosynā, vel ad aliquid aliud simile faciendum, ergo nec nos debemus ad id obligare. 5 Dixi (*Iuris humani*). Nam iure naturali Diuino videtur teneri ad aliquid huiusmodi indeterminatum. Quia ut diximus supra, omnes qui obligantur ab horas Canonicas iure humano, tenentur iure Diuino ad aliquas preces: ob quarum tamen omissionem, quia non sunt determinatæ quoad locum, neque quoad tempus, neque quoad quantitatem, & modum, neminem audeat peccati saltem mortiferi dānare: Ex bono tamen & æquo consulerem, ut dicent id, quod infra scribo. 14. Quæstionis item esse, An peccent milites

q 1. Impos-
sibilitū. ff.
de Re. iur.
ca. Nemo
ad impos-
sibile cod.
tit. lib. 6.

r eod. tit.
num. 40.

s 2. q. 4. C.
Consuluit.
fti. §. con-
sideremus
Autho. de
Trien. &
sem. col. 3.
t c. 7. n. 2.

v eod. ca.

milites è castris armorum ad castra lachrymarum transeuntes, & beneficia prius quam habeant breuiaria, vel discant regere illa, accipiunt, & non dicunt horas, causantes, quòd non possunt donec habeant breuiaria, & nouerint illa regere. Ad quod respondeo primo, quòd regulariter accipiendo ea peccant. Quia vt Caius. I. C. ait ^x, Nemo debet accipere officium, ad quod per insciam non est idoneus. In quod etiam est illud Persij:

Publica lex hominum, naturaque continet hoc fas

Vt teneat vetitus inscitia debilis actus.

Diluis Holleborum, recto compestere punsto

Nescius examen &c. cum aliis, quæ nos latè adduximus a libi, ^y & illud Gregorij. ^z Quisquis sacerdotium desiderat benè accipere, prius vires cum eo, quod est subiturus, onere metiatur, vt si est impar abstineat. Cui addit glo. illud. ^a

Sumite materiam vestris qui scribitis equam

Viribus, &c.

II. Quod licet accipiendo peccent, non recitãdo tamen ²¹ vno vel altero die, donec diligentia debita præstita possint habere breuiarium, vel instructorem, non peccant. Quia etiam sua culpa cadens in foueam, à qua non potest exire, excusatur à recitãdo, si careat in id necessariis, secundum omnes. ^b ^z sequi ex his, quod expectantes beneficia deberet parare sibi breuiaria, & notitiam regendi ea antequam ea ²² acciperent, ne accipiendo peccarent, & post accepta muneri recitandi statim satisfacere inciperent. ¹⁵ Quod cæcus, ²³ vel cæcutiens, vel aliter impeditus, qui non potest recitare totum officium diei occurrentis, sed maiorem partem eius sic, videtur consultius acturus, si recitat omnes partes, quas potest, proprij officij diei, quàm totum officium alterius, quod fortè nouit memoriter dicere, vt aliqui norunt officij maius B. Mariz, & officij cõmune sanctorum exceptis paucis.

Secunda causa excusans ab horarum pronuntiatione est ²⁴ dispensatio. Super quo dico primo, nonnullos affirmare ab Episcopo eam fieri posse, secundum Girard. dicentè, quod Episcopus dispensans cum puero maiore septem annorum super beneficio simplici, dispensare etiã possit super horis Canonicis, vt loco earum alias preces recitaret. Quod primo est in se falsum, & contra Archid. & vtrumque Cardinalem quodam loco, ^c & contra Panor. aliorumque mentem in alio. ^d ² præsupponit aliud falsum, scilicet quod Episco-

x I. Idem iuris. §. fin. ff. ad leg. aquil.

y In prelect. cap. si quado. de rescript. z In capi. Non est pu gada. l. q. 1. a Horat. in arcepoëtica.

b Pro quibus facit c. Quia diuinitatem de cõcess. Presb. & c. veniens de spons.

c In capi. Eleutherius. gr. di. d In ca. 1. de celebr. Misar.

pus potest dispensare super ætate ad beneficia obtinenda requisita. Quia nec episcopi, nec legati dispensant contra concilia generalia, secundum glossas ^c communiter receptas. Et in Concilio generali ^f statutum est, vt in omnibus beneficiariis aliqua ætatis maturitas requiratur, & quia alia glossa ^g à Petro Rauennate pro singulari habita, & ab omnibus recepta dicit episcopos regulariter super ætate nõ dispensare. ³ præsupponit falsum, scilicet quod legitimus beneficiarius propter pueritiam non potest recitare, quia legere nescienti clericalis tonsura ^h non est conferenda, quam qui non habet incapax est beneficij, ⁱ & consequenter, qui beneficium iuste possidet, legere nouit, & qui legere nouit, potest recitare horas, & si nescit, recitare discat. ⁴ consequentia quam præsupponit est mala, quia ex eo, quod episcopus possit dispensare super ætate ad obtinendum beneficium, non sequeretur, vt ille sentit, quòd posset dispensare nè recitaret horas, cum hoc non sit necessarium consequens illi. Idem, quòd dixi de Episcopo quoad suum clericum, dicendum est de Abbate & Abbatissa quoad Monachum, & Monacham, secundum Vmbertum quem duo doctissimi Cardinales ^k vocant Doctore V. I. Diuini, & humani clarissimum. ^{* I} I. dico veram mihi nunc quoque videri opinionem cuiusdã glossemarij, ¹ quã olim quoque hoc in loco tenui. Nempe Episcopum potuisse olim dispensare iusta de causa, vt subditus eius secundum aliã formã quàm propriã sui Episcopatus, horas pronuntiet. Quæ conclusio singularis erat olim & quotidiana, p quã facit glossa ^m quædam memorabilis, per apta in id iura probans, posse Episcopos in suis Episcopatibus nouam formã pronuntia di horas inducere, de qua dudũ interrogatus à prædicto eruditissimo D. Doctore Cardona, An idem nunc sentirem? respondeo, quod sic. Tum ob auctoritatem prædictarũ glossarũ. Tum per Concilium Lugdunense ⁿ, quod habet posse Episcopos noua festa in suis Episcopatibus inducere, & consequenter noua eorum officia ordinare. Tum per quoddam decretum Greg. ^o quod clarè illam probat, nisi dicatur Augustinum episcopum de quo ibi, non potuisse facere illa, in qua incitabatur à Gregorio, nisi auctoritas eius accessisset, sed replicari potest, nullum esse in eo verbum, quod significet eum debere facere illa auctoritate delegata, & illa non præsumitur, nisi probetur, ^p & quod incitatio Papæ non facit de ordinario delegatum. ^q Tum quod D. Anton. pro contra-

c c. penus de filiis Presby. & c. dilectus l. de Praeb. vbi multa in hoc aduimus. f ca. Cum in cunctis de electi. princip. g ca. Cum dilectus de elect h cap. fin. de tempo. ordin. l. 6. i cap. 2. de iur. iur.

k In capi. Eleutherius gr. di. l in titul. Qualiter hor. dicã de sint in glo. 3. sub an. ia prag. ma. Sanct. gallic. m In ca. 1. gr. dist. n de quo in c. Pronuntian. de Cõsec. dist. 3. o de quo in ca. No. uit. 13. dist. p c. Cũ in iure peritus de offic. deleg. l. 1. c. ut quãd. Princip. q c. licet de offic. ord.

rio cita

p. 3. part.
tit. 13. c. 4.

rio citatus P, in meo libro id non dicit, nec ex vlllo eius dicto elici potest. Tum quod non obstat quod fec. rec. Pius V. in bulla Breuiarij videatur appellare prauam consuetudinem Episcoporum nouas formas recitandi horas inducē. Quia non loquitur de episcopis mutantibus formas proprias suorum episcopatum, sed de mutantibus formam Ecclesiæ Romanæ, quam Ecclesiæ suæ ab initio cum ceteris acceperunt, quæ non erat tam eorum Episcopatum, quam Ecclesiæ Romanæ, vt ex eius contextu colligitur. Nos autem loquimur de aliis, quæ secundum formas proprias suorum episcopatum recitabant. Responderi etiam potest, quod loquitur de Episcopis ab utentibus potestate mutandi eo modo, quem prædictus D. Cardona merito reprobat, nempe de his qui in initio sui regiminis aliquantula ex parte mutant breuiaria suorum præcessorum, quò suis impensis impressa longe maiori pretio, quam sibi consistit vendant, & suos omnes clericos ad singula emendum cogentes, magnam inde pecuniæ summam sibi sordidè quarant. Ex quibus inferitur primo, quod nullus Episcopus potest nunc, nec potuit à tempore publicationis dicti Breuiarij Pij V. ædici post remissionem de illo componendo & ædendo, à Concilio Trident. sibi factam, nouam formam recitandi horas Canonicas in suo Episcopatu inducere. Quia per bullam ei prepositam, summa, qua valebat, auctoritate id veruit, & iussit, vt omnes clerici in toto orbe Christiano secundum formulam in eo positam horas Canonicas recitarent, exceptis eis, qui per breuiaria ante 100. annos composita recitabant. 2. Inferitur, quod prædictæ duæ conclusiones prædictarum duarum glossarum erant quidem veræ ante ædicionem prædicti Breuiarij Pij V. post eam verò nō, quia ante illam clerici subiecti Episcopis, & Archiepiscopis, tenebantur recitare horas Canonicas secundū formam ab eis præfixam, & idē poterant ipsi & mutare suas leges, & circa eas dispensare. Nunc autem tenentur omnes lege Papæ, quam inferiores nec tollere possunt, nec limitare. 3. Inferitur & 3. per hæc cessare quæstionem illam, quam in vulgari moueramus, An scilicet possent Episcopi in suis Episcopatibus inducere formam recitandi horas Canonicas per Breuiarium nouum trium lectionum Cardinalis S. Crucis. Dicendum est enim, quod licet fortè potuissent, iuxta prædicta, si tantum formas proprias recitandi habuissent, eam inducere ante prædictum Breuiarium, nunc autem omnino

s Clem. ne
Romani
de electi.

nino non possent, nisi fortè in terris, in quibus nondum est receptum prædictum Breuiarium Pij V. vel nisi ab his, qui formas proprias ante 200. annos institutas habent, quas prædictus Pius illibatas omisit. *

31 IIII: Principaliter dico certum esse, quod Papa potest per suam dispensationem excusare quem ab horis Canonicis dicendis, cum illæ iure humano sint præceptæ, & Papa possit circa omne ius humanum dispensare, vix tamen id facit. Nam & ipse, cum litteris operam nauarem Tholose, eiusmodi dispensationem procuravi, sed non obtinui, & procurare desij, abductus ab illo proposito auctoritate grauis & prudentis Doctoris Martini à Rada, Abbatis Illustris Monasterij B. Mariæ de Oliua Regni Nauarræ, tunc Romæ residentis, qui scripsit ad me quædam, quæ vera esse ipsa experientia didici, nempe quod si appellerem animum ad deuotè in horis studio minus aptis impediētibus. recitandum horas, non modò tantum, vel magis studerem, quam non recitando, oratione mentem illustrante, sed etiam me à conuersationibus prauis, ac inutilibus auocarem magna cum accessione temporis studio impartendi. Quod ipsum sapius consului consulētibus me ad obtinendas huiusmodi dispensationes, & quam plurimis persuasi, omnibusque persuasum esse percipio.

32 Tertia causa excusans à recitatione secundum nonnullos, quos allegat Gerardus, v est studere constituto vicario, qui beneficio deseruiat, à quo tamen communis dissentit. Tum quod melius est ex se orare, quam studere, vel legere, secundum quandam, quæ solennis & recepta est, glossam, cui consonans alia v dixit. Maledictum studium, propter quod relinquitur diuinū officium, & Ioan. Imol. receptus ab aliis dixit, scholarem teneri recitare horas per se, licet vicarium habeat ad suo beneficio deseruiendū, licet nō habeat alios quam minores ordines. Cuius contrarium tenuit Abbas antiquus. Quod licet defendi possit disputando, non est tamen consulendum, eo quod ei repugnet communis theoriæ, & praxis rationi optimæ innixa.

33 Quarta causa iuxta aliquos est peregrinatio ad urbem relicto vicario, qui beneficio deseruiat. Nam secundū prædictum Abbatem a pro se adducentē Petrum Sampsonem, qui ratione solius beneficij teneri recitare, satisfacit deseruiendo per alium, si iuxta ex causa absens sit. Cuius tamē contrarium, vt i prædixi, tenet Communis. Onus enim re-

r c. Propo
suit de C6
cess. Præb.

v De asst.
dicit. oran.
quæst. 6.

x In c. Li.
cet. 8. q. 1.

y In glos.
3. ca. Qual.
hor. col. 5.
in prag.
fanc.

z In ca. 1.
de celebr.
miss.

a vbi sup.

b ca. 1. de cele. Miss.

c in repet d. ca. 1. de celebrat. Miss. qu. 8. d. Quodl. 15. qu. 10. e 10. Major in 4. d. 11. q. 6. col. 4. & super Math. c. 6. col. 20. f. Syluest. in verb. Horæ. qu. fin.

citandi viderur personale, iuxta Clem. b ibi, fructum labio rum suorum, & quia eius industria fuit in id electa, vt rectè declarauit Albertus. c

34 Quinta causa est, cum superuenit aliqua occupatio subitò, vel eo modo, quod non potest ei prouideri, nec omitti sine scandalo vel peccato, secundum Henricum Gandauensem, d cui suffragantur Parisienses, e & alij, f vt si occurreret necessitas subita horas omittendi ad pacificandum populum rixati uolentem, aut necessitas habendi concionem, quæ non nisi magno cum scandalo omitti potest, idem iudicarem de aptris confessariis audientibus confessiones septimana sancta, aut tempore talis Iobilei, ad quod quærendum oporteat quem omnium omnes in vna hebdomada confessiones audire. Hi n. mea sententia, recitando horas maiores citra preces, excusarentur à minoribus, ab officio defunctorum, à Cantico graduum, & à psalmis pœnitentia libus. Quin & tanta posset occurrere necessitas, vt merito, excusarentur à maioribus, & à fortiore ratione, satisfaceret is, qui sciens se die sequenti occupatissimum fore, anticiparet eas in vespera præcedente, super quo à quodam pio Deifero interrogatus fuit. Quod ipsum diceret de illo, qui prælectionem habere deberet illo die in concursu publico aliorum candidatorum, vel deberet defendere aliquam conclusionem, quod vt debitè fieret, plurimum Reipublicæ, vel ipsiusmet priuatæ interesset, & studium in id necessarium recitationem officij non compareretur. Quamquam nos (gratiæ Deo) ad hunc vsque diem nunquam earum recitationem ante vel post eiusmodi actus omisimus, tametsi frequenter nobis occurrerūt, neque ob geminas in die lectiones, quas multis annis Tolosæ, & Cathurci primum, deinde Salmanticæ, & Conymbricæ habuimus, nec ob quaternas toto vno anno in Gallia singulis diebus etiam festis, exceptis B. Mariæ Virginis, Dominicis, & Apostolorum habitas, licet horæ mei Breuiarij duplo longiores essent, quàm quæ à prædicto Pio V. in suo Breuiario sunt præceptæ. Neq; facile consuleremus alteri, qui recitando partem ante signatum concionandi, vel prælegendi punctum, & partem post concionem vel lectionem, & partem inter studendum, satisfacere posset, attento quod sine ope diuina nihil, & cum ea omnia fieri possunt iuxta illud Pauli 8. Omnia possum in eo, qui me confortat, Christus.

35 Sexta causa est necessaria occupatio circa recitationem 36
vel

vel cantum, iuxta S. Anton. h ab omnibus receptum, qualis est occupatio quærendi psalmos, & antiphonas, transfereudi libros necessarios ab vna parte ad aliam, quærendi prunas ad turificandum, nuncia necessaria insinuandi, egrediendi aliquantisper ad respirandum. Omisio enim auditionis, vel recitationis officij Diuini, ob has vel similes causas, neque viderur peccatum, neque supplementum necessaria. Quod tamen locum duntaxat habere limitarem, cum illa ante officium diuinum præparari non potuerunt, aut ea postea facit is, qui non tenebatur illa præparare, eo quod præparata non sint ab alio, ad id obligato, quandoquidem turpitudine sua nemini prodesse debet, i & non prouidere quod oportet, peccatum est improuidentia, vt sentit D. Thom. k

37 Ex quo infero eum, qui recitare vel cantare debet vnam lectionem vel responforium, aut aliud quidpiam in choro, & id prouideri, siue præuidet interim, dum chorus aliud recitat, vel cantat, licet fortè non canendo, vel non audiendo non peccet, & lucretur distributiones illius horæ, non secus ac si recitaret, vel cantaret cum alijs, nihilominus eum obligari supplere postea totum id, quod omisit recitare, vel canere, dum prouidebat, siue præuidebat eam lectionem, vel responforium, si vt dixi, sciebat, vel scire debebat illud sui muneris futurum esse, per quod limita dicta suprâ, l & dicenda infra m * Inferur item nõ omnem interruptionem horarum esse peccatum, sed tantum illam, quæ negligentia, vel alia de culpa, siue causa in id iusta fit. Quæ autem censenda sit talis, arbitrio prudentis viri definiendum est. n *

38 Septima causa est defectus Breuiarij, vel alius rei ad recitandum necessariæ, quia deest facultas recitandi, & nemo ad impossibile obligatur. o Exemplum de illo, qui post regnè proficiscendo oblitus est domi breuiarium, vel postea iter faciens perdidit illud, & non potuit peruenire ad locum, vbi esset breuiarium. De illo item, qui cum non sit latinus, & nullatenus sciat recitare, beneficiũ vel ordinem sacrum suscipit, nec inuenit socium, * vel non tenetur quarere, iuxta suprâdicta p * qui eum dirigat, etiam si habeat Breuiarium. Cuiusmodi sunt (proh dolor) hodie permulti milites suprâdicti, q qui vt victum habeant, ad Ecclesiam confugiunt, & prius acceptant beneficia benè vel malè sibi renunciata & fortè peius collata, quàm deserant arma, & militaria stipendia, nescientes plus recitare, quàm arma ipsa

h 2. par. tit. 9. c. 11. §. 3. col. 3.

i l. Itaque sullo ff. de furt. cap. 1. de postul. prælat. k 2. sec. q. 49. ar. 6. & q. 52. quasi per totũ.

l c. 10. nu. vltim. m cap. 16. a num. 6.

n arg. l. 1. ff. de iure iel. cap. de causis de offic. deleg. o ca. Nemo ad impossibile de reg. iur. libr. 6.

p sup. eod. cap. nu. 13.

q sup. eodem cap. num. 20.

g Ad Pal. lip. 3.

¶ eod. ca. num. 20.

¶ eod. ca. num. 19.

¶ eod. cap. à num. 24.

¶ eod. ca. num. 15.

¶ Sess. 13. capic. 6. de Reform.

plorare & orare. Cuiusmodi sunt etiã multi pueri, quorum humeris eorum parentes onus orandi pro aliis imponunt, priusquam pro se orare sciant, & eos ad id fieri legatos procurant, antequam legationem intelligant, eamue explicare valeant. Hi si quidem omnes, licet, vt supra dictum est, peccent suscipiendo onera & officia, quibus fungi nesciunt, quibusque indigni sunt. Quia tamen iam ea acceperunt, si possunt, & intendunt se ad illa idoneos reddere, & collatio quamvis iniusta, non tamen fuit nulla, siue ipso iure inuvalida, non tenerentur relinquere beneficia, nec recitare horas canonicas, donec possent eas dicere, vel per eos stare, quominus possent. * qui licet de rigore iuris non teneantur dicere aliquid aliud determinatum pro eis, vt dictum est supra, de consilio tamen meo ipsi, & omnes, qui non possent dicere horas, * dicerent tot Pater noster, & Ave Maria, & alias preces, quot arbitrio boni viri ad id sufficerent. Equidem aliquando arbitratus fui huiusmodi viros, aut pueros, debere tantum temporis, plus minusue, incumbere in attentè dicendis Pater noster, Ave Maria, Credo, & Salve Regina, quantum in sumpturi essent in recitãdis omnibus horis, si eas recitare nollent, addendo ter (Ego peccator) semel manè, cum supplerent Matutinam, & iterum, cum supplerent Primam, Tertiam, Sextam, & Nonam, & tertio vespere, cum supplerent Vespertinam, & Completoriam. * Quare si mihi à Max. Pontif. committeretur commutatio horarum canonicarum in aliquid aliud, commutarem in hoc. Ad do primo hæc intelligenda esse iuxta supradicta de his, qui non possunt ob ignorantiam vel alia impedimenta dicere, maiorem partem horarum per se, nec tenentur quærere socios, cum quibus dicant. Alij enim, qui tenentur quærere socios, & possunt eos habere, non excusantur, nec qui possunt dicere maiorem partem, licet non teneantur quærere socios, quia tenentur dicere saltem illam maiorem partem, vt resolutum est supra, vt declarando, qui teneantur quærere socios, & quod qui propter defectum Breuiarij non possunt dicere aliquas partes, possunt tamen dicere reliqua memoriter, vel aliis, tenentur illa dicere, & quod nulli propter ignorantiam excusantur, nisi quousque discant, & quod tenentur discere quàm cito commodè possunt, & quod non potest dispensari cum eis ab episcopo. * Quibus quoad pueros, addo 2. quod Concilium Trident. * vetuit, ne illis ante 14. annum beneficia conferantur. Ad do 3. Quod Confessarij,

- fessarij, quibus committeretur facultas commutandi horas, quas dicere nesciunt, vel ægrè dicere possunt, recitè, mea sententia, facerent, commutando in supradictas ¶ quatuor orationes modo ibi scripro dicendas. *
- 41 Octava causa, qua nonnulli se excusant à cantado in choro, & in supplicationibus, siue processionibus, licet non à recitandis horis, est ignorantia cantus, aut vocis in id apta defectus, aut prælatio, qua nobilitate, scientia, & gradu aliis præcellunt. Quæ tamen causa non est iusta. Tù quia qui non callet cantum, aut aliquid aliud officio suo exercendo necessarium, non debet illud suscipere, & si suscipit, tenetur requisita illi dicere, quod si nequeat, vel nolit addiscere, priuandus est huiusmodi beneficio, vel officio, vt rectè determinat Albertus: * & probari potest per ea, quæ ceteris fufius alibi b scripsi. Tum quia satisfacit vnusquisque, si voce sibi à Deo donata pro virili ei laudando inseruiert, iuxta illud Apost. c Secundum mensuram donationis suæ, nisi forte vox esset tam absona, vt offenderet auditorium, & societatem. Talis enim, si eam mollire non posset, non foret tolerandus in beneficio cantum requirente.
- 42 Nihil enim cum scandalo faciendum est, d & qui non vult, aut non potest addiscere id, quod suo officio necessarium est, ab eo remouendus est. e Tum quod præstantia dignitatis non excusat à cantu, quinimò ad eum magis obligat, vt declaratum fuit in Concilio Basiliensi f supra & relato. Tum quia nobilitas parum momenti habet ad excusandum quempiam ab oneribus spiritualis muneris, vt multa iura insinuant. h * licet Caiet. quodam in loco i dicat quiddam contrarium prædicto Concilio Basiliensi, & sibi in alio, vt supra k monuimus. *

Cap. XII. super cogitatu extrario tangent septem Conclusiones.

Oratio absque cogitatu carnalis vel seculari fiat.
 Oratio turris alta super vna terra fundanda.
 Oraturus perfectè in principio agat hæc sex.
 Oratione in qua præcedere debeant, quæ non
 Capitula tenere ante horas quando damnosum.
 Ciuile est quandoque inciuile esse.

- n. 1
- n. 2
- n. 3
- n. 4 & 7
- n. 5
- n. 6

M 3

y eodem num. 39.
 z ca. Non est putanda cum glof. 1. qu. 1. l. idè iuris. §. l. ff. ad l. Aquil.
 a In Rep. c. 1. quæst. 34. de cel. Miss. & aliquid in q. 26. & 27. & ante illum Panon. in c. Venerabilis de Præben. b In præleç. cap. si quando de Rescript. ex cap. 11. c Ad Ep. 3. d c. Nihil cũ scandalo de Præscript. e c. fin. de etat. & qualita. cum multis in dicta præleçione & excep. per nos citat. f In sessio. 11. tit. quomod. diu. offic. g In ca. 4. num. 5. h ca. Nos qui, & ca. seq. 40. d. & l. q. 1. ca. Vilißim. i In sum. verb. Horar. infine. k cap. 10. num. 47.



NOTA XII. ex verbis illis (*Cogitatio omnis carnalis & secularis abscedat*) benè recitaturū exuere se debere omni cogitatu carnali, & seculari, & perpendendum non solum dicere, omni peccato, verum etiam, omni cogitatione, significando, ad perfectè recitandū non sufficere, vt non peccemus, vel negotiemur tempore, quo recitamus, sed opus esse etiam, ne quicquā extrarium cogitemus. Quod egregiè confirmant sex dicta Abbatis Iſaaci, & Io. Cassian. ^a Primum, oratio est velut turris alta, quæ fundata in terra ascendit vsque ad cœlum, ideoque ad eius adificationem ante omnia remouenda est ab anima omnis mortua vitiorum, & prauarum cogitationum, donec deueniatur ad terram, vel rupem, vt aiunt, viuiam. II. Sollicitudo rerum carnalium generaliter abscindenda. III. Nullius negotij, causæue non solum cura, sed ne memoria quidem dum oratur admittenda. Detractio, vaniloquia, seu multiloquia, scurrilitates quoque similiter amputandæ. Iræ præ omnibus, siue cristitiæ perturbatio funditus eruenda, concupiscentiæ carnalis, ac philargyriæ noxius fomes radicitus euellendus. IIII. Iacienda sunt profunda humilitatis fundamenta, quæ turrim pulsaturam Cœlos valeant sustinere. V. Superædificanda virtutum spiritualis structio. VI. ab omni discursu, atque euagatione lubrica animus inhibendus, vt ita paulatim ad contemplationem Dei, ac spiritualis intuitus incipiat sublimari. Quod enim ante orationis horam anima nostra conceperit orantibus nobis, per ingestionem recordationis occurrere solet. Quamobrem quales orantes volumus inueniri, tales nos ante orationis tempus præstare debemus. Et idcirco quicquid orantibus nobis volumus vt irrepat, ante orationem de abditiis nostri pectoris extrudere festinemus. Hæc ibi. Ex quibus omnes nos o patres & fratres, clerici & layci, monachi & monachæ quocunque nomine censeamur, cuiuscunque sexus, & status simus, sacri simul & profani, maximi pariter & minimi, inferamus. quod qui egregie voluerit placere Deo sua oratione, recitatione & cantu, non debet expectare horam id faciendū in vestibulo chori, aut Ecclesiæ porta, vel loquutorio, intendendo negotiis, vel iocis, & minus rebus vanis, & prauis, murmurando, aut rixando, aut pacta vana, vel inhonesta ineundo.

Inferamus. II. Non esse vtilem, imò potius damnosam diligenter

^a In col. 9. cap. 1.

diligentiam nonnullorum, qui vt temporis iacturam non faciant, procurant, vt Canonici priusquam inchoent Primam, Vesperas, aut Nonam, ingrediantur Capitulum, vt interim, dum aduenit hora recitandi eas, illasque incipiunt medijs Canonici, & rationarij, expediant aliqua negotia, & iis inceptis egrediantur à Capitulo, & ingrediantur chorum. Datur enim per id occasio, vt Canonici, priusquam mentes affectibus carnalibus & secularibus in Capitulo cōceptis exuantur, properanter, contra hunc textum, intrent chorum cum aliis iam cœpta profequantur.

III. Silentium Ecclesiasticis non solum esse necessarium tempore diuinorum officiorum, sed & valdè vtile paulò antè quàm inchoentur, quando ad id congregantur, & ciuile admodum esse, tunc inciuilem & solitarium esse, renuendò tempus contere in vrbauitibus, & honesta conuersatione harum, illarumque nouitatum, licet bonarum.

7 IIII. Viris doctis & Deum timentibus dignum esse id, quod à nonnullis fieri vidi, nimirum quod dum recitaturi cōueniunt, & horam vel socios expectant, & vrbauitas inuit ad colloquium mutuum, sciscitantur de quo, aut quomodo recitare debeant, referunt aliquas virtutes illius sancti, percunctantur alia, narrantes quāto perè eis placeat sententia aliqua suæ legendæ, aut alterius officij diuini illius diei, & omni cum humilitate, & mansuetudine alios rogāt illius interpretationem, & si non placeat alijs, vel finitur disputatio, proferunt in medium mortes horridas, & casus infelices, ostendendo quantoperè sit reuerendus Deus, & quantū decet ei seruire, & in horis canonicis orare, vt omnis bus sit propitius. Si verò magis arrideant bona noua nonnullorum casuum benè fortunatorum, & prosperorum, ca referunt, vel audiunt, cōmonstrando quā bonus sit Deus, & quā vtilis illius amor, & seruirij, vt verba facientes de timore & amore Diuino, simul & necessitate & fructu inseruiedī, laudādi, & gratias dādi, excipiat hora recitādi, & cātā di, quod tanto minore labore faciant, quāto minus oportet eos affectus, & cogitatus cōceptos à mētibus suis remouere.

V. denique inferemus, quæ sint illa præparamēta, de quibus meminuit sapiens. ^b Ante orationem (inquiens) præpara animam tuam, ne sis quasi qui tētat Deum. Quod in hoc citat Statutum Gallicanum. ^c Licet glossa ^d eius aliud existimarit. An verò hæc omnia peragenda sint sub pœna peccati, an spe maioris præmij, infra ^e dicitur.

^b Eccl. 13. c In 21. f. tit. Quallihoræ. d tit. Qualliter in Prag. s. a. super verbo, sancto. e In 14. cap. p.

Cap. XIII. de attentione orandi tangit 51. Conclusiones.

<i>Attentio orandi necessaria.</i>	nu. 1
<i>Anima desideria sunt eius verba.</i>	nu. 2
<i>Oratio quinque producit effectus.</i>	nu. 3
<i>Attentio triplex, & qua prestantissima.</i>	a nu. 4
<i>Attendit quando melius idiota quam doctus.</i>	nu. 5
<i>Maiorem sapi à minori in hoc praeclit.</i>	nu. 5
<i>Attendere melius potest intelligens recitata.</i>	nu. 6
<i>Missæ non intellectu ut potest bene attendere idiota.</i>	nu. 7
<i>Missæ quam attentionem requirit.</i>	nu. 8
<i>Clericis, & Monachis quam expediat latinitas.</i>	nu. 9
<i>Horarum dicendarum munus præcipuum, de quo grauius reddenda ratio.</i>	nu. 9
<i>Horas ad bene recitandas præcellens doctrina.</i>	nu. 10
<i>Oratio in deuota tertio fructu caret.</i>	nu. 11
<i>Canonicatus seruire curi apparet laboriosum.</i>	nu. 11
<i>Horas non intelligens cogitet isthæc.</i>	nu. 12
<i>Horæ incitium requirit propositum attendendi.</i>	nu. 13
<i>Orationis attentio debet esse intenta.</i>	nu. 14
<i>Oratio indeliberata nil prodest, nec deliberata satisfacit sine proposito satisfaciendi.</i>	nu. 15
<i>Distributio non lucrifit sine animo attendendi.</i>	nu. 17
<i>Intentio iam actualis quam virtualis sufficit.</i>	nu. 17
<i>Attendendi propositum oportet continuare, interruptur autem bifariam.</i>	nu. 18
<i>Canens quis, aut recitans, aut lucrans non canit &c.</i>	nu. 19
<i>Euagatio mentis interior sola quam adque mortalis.</i>	nu. 20
<i>Euagatio qua mortalis, qua venialis &c.</i>	nu. 21
<i>Horas recitando scribere, legere &c. ut mortale.</i>	nu. 22
<i>Julius Cæsar in scribendo & dictando mirabilis.</i>	nu. 23
<i>Orans cur peccat, signans litteras in choro.</i>	nu. 24
<i>Orans loquendo, rixando, &c. in choro ut peccat.</i>	nu. 25
<i>Orans præcipiando sistit ut peccat.</i>	nu. 26
<i>Horæ sine proposito complendi cur non complentur.</i>	nu. 27
<i>Missam audiens sine animo satisfaciendi &c. ut peccat.</i>	nu. 28
<i>Horas recitans in memoriam an hoc vel illud omiserit.</i>	nu. 29
<i>Missam ignorans an hæc vel illa dixerit.</i>	nu. 30
<i>Attendere bene non est cogitare an attendatur.</i>	nu. 31
<i>Habitus repetendi non necessaria ut malus.</i>	nu. 32

Horas

<i>Horas iam recitans denuo recitare ut peccatum.</i>	nu. 32
<i>Attendendi tertius modus fit in proposito.</i>	nu. 33
<i>Attendere in humanitatem Redemptoris an satis.</i>	nu. 35
<i>Christi humanitas ut est gradus in amorem Diuinitatis.</i>	nu. 35
<i>Orantes multi ab sunt à termino, quem putant attingisse.</i>	nu. 36
<i>Exhortatio ut bene attendamus ad horas.</i>	nu. 37
<i>Clerici ut pro clericis habeantur optent.</i>	nu. 37
<i>Latina ut intelligunt Hispanus, Gallus, & Italus.</i>	nu. 38
<i>Oratio etiam voluntaria sine attentione mala.</i>	nu. 39
<i>Actus non est virtuosus, si deest ei vlla circumstantia.</i>	nu. 39
<i>Orare sine attentione malum.</i>	nu. 40
<i>Orare non obligatus si oret, tenetur bene orare.</i>	nu. 41
<i>Recitando peccant multi, qui non recitantes non peccarent.</i>	nu. 42
<i>Pater noster quod dicitur Nobilis, vel Militis.</i>	nu. 43
<i>Horas colloquendo audire multum ciuile.</i>	nu. 44
<i>Conciones oscitanter audire quando peccatum.</i>	nu. 45
<i>Recitare consulta & præcepta non attentè differre.</i>	nu. 46
<i>Recitare vestiendo, exuendo &c. qui peccat.</i>	nu. 47
<i>Orabant laborantes monachi Aegyptij.</i>	nu. 48
<i>Recitans agendo impatibile non satisfacit.</i>	nu. 49
<i>Attentio per qua opera externa tollitur.</i>	nu. 49
<i>Oras purius qui externis minus intendit.</i>	nu. 51



NOTA XIII. Orationem fieri debere cum attentione. Quod ex multis partibus huius Capituli colligitur, nempe ex ea. (*Nec quicquam tunc animus aliud, quam id solū cogitet, quod precatur*) & ex illa ad aliud propositum supra ponderata (*Inuigilare, & incumbere ad preces toto corde debemus*) & ex illa (*Claudatur contra aduersarium peccus, & soli Deo pateat*) & ob hoc in primo notabili diximus, & probauimus hunc esse scopum & finem principalem, in quem Gratianus hoc capitulum Decreto inferuit. Secundū huius notabilis fundamentum est, determinatio illa Concilij generalis: ^a Distinctè præcipimus in virtute S. obedientiæ, ut Diuinum officium nocturnum, pariter & diurnum, quantum eis dederit Deus, studiosè celebrent, pariter & deuotè, vbi glossa penultima & vltima dicunt verbum illud (*studiosè*) referri ad pronuntiationem exteriorem: (*Deuotè*) verò ad interiorem.

^b I I. huius dicti fundamentū est illud Apostoli: ^b Cântantes & psallentes in cordibus vestris Domino. Super quibus

^a cap. 1. de cele. Miss.

^b Ad Ephes. 5.

e In d. ca.
Cantates.
d In d. ca.
Cantates.

verbis dicit Hieronymus. ^c Audiant hi, quibus in ecclesia est psallendi officium Deo, non voce, sed corde cantandum, ubi glo. ^d adicit versus illos dignos continua memoria.

Non musica cordula, sed cor,

Non clamor, sed amor clamat in aure Dei.

e In Clc.
1. de reliq.
& venera.
sancto. in
7. memb.
f 1. ad Co-
rint. 14.

III. Fundatur hoc dictum in tribus, quarum glossa ^c quodam nostra in id allegavit, pura, S. Pauli: ^f Si orem lingua, mens mea sine fructu est. S. item Augustini. Quid prodest strepitus labiorum, si mutum est cor? S. demum Gregorij. Animarum verba sunt ipsa desideria; in quibus tanto quis minus clamat, quanto minus desiderat.

g Ioha. 4.

V. Fundatur in eo, quod spiritus est Deus, & eos qui adorant eum; in spiritu, & veritate oportet adorare. Qui ² vero sine attentione orat non videtur orare in spiritu, & S. Basilius dixit. Divinum auxilium est implorandum non remissè, nec mente huc vel illuc euagante; eo quod talis non solum non impetrabit quod petit, sed etiam magis Deum irritabit. Cui etiam consonat illud Esaiæ ab ipomet Domino relatum; Populus hic labii me honorat, cor autem eorum longe est a me. ^h Per quæ omnia, constat esse verissimum id, quod Cæter. ⁱ dixit: Non solum dilectionem horarum, sed etiam modum dicendi attendit & devotè esse ab ecclesia præceptum.

h Mat. 15.

i In sum.
verb. Ho-
zarum.

Contra tamen hoc notabile, & omnia in eius confirmationem allegata facit primò, quod antea Apostolus, ^k & post eum Concilium Viennense. ^l vocavit horas fructum labiorum, ubi glossa ait, textum illum probare sola vocali pronuntiatione horarum adimpleri præceptum recitandi, licet animo aliud volumus.

k Ad Heb.
vltim.
l Clem. 1.
de celeb.
Missar.

m Psa. 36.
n L. impof-
sibilitatem ff.
de Regul.
tur. & cap.
nemo eod.
tit. libr. 6.
o cap. De
viduis. 27.
quæst. 1.
p cap. Al-
ligant. 26.
quæst. 7.
q Maior.
in 4. dist.
11. qu. 2.

II. Facit, quod ipsi etiam sanctissimi viri interdum mentis oculos non habent defixos in id, quod recitant, dicente Davide: ^m Cor meum dereliquit me. Impossibile verò videtur, ut quis omnes horas suas recitet, mente ad alia non euagante, & nemo ad impossibile tenetur, ⁿ & ecclesia Mater non tendit suis filiis laqueos, quibus irretiantur, ^o neque onera importabilia sunt imponenda. ^p Intolerabile verò videtur recitare ita attentè, ut mens in alia non feratur. Et quidem memoriæ ab aliquibus ^q proditum est, sanctissimum quendam virum significasse, nec vnam orationem Domini cum mente nulla alia cogitatione distracta dici posse, quatenus promisit equum cuidam, si id ageret, cuius animum, cum ea recitaret, subiit cogitatio: An daturus esset equum cum

cum ephippio sine sella, an vero sine illo?

Pro concordia horum, & aliorum complurium, quæ vltro citroque in medium adduci possent, & ut diuina fretus ope, materiam hanc non modo in dies, sed & in horas occurrentem dilucidius, quam quivis alius in huc diem, (& si multi ^r in eo desudarunt) elucidem, dico primo, orationis tres principales, & distinctos effectus esse secundum S. Tho. ^s communitè receptum, putà, mereri, impetrare, & consolari. Quibus addo quartum, quem ex tribus ab Adriano ^t relatis colligo: scilicet, satisfacere præcepto. Addo etiam quintum, nimirum satisfacere pro pœna temporaria debita peccatis venialibus, vel mortalibus remissis. Præfatos tres effectus colligere licet extraditis à Thom. & aliis omnibus libros Magistri commentantibus. Quod quidem non obscure probatur. Nara multi merentur orando, qui non impetrant, quod petunt, Sic D. Paulus ^v meruit quidem petendo, ut lex membrorum suorum repugnans legi rationis, & stimulus carnis removeretur à se, id tamen non impetravit. Et est diverso, multi, & quandoque in suam perniciem impetrant postulata, neque tamen merentur, quin potius peccant, sic populus Israeliticus petendo Regem peccavit, eum tamen obtinuit. ^x Multi insuper neque merentur, neq; impetrant, satisfaciunt nihilominus præcepto, veluti qui in statum mortiferi peccati proferunt preces quas voverunt, ut ab aliquatentatione liberentur, non merentur per eas gratiam, vel gloriam, neque fortè impetrant postulata, satisfaciunt tamen suis votis, ad effectum non peccandi omissione, adimplent tamen illa per infra tradenda. ^y

Sæpe numerò etiam recitando consolantur citra meritum, & citra impetrationem, quin & citra adimplentem præcepti. Exemplum esto in eo, qui devotè & fuis lacrimis recitat tertiam partem suarum horarum, sine animo eas finiendi. Et est contrario, potest quis mereri, impetrare, & præceptum adimplere, nullà percipièdo animæ consolationem, ob graves tentationes, & euagationes, quas S. Ecclesiæ, piorumque omnium atrocissimus hostis Sathan non semel dum recitamus inuitis nobis suggerit. Potest præterea oratio esse satisfactoria peccati, & non meritoria secundum multos, quos alibi allego. ^z

II. principaliter dico, triplicè esse orationis attentionem. Prima est, qua attenditur ad verba sola, ne in iis erraret. 2. qua attenditur ad sensum eorum. 3. qua attenditur ad oratio

r Hosti. in
ti. de Pen.
5. quid sit
effectus, ver-
sus Carnis
maceratio
& glo. ma-
gna Clem.
1. cū Card.
& alii de
reli. memb.
7. & vter-
que Tho.
2. sec. q. 83.
arti. 12. &
Them. cū
Palud. Ga-
br. & aliis
multis in
4. dist. 15.
& D. Anto-
3. par. c. 10.
13. c. 4. 5. 8.
& aliquid
2. par. titu-
9. c. 12. 9. 30
col. 2. 10.
Maior in
4. dist. 12.
Adrianus;
Quodli. 90
& Vmber.
in Reg. B.
August. ca.
45. & vter-
qu. Cardin-
nalis in c.
Cantates,
92. distin-
5. 2. Sec. q.
13. arti. 14.
t. Quodli.
5. liter. H.
v. 2. ad Co-
rinth. 12.
x c. Anda-
ceter. 8. q. 1.
y In cap.
14. num. 2.
z In ca. 1.
5. sacerd.
de Penit.
dist. 6. & in
c. Perfecta
de Penit.
di. 1. & in-
fra in c. 20.

a cap. 21.

orationis finem, qui est Deus, & id, quod petitur, de qua re amplius infra. ² Harum trium attentionum per se consideratarum secunda præstantior est prima, & tertia secunda: Tertia item cõmunis est omnibus doctis, & indoctis, quin & prima ferè omnibus. Secunda vero eis duntaxat, qui intelligunt idioma, quo recitatur.

Ex quo sequitur Primo multos idiotas, & rusticos attendere melius ad Parer noster & Psalmum, quem memoriter recitant, quàm aliquot alij litteratissimi. Multi siquidem idiotæ volentes recitare, vel recitantes mentem traducunt in illam magnam curiam cœlestem, contemplantes, vt Deus ille, rerum omnium opifex, in quantum Deus per se ipsum illi præsidet, & in quantum homo habens vnitam reuerendissimam, ac suauissimam humanitatem, summus noster mediator est: vtque innumeri Cœlicolæ, Angeli, & sancti ei assistunt, eiusque suauissima conuersatione fruuntur, & ea contemplatione delibuti, desiderioque eo migrandi affecti recitant, non ponderantes quidem verba, quæ proferunt, nec quid ea significant intelligentes: Aliquot vero litterati, ea ipsa recitantes, ponderant quidem verba, quæ proferunt, & legunt, & mentes in eorum significata intendunt, eas tamen ad illa sublimiora non eleuando. ² infertur magnam ⁶ occasionem habere nobiles & literatos, aliosque potentes, ac diuites humiliandi, & quadantenus se coram Deo contemnendi, & magnificandi aliquos ignobiles, indoctos, & pauperes, hinc secum reputantes, quod quandoque, & vti nam non sæpissimè, Deus permittit obuelari oculos intellectus eorum, ne eum, & res eius diuinas contemplantur, & obfuscari voluntates eorundem, ne eis delectentur, & fruatur. Et illinc cernentes aliquot vetulas manibus leuatis, oculis lacrymantibus, genibus flexis, velut à sese alienatas, quas probabiliter credere possunt spatari, & conuersari per amplissima illa Cœli palatia, quod centuplo, & amplius, nobilitatè, literas, & fortunas suas præcellit. ³ Sequitur, Quod longè maiorem occasionem habet quis deuotè recitandi preces compositas idiomate, quod nouit, quàm compositas alio, puta latinus latinè compositas, Græcus græcè, Italus Itale, Hispanus hispanè, & sic de aliis, & hanc esse præcipuam rationem, cur Clerici in maxima Europæ parte latinè callere debeant, quia nimirum in ea clerici latinè recitant. Quæ ratio mouit aliquos ad dicendum vtile fore Missas idiomate populari loci, in quo dicuntur, celebrari. Quod nisi

nisi maiora inconuenientia secum veheret, hoc sanè respectu in iis, quæ voce sublata dicuntur, conueniens iudicaretur, id tamen non conuincit esse necessarium ad debitam ⁸ attentionem, prout nonnulli hæretici asseuerant: Sufficit enim idiotæ audienti Missam iacere cogitatus suos in Deū, & desiderare suam gratiam, & gloriam, & contèplari Missam continere realem veri corporis Christi præsentia, esse que veram repræsentationem vltimæ Cænæ, mortis, & passionis, quas propter nos Saluator noster perpeffus fuit, quibusque redempti fuimus, qui est tertius, & optimus benè attendendi modus: Sufficeret etiam & desiderare, vt exaudiatur sacerdos ille pro cunctis orans, & sacrificans, attendere insuper ad ea, quæ dicit, & facit, licet eum neque audiant, neque intelligant, animo satisfaciendi præcepto Ecclesiæ, aut seruiendi Deo. ⁴ Sequitur plurimum conuenire ⁹ omnibus Ecclesiasticis intellectum Latini sermonis, cuius in officiis diuinis est vsus. Magna item laude dignas esse sanctimoniales, quæ non solū sibi præcepta vt idiotæ adimplent, sed etiam laborant pro sua virili, latina, & quæ recitant intelligere, aliquot quidem arte, aliquot vero vsu, discretione, & aduertentia. Cùm enim munus præcipuum, cuius à ministris ecclesiæ rationem reposcet Dominus, sit horarum recitatio, eaque esse debeat nostra maximè assidua occupatio, & ob eam nobis suppeditetur victus honorque tribuatur, sitque requies animæ facta deuote & attente, aliter verò facta labor, & tadium: Iustum profecto & vtile fuerit, reputare nobis decorū id egregie facere iustū in id conatus nostros intendere. Iustum procurare id, quod in id multum habet momenti, intelligere nimirum, quæ pronunciamus; Iustum denique ad animum reuocare, nos non posse sine intellectu verborum præstare illum modum, quem optimum magnus ille prædicator & doctor D. Bernard. ^b in ¹⁰ hæc verba nos docuit. Immolantes hostias laudis, iungamus verbis sensum, sensui affectum, affectui exultationem, exultationi grauitatem, grauitati, humilitatem, & humilitati libertatem.

¹¹ ^{III} Principaliter dico, non posse quem sine aliqua dictarum trium attentionum obtinere tertium fructum orationis, de quo supra, puta consolationem, & suauem animæ recreationem, secundum omnes, iuxta illud Pauli. ^c Si orem lingua, mens mea sine fructu est, est autem

b In serm.
13. super cã
tic. lib. 8.

c ad co.
14.

scm

tem fructus ille suauitas illa & Manna illud nec tarque dulcissimum, quibus anima cum attentione deuota orans reficitur, iuxta expositionem D. Tho.^d & aliorum.

d ibid. &
in d. ar. 14.

Ex quo colligitur primo causa, cur præsertim iis, qui non sunt latini, videatur tam molestum, & laboriosum sequi chorum, & deseruire canonicarum: Est enim illa, quod cum plerique in choro recitemus parua cum attentione tercia speciei, & secunda locum non habeat in iis, qui arte vel vsu non callent latinum, & prima secum ferat plus aloes quam mellis, præcipua sibi spiritalis pars amata, aut certe insulsa remanet.

Sequitur secundo recitanti idiomate alieno vile fore secum cogitare & Deo dicere: Non intelligo mi Domine, quod pronuntio, vel audio, credo tamen me dicere & audire magnas laudes tuas, licet longe minores iis, quas Maestas tua meretur, & gratias tibi agere, quales potest humana infirmitas, simul peto tuam gratiam, & gloriam, cum necessariis ad eas consequendas, mihi & omnibus Christianis, præsertim vero benefactoribus meis, iuxta ordinem, & intentionem Almae Matris Ecclesiae: Exaudi me Domine & præsta ea, quæ non intelligendo verba peto. Credamus expertis, quod qui consueuerit dum recitat talia cogitare, animo que reputare, suauius, hilarius, & gratius suum peraget officium, siue sit Ecclesiasticus siue laicus, siue recitet Pater noster, & Aue Maria, siue psalmos, & hymnos, aut aliud quicquam approbatum idiomate sibi ignoto. Quod sæpius prædicandum esset populo, & Clero, ad bene magisque afficiendum eos ad hoc, quod omnibus est factu facile, quam ad alia subtilia, quæ ut sunt paucis facilia, ita à paucioribus fiunt.

III. dico, quod etiam quoad alios tres effectus orationis, scilicet mereri, impetrare, & satisfacere, opus est secundum omnes, quod in initio habeatur propositum actuale, siue expressum, vel virtuale, siue tacitum, attendendi & vacandi Deo, dum orauerint. Nullus enim actus esse posset meritorius, vel virtuosus, nisi fiat cum deliberatione, & aliquo sine debito, quandoquidem aliter non esset actus humanus, sed brutalis, ut graphice declarat D. Thom.^e Ex quo sequitur rectè dixisse Paludanum, f orationi necessariam esse attentionem hoc sensu, g quod oratio nasci debet ex intentione eam dicendi. Neque hallucinatus fuit statim postea dicendo, quod orationis attentio à principio debet esse intenta.

e 1. 2. q. 6.
& qu. 12.
f In 4. di.
15. quest. 5.
sol. 6.
g Vbi sup.
quest. 6.

Ex

15 Ex quo sequitur primo, quod qui incipiunt recitare inde liberare, & eodem modo prosequuntur ex sola imaginatio ne, non merentur, neque impetrant, nec adimplent recitandi præceptum, quales sunt infantes, stulti, & mente capti, carentes iudicio sufficienti ad merendum, vel demerendum, & multa recitant memoriter, vel legendo. Quales item qui solent dormiendo surgere, h vestire se, domo egredi, & ad eam redire: & recitare memoriter, quod aliis diebus vigilantes solent, quando se vestiunt. Quales sunt etiam qui accipiunt Breuiarium in manus, & expectantes socios, sine proposito recitandi, vel satisfaciendi suo muneri, legunt in eo easdem horas, quas recitare debebāt, vel earum partem: Nam licet talis mereri posset expectando virtuose alios, bene cogitando, & meditando, non tamen recitando illas horas, quatenus Canonicas, quas tenebitur denuò recitare, etiam si postea socij non aduenerint, non enim à principio habuit animum dicendi illas, neque eas dixit, ut satisfaceret suæ obligationi, & actus agentium non operantur ultra intentionem eorum, i Dixi supra (proposito actuali, vel virtuali) quia alterum eorum sufficit. Si enim quis petat, vel capiat Breuiarium cum proposito expresso satisfaciendi huic obligationi, aut recitandi, ut debet, aut dicendi suas horas Canonicas, ut præcipit Ecclesia, sufficiens propositum habet attendendi à principio, licet non habeat expressum. Amplius dico sufficere, animo deliberato capere Breuiarium, ire ad ecclesiam, vel aliud simile facere, ita ut interrogatus quare id petat, vel faciat, verè responderet, se id facere ad recitandum, vel satisfaciendum suæ obligationi, vel debito, iuxta ea, quæ alibi h latè diximus de proposito virtuali. Quæ conclusio est valdè quotidiana, & me pridem consolata fuit, cum eam vidi per Parisienses i in specie determinatam.

Sequitur. 2. non mereri, quinimò peccare, & non lucrari distributiones quotidianas corā Deo, ideoque in foro conscientie esse obligatos eas restituere, qui recitant, vel propositum habent recitandi suas horas domi, vel extra chorum, & ad illum vadunt animo non attendendi ad ea, quæ ibi dicentur, vel cantabuntur, neque vacandi Deo, saltem aliqua bona parte notabili illius. Quod ipsum dicendum est de illis, qui vadunt cum proposito attendendi aliquo dictorum modorum, verum postea mutant actualiter, vel virtualiter illud.

h Lux. gl.
Carm. &
Imol. Cle.
1. de homicid.

i In 6 omnis ff. de acquir. re. Domini.

k c. Inter verba 11. q. 3. p. 86. nu. 309. & sup. in hac ead. repe. cap. 6. num. 15. l. Maior in 4. dist. 12. quest. 7.

V. dico

V. dico, quod ad merendum, impetrandum & satisfaciendum, non solum necessarium est habere à principio propositum supradictum attendendi, & vacandi Deo, sed etiam, ne concipiatur postea actualiter, vel virtualiter aliud illi contrarium, secundum omnes. Amplius dico, quod sicut duæ sunt species propositi attendendi, scilicet actualis, & virtualis, ut supra diximus, ita etiam duæ sunt species non attendendi, & consequenter, bifariam posse amitti propositum attendendi conceptum ab initio, scilicet actualiter, siue expresse, & virtualiter siue tacite. Actuale, siue expressum propositum non attendendi habetis, qui proponit non attendere aliquo dictorum trium modorum ad id, quod recitat, quod raro contingit, nisi eis qui iam semel recitarunt & proponunt iterum recitare postea id ipsum, quod iam recitarunt, quæ praeventio fieri solet à multis viris piis, qui recitant, vel canunt in choris parum Deo attentis, & deuotis, & ab aliis, qui recitant cum Dominicis, vel sociis balbutientibus, vel quia suo vitio anticipant versus, vel syncopant verba, vel alios defectus admittunt; ob quod non liberantur à recitandi obligatione. Propositum virtuale non attendendi orationi habet solus, & omnis ille, qui solo cogitatu se occupat in rebus ei extraneis, & aduertit se de iis cogitare, & quod per eiusmodi cogitatum auertitur planè ab omni attentione horarum, & omnia hæc animaduertendo, non procurat animum suum ab iis reuocare, iuxta communem, vel animo deliberato se occupat in actibus exterioribus repugnantibus omnibus supradictis attentionibus recitandi, attendenti saltem habilitate & cura eius, qui ita se occupando recitat.

Ex hoc dicto sequitur primo, quod aliqui recitando, & canendo, neque recitant, neque canunt, & lucrificando distributiones quotidianas coram hominibus, eas perdunt coram Deo, vna cum animarum suarum iactura. Quod verificatur in iis, de quibus in collatio ultimo præcedentis dicti, & etiam in his, qui à principio habent sufficiens propositum occupandi se in horis, sed postea continuando illas, mutant propositum actualiter, vel virtualiter, ut proxime dictum est. Tales enim etiam si coram hominibus mereantur, & lucrantur, coram tamen Deo peccant & non mereantur magis, quam si non recitarent, etiam si aliis operibus exterioribus non occupentur, secundum Communem, ^m licet Hostiensis in vno loco, ⁿ S. Anton, ^o Angelus, P & alij alibi

^m Quam tenet Pal. in 4. dist. 15. qu. 5. & late probat A. d. r. Quolib. 8. ca. G. H. 1. & Caiet. in verb. Hora r. §. 3. 10. Maior in 4. dist. 12. n. 12. c. Dolentes de cele. Miss. o. 3. par. ti. 13. num. 4. p. verb. hora §. 26.

alij alibi contrarium teneant. Videtur enim mihi communi assentire etiam S. Thom. ^q quatenus præsupponit, quod aliquando sola euagatio interior est peccatum mortale, & Sylvester, etiam si in duobus locis ^r videri possit alicui esse opinionionem Hostiensis, in vtroque tamen meo iudicio concordat cum communi. Dicit enim, euagationem interiorem non esse peccatum mortale, etiam si sit deliberata, dummodo sciat, quod recitat, vel facit. Scire enim quod dicit, & facit, est animaduertere, & videre an erret nec ne, & hic est vnus, licet infimus trium modorum attendendi, & consequenter in effectu non dicit, nisi quod non est peccatum mortale euagatio interior deliberata, quando cum ea concurrat vna trium attentionum, licet sit minima, quod etiam tenet Communis.

II. Sequitur, non cenferi quem mutare propositum attendendi, eo solo quod non attendat, nisi etiam aduertat se non attendere. Sed neque tunc, si procurat mediocriter animum retrahere. Dixi (mediocriter) quia secundum Tho. ^r & omnes alios, magna est differentia in retractione animi, quando vagatur, & distrahitur. Si enim adhibeatur in eo magna, aut saltem mediocris diligentia, etiam si non retrahatur, euertatur culpa mortalis & venialis, & oratio est meritoria & satisfactoria, verum si non adhibetur ad minus mediocris, peccatur venialiter, & per consequens oratio non est meritoria, licet sit satisfactoria præcepti, uti ad aliud propositum loquendo de eadem oratione supra ^t diximus.

III. Sequitur, quod qui accingit se ad scribendum, vel legendum aliquid diuersum ab eo, quod recitat, communitur peccat, & etiam mortaliter, si ea deliberatè faciat tam diu, quam diu recitat partem notabilem orationis obligatoriam. Scribere enim, & legere diuersum ab eo, quod recitatur, est actus exterior, qui videtur repugnare omnibus speciebus attentionis, & per consequens, qui tale quid recitando facit, videtur saltem eo tempore, quo id facit, mutare virtualiter propositum attendendi, quod à principio habuit, per proxime dicta. Dixi (communitur) quia interdum excusatur, ut cū necessitas id faciendi superuenit recitanti eam alio, & proponenti supplere postea, quod interim dum illud scribit, socij recitarent. Dixi (si id deliberatè faciat) quam diu recitat partem notabilem. Qui enim tale quid ageret non cogitans quid agat, aut per imaginationem su-

^q In 4. dist. 15. qu. 4. ar. 5. qu. 4. r In aure. ros. ca. 9. & in verb. Hora. qu. 11.

^s In 4. dist. 15. qu. 4. ar. 2. qu. 4.

^t In cap. 3.

v In c. 10.
nu. 19.

bitam, aut solum dum socij recitant vnum vel alterum verbum, vel versum, non esset defectus mortalis, per supra^v ad aliud propositum adducta.

x lib. 7.
cap. 25.

Non sum ignarus obiici mihi posse, possibile esse quem²³ legere, aut scribere vnam epistolam, & attendere ad horas iuxta illud Plinij^x de Iulio Cesare; Scribere & legere simul dictare, & audire solitum accepimus. Epistolas vero tantarum rerum quaternas pariter librariis dictare, aut si nihil aliud ageret, septenas. At ei qui mihi hoc obiecerit, respondebo, nos omnes Ecclesiasticos non esse ea habilitate, quæ fuit Iulius Cæsar; & licet essemus, non tamen adhibemus tantam curam in recitando, quantam solebat ipse in scribendo, dictando, vel legendo. Et quod si quis reperiretur tam diligens, & habilis, ut legendo, vel scribendo aliud, attenderet ad recitationem tantum, quantum esset necessarium ad evitandum peccatum mortale, talis non peccaret mortaliter, licet frequenter sic venialiter, mea sententia, ob irreuerentiam, quam facit Deo, occupando se, dum ei loquitur, in aliis ab eo distrahentibus, sine iusta in id causa.

III. Sequitur, quod Beneficarij legentes, vel scribentes, aut subsignantes litteras, provisiones, vel alia in choro, etiam si sint Capituli, interim dum in eo canitur, vel recitatur, bis peccant, quandoque mortaliter, aliquando venialiter. Primo quidem, quod se ipsos distrahant. Deinde vero, quod à bene attendendo auertunt socios. Equidem de aliis me constantioribus, & paratioribus, ad mentis oculos defigendum in Deum, quam ego non loquor: verum fateor, quod quando video dari meis sociis provisionem, aut epistolam in choro subscribendam, & eos manibus pennas ad subscribendam tenentes mentem meam distrahi, vel ad cogitandum de illo, quod provisio continet, si sciam, vel ad dubitandum, vel diuinandum quid contineat, si nesciam, vel saltem cogito de ea subscriptione, quæ me ab attentionis officio auocat.

V. Sequitur iisdem duobus modis peccare eos, qui loquuntur in choro, alij quidem in aurem, alij voce sublata quæpiam à recitatione aliena, quoniam loqui & audire ita sunt actus exteriores, sicut legere, & scribere, & quæ ac illi repugnant attentioni ad recitandum, vel canendum requisitæ. Quid ergo dicemus de ringentibus siue rixantibus, ridentibus, murmurantibus, & vociferantibus? Quid? nisi quod peccent quandoque mortiferè, quandoque vero venialiter

nialiter, & quod tempore, quo id agunt non magis placent Deo, quam si non essent in choro, imò minus, quia prætermisso sine suæ orationis, qui est seruire Deo, eius hosti diabolo seruiunt aliquando.

26. VI. Sequitur peccare graniter eos, qui attendunt quidem ad verba, sed adeo festinè, præcipitanter, & transcurrendo recitant, vel canunt, ut etiam illa integrè pronuntient, neque ipsi, neque eorum socij possint intelligere eorum significata, etiam si idioma quo recitatur calleant. Tum quia licet primo modo attendant, non tamen accipiunt illum, ut medium, & gradum ad conscendendum ad alios meliores attendendi modos, quandoquidem festinatio illa repugnat secundo modo, nec cum tertio concordat, saltem iuxta communem recitantium habilitatem & usum. Tum quia id prohibetur in Concilio Viennensi² in verbo transcurrendo, & est festinatio, & præcipitatio, quam prohibet statutum Ecclesiæ Gallicanæ^b, in illis verbis. (*Non cursim, ac festinanter.*)

a Clem. j.
de celebr.
Miss.
b rit. Quo-
mod. diuis.
offic.

27. VII. Sequitur verum esse id, quod non semel respondi, nimirum, quod licet non satisfaciant debito, non tamen satisfacere desinunt ob defectum attentionis illi, qui cum sufficienti proposito attendendi, incipiunt recitare, quod debent, & postquam ineeperunt, ob variarum cogitationum pugnam, non dicunt tam deuotè quam cuperent, & ideo deliberant denuò recitare, etiam si tunc finiant illud cum mediocri attentione, animo tamen non se à debito exonerandi. Quod sæpius contigit mihi dicenti orationes votas, & per confessarios in penitentiam iniunctas Quod

28. ipsum dico de eo, qui die festo audit Missam, & quia non est de die, aut quia non audit tanta deuotione, quanta cuperet. deliberat audire eam ad finem vsque, sed sine animo satisfaciendi obligationi, quod est quotidianum. Neutrum enim eorum satisfacere debito constat ob defectum propositi satisfaciendi, & quod id non fit ob defectum attentionis, & propositi attendendi, constat ex hoc dicto.

29. VIII. Sequitur, quod qui recitat, non tenetur repetere verbum, neque versum, neque psalmum, neque lectionem, quam non recordatur se dixisse, modo non recordetur se non dixisse, & credat probabiliter dixisse neque etiam sacerdos sacrificans facere signa, aut repetere verba, quæ non recordatur, an fecerit, vel dixerit, dommodo etiam non recordetur se non dixisse, vel fecisse, modo, inquam,

credant probabiliter, eo quod aliàs soliti sint ea facere, vel dicere, quando sic recitant vel celebrant, & meminerint à principio, ac medio habuisse propositum actuale siue expressum, vel virtuale, siue racitum, in id attendendi. Tum quia qui recitat legendo, vel memoriter pronuntiando vnum psalmum, vel alterum, imò tres, vel quatuor, contemplando omnipotentiam diuinam, qua vniuersa creauit, sapientiam, qua eadem gubernat, & bonitatem infinitam, qua vult, vt ei seruiamus, quò saluemur, quaque se nobis mirabiliter, & stupendè communicat, aut alia id genus similia, nil cogitando de verbis, quæ dicit, nec de signis, quæ egit, nec de eorum sensu non potest recordari, an illa dixerit, vel fecerit, sufficientem tamen & selectam attentionem haber, etiam si animaduertit, quod aliud ab eo quod recitant contemplatur, quandoquidem contemplatur Deum & diuina, quæ sunt finis debitus orationis, & ita tertio modo, qui est optimus, vt supra ^c dictum est, attendit. Tum quia qui incipit recitare cum proposito attendendi vno trium dictorum modorum, etiam si postea dum recitat vnum versum, psalmum, vel vnam lectionem, imò verò multas, tam intensus est fabricandis (vt aiunt) in aere astris, vel modo quo studebit, vel præleget eo die, vel anno, aut quo excolet sua oliueta, & vineas, quod non adhibet mentem ei, quod recitat, nec eius significatui. Tamen si non aduertit se vagari, vel si aduertit, procurat se colligere, licet non possit, adeò, quod postea recorderetur, an dixerit illa nec ne, satisfacit, secundum omnes. Tum quia qui sensu verborum, quæ recitat, fruatur, concipiens conceptus, quos vocant vltimos, id est rerum per verba significatarum, minus aduertit ad eorum corticem, & minus concipit conceptus eorum, quos vocant non vltimos, qui sunt conceptus ipsorum verborum, & non significatarum, & ita minus no-scit, an ea dixerit. Præstantiorem tamen attentionem habet, quam si soli cortici verborum intenderet, quia haberet secundi generis attentionem, quam primi generis attentioni supra diximus præstare. Tum quòd qui recordatur se incepisse talem psalmum, talem lectionem, imò etiam talem horam, & videt se ad illius finem peruenisse, legendo, vel memoriter pronuntiando aliqua, in quibus ipse communiter errare non solet, iuste credere potest se totum recitasse, vti solet, & vterius progredi, argumèto eius, quod singulariter dixere Patiensens ^d præfati. Nempè, quòd qui

^c sup. eod.
cap. n. 4.

^d In 4.
dist. 12. q. 7.
col. e.

incipit laudes minores S. Mariæ, & se videt in fine psalmi (*Laudate dominum de caelis.*) etiam si non recordatur dixisse vllum versum illorum psalmorum, quos dixit, iuste potest credere, se de more solito omnes dixisse. Qui optimè consulunt, vt qui rectè vult attendere ad horas, non se occupet in cogitando, & meditando, An attendat, nec ne. Nam, vt qui transeunt per summitatè aliquarum trabium pro pontibus in aere distentiarum, citius cadunt, cogitando de casu, & metuendo cadere, Ita qui recitat cogitando de errore, & metuendo errare citius errabit. Tum quia vt alibi ^e ait Caieranus, velle attendere non est tam attendere, quam pro obiecto & scopo attentionem ipsam præfigere. Tum quia vt sæpius consului, non solum non tenetur repetere id, quod probabiliter credit se dixisse, qui alia patitur, verum etiam malè ageret id faciendo, eo quod habitum, & consuetudinem concipiendi scrupulos superfluos sibi quæreret, eo item, quòd iterum ea repetens, vt plurimum iterum erraret, & ob id oporteret cum tertio, & quarto repetere, quod non semel mihi contigit, & scio aliis contingere, quæ via est desipiendi, nisi relinquatur, eo etiam quòd faceret contra illud Sapientis. ^f Ne iteres verbum in oratione tua. Confirmantur hæc, eo quod alibi ^g probamus, nimirum, quòd licet iterum confiteri peccatum semel confessum de se sit bonum, non est tamen tale iteranti ob scrupulos superfluos, assuefaciendo se ad inquietam conscientiam habendam.

33 VI. principaliter dico, necessarium esse ei, qui primū vel secūdum attendendi modum eligit, ne illum eligat animo persistendi in eo, & non transeundi ad tertium, qui melior est illis, sed eligat eum tamquam gradum attendendi ad alium meliorem, si Deus id dederit. Nam si adeò contentus foret aliquo duorum primorum, vt proponeret non procurare tertium, neque mereretur, neque satisfaceret, vt singulariter determinauit subtilis Caieranus. ^h

34 Ex quo sequitur primo, quod qui inciperet recitare, animo attendēdi ad verba, quòd pronūciat, vel canat ea incorruptè, ordinatè, & distinctè, putās quod ob suam imbecillitatem, vel vaserudinem, qua tunc est, magis expedir eligere infimum illum modum, tanquam medium, & gradum ascendēdi ad alios duos altiores, si id Deo placuerit, debito satisfaceret, non autem si eligeret eum eo animo, vt eo contentus, nollet ascendere per medium illius ad altiorē.

^e 2. Sec. q.
83. ar. 33.

^f Eccles. 7.
g In c. sine
n. 28. 29. &
30. de Pœ-
nit. dist. 11.

^h In 2. Sec.
q. 83. ar. 33.

a vbi sup.

II. Sequitur, veram videri aliam non minus insignem conclusionem eiusdem Cardinalis, scilicet, quod qui dum recitat, mentem occupat in meditando amorem, mansuetudinem, suauem conuersationem, capturam, passionem & mortem Saluatoris, & domini nostri Iesu Christi, optimè satisfacit, si hanc meditationem sumit tanquam mediam, & gradum ascendendi ad contemplandam diuinitatem, & concipiendum in ea amoris affectum, qui ex ea contemplatione quasi filia nascitur. Nullum siquidem est melius medium, vel gradus ascendendi ad montem cognitionis, & fruitionis Diuinitatis altissimæ, quam ipsa humanitas benedictissima Redemptoris, iuxta illud præfationis) *Vi dum visibiliter Deum cognoscimus, per hunc inuisibilem amorem rapiamur*) verum si prædicta meditatio humanitatis, & passionis, fameretur pro finali & vltima attentione, & non pro medio, vel gradu ascendendi ad contemplationem, & amorem Diuinitatis, non satisfaceret; Quinimò etiam si eam non fumeret pro finali & vltima attentione, sed videret se ita illi implicati, vt maiori sit impedimento quam auxilio ascendendi ad prædictum altissimum cognitionis & fruitionis Diuinitatis montem, omittere deberet eam, secundum eum, licet mea sententia mereretur, & satisfaceret præcepto, dum modo expressè non acciperet eam pro vltimo fine sue recitationis, & attentionis; etiam si non expressè acciperet eam pro medio, quia virtualiter pro medio, & non vltimo fine censendus est accipere. k

2 Arg. co.
2. de Regu.
lar. & i. de
rito ff. pro
socio.

III. Sequitur, multos (quod ad orationem, & recitationem attinet) multum abesse à termino, ad quem existimant se peruenisse, imò & prætergressos esse. Sunt enim quamplurimi existimantes se peruenisse ad optimum finem horarum, protinus ac eas omnes canunt, vel pronunciant benè, vel malè ruminatatas, benè, vel malè pronunciatas, & cantatas. Sunt multi qui aduertentes prædictos esse suo modo satisfaciendi contentos, arbitrantur se longè prætergressos esse limitem bonæ recitationi sufficientem, eo quod eas cantent, & pronuncient sine errore syllabæ, vel puncti, licet non intellexerint significatum eorum, quæ dixerunt, neque eis in mentem venerit Deus, nec desiderium videndi eum visionis, neque habendi illius gratiam, neque gloriam. Alij existimant se dignos, quibus deferantur (vt aiunt) candelæ, eo quod peruenierint ad statum, in quo dum recitant, vel canunt officium alicuius S. meditando labores eius, offun-

duntur lacrimulis, quæ sæpe nascuntur ex hypocrisis infima inimica contemplationi sublimi. Quot quæto videas contentissimos, & audissimos laudis, eo quod ceceierunt aliquam lectionem, epistolam, euangelium siue collectam, siue vilo verbi, vel accentus errore? Cum tamen nihil prius eorum quæ dixerunt intellexerint, neque eis affluerit radius contemplationis Diuinæ, ob nebulas, quibus eos audivit gloriæ, & metus ignominie humanæ obumbrabat.

37 Quo circa ô Domini patres, & fratres mihi suspiciendi, & diligendi, qui ex patrimonio Christi ratione ordinum, professionum, & beneficiorum, à Sancta Matre Ecclesia alimur, oculos in nos reflectamus, nobiscumque sæpè reputemus, eam ideò nobis & stipendia & victum supeditare, vt gratias agamus Deo creatori nostro, vtque matrem eius laudemus, & oremus non solum pro nobis, sed etiam pro toto populo Christiano, quam ob causam sæpè nobis longè plus honoris tribuit, quam fratribus nostris naru maioribus. Et nunquam non obuerfetur ob oculos nostros, hoc esse munus nostrum, hanc esse nostram prouinciam, & de illa benè administrata nobis esse gloriandum, simul optemus, vt primum Deus, deinde homines ad illius gloriam, nos habeant pro deuotis clericis, religiosis, peculiaribusque eius ministris, & maioris faciamus quòd laudemur ob talia, quam ob vlla alia quamlibet alia nostre gentis stemmata, gloriam, honores & fortunas, quibus prædictos spirituales titulos prætulimus. Ideoque omni cura & studio attendamus saltè in verba, quæ pronunciamus, nec anticipe mus versus, neque qui sumus vnus chori incipiamus nostros, antequàm qui sunt alterius chori finiant omninò suos (quàm cum primis magnus & frequentissimus recitantium, imò canentium abusus est) simul abstinemus à corrupendo, deglutiendo, inepto accentu, nimia cum festinatione pronunciando verba adeò vt intelligi nequeant. Præterea curemus intelligere id, quod proferimus, quamuis enim non simus ante perfecti latini, si tamen idioma Italum, Hispanum, & Gallum (quod est latinum corruptum) callemus, erimus vsu saltè corrupti latini, adeò vt aliqua eorum, quæ cum debita paula recitauerimus, aut cecinerimus, ex vsu intelligere queamus. Et Deus ipse pro sua bonitate id quod in nobis est facientibus supetias mitet, quò imperfectè contemplanes eum, eodemque

imperfectè fruente in terris, perfectè videamus eundem, eodemque perfectè fruamur in Cœlis. Amen.

VII. dico omnia supradicta de attentione, excepto vno
 aut altero, non tantum esse necessaria, vt debita, siue præcepta oratio sit bona, verum etiam vt consulta, siue quæ de consilio est, non sit peccatum, vt singulariter, & speciatim Caietanus I determinat, & antea sensit Thom.^m quatenus ait peccare orantem, animo inter orandum diuagante, non distinguendo inter orantem ex præcepto, & inter orantem de consilio, & probatur illa celebri Hieremia⁹ auctoritate: Maledictus homo, qui opus Dei negligenter facit. Probatur & illa firmissima ratione, quod nullum opus cuiusquam virtutis quamlibet voluntarium est bonum, nisi cōcurrentibus omnibus circumstantiis necessariis, vt supra ^o de eadem ipsa oratione tractantes diximus. Tum quia qui voluntariè ad id non obligatus hospitio excipit aliquem, aut intercessoris munus ad aliquem Magnatem gratis accipit, non agit studiosè, siue virtuosè, imò peccat, nisi necessarias in eo obseruauerit circumstantias, vt rectè a prædicto Cardinale P determinatur, & ex prædictis constat attentionem esse vnã de circumstantiis bonæ orationi necessariis. Tum quia eadem ratio quoad hoc in oratione voluntaria, quæ in obligatoria militat, ergo idem ius vtrouque censendum. ⁹ Ratio. n. cur oratio sine attentione facta non est bona, est, quod vt qui non attendendo in id, quod dicit, alloquitur Principem, aut Magnatem, irreueretur & offendit eum, ita & à fortiori, qui alloquitur Regem Regum, non attendens in id, quod dicit, eum offendit. Tum per illud Malachia: ^r Si offeras cœcum animal ad imolandum; nonne malum est offerre illud duci tuo, si placuerit ei, aut si susceperit faciem tuam. Quasi dicat, quod quemadmodum offerens Magnati alicui arietem, aut hœdum cœcum erant, ita & qui aliquid Deo maculat offerit: Et qui orat sine attentione, rem maculatam offert ei, vnde hac auctoritate motus dixit Adrianus, ^s orationem & sermonem ad Deum habitum, etiam si non sit de præcepto, non debere tamen esse contemptibilem, qualis est oratio sine attentione.

Ex his sequitur primo, quod licet interdum ad recitandum, aut orandum non obligemur, quoties tamen id fecerimus, ritè facere tenemur. Sequitur 2. Multos dicendo, aut audiendo missam, horas canonicas, vel alia diuina officia,

ficia, peccare, qui non peccarent non dicendo, aut non audiendo illa. Quot ad id non obligati pronunciant horas, & loco orationis Dominicæ modeste dicendæ recitant illam, quam insignis ille verbi Diuini præco Thomas Illyricus solebat Tholosæ in Galliis vocare Pater noster de Gentilhome, siue nobilis; dum Deo dicit (*Pater noster*) & mox famulo, pastri ne sunt equi? & post (*qui es in cœlu*) subdit, est quod edatur? & dicto (*sanctificetur nomen tuum*), rogat, cur se demittit accipiter ille? & finito (*adueniat regnum tuum*) confestim dicit, strigila equum. Quot item ad id non obligati adeo oscitanter horas recitant, vt meritò responderi eis posset eo modo, quo apud nostrates famulus quidam suo respondit hero die quodã veneris ad focum recitanti symbolum Apostolicum. Herus enim cum oscitanter, & vage mente peruenisset ad illa verba (*Carni resurrectionem*) quinquies, aut sexies repetiit, (*carni, carni*) famulus autem subridens dixit: Domine hodiernus non est dies carnis. Quot item bis horas recitant, & secunda vice, quia se putant prima satisfecisse, absque ferè vlla attentione pronunciant, non animaduertentes etiam secunda vice obligati ad debite recitandum, esto voluntariè id faciant? Quam obrem raro, & agrè soleo ipse recitare cum familiari vel amico iterante horas semel pronunciatas. Quot præterea missas dicunt, quibus ad id non obligantur, audiunt, nunc confabulando, nunc ridendo, & iocando, nonnunquam dormitando, cum facile possent resistere somno, nunc oculos, imò & cogitatus in ea, quæ non oportet iaciendo (Non ociose dixi *Missas*) Nam pro re inurbana, vili, & abiecta (proh dolor) iam habetur à multis, audire attente Primam, Tertiam, Sextam, Nonam, & completoriam, imò & vesperas, nisi organi sonus accedat, & tunc non pauci eum audiunt in solum finem iudicandi, & dicendi, o quam cœlestialiter psallit, si sonus ardeat, aut quam infernaliter, si displiceat, in vtroque hyperbole superflua vtendo. Non loquor de nobis ministris superpelliceo indutis, qui quandoque loquimur in aurem, quandoque voce sublata, quin & nonnunquam ridemus tempore quo organum pulsat suum versus hymni, aut Magnificat, Benedictus, aut Nunc dimittis. Quia loquor de recitantibus, vel canentibus citra obligationem. Nos enim eo magis in ea re peccamus, quam layci, quò magis quam ipsi sumus obligati canere, vel audire attentè per mox dicenda.

Quod denique audiunt conciones adeò negligent, vt vel nolint intelligere, quod audiunt, vel ita, vt quod vna excipiunt aure, altera egrediatur, vel quòd perperam, aut negligenter dictum sit, memoriæ mandant, vt postea cuiuspiam perperam vel negligentem dicti notent concionatorem, & si quid boni desumunt, non id agunt, vt illud faciant, verum vt gloriam postea consequantur illud alibi referendo, aut vt adulentur ipsi concionatori, præsertim si Regi, vel principi fuerit cum primis charus, dicentes, o quam singularis, delicata, sublimis, & proposito apta fuit illa, vel illa dicendi phrasis? Omnes quidem supradicti audientes, cantantes, aut recitantes etiam citra obligationem, si faciant hæc, cum attentione facere tenentur, alioquin peccant, licet communiter venialiter tantum. Non otiose in initio huius dicti septimi dixi (excepto vno, aut altero) Inter orationem enim obligatoriam & voluntariam, siue ea quæ meræ deuotionis ergo sit, duplex ex Neotericis colligitur differentia. Prior est, quod qui sine attentione & cum proposito non iterandi dicit obligatoriam, peccat mortiferè, quia nõ satisfacit præcepto. Qui verò non obligatoriam, venialiter tantum, quia non debita cum attentione dicit. Posterior differentia, quod pronuntians obligatoriam sine attentione, tenetur iterare eam, alter non item. Vterque enim tantum, & non plus ad iterandum obligatur, quantum & non plus, quàm si non pronunciaisset, atque ita obligatio remanet sua obligatio, alteri vero sua tantum deuotio.

VIII. principaliter dico, verum videri illud D. Anton. nempe illos, qui recitant vestiendo, calceando & aliis actibus exterioribus se occupando, dignos esse reprehensione, & vix satisfacere præcepto, quia ex proposito se immiscant actibus ab attentione auertentibus. Quæ ratio videtur concludere idem esse dicendum de his, quos passim videmus recitare horas, colligendo herbas, rosas, vvas, instruendo ignem, præstendo caput, manus, vel faciem lauando, penas ad scribendum aptando, & id genus alia attentè agendo. Pro quo facit quod, vt ait S. Antoninus, nemo magnæ authoritatis æquo animo ferret, vt quis cum seriò super re graui alloqueretur, occupando se in huiusmodi leuioribus. Contra tamen hoc dictum Diui Antonini facit primo, quòd contrarium ab omnibus ferè obseruari videmus. Quis enim est, qui illas, vel illas preces, illa, vel illa vice

non

non dicat aliquid præfatorum, vel similibus faciendo. Quis, quæso, non aliquando recitando se scalpit, aut ad pulicem pungentem manum porrigit, non tendit oculos in viridarium, & deambulans in margine fontis, fluuij, vel ripæ, non prospiciat illa, & gaudet quod raucum per leuia murmur saxa ciet, vt inquit Poeta à Hieronymo citatus? Secundo quod ferè totus mundus credit, & seruat id, quod Caietanus dixit. Non peccare recitantes dum se induunt, modo pro viribus recitandis attendant: & quod in nonnullis religionibus statutum videtur, vt religiosi inter surgendum pronuncient horas B. Mariæ, & quod S. Dominicus dixit orationem attentè à surgente de lecto pronuntiatam communem, & salubrem ad resistendum peruersis cogitationibus esse medicinam. Tertio, quòd Parisien. b arunt quem posse iuste exuendo recitare, cum non agat actum repugnantem actuali horarum attentioni. Sicut & religiosus satisfacit mandato verrendi Ecclesiam superioris sui, licet hoc agendo intrantes eam obnixè intueatur. Quarto quòd iter faciens pedes, vel eques, suas horas iuste pronuntiare potest, secundum Innocent. receptum per omnes, & quod Ioannes Cassia. d (Quem Isidorus e tantum facit) testatur de monachis Ægyptiis, quòd occupati externis actibus orarent, & recitarent in hæc verba. Sicut nullum fermè ab eis ocij tempus excipitur, ita nec meditationi spiritali quidem finis imponitur, quin & pariter exercentes corporis animæque virtutes, exterioris hominis stipendia cum emolumentis interioris æquant. hæc ibi. * Adde quòd sacrificia præscribuntur in Missalibus formulæ precum, quas pronunciant dum sacris vestibus se induunt, dum in medio Missæ manus lauant, dumque se in fine eius vestibus sacris exuunt. Quin & Episcopis in Pontificali præstituuntur multi psalmi, quosdam vestibus Pontificalibus vestiuntur, cum ministris recitant. * Equidem percipere hanc adeò quotidianam, & tanti momenti quæstionem videre ab eo, qui errare non posset, decisam. Varia enim diuersis temporibus de ea mea fuit opinio, sed in præsentia arbitror, omnes conciliari posse per conclusiones sequentes. Quarum prima sit, quod omnes supra relati satisfaciunt præcepto, quoad recitandum. Tum quia solus & omnis ille actus corporalis ad implementum præcepti recitandi impedit, qui repugnat, & est impatientis cuiuslibet attentioni trium prædictarum, habilitate eius qui recitat

z c. Nunquam de C6 se. dist. 5.
a z. sec. 90
83. ar. 13.

b 10. Maior. in 4a dist. 12. qo
7. col. fin.

c in c. 1. de celeb. Missar.

d lib. 2. ca. 14. Canonico. orat. & psal. modo.
e in li. de diuinit. officii.

e Sentit. Tho. & excipit Calet. 2. sec. q. 83. ar. 13. & Palud. in 4. dist. 35. q. 5. col. 5. Ant. 3. par. tit. 13. c. 4. §. 8.

v Arg. ca. Quod precipitur 14. q. 1. c. Denique sub fine 4. dist. x Adr. qd. l. 3. Maior in 4. dist. 2. q. 7. col. penult. & vlt. y 2. par. tit. 9. cap. 3. §. 3. ver. certitia negligentia.

e In 4. di.
tit. 15. q. 12.

f c. Per
Catechif.
mū de co-
gnat. spiri.
lib. 6.

recitat inspecta, iuxta Communem, vt pulchrè resoluūt Durandus, & constat supradictos actus non esse tales, quia faciens illos potest attendere ad horas aliqua attentione trium supradictarum, nec D. Anton. dicit eos non adimplere præceptum, sed vix illis satisfacere, & vt ait Bonifacius VIII. f. quod vix fit, fieri tamen dubium non existit. Secunda conclusio, recitans aliquid ad quod non obligatur, faciendo aliquid prædictorum, non peccat, imo meretur, si vtunque ad id attendat, quod probant rationes contra Antoninum allegatæ, de quibus prædictus Caietanus loqui videtur, de eo enim loquitur, qui ex sola deuotione orat. Tertia est non solum satisfacere præcepto, & non peccare cum, qui iuxta de causa, vna & eadem hora agendo actus prædictos horas debitas pronunciat, verum etiam mereri gratiæ augmentum & gloriam, si in statu gratiæ id faciat. Tum quia in eo non procedunt rationes pro opinione S. Antonini adductæ. Tum quia nullus Princeps ægrè ferret, si à subdito suo, vel quouis alio aliquid aliud agente, iuxta de causa seruo super re graui consuleretur, quod quotidie videmus fieri à Bombardariis, Vitriariis, sartoribus, sculptoribus, pictoribus, & aliis id genus officariis, quos occupatos in sui officij rebus libenter super rebus feriis audiunt Principes, imò ægrè ferunt, quod causa eis loquendi, omitant dare operam alicui operi celeriter absolueno. Exemplum conclusionis fit in casu, quo venit ad aliquem visitaturus, aut interrogaturus, vir aliquis spectatæ autoritatis, & ipse peruenit quasi ad finem alicuius horæ, quam non potest finire, & simul vt decet illum excipere, nisi recitet componendo simul capillos, pileum, vestem, calceos, & alias vestes mutando, hoc casu non videbitur peccare, modo conetur mediocriter recitationi attendere. Item si lecto absque culpa incumbens ad celebrandam missam publicam hora non solita quis vocetur, & recitare vsque ad Primam inclusiuè, & ire ad eam celebrandam tempore oportuno nequeat nisi surgendo, vestiendo, & calceando se, & alia in id præparatoria faciendo recitet, poterit id absque peccato facere; Necessitas etiam studendi concionaturus, prælecturo, aut expedituro negotia saltem spirituaalia, iuxta causa id faciendi esse videtur. Quarta conclusio: Nonnullos actus corporales tam parum repugnare attentioni horis etiam obligatoriis debita, vt etiam nulla interueniente causa, sine peccato, eos faciendo recitari possit.

Quorum

Quorum de numero videtur esse lenis deambulatio, itineris factio moderata peditis, vel equitis, collectio huius, vel illius herbar, prospectio in prata, hortos, & vireta. Quinta: Quod plurimi actus adeo sunt attentioni horarum contrarij, vt ea salua, magna cum difficultate fieri possunt, quos qui horas pronunciando fecerit, venialiter peccabit; in quibus dicto D. Antonini & erit locus. Quales sunt surgere de lecto, induere & calceare se valde festinanter, magna intentione instruere focum, & præparare libros. Qui autem horum actuum sit huius generis, vel præcedentis, certa regula tradi non potest, ideoque boni viri arbitrio relinquendum, cuius muneris erit non tantum naturam operis exterioris, sed etiam modum, & habilitatem agentis considerare. Posset enim quis induens vestem tam esse intentus recitationi præfata, vt omnino non peccaret. & contra, ita intentus esse ambulationi, aut profectioni, vt sic intendendo pronunciare horas esset peccatum saltem veniale.

6 Quod ex omnibus his sequitur, eo maiori laude dignam esse recitationem, cæteris paribus, quo minori manuum, pedum, oculorum, aliorumque sensuum externa sit occupatione, vt integra ad eam sumus mente intenti, iuxta illud Redemptoris nostri benè intellectum. Cum oraueris intra in cubiculum tuum, & clauso ostio ora. Dixi (cæteris paribus) ad soluendum argumenta, quæ contra hoc fundari possunt in recitatione horarum canonicarum publica, & in celebrandis aliis diuinis officiis publicis in Ecclesia, vel subdito, vt litaniæ, quæ potiora sunt priuatis, cæteris paribus, licet maiorem requirant sensuum occupationem.

Nono principaliter dico, ex octo his dictis præcedentibus colligi posse verum modum intelligendi hunc texturam & omnia in eius confirmationem supra citata, quæ breuitatis gratia haud specifico.

Cap. XIII. de parando ad recitandum animo, tangit quinque Conclusiones.

Recitans horas sic ad id se præparet.

n. 1

Recitans in statio malo implet præceptum, sed gratiam non meretur.

no. 2

Præparatio quæ necessaria ad implendum præceptum recitandi.

no. 3

Missam

§ 2. par.
tit. 9. n. 4.
§. 3. ver.
Tertia ne-
gligentia.

h Arg. l. 1.
ff. de iure
delib. c. de
causis de
offic. de-
leg.

i Math.
6.

Missa maior decet preparatio, quam alias preces. nu. 4
Attendere non est velle attendere. nu. 5
Attentio triplex, ad verba, ad significata, ad Deum & Divina. nu. 5

NO TA XIII. Ad horarum recitationem animi præparatione opus esse: Sanctissimus, n. Cyprianus in hoc textu ita dicit. Ideo sacerdos ante orationem, præfatione præmissa parat fratrum mentes dicendo (*sursum corda*) Quin & antea idem aperitur reliquis dictu Ecclesiastes² in Itaturis Ecclesiæ Gallicane, h in idem propositum citatus. Ante orationem præpara animam tuam, ne sis quasi qui tentat Deum, quæ preparatio recte fit contritione peccatorum, & elemosinarum largitione, vt significat Concilium Viennen.^c & apertius quarundam diocesum recitandi regulæ, quibus concordat Romana noua scilicet Breuiarij Cardinalis S. Crucis, dum præcipit incipere horas à confessione generali, * quod non facit noua scel. recor. Pij V. * Optimè præparabit se, qui seruaerit illa Abbatis Isaaci, & Ioannis Cassiani supra d^e relata, vbi tamen non determinauimus, an omnia illa ita ad euitandum peccatum sint necessaria, sicut sunt ad maius præmium consequendum vtilia, quod in hunc locum determinandum remissimus. Pro cuius determinatione dico primo. Necessè esse oraturo mortali peccato infecto mundare se ab eo, saltem vera contritione, ad hoc vt oratio eius sit meritoria gratiæ & gloriæ. Licet non ad hoc vt satisfaciatur præcepto recitandi, siue vt nõ peccet nouè per omissionem recitationis, vt dictum est supra, e cum nemo in peccato mortali constitutus agat actum meritorium. f

Secundo, quod non solum ad querendam gratiam, sed etiam implendum præceptum per orationem, præcedere oportet præparationem voluntatis, & propositi actualis, aut virtualis ei attendendi modo supradicto. g

Tertio dico quod ad euitandum peccatum, & satisfaciendum præcepto recitandi, sufficit vt præparemus nos ad horas. Missam, aliaq; officia diuina, per præparameta ad id ab Ecclesia ordinata, puta (*Domine labia mea aperias*) aut (*Deus in adiutorium meum intende*) vel per orationem Dominicam, confessionem generalem, aut symbolum Apostolorum, secundum formulam breuiarij, secundum quod recitare vel missare debemus, adeo quidem, quod si quis mecum recita-

a cap. 15.
 b tit. quarta
 liter horarum
 dicen. sint
 extra cho
 rum in sin.
 c Clem. i.
 g. Ideoque
 de reliq. &
 gen. sanct.

d In ca. 12.
 qu. 3.

e ca. 8. nu.
 2. & seq.
 f ca. nihil
 infra dif. 5.
 g. charitas
 ij. de peen.
 dif. 2.
 h In not.
 17. nu. 3. &
 seq.

re solitus mecum ingressus cellam, vel musæum, inciperet id, & eo modo, quod & quo præcipit Breuiarium, ego autem non concepto alio proposito actuali, relicto studio secundum eiuſdem formulam ipsi respondeam, præparationi necessariæ satisfaccerem. Quæ est decisio notabilis, & rei quotidie in choris contingenti necessaria, & ad tollendos sexcentos scrupulos eis, quibus negotiis extraneis intentis, aut dormientibus incipit, & incitat hebdomadarius, per orationem Dominicam, dicendo sublata voce Pater noster, aut per (*Deus in adiutorium*) vt & ante nos affirmarunt Parisienses. h Ex quibus omnibus sequitur, versiculum illum (*Deus in adiutorium*) aptissimum esse horarum initium, quod confirmatur per multa dicta Cassianiⁱ & orationem Dominicam esse finem conuenientem, iuxta concilium Gerundense. k Per quæ confirmantur quædam superius adducta. Verum tamen est huius capituli contextum significare, maiorem attentionem, & præparationem requiri ad vnam orationem, quam ad aliam. Quoniam ad partem illam Missæ, quæ consecrationem Sanctiss. corporis Christi continet, specialiter nos admonet. S. Marer Ecclesia, vt nos præparemus per illa verba (*Sursum corda*) quod non facit ad aliam, imò nec ad initium eiusdem Missæ. & S. Thom.¹ ait in ea parte missæ animum sacerdotis esse valde eleuatum. Quod licet proculdubio plurimum deceat, non tamen arbitrari esse necessarium ad euitandum peccatum, imò neque ad querendam gratiam, & meriti augmentum. Licet enim orare cum attentione sub pena peccati teneamur, non tamen hoc vel illo attentionis gradu id facere præcipimur, vt supra m dictum est. Nam neque quisteneretur ad omnem attentionem sibi possibilem, vt recte dixerunt Parisienses. n Aduertere item debemus omnes, qui cõsecramus, aliud esse occupare mentem in volendo attendere, aut ad attendendum nos parare, in quo se solent scrupulosi occupare, & non est attentio, nec ad attendendum præparatio, sed potius euagatio, & assumere attentionem in obiectum, & scopum. Aliud est Attendere, quod est aduertere, ne in verbis erretur, quæ est prima & infima attentio, vel eorum significata concipere, quæ est secunda & mediocritas, vel Deum, & diuina contemplari, quæ est tertia, & optima attentio, ad quam inter alia, pertinet figere mentem in illius summa benignitate, qua nos tantâ familiaritate, & humanitate dignos facit, vt existens in cælo in terram per sancta

h Maior.
 in 4. disti.
 12. quæst. 7.
 col. 2.
 i In 11. col
 lat. Abbat.
 Isaaci ca.
 10.
 k c. id sem
 per de cõ
 secr. dist. 5.

1 2. sec. q.
 83. art. 18.

m In nota
 bi. 13.
 n Maior.
 in 4. disti.
 12. quæst. 6.
 col. 3.

illa

n. Caieta.
2. sec. q6.
83. art. 17.
o Cap. 15.

illa, & valentissima verba, quadantenus se demitti patiat, quæ est consecrationis actui attentio aptissima, vt quidam doctissimus Cardinalis ¹ sensit. De qua triplici attentione supra ^o dictum est.

Cap. XV. De re à recitatione aliena, tangit tres Conclusiones.

Falsum non est, quod in sensu in quo fit est verum. nu. 1
Corda in Deum esse eleuata dupliciter dicitur. nu. 2
Attendere multi admonent parum ipsi attendentes. nu. 3



NOTA XV. non esse falsum, vel mendacium id, quod in aliquo sensu est verum, licet in communi nō sit tale. Hic enim textus in illis verbis, dum respondet plebs (*habemus ad Dominum*) significat secundum communem intelligentiam, quod omnes Missam audientes sacerdoti præfanti vere respondent, habemus corda actu eleuata ad Dominum, quod est falsum. Quia pauci eorum collatione aliorum, corda sic habent actu eleuata, est tamen verum ita intelligendō, quod sancta Mater Ecclesia, & nonnulla eius membra habent sic eleuata, & etiam est verum intelligendo, quod audientes Missam habeant saltem virtualiter corda eleuata ad Dominum. si à principio actu, vel virtute proposuerunt cum attentione Missam audire, & tale propositum in contrarium non mutarunt. Verum quia aliis ² duobus in locis ^o super hac conclusione non tam materiam orationis, quam aliam tangente scripsi, solum hic dicam, quod multos pios miseret, piget, atque pudet audire aliquot sacrificos præfationes recitantes, aut cantantes, quorum alij adeo festinè, alij adeo oscitanter, alij adeo pomposè eas recitant, aut cantant, quod facile hi, qui ab eis præmonentur leuare in Deum corda, conuicere possunt quam longè habeant ab eo sua, & quam parum leuant in eum sua, qui alios ad leuandum hortantur, saltem actu, licet credendum sit, eos saltem virtute ita leuata habere, vt à peccato saltem mortali excusentur, per infra ^p dicenda.

^o in ca. csi
super de
confess. &
in c. inter
verba. 11.
q. 3. & ple
nius in ca.
humane
aures. 22.
quæst. 5.

^p cap. 16.
num. 20.

Cap. xvj.

Cap. XVI. de Impedimento attentionis, tangit 80. Conclusiones.

Recitator vitet occasiones euagationis proprie vel aliena. nu. 1
Attentionem horarum multum rumpit laudis amor. nu. 2
Monachorum Aegyptij silentium imitatione dignum. nu. 3
Recitans negligenter cum aliis bi peccat. nu. 4
Recitans priuatim in choro aliud ab eo, quod canitur, vt peccat. nu. 5
Recitare debet omissa sic tarde veniens, vel cito exiens. nu. 6
Recitans stando quod debet recitare sedendo, vel contra, vt peccat. nu. 7
Horas ad dicendas in choro qui ducit puerum vt peccat. nu. 8
Recitans peccat, si monitus non seruat accentus. nu. 9
Accentus Græcus à Latino multum differt. nu. 10
Accentus qualis verbis extraneis proprius. nu. 11
Iacobus quali accentu proferendum. nu. 12
Lucia & Mathæus quo accentu proferenda. nu. 12
Accentus nouus aptus admittendus. nu. 13
Recitans leuiter errando non nihil peccat. nu. 14
Recitans quis corrupendo verba peccet. nu. 15
Criste dicere insignis error est. nu. 16
Kyrie eleison quid significet. nu. 17
Salve qui bene & qui male pronunciat. nu. 17
Pater noster quibus punctis distinguendum. nu. 18
Symbolum quibus punctis & quomodo distinguendum. nu. 19
Missæ nec nimis festinè, nec nimis tarde dicenda. nu. 20
Ceremonia debent esse breuiores vno tempore quam alio. nu. 21
Missæ defunctorum aliquot ita festinanter dicuntur vt audire pigeat. nu. 22
Recitare in portis ecclesie indecens. nu. 23
Recitare cum superpelliceo tali & tali indecorum. nu. 24
Anticipare versum quam indecens. nu. 25
Pasandum in medio & in fine versus. nu. 26
Recitare alta voce missam audiendo malum. nu. 27
Sacrificia in tota sleantur dum paratur ad Missam. nu. 28
Cantando ceremonias illas aut illas sic facientes peccant. nu. 29
Ignorantia sua quis in choro mouet risum peccat. nu. 30
Canunt qui contra punctum ignorantibus illum peccant. nu. 31
Cantores cantu organi diuina canentes vt plurimum peccant. nu. 32

Ingenio qui acuto pollut non otientur.	nu. 33
Cantus qui plus quam re cantata mouetur vt peccat.	nu. 34
Cantus contrapuncti magis licet quam organi.	nu. 35
Cantrices Monacharum Conybricensium imitande.	nu. 36
Canores Musici in diuinis quomodo peccant.	nu. 37
Cantando & audiendo cantantes varie peccatur.	nu. 38
Cantus non debet praferri concioni.	nu. 39
Cantus ecclesia male ab haereticis sublatus.	nu. 40
Canores qua ratione possunt effici deuoti.	nu. 41
Canere profana, & benedicere Commatis in diuinis ma- lum.	nu. 42
Canere in diuinis tumultum bellicum peccatum.	nu. 43
Symbolum Apostolicum in Missa inceptum finire debet.	nu. 44
Organa ecclesie non tam Deo grata, vt vulgus putat.	nu. 45
Thomas Aquinas mortuus anno 1174.	nu. 46
Musica instrumenta scientia querenda parum prodesse.	nu. 47
Organi miscere profana diuinis peccatum.	nu. 48
Organo psallentes in quo peccant.	nu. 49
Missam audiens quid maxime attendere debet.	nu. 50
Organi sonus prolixus hoc modo deuotius audietur.	nu. 51
Organi sonus in diuinis non sit nimis.	nu. 52
Officia diuina non sint nimis longa, nec nimis breuia.	nu. 53
Missae quae pars submisae & quae clare dicenda.	nu. 54
Missae & alia diuina officia non debent relinqui incepta.	nu. 55
Missae iam caepae quibus de causis imperfecta relinquitur.	nu. 56
Missam ob quam excommunicatus non sit irregularis. n	57 & 58
Excommunicati praesentia est iusta causa non finiendi missam.	nu. 59
Canon Missae quis, & caepae omnino finiendus.	nu. 60
Horam caeptam non finire absque causa veniale.	nu. 61
Hora minori de causa quam Missa relinquitur caepae.	nu. 62
Oratio etiam voluntaria & non debita non debet relinqui imperfecta.	nu. 63
Oratio sine causa non interrompanda.	nu. 64
Recitans exiens cito vel tarde veniens vt peccat.	nu. 65
Orationem iuste rumpi ob causam et pertinentem.	nu. 66
Salutare in choro obiter vt liceat.	nu. 67
Oratio ob quid iuste interruptatur.	nu. 68
Iudex inter recitandum ordinare aliquid potest.	nu. 71
Oratio consultata quando non est addenda praepae.	nu. 72
Oratio interrupta animo iterandi eam iteranda est.	nu. 73
Orationis dicende obligatio non tollitur dicendo illam abs-	

que anni

que animo eam tollendi.	nu. 74
Oratio male interrupta vt satisfaciatur.	nu. 75
Missam qui dicit non misceat illi extranea.	nu. 76
Officia diuinis seruandam modeste & honeste.	nu. 77
Exhortatio ad modestiam in diuinis seruandam.	nu. 78
Ira Dei punit populum, quem non punit eius Rector.	nu. 79
Chori praeses corrigat in eo peccantes.	nu. 80



NOTA XVI. euitandas esse occasiones ab attentione recitationi debita nos auertentes. Quod colligitur ex illis verbis (*Claudatur contra aduersarium pectus*) id enim debite fieri incipit, nisi vitentur occasiones praedictae, & confirmatur illo Saluatoris nostri². Cum volueris orare intra in cubiculum tuum, & ianua clausa ora, ad finem supple, ne videas vel audias, quod te impediatur, & ne videaris, aut audiaris, a quibus laudari cupis, quod maximum est impedimentum; Confirmatur & ipsiusmet exemplo, qui ascendit in montem³, vt oraret solus. Adde quod non solum vitare debemus causas nosmetipsos, sed etiam proximos impediunt. Cum peccato alieno consentiens peccet^c, & causa damni dans damnum dedisse dicatur^d. Pro utroque facit testimonium Ioannis Casiani de Monachis Aegyptiis testantis, quod horis, in quibus ad recitandum & orandum multitudo eorum innumera conueniebat, tantum erat eorum silentium, vt nullus alius praeter psalmi praecentorem ibi adesse videretur, praesertim eo tempore, quo oratio siue collecta dicebatur, in quo vt ipse ait in haec verba: non spiritum emittitur, non excreatio obstitit, non tussis intersonat, non oscitatio somnolenta diffusis malis & hiantibus trahitur, nulli gemitus, nulla suspiria etiam astantes impeditur pronuntur, nulla vox absque sacerdotis prece concludentis audirur, praeter eam, qua anima accensa, & ignita non potens infra se retinere, quasi deuotione crepans vi fractis oris repagulis emittit. Qui idē protinus haec subdit. Illum verò, qui constitutus in tempore mentis cum clamore supplicat, aut aliquid horum, quae praediximus, ex faucibus suis emittit, aut praecipue oscitationibus praenuntur, dupliciter peccare pronuntiant. Primo quod orationis suae reus sit, quod eam scilicet negligenter offerat Deo. 2. quod in disciplina strepitu alterius quoque, qui forsitan ardentius orare potuit, intercipit sensum.

a Math. 6.

b Math. 14
Marc. 6.c Ad Rom. 1. cap. i. de offic. de lege.
d c. fin. de iniur. l. qui occidit. §. in hac. ff. ad l. Aq. i.

Ex prædictis omnibus desumuntur multa corollaria, ⁸
Primum, peccare beneficiarium, qui in choro recitat suas
horas, aut earum partem tempore, quo in communi reci-
tatur, vel cantatur quippiam aliud. Nam vt concilium Gal-
licanum ⁹ ait, non solum obsequium, ad quod est obno-
xius, choro subtrahit, sed alios psallentes perturbat, & per
consequens sumit, & dat causam auocandi se vel alium ab
orationis attentione, contra hunc textum ⁸ & notabile. Ob-
quam eandem rationem, peccat similiter canonicus vel
monachus, qui recitat quippiam præter suas horas interim
dum chorus recitat vel canit, licet iam domi, vel alibi suas
recitauerit.

II. Corollarium est, quod qui inchoata hora venit ad ⁶
chorum, non debet statim supplere id, quod iam chorus
cantauit vel recitauit, sed debet illam cum eo continuare,
& ea finita, & aliis, quas postea sine intermissione cantauerit,
vel recitauerit chorus, supplere illud modicum, cui non
interfuit. Quod ipsum dico de illo, qui post horam ceptam,
aliqua ex causa egreditur, vel obdormit, regressus enim vel
experrectus, debet continuare cum choro id quod restat, &
horis finitis supplere defectum.

III. Peccare saltem venialiter beneficiarios, qui sine ⁷
causa iusta, & aduertentes stant, cum sedere debeant, & qui
sedent quando stare debent. Eos item, qui sedibus desertis,
ad vestibulum chori sese conferunt, vel prope eius portam,
quò citius egrediantur officio finito, vel vt loquantur, le-
gant, scribant, seu aliud quippiam agant: Siquidem hi om-
nes se ipsos, & alios perturbant, & per consequens, su-
munt vel dant occasionem distractionis, contra hunc tex-
tum. Neque (meo iudicio) iusta in id causa est, videre ocu-
lis corporeis eleuari sanctum Sacramentum. Tum quod
ab ipsis subselliis oculis mentis illud videre possunt. Tum
quod D. Hieronymus à glossatore ⁸ quodam relatus dice-
bat. Ingratum est Spiritui Sancto, quicquid obruleris, ne-
glecto eo quod teneris.

IIII. Infero, peccare eos qui saltem tempore quo ho- ⁸
ræ pronunciantur, deferunt ad ecclesias canes, accipitres, &
infantes, qui plorant, vel vociferantur, & faruos, qui tu-
multus excitant. Quoniam sunt causa suæ, vel alienæ di-
stractionis ab attentione officij Diuini. Quod rectè sensit
concilium Gallicanum, ⁸ & etiam Lugdunense ^h supra
allegatum. ⁱ Quid ergo dicemus de iis, qui eiusmodi de-
ferunt

e in titul.
Quom. di-
nina offic.
§. antepu-
bit.

§ In præg.
sanct. Gal-
lic. ti. quo
mo. diuin.
verb. sub-
trahit.
§ tot. titu.
quomo. di-
ni. offic. &
melius Cle-
men. j. de
celeb. mis-
titu. quo-
mod.
h. c. decet.
de immunit.
eccles. li-
bro 6.
i. in cap. 4.

ferunt ad chorum, & de iis, qui in illo cum infantibus lusi-
tant, dum diuinum celebratur officium?

⁹ V. Peccare eos, qui iam ab aliis certiores effecti, aut ab
eruditis edocti, pertinaciter seruiant prauum accentum non-
nullarum dictionum; licet antiquitus ita pronunciantur;

¹⁰ Quorum de numero sunt illi, qui hodiè sequuti suam con-
suetudinem veterem, accentum in antepenultima dictio-
nis (Iacobus) constituunt. Neque exulari possunt, quòd
dicant se accentum Græcum sequi. Quoniam in omni-
bus casibus etiam gignendi & dandi, non secus ac in no-
minandi, accusandi & vocandi constituunt in antepenul-
tima, & secundum Græcos, non nisi in certis casibus in an-
tepenultima constitui debet. Quia ratione nostræ Antonius

¹¹ Nebricensis complures alios sequutus, optimè docet, di-
ctiones peregrinas reductas ad declinationem Latinam,
accentu Latino pronunciantas esse. Dixi supra (pertinaci-
ter) quia qui id facerent, vt sui chori vel Auditorij, in quo
id faciunt, se conforment, minimè iudicio meo peccarent.

¹² Similiter etiam errant, & peccant, qui admoniti, accentum
in penultima dictionis (Lucia) constituunt. Tum quòd non
est (vt putant) dictio Græca vel peregrina, sed pure Latina,
vti eruditiores tradunt, & vsu receperunt, & quem ad-
modum est dictio (Lucius) Tum quia licet foret dictio peregrina,
declinatur vt latina, & in omnibus casibus ei tribuunt
vnum & eundem accentum, contra regulas Græcicas, &
aliquot aliis casibus, neque Græcum, neque Latinum ei tri-
buunt. Idem dicendum de iis, qui in litanis ponunt accen-
tum in prima syllaba dictionis (Mattheo) non aduertentes
penultimam esse longam, & diphtongo esse affectam. Ho-
rum omnium, qui admoniti non se emendant, peccatum
non obscure comprobatur. Quia præterquam quòd non di-
cunt id quòd, & quomodo debent, perturbant & distrahant
ab attentione horarum doctos, qui cum eis recitant, vel ab
eis audiunt, & tanto grauius, quanto magis & plures pertur-
bant. Neque se tutari possunt dicendo, quòd pronunciano
vt debent, perturbarent eiusmodi pronunciationi assuefac-
tos. Quia sine causa perturbarentur, alij vero cum ea, & ho-
rum scandalum est acceptum, & peccatum proprium, alio-
rum vero actuum & peccatum pronunciantis, vt colligitur
ex doctrina communi de scandalo ^k, & cum hos vel illos
offendere oporteat, offendat quem ratio dicat, cuius vis
protinus illam offensionem tollet, non autem quem ratio

^k Quis ex-
plicat vier-
que Tho.
2. sec. q. 43.
art. 2. Tho.
cum comu-
ni in 4. di.
38. Adrians
quol. 2. no-
stri in c. 2.
de ope. no-
ui. nuncia

excuset, cuius vis magis eam indies adaugebit, vñà eam de-
 decore eruditorum Capituli, & Cleri, quos docti auditores
 iudicabunt ignorantes, vel incircumspectos: Fateor nihilo-
 minus, quod cum aliqua dictio vno, & altero accentu pro-
 nuntiari potest, decens est eam pronuntiari solito, & ob
 rationem memoratam, & quia vbi excusationi est locus, non
 dandum scandalum. ¹ Neque etiam excusari possunt dicen-
 do, accentus errorem esse paruum. Tum quia non est eius-
 modi, cum significationem immutat. Tum quod licet par-
 uitas erroris excuset à culpa mortali, non tamen à veniali.
 Tum quia quamuis per se paruus sit error, per accidens ta-
 men ob perturbationem, & distractionem, quem parit in
 choro, magnus est. ^m Tum denique quod quislibet error
 horarum quamuis exiguus peccatum contemptum admissus est
 peccatum, etiam mortale, vti supra ¹ traditum est, & ob
 alias rationes cuiusdam doctissimi, quæ licet non conclu-
 dant suâ propositione, vti supra ostendimus, hæc tamē sic.

V I. Peccare etiam eos, qui pronunciant corruptè dictio-
 nes, saltem si admoniti non se corrigunt. De quorum nu-
 mero sunt, qui supremi Ducis nostri Iesu cognomen illud
 (*Christus*) pronunciant sine aspiratione, cum tamen ipsa in
 illo significationem immutat, etiam invocatio, dicitur
 (*Cryte*) quod significat plumarum conum in vertice
 auium, quum *Christe* vinctum significat. Idque non solum
 in omnibus horis, sed etiam in Missa. Ex eorum quoque
 numero, & quidem potiore ratione, sunt ij, qui cum dicen-
 dum foret (*Kyrie eleison*) dicunt (*Kyrie eleison*) efficientes vñà
 è duabus dictionibus, & tollentes è septem syllabis vnam
 & magis qui dicunt (*Cristeleison*) quoniam adimunt vnam
 syllabam, & vnam aspirationem, quæ significationem mu-
 tat, vt rectè scripserunt quidam eruditi, & ipse alibi ^o dixi.
 In iisdem etiam, & potiori ratione, sunt, qui pronunciant
 (*Kyison*) & (*Criston*) quando quidem isti non solum auferunt
 accentum, & aspirationem, aut ponunt vbi non est opus,
 sed etiam syllabas adimunt. Quoniam verò, vt debeo, desi-
 dero, vt verba hæc tam vñata & tanti momenti benè pro-
 nuncientur, eius rei ignaros certiores facio (*Kyrie*) esse di-
 ctionem vnam, quæ significat Domine, & (*eleison*) seu, elee-
 son cum accentu in penultima, quæ significat, Miserere, &
 similiter (*Christe*) esse dictionem vnam idem valentem, quod
 vñate, vel Messia, estque cognomen Iesu, & (*eleison*) seu
 (*eleeson*) aliam, quæ, vt dictum est, significat Miserere.

VII.

VII. Corollarium, peccare quoque eos, qui licet benè
 seruent accentum, & benè pronuncient verba, perperam ta-
 men punctis distinguunt, & pausant clausulas, pronuntiatio-
 nem interruptentes, vbi eis lubet, quando quidem eo mu-
 tatur significatio, & perturbatur chorus, aut socius, & simili-
 ter etiam adimitur intellectus eius, quod dicitur. De nume-
 ro horum sunt, qui recitant, (*Salve Regina*) non seruatis
 punctis, aut nonnulla seruando in vna parte, alia vero in
 alia, ita vt etiam doctissimi quique perturbentur, & diffici-
 le assequantur quid, cum quo, aut quomodo loquantur, cum
 tamen antiphona illa sit tam pia, vt facillè humiliauerit, imò
 ad lachrymas concitarit eum, qui eam attentè pronuncia-
 rit. Itaque omnes, qui illam præsertim in choro, & vel cum
 aliis recitarint, per Deum obsecro, vt puncta benè seruent,
 facti nimirum primo in (*Misericordia*) secundo in secundo
 (*Salve*) tertio in (*Eue*) quarto in (*valle*) quinto in (*nostra*) sexto
 in (*conuerte*) septimo in (*ostendè*) octauo in (*pa*) vltimo in fine.
¹⁸ Ex horum quoque numero sunt multi, qui etiam in mis-
 sa dicunt (*Pater noster*) adeò malè seruatis punctis, vt etiam
 docti illud non intelligant. Videbis nonnullos respirare in
 (*sanctificetur*) alios in (*fiat*) quosdam in (*nostrum*) adeò vt
 iuxta suam pronuntiationem non dicant, vt nomen Dei
 sanctificetur, sed vt adueniat, neque vt nobis panem det sed
 vt fiat: quem possent facillimè punctis aptis distinguere, &
 intelligendo suas, & audientium mentes consolari, si pri-
 mum punctum locarent in (*cælis*) secundum in (*tuum*) tert-
 tium in secundo, (*tuum*) quartum in (*terra*) quintum in (*hodie*)
¹⁹ sextum in (*nostris*) septimum in (*temptationem*) vltimum in fine.
 Ex horum etiam numero sunt ij, qui maius symbolum, siue
 Credo Missæ, citra distinctionem vnius articuli ab alio di-
 cunt, existimantibus nonnullis, eo melius dici, quò citius,
 aliis verò tanto se maiore laude dignos esse, quò diutius in
 eo dicendo immorantur, & tam hi, quam illi respirando, &
 pausando vbi non oportet, articulum articulo ita permi-
 scent, vt cum sanctam fidem Catholicam confiteri debe-
 rent, eam negent plarique, quod faciebat is, qui subsistebat
 post (*Deum verum genitum non*) & postea velut periodum se-
 paratam incipiebat, (*factum consubstantialem patri*) Confide-
 remus, quæ so, omnes istud, & sollicitè subsistamus, & pauise-
 mus vbi, & vt oportet, quod nunquam vti decet præ-
 stabimus, nisi elaboremus addere verbis mentem, &
 sensum.

1 Mat. 18.
 & c. Nihil
 de prescr.

m Arg. li.
 si qui in
 hoc C. de
 Episc. &
 cler.
 n In cap.
 10. & 12.

o In cap.
 hoc quo-
 que supra.
 cad. dist.

VIII. Corollarium, peccare eos, qui nimis festinè, aut ²⁰ nimis tardè pronunciant Missam: Turbant enim & distrahunt se suosque auditores, & occasionem præbent, ut aliqui dicantur celebrare Missam venatorum, alios verò doctissimus ille Episcopus Parisiensis Guilielmus cereorum consumptores vocat. Quoniam verò nonnulli mediocrem festinationem, & tarditatem vocant nimiam, dico mentorem eius rei non debere esse appetitum eam dicentis, vel audientis, sed rationem. Et quia illa dicitur, ne quis adeò festinus sit in loquendo, ut à semetipso vel aliis satis intelligi nequeat, P neque etiam adeò tardus, ut sui obliuisci, aut alia meditari videatur, Is mihi legere vel recitare Missam mediocri cum festinatione, & mediocri cum tarditate videtur, qui illam eo modo pronunciat, quo, si alicui Principi seculari loqueretur, vel legeret, modestus, & urbanus censetur: fateor nihilominus, quandoque aliquam festinationem, aut tarditatem esse mediocrem, quæ aliàs foret nimia. Cæpisti tardè Missam aut coram fatigatis negotiis, vel officiis, aut iter agentibus, æquum est ea uti festinatione, quam verborum prolatorum intellectus patitur. Facis Missam societatis sancti Sacramenti, suis die & hora, aut festo die maiorem Missam, æquum est ut tardior sis, citra tamen illam euagationem, vel distractionem. Nam & magnus aliquis Princeps gaudet iusta de causa quem æquo & solito sibi festinarius loqui. Cæterum ut Princeps non gaudet sibi quem ita festinanter loqui, ut quid dicat non intelligat, neque ita tardè, ut sui obliuisci, vel alia meditari videatur, ita Deo non est grata festinatio, quæ impedit intelligentiam eius, quod dicitur, neque tarditas, quæ obliuionem, vel distractionem illius inducit.

IX. Errare etiam episcopos & alios, qui statis diebus canunt Missas, & licet habeatur concio prolata, cum cantu organico dilatato adeò lentè turificant, & canunt præfationem, Pater noster, & cæteras caeremonias peragunt, ac si nulla prolaxitas admixta fuisset, eo quòd suapte natura sint valdè tardi, sic enim diminuunt deuotionem audientium, & occasionem dant obloquendi suis caeremoniis, quæ licet sint bonæ & sanctæ, sunt nihilominus duntaxat caeremoniæ, & inuentæ ad augendam deuotionem, & attentionem, ac proinde, non tantè sunt æstimandæ, quanti finis earum, & si plerique pluris eas faciant, & ita nunquam adeò lentè sunt peragendæ, ut impediunt deuotionem, & attentionem

¶ Arg. ca.
Is autem
21. quæst. 2.

¶ Quia per quod
vniuersæ &
illud magis.
Aristo. in Topi. &
Auth. Mul-
to magis.
C. de sacr.
eccles. &
ca. Cum in
cunctis de
eisdem.

quationem finis, ob quem sunt inuentæ: Quin potius sunt breuiandæ, quantum patitur honestas, & dicti finis consecutio deposcit, uti dubio procul requirit præfatis diebus in præfatione, Pater noster, Benedictione, & cæteris omnibus, quæ aadiuntur à populo prolixo officio, & concione præcedenti iam fatigato.

22. X. Peccare quoque presbyteros, qui adeò festinanter canunt aliquas Missas, præsertim defunctorum, ut videatur subannatio, & irrisio benè canentium: eiusmodi enim non solum se ipsos, sed etiam audientes disturbant, distrahunt, & deuotionem adimunt, & prouocant magis ad cogitandum de illorum incuria, quam de Deo, cuiusque bonitate, qui id tolerat. Quod ipsum etiam, censo de iis, qui adeò festinanter, & insipide officium, vel responsoria defunctorum canunt, vel recitant, quod misericordiam sit eorum, qui sine misericordia pro illis animabus adeò miseris orant.

23. XI. Peccare Ecclesiasticos, qui sedentes vel ambulantes recitant in portis Ecclesiarum, per quas transeunt, vel ingrediuntur multi, præsertim mulieres salutationibus mutuis vacantes. Nam non modo non obserant pectora hosti, quod iubet facere hic Cyprianus, sed etiam illa iam aperta apertiora faciunt.

24. XII. Peccare eos, qui cum superpelliceq, vel alio amictu superiori notabiliter precioso, & curioso, lacero, spurco, malè corpori aptato, vel insolito procedunt ad chorum, ad supplicationes, vel alio cum aliis recitant, vel cantantur, siquidem quandoque se ipsos, & semper alios perturbant, & occasionem distractionis subministrant, contra hoc nostrum notabile. Quod non obscure sentiens concilium Basiliense, dixit. Si quis Principem seculi rogaturus habitu honesto, gestu decenti, prolatione non præcipiti, sed distincta, attenta quoque mente, se ipsum ac verba studeat componere, quanto diligentius in hoc sacro loco omnipotentem rogaturus Deum, hæc omnia facere curabit? Intelligi nihilominus, mea sententia, hoc debet, quum vadit oraturus coram aliis, si enim solus obseratis ianuis ibi oraret, non esset istud necessarium. Ratio enim huius corollarij in tali cessat.

25. XIII. grauius peccare eos, qui recitando, vel canendo anticipant versum, negligentes audire vltimam syllabam versus, quem eius socij, vel alius Chorus recitat vel canit.

¶ Scilicet 27.
titu. Quo-
modo di-
ui. offi.

Nam præterquam quod audire desinant, & causa sunt quod alij audire desinant partem horarum deitarum, perturbant intellectum eius quod recitatur, & ansam dant propriæ, & alienæ distractioni, omittendo audire finem versus alieni, neque permittendo, vsus proprii audiat, qui sanè est defectus intolerabilis, & satis vetatur per prohibitionem transcurfionis per concilium Viennense. ²⁶ damnata per illa verba (*transcurrendo, & syncopando*) & in Statutis Gallicanis per illa, (*cursum & festinanter*) in hæc verba. Diuina laudes per singulas horas, non cursum ac festinanter, sed tractim & cum pausa decenti, præsertim in medio cuiuslibet versiculi psalmi, debitam faciendo inter solenne, ac feriale officium differentiam, reuerenter persoluantur. Quod equidem decretum pondero in fauorem eorum, qui vsus par est solliciti sunt seruare puncta, & pausas in medio versiculi, & contra eos, qui reculant in fine facere, quod agunt in medio, & incipiunt suum versiculum, antequam audiant finem alterius. Perspicuum. n. est, magis necessarium esse punctum in fine totius periodi & sententiæ integræ, quæ communiter perficitur singulis versiculis, quam in medio, vbi communiter non perficitur. Et quidem meo iudicio, abusus iste est omnium eorum qui in horarum cantu, & recitatione admittuntur, maximus, periculosissimus, notissimus, frequentissimus, & minime emendatus.

²⁷ XIII. Peccare multos, qui audiunt Missam, & iuxta altare tam clarè recitant, vt eos audiant sacrificus & alij, qui cum eis Missam assistunt, quia tam eam dicentem, quam audientes perturbant, & ab attentione Missæ debita distrahunt. Qui sanè si considerarent, quantum perturbant, præsertim post ipsam præfationem, & inchoato iam Canone Missæ (*Teigitur*) profecto vel non recitarent, vel voce submissa id facerent, etiam si essent Reges, & Principes, neque etiam sibilarent, vt solent aliqui, qui non profertur quidem vocem claram, & altam, sed suo quodam sibilio idem ferè faciunt. Ob quod, & alias rationes, non solum olim audituti Missam submissè, nec cum cantu dictam, ingredi cancellos sacelli, in quo dicebatur.

²⁸ XV. Peccare eos, qui ridet, iocantur, narrant fabulas vel historias vanas, aut clarè loquuntur, & præcipuè, qui rixantur in sacristiis (quas Lusitanè thesaurarias vocant) saltem tempore, quo ibi se præparant, & vestiunt se alij, quò statim celebraturi Missam egrediuntur: proculdubio enim id pluri

plurimum perturbat, & distrahit volentè deuotè celebrare. ²⁹ XVI. Peccare eos, qui recitando in choro, vel coram aliis insolitas agunt cæremônias, prosternentes se in terram, vel sine modo pugno sua pectora rudentes ad (*Domine non sum dignus*) vel se colaphizantes ad (*Ego peccator*) vel ad altare post consecrationem, ante communionem, & in ea, aut in alia parte citra modum suspirantes, diutius æquo notabiliter in primo, vel secundo Memento immorantes, euaginant essem dum dicitur Euangelium, genua in terram vsque deflectendo, quando Iesus, vel Maria profertur, polientes, & mollientes notabiliter verba. Hi siquidem omnes turbant se, & alios id ab eis fieri videntes, & auocant à debito, & a priori cogitatu, & consequenter sua, & aliena pectora hosti adaperiunt, tantum abest vt occludant.

³⁰ XVII. Peccare eos, qui canere nescientes, tam notabiliter malè canunt id, ad quod tenentur, vt aliis excitent risum, perturbationem, vel fastidium, distrahendo mentes ab attentione debita. Ex quo subinfertur, eos esse obligatos ad minus tantam sibi cantus notitiam parare, vt canere valeant id, ad quod tenentur, citra prouocationem ad aliquid supra dictorum. Neque eos ab eo excusat iuuenilis vel senilis ætas: Tum quia nulla ætas fera est ad discendum. Tum quia nemo debet suscipere munus, quò nesciat fungi, & si susceperit, tenetur per conscientiam subire onus, aut discere id, sine quo nõ potest eo, vt par est, fungi, per multa iura per quæ id alibi latius probauimus.

³¹ XVIII. Peccare eos, qui vt vocem suam ostentent, & vt audiantur, non callentes artè nec vsu cantum, quem contrapunctum vocant, canunt illud, & vt aũt, cantillant contra omne punctum, & omnem bonam harmoniam in diuinis officiis aliis ridendi, aliis verò obmurmurandi ansam præbentes, & per consequens dantes, & sumentes occasionem distrahendi se ipsos, & auditores à debita attentione, contra hoc notabile. Quod ipsum dico de iis, qui data opera tardius finiunt suum versum, aut in vltima syllaba vltra ceteros reboant, & repetendo velut quoddam echo, nõ solum ad supra memorata prouocant, velum etiam se ipsos, & alios impediunt, ne audiant initium versus alterius chori, quod peccatum est, & indices imò verò in horas accidit.

³² XIX. Peccare hodie communiter aliquot cantores, qui in horis canonicis, & Missa canunt cantum organicum: Eos item per consequens, qui eum non adhibito remedio, de peccato

s Clem. x.
de celebr.
Missæ.
c. tit. Quo
mod. diui.
offic. §. 1.

t Contra
ea, quæ ha-
bentur, in
extratrag.
lo. 23. de
vita & ho-
nest. cleri-
inter com-
munes.

v l. apud
Iulianum.
de fidei-
cõmis. lib.
x. c. nisi cũ
pridem. §.
p defectu.
de renunc.
l. idè iuris.
§. si. ff. ad l.
Aquil. & c.
non est pu-
tãla. l. q. 1.
y. c. si quan-
do. pag. 55.
de rescrip-
& in c. j. §.
caueat. de
penit. di-
stinct. 6.

ne peccant, procurant. Tum quod communiter hodie cantores, dum non canunt, fabulantur, & tantum strepitum excitant, ut totum chorum inquietent, & non modo non excitant, verum adimunt attentionem, & deuotionem officio debitam, & contemplationem Dei, terumque Diuinarum, quin & dum canunt, tam parum modestis gestibus vtuntur, ut magis eos aspicientes distrahant, quam sua melodia attrahant. Tum quia, vt augetur attentio, & deuotio propria, vel aliena, permissus fuit cantus in officio diuino, vt Pontifices, ^a & Sancti Doctores determinant, ^b præsertim Ioannes XXII. ^c in hæc verba. Ideò etenim in ecclesiis Dei psalmodia cantanda præcipitur, vt fidelium deuotio excitetur. In hoc nocturnum, diurnumque officium, & Missarum celebritates assidue à Clero, ac populo sub maturo tenore, distinctaque gradatione cantantur, vt eadem distinctione, & maturitate collibeant, & delectent: hæc ille. At is cantus organicus communiter est causa, vt non audiantur, minusque intelligantur voces, quæ canuntur, & consequenter adimit duas species supradictarum trium attentionum, præsertim apud Germanos, Flandros, & Gallos, qui vix explicant verba, asserentes solo cantu, citra vim & significationem vllam verborum, peritos cantores mouere debere auditores. Cui consequens est, hodie communiter cantum operari contrarium ei, ob quod inuentus, & in officiis diuinis permissus fuit, ac proinde frequenter est abusus, & peccatum. ^d Tum quia dant occasionem, vt ferè omnes alij, qui in choro sunt, relictis suis sedilibus, ad alienas se approximent, & mutuo colloquantur, iocentur, rideant, & negotientur, potissimum cum alternatim verbum vnum organa, & alterum cantores cantus organi concinunt. Nam cum non benè audiant, & minus intelligant id, quod canitur, cumque non sit facile ipsis ascendere ad fastigium conuersationis diuinæ sine verborum quæ canuntur intellectu (qui seruiat pro scala, & gradu) descendunt ad humanam, quia intellectus potissimum acuti, quales sunt vt plurimum ecclesiasticorum, ad aliquid semper agendum sunt propensi, nequeuntque esse ociosi. Tum quia vetitus est cantus organicus in Missa, & aliis horis canonicis per prædictum Ioannem XXII. ^e de Illustrissimo Cardinalium consilio, per multa, & magna verba nerosis innixa rationibus: Tum quòd delectari, aut alium delectare velle in officiis diuinis magis cantu, quam verbis, est

^a Extrau.
l. 10. c. 22. de
vita & ho-
nest. cler.
inter com-
munes.

^b Thom.
2. sec. q. 91.
art. 2.

^c In dicta
extrauag.

^d Arg. le-
gata inuici-
liter ff. de
adimen.
leg. & c. Ad
nostrā de
appellat.

^e In præ-
dicta ex-
trauag.

est peccatum, vt confiteatur B. Augustinus f in hæc verba; ^f Cum mihi accidit, vt me amplius cantus, quam res quæ canatur moueat, pænaltè me peccare confiteor, & tunc mallem non audire cantantem. Tum quia vt sit licitus cantus in diuinis officiis duo sunt necessaria. Alterum, vt non canatur delectationis dandæ, vel accipiendæ gratia. Alterum ne canatur existimando, quòd cantatum per se magis arrideat Deo, quam recitatum, vt rectè probauit Cardinalis Caietanus. ^g Intellego tamen horum prius de fine principali, id est, quòd delectatio non debet esse finis principalis cantus. Nam si finis principalis canentis, aut cantare procurantis sit excitare deuotionem propriam, vel alienam, rectè potest minus principaliter velle sibi, vel alijs audientibus aliquo bono sine placere, vt supra ^h ad aliud propositum diximus & alibi ⁱ probauimus.

³⁴ Non abs re verò in principio huius corollarij dixi de cantu organico, contrapunctus enim qui non turbat Gregorianum, siue planum licitus est, iuxta ea, quæ ipsemet Ioan. XXII. postquam vetuisset cantum organicum, in hæc verba dixit. Per hoc autem non intendimus prohibere, quin interdum diebus festis præcipue, siue solennibus, in Missis, & præfatis diuinis officiis aliqua cõsonantiæ, quæ melodiam sapiunt, puta octauæ, quintæ, quartæ, & huiusmodi, supra cantum ecclesiasticum simplicem proferantur; Sic tamen, vt ipsius cantus integritas illibata permaneat, & nihil ex hoc de benè memorata musica immutetur: maximè cum huiusmodi cõsonantiæ auditum demulceant, deuotionem prouocent, & psallentium Deo animòs torpere non sinant. hæc ibi. Dixi supra (aliquot cantores) quia multi adeò modestè deuoteque canunt, vt de Deo, & deque hominibus benè mereantur, ^k præsertim in vrbe, & maximè in capella Papæ, ad quam de cuiusque gentis artis musicæ callentissimis, & de huiusmodi callentissimis moribus probatissimi deliguntur, & tali cantu organico vtuntur, vt eum minimè comprehendere videantur rationes, quibus præfatus Ioan. XXII. cãtum organicum prohibuit. Quæ videtur ratio germana, quare in tota vrbe non obstante dicta extrauagante, vsitatur cãtus organicus, qui nec auditum, nec intellectum verborum, quæ cantantur, impedit, vt postquam in vrbem appuli animaduerti. ^l Istud videtur in vsu esse Sanctimonialibus huius ciuitatis dignis, quas vniversus orbis imitetur, quæ ad tanto maiorem deuotionem excitant auditores, quò

^f lib. 10.
Confes-
sion.

^g sec. q.
91. art. 1.

^h In no-
tab. 6. nu.
12.
ⁱ c. Inter
verba 11.
q. 3. n. 280.
& pag. 89.
nu. 390.

quò attentius, modestius, humiliter, deuotius, grauius, & cōuenientius canūt uocibus diuersis, non corrupto, vel immutato puncto cantus Gregoriani. Dixi etiam in dicto principio huius corollarij, (Communitè) quia, aliquando conueniunt cantores tam modesti, tam compositi, & deuoti, qui cum humilitate canūt vnum moretum, vel aliud quipiam, quod non est obligatorium, aut ita canunt obligatorium, vt æquè benè, vel melius audiatur, intelligatur, & moueat litera, eis sic canentibus, quàm si Gregorianum, & planū cantum canerent. In cuiusmodi cantu non habere locum dictum decretū præfati Ioan. XXII. dici potest. Quod tamè, vt cætera omnia, Sanctissimi Do. Nos. iudicio submitto.

XX. Corollarium est, magnæ miserationis causam esse errores, qui hodiè circa cantum tam à cantoribus, quam auditoribus in officiis Diuinis sunt: Alij enim pluris faciunt nosse canere, quàm cantata intelligere, Alij existimant cantum per se esse rem Deo valdè gratam, quum tamen non sit, aliud, quàm caremonia quædam ad excitandam deuotionem canentium, vel audientium ingenta. Alij, qui potius permittunt, & iubent omitti, vel abbreviari vnam bonam concionem, quam bonū cantum. Videas quosdam, qui procurant, vt (*Kyrie, Gloria, Alleluia, & Credo*) valdè prolixè cantantur, qui tamen non ferunt, quòd concio vnam horā dureret: Sunt item, qui egrediuntur concione ad ientandum, & qui in ea dormiant, vel illam malè auscultent, qui tamen fidem sunt attentissimi ad cantum, non quatenus est scala, & gradus ascendendi ad diuina contemplantū, vti oportet, sed ad pascendum suas aures, quas iactitant se habere valdè muscas, & vt dicant, O qualiter ille canit. Sunt qui insumunt centum, quingentos, vel mille aureos, quin & myriadem in cantores latini sermonis ignaros, vanos, vitiosos, & fatuos, & renunt dare centum alicui cōcionatori doctissimo, graui, virtutibusque prædito, & valdè composito, cuius tres conciones coram Deo pluris sunt, quam aliorum totius anni cantus & garritus. Atque vtinam solum nullius valoris foret, & non noceret choro, & animabus ipsorum, & canentium, & audientium, vt fileam loquacitates, gestus, & inquietudinem, quæ Deus nouit. Sunt qui dū canunt magnoperè solliciti sunt, nè vel vnus puncti sui cantus iacturam faciant, qui tamen nil cogitant de eo, quod cantant, nec oculos suos in Deum defigunt, imò dum cessant à cantu, fabulantur, ridet, aut rixantur, & huc illuc ita vagantur, vt neque

neque satis audiant orationem quæ collecta dicitur, neque epistolam, neque euangelium, imò nec præfationem, neque Pater noster, nisi duntaxat, vt respondeant sacerdoti, quæ etiā facere non satis curant. Hi tamè sibi suffeni, & cōtenti, videntur magnū eo die obsequium Deo præstitisse, quū ne præceptū quidem de audiendo Missam adimpleuerint, quā do quidem non sufficit illam ita audire, per supradicta. ^{k In c. 19}

40 XXI. Quod hæretici veteres nostro hoc seculo renouati, & ab inferis reuocati, qui omnino sustulerunt cantum Diuinorum officiorum, iniustissima id de causa fecerunt, Tum quia licet multi cantores modis præfatis peccent, nõ tamen sunt pauci, qui debita cum reuerentia cantent. Tum quia satis erat emendare, & tollere abusus, & errores, & defectus cantus, eo minime sublato, sufficiebat enim remouere abusum, bono vsu relicto. Tum quia tollere omnino cantum, esset tollere magnas commoditates ex eo manantes, quas Ioan. XXII. ^m insinuauit, & nos supra ⁿ explicauimus. Quocirca conuenientissimum foret cultui Diuino, & honori S. Matris Ecclesiæ, cantores esse modestos, deuotos, & benè compositos, & timentes offendere Deum, cuius Maieitati, & obsequio cantum suum potissimum deuouerent, non autem gustui, oblectationi, & auditui populi, iuxta illud sancti Pauli. ^o Cantantes & psallentes in cordibus vestris Domino, quod facile facerent Cantores, si per opera, & beneficia Principum, & Prælatorum, cognoscerent parui eos facere cantum virtute & deuotione destitutum, & magni eis comitarum.

22 XXII. peccare illos, qui ipso die Natiuitatis Redemptoris petentibus benedictionem ad dicendum suas lectiones iocose malè imprecantur, ita vt totum chorum & populum prouocent ad risum. Peccare etiam eos, qui eo die, aut aliis canunt cantiones vulgares, & profanas, licet de se non sint inhoneste, aut vanæ, durate officio Diuino, omnia enim hæc distrahunt ab attentione, & deuotione officio Diuino debita, vt de se patet, & determinauit Statuti Gallicani. ^p Et licet intentio pia celebrandi festum, & sollennizandi illud extenuet peccatum, non tamen tollit omnino illud, vti determinauit rectè quidam Cardinalis, ^q loquendo de sono, & addendo, quod non solum peccant qui hoc agunt, verum etiam, qui consentiunt, & procurant.

43 XXI II. parum placere Deo miscere spirituali grauitati diuini officij profanam quandam, & leuem in Galliis inuentam

1 Arg. I. si seruū. 6. j. ff. de actio. empt. c. veniens. de presby. nõ baptizato. m Extrau. j. de vita & honest. clerico. inter cōmunes. n In ca. de hymnis supra eadē. o Ad Eph. 5. & ad Colos.

p tit. de his qui in Miss.

q Caiet. in 2. sec. q. 91. art. 1.

uentam cantilenam, iam nimis in Hispaniis receptam, quæ ferè ad viuum repræsentantur tumultus prælij cum sonitu tympanorum, & tubarum, & toto strepitu bellico. Nam licet hæc representatio de se non sit inhonesta, & conuiuialis; recreationique sæculari sit apta, inepta tamen valdè est officiis diuinis quæta mente dicendis, & eorum fini, qui est erigere animas & spiritus ad meditandum diuina, & ad Deum super omnia diligibilia diligendum, & peccatum mortiferum, quod nos ab eo separet, super omnia odibilia odio habendum, ad quæ parum promouet strepitus ille bellicus magis ferociens, quam leniens audientium animos.

XXIII. Peccare etiã eos, qui inchoant (*Credo matris*) 44
in missa, & non absoluunt. Tum quia id est abusus, vti determinauit dictum Decretum Gallicanum^r: Tum quia impediunt attentionem in partem quæ omittitur, & sunt in causa, vt auditores se occupent in discurrendo, & imaginando causam cur non finiatur.

XXV. Quod vsus organorum, & horum sonus non est faciendus tanti ad verum cultum diuinum, quanti vulgus facit. Tum quia non est res per se Deo grata. Cum enim 46
cantus ipse hominis non sit per se Deo gratus, vti supradictum est^s, longè minus erit^r sonus organi, aut fidium. Tum quia est noua cœremonia laudandi Deum in Ecclesia Catholica: Viuente enim S. Thoma, qui obiit anno 1274. non erat adhuc eorum vsus in officiis diuinis, vt ex eius verbis colligitur^v. neque in hodiernum vsque diem coram Papa illis vtiur Ecclesia, vti testatur Card. Caietanus^x. * & nos 47
postquam venimus in Urbem, ab anno 67. in hunc 76. palam cernimus. * Tum quia Principi philosophorum visum fuit, non conuenire scientiæ adipiscendæ instrumenta musica, cuius ratio secundum S. Thom. ^v est, quòd illa magis, mouent animum audientis ad delectationem, quàm ad aliam bonam dispositionem. Ex quo inferi idem Cardinalis, quod si instrumenta musica magis noceant, quàm profint ad discendum scientias humanas, minus proderunt ad discendum diuinam, quæ interior est. Tum quia multi organistæ faciunt sonare sæpius organa cantiones profanas in Ecclesiis, imo & vanas, & quandoque malas: cuiusmodi sunt, quas vocant Baxas, & Altas, & alias cantilenas, quas vulgus nouit esse turpes, obscenas & petulantes: quod palam est peccatum; præsertim cum id faciunt, quando officia diuina fiunt, tam ob irreuerentiam, quæ loco sacro fit, 48
quàm

^r Sess. 21.
de his qui
in Missa
non complent credo.

^s In corol.
14. huius
Notab.
^r Argum.
ca. cum in
cunctis. de
electio. &
auth. multo
magis.
C. de sacros.
eccl.
^v In 2. sic.
q. 91. art. 1.
ad 4.
^x In ead.
q. 91. art. 1.
^y In 4. q.
91.

quàm propter occasionem, quæ præbetur, auertendi mentes ab attentione rerum diuinarum, & spiritualium, & ad intendendum easdem temporalibus, vanis & malis. Tum quia est causa, quòd multis in locis non canuntur, nec audiuntur (*Credo, & Gloria*) à populo in festis, quibus iubentur cani, non quidem vt pro eis audiuntur fistulæ, & harmoniz, sed vt animo & ore confiteamur sanctam fidem Catholicam, & vt gratias Domino ob suum aduentum agamus, Tum quia multi organistæ, quò suam artem ostentent, & plenè audiuntur, tandiù pulsant (cum tamen ille pulsus non sit aliud quàm, vt ille ait, sine mente sonus) vt nonnūquam Missam vna hora diutius æquo protrahant, qua re adeo audientes lassant, vt cum deuenitur ad id, quod plurimum importat, puta concionem, aut contemplationem passionis Redemptoris, & redemptionis humani generis, quæ representantur in sanctissima illa consecratione, tam sunt fastiditi, vt plus cogitent de egressu Ecclesiæ, quàm de illis mysteriis. Tum quia datur occasio, vt interim dum organa sonant, qui in choro sunt, colloquantur, iocentur, rideant, negocientur, quandoque paulo plus cogitent de eo, quod organa sonant, quàm eorum fistulæ cogitant de eo, quod ipsi agunt, vel dicunt. Tum quia cantores celebres quando cum patribus organistis concurrunt & contendunt, vtri eorum suos versus magis protrahant, eo magis coram Deo versus, vel psaltus perit, quo magis coram hominibus flatur ventoso, & voce theatrica tractatur. Tum quia nec chorus 50
rebus diuinis cantatis, vel pulsatis animum intendit, vix est qui sileat; Pauci enim sunt tanta in diuina intentione animi & cogitatu sublimes, vt possint, vel saltem velint vt remedio in id à nobis reperto: nempe vt interim quis toties repetat animo, & voce submissa versus, aut res organo vel voce cantatas quoties oportuerit, ad animum in attentione rei cantatæ vel pulsatæ continendum, & interdum religiosius esset eleuare, & figere mentem in illa celesti, quæ coram Deo fit, harmonia, quàm illa Ecclesiæ organica, & musica in terra repræsentat. Si enim etiam cum versus vnus cantu organico canitur prolixo, videmus eos, qui in choro sunt, distrahi ab attentione debita eius quod canitur, quid sperandum est de audientibus versus fistularum sonitu oblectum? Tum quia sonus & cantus eatenus & non amplius laudantur, quatenus excitant deuotionem in animis audientium, ² vel canentium, & ideo quoties in
P

^a Vt colligitur ex Tho. communiter recepto in d. 9. 91.

id non profunt, sed potius obsunt, mouendo pro deuotionis excitatione fastidium, non est eis vtendum. Tum quia considerando aliqua supradictorum, dixit quidam Cardinalis, ^b quod vtendo sono organorum, debemus esse breues, qui si considerasset omnia praedicta, dixisset debere nos esse breuissimos, dixisset quod parum plus duraret canrus organicus, quam planus Gregorianus congrue pausatus, quod sancte seruari in nonnullis Conybricæ monasteriis vidi, * & nunc video idem fieri in aliquot vrbis ecclesiis: * Dixisset (meo iudicio) bonum fore, vt saltem tertius versus cantaretur cantu Gregoriano plano, & deuoto pertotum chorum, cum alium pulsar organum, & alium cantus organicus. O si quis sibi posset persuadere religiosam diuinorum officiorum actionem non esse sitam in eorum nimia mora vel nimia festinatione, sed in mediocri, modesta, attenta, deuota, humili, hilari, & tranquilla. Ita, vt neque mora nimia fastidiat, nec nimia festinatio debitum rei recitatæ, vel cantatæ intellectum impediatur. * Quod etsi plurimi obseruent, multi tamen id minimè faciunt, in quibus sunt, qui psalmos laudum tridui ante Pascha tanta cum festinatione, & aliquanta versusum anticipatione cantant, vt vix eos etiam attentus & perdoctus auditor intellectu assequi possit. Quod cõtingere vidi, eo quod Cantores nimiam moram, quam fecerant cantum Lamentationes Hieremie, & responsoria earum morosissimè modulantes in primo nocturno, nimia psalmorum laudum canrus breuitate compensare voluerunt. *

XXVI. Peccare eos, qui Missam submissam tam submissè recitant, vt circumstantes non possint audire Gloria in excelsis, orationem, epistolam, euangelium, & reliqua, quæ non sunt secretò dicenda. Nam praterquam quod est abusus, vt declarant statuta Ecclesiæ Gallicanæ ^d dant occasionem murmurandi, vel saltè imaginandi multa audientibus superflua, vt sepius mihi dederunt, & cõsequenter sunt causa distractionis attentioni cõtraria. Id ipsum dicendum de iis, qui verba consecrationis tanto conatu & aspiratione ab imo pectore tracta proferunt, vt scandalo sint auditoribus. Idem eadem ratione dicendum de iis, qui sacrosancta consecratoria verba tanta mora, & tantum temporis inter ea interponendo proferunt, vt non videantur ex his componere vnam orationem.

XXVII. Peccare item eos, qui sine iusta causa missam

captam

cepta non finiunt. Tū quia id est iure vetitū, vt supra dixi. Tum quia præbet ansam distractioni audientium à debita attentione officij diuini, & imaginationi reū superfluarum neq; sufficit, quòd alius eā finiat, vt declarauit Macharius Papa ^f. Quod ipsum dicendū de omnibus aliis horis, vt insinuat Conciliū Toletanū ^g, quatenus statuens de non relinquendo officio diuino imperfecto, agit de omni officio, in quo Deo Dño psallitur, vel sacrificatur, & cõsequenter etiam de alio quàm de Missa, in qua sola sacrificatur. Dixi (sine iusta causa.) Nam cum ea potest relinqui imperfectū secundum S. Tho. ^h Palud. ⁱ & alios, & dictū conciliū Toleranum insinuat. Et à fortiori tali iusta causa subsistēte, qui Missam inchoauit, potest iteratò eam inchoare. Ego vna duntaxat vice, qua id egi, pro iusta causa habui, q̄ superuenit virmani nonominis meam Missam auditurus in die festo, cum iam ad epistolam peruenissem, & certus essem non fore aliam, ⁵⁶ quam audire posset, & ita regressus fui ad introitum. Porrò vna causatū, ob quas Missa cepta potest non finiri, est impotentia facti illā proseguendi, quæ in qualibet Missæ parte sacerdoti superueniens, excusat ab ea perficienda, siue proueniat ex podagra, spasm, alienatione mētis, siue alia qualibet infirmitate. Alia est memoria impotentia iuris eam dicendi superueniens. Videlicet, quia meminit comedisse, antequam eam incepisset, vel quòd erat suspensus, excommunicatione, irregularis, vel in peccato mortali iuxta S. Tho. ^k communiter receptum, secundū quem tamen licitè eam potest finire, poenitendo de peccato commisso, quantum sufficeret, esto praedicta memoria superuenisset ante consecrationem, si omitti non posset citra scādalum. quicquid dicat Palud. ^l si tamen posset omittere citra illud finire non deberet in tribus primis casibus, scilicet cõmestione, excommunicatione, & irregularitatis, licet sic in 4. peccati. cõcipiēdo in animo poenitendū debitam, & propositum confitendi suo tempore, secundum eundem S. Tho. ^m cõmunitè receptum: & finiēdo eam in dictis casibus, non incurreret irregularitatem, ob excommunicationem, vel suspensionem, secundum Ange. ⁿ & Syluest. ^o Cuius opinio in hoc iustior ⁵⁷ mihi videtur, quàm contraria, in quam inclinat Palud. ^p Tertia causa non finiendi Missam, est ingressus excommunicationi, & denunciati pro tali, qui non vult egredi ecclesiam. Nam si id contingat ante inchoationem Canonis, benè potest omitti, vt significauit conciliū Viennense. ^q in sancta glo.

P 2

b Cæter. 2.
sec. q̄. 6. gr.
art. 2.

52

53

54

d In tit. de
iis quæ in
missa.

e c. nihil,
7. q. 1. & c.
illud. sup.
eadē dist.

f c. nullus,
supr. eadē
dist.

g In dicto
cap. illud.

h In 3. par.
q. 53. art. 6.
i In 4. dist.
11. quæst. 1.
col. 2.

k 1. par. q.
58. artic. 6.
ad 2.

l In 4. dist.
11. quæst. 1.
col. 2.

m 3. par.
q. 83. art. 6.
n In verb.
eucharis-
tia 2. 5. 2.
& 609.

o In verb.
eucharis-
tia q̄. 6. 7.
col. fin.

p In 4. dist.
11. quæst. 1.
col. 2.

q Clemen.
Grati de
sent. ex. 60.

secus tamen si Canon esset inceptus, iuxta eandem glossam communiter receptam. Veruntamen semper de hoc dubitavi, quandoquidem Canon incipit in (*Te igitur*) quod post (*Sanctus*) secretò dicimus, secundum Fely. ¹ & alios, ² & magna pars illius dicitur, antequam perueniamus ad verba consecratoria, & videtur, quòd de illo intermedio id ipsum sit iudicandum, quòd de præcedentibus, vt, mea sententia, sentiunt, S. Tho. ³ Palud. ⁴ & Communis, determinando quid fieri debeat, quando memoria impotentia iuris superueniret ante totam consecrationem, quandoquidem in vtroque casu eadem ratio militat, ob idque videtur illa glo. ⁵ intelligenda, cum Canon iam est inceptus, & in ea progressum vsque ad consecrationem, quod etiam Archidiaconus, & vterque Cardinalis ⁶ senserunt, quatenus aiunt gloss. dicentem sacerdotem, qui Missam inceptit, non debere ab ea desistere ob ingressum excommunicati, intelligendam esse de eo, qui Missam inceptit, & ad illius communionem peruenit. Quod confirmatur ex eo, quòd Inno. ⁷ ex quo desumpta fuit hæc limitatio, nõ loquitur de eo, qui Canonem inceptit, sed de eo, qui cõmunionem inchoauit. Quarta causa est, cù post Missam cõceptã superuenit Interdictum speciale, vel eiusmodi cessatio, vt neq; valuis apertis, neq; obseratis celebrari possit, vel interdictum generale, & nõ permitteretur valuz occludi. In his enim casibus eadem ratio, qua in præcedenti, potest, & debet Missam cõceptam omittere, si non peruenit ad Canonem, vt dixi in tertia causa. ⁸ Quæstionis autem, vt audio, nuper in Sacro Rotæ Prætorio propositæ fuit. An qui cõcepit dicere Missam, & sine causa eam reliquit imperfectam, ipso iure fuerit excommunicatus? Cuius resolutio infra ⁹ ponetur. ¹⁰ Vbi tamen poni non potuit ob quædam impedimenta, declaratur verò in libello Miscellancorum, nu. 124. Miscell. 52.

XXVII. Quòd ex prædicto 27. sequi videtur, Multos ⁶¹ parum dubitare de eo, in quo plerunque peccatur saltem venialiter, omittendo Primam, Tertiam, & Sextam, & alias horas cõceptas cum proposito eas postea incipiendi, & finiendi. Id enim indicit, & in horas accidit iis, qui extra ecclesiam & Chorum recitant. Quòd autem peccent probatur. Tum quia, vt supradictum est, nullum officium diuinum inceptum omitti debet. Cum quia asuefactio inchoandi ⁶² quippiam, & non finiendi est vitium inconstantia, & inconsummationis, iuxta S. Thom. ^b S. Anton. ^c & alios, & per

¹ In c. à no bis. col. 2. de except. s. Card. S. Syxti.

² In 3. par. q. 83. art. 6.

³ In 4. dist. II. q. 1. col. 2.

⁴ In d. Clement. Grauis.

⁵ In ca. si cut Apoſto li. II. q. 6. 7.

⁶ Vbi est gl. de qua loquuntur.

⁷ In c. nu. per. de sen. ten. c. 60.

⁸ a cap. 12.

⁹ b 2. sec. q. 33. art. 5. c. 1. part. tit. q. cap. 12.

per consequens, actus omittendi opera cõcepta sine iusta causa, sunt vitiosi. Tum quia inurbanum, & inciuile est, non finire colloquium cõceptum cum Principe, & ad alia sine causa diuertere, quòd facit, qui finire omittit aliquod officium diuinum. Longè maius tamen peccatum est non finire Missam, quam alias horas, & maius non finire horas cõceptas cantari, vel recitari publicè in choro, vel ad populum, quam priuatim solitariè. vel cum socio extra chorum. In duobus enim prioribus casibus sæpius peccatur mortaliter propter scandalum; In 3. verò nunquam, nisi venialiter, dummodò omittantur cum proposito iteratò incipiendi, & finiendi ante diei naturalis lapsum. Longè item minor causa sufficit ad non finiendum officium priuatum, quam publicum, & minor ad omittendum officium consultum, quod sola deuotione fit, quam præceptum, & minor, meo iudicio, ad confestim incipiendum, & finiendū, quam ad omittendum cõceptum; & postea ex interuallo incipiendū, & finiendum.

63. XXIIX. Ex his duobus vltimis Corollariis sequi, quòd quemadmodum (vt supra ^d diximus) multi peccant recitando aliquid, quòd non est obligatorium, qui non peccarent, si non recitarent, eo quòd sine attentione debita, vel cum defectu alius circumstantia requisita recitant, ita multi peccant omittendo sine causa orationem cõceptã, cuius initium non erat obligatorium, & consequenter multi peccant inchoando, & non finiendo rosarium, septem psalmos, Pater noster, Aue Maria, vel aliam orationem, quam inceperunt animo eam finiendi, qui non peccassent, si eas non incepissent. Res sanè miseranda, & homine christiano indigna est, quòd ob colloquium cuiusuis etiam infimatis interrumpimus nostrum cum Deo cõceptū, nullam præfati verum per (*Ignosce mihi Domine*) vel aliud simile, & inchoatum cum alio quouis non auderemus interrumpere, nisi veniam præfati, vel alia ei reuerentia exhibitã.

64. XXX. Peccatum etiam esse sine causa quippiam officium iam cõcepto admiscere, quò illud interrumpas; Tum quia sine interruptione finiri debet, vt in consilio Toletano ^e determinatur. Tum quia quòd admiscetur distrahit ab attentione debita officij diuini iã cõcepti, & proinde, qui hoc agit non claudit, imò verò aperit pectus hosti: Tum quia tam Cõcilium Viënen. ^f quam statutum Ecclesie Gallicanæ ^g, vetant admixtionem rerū impertinentiū cum officio diuino. Ex hoc oritur aliud Corollarium, puta, quam plurimis

^d In c. 13. nu. 39.

^e c. nihil. 7. q. 2.

^f Clem. 3. de celebr. Miss.

^g Tit. quomo. diuin. offi. & tit. qualiter horæ dicē.

modis peccare, qui recitamus, cantamus, vel dicimus horas Canonicas, Missas, vel alias mentis eiaculariones, immiscendo eis sine iusta causa, quandoque aliquas factias, nouitates, vel negotia, aliquando ridendo, vel alios fastidio afficiendo, nonnunquam mittendo inuicem aliquod nuncium superfluum, aut quod saltem differri possit vsque ad finem horæ. Interdum egrediendo chorum, vt ad naturæ necessaria, vel aliò vadamus, & petendo licentiam ab vno, aspiciendo aliquè, vel caput ei nudando, aliàue eiusmodi interrumpimus officium cœptum: cum possemus egressi, in finem vsque differre, sumusque causa, & occasio, quòd alij illud interrumpant, & ab attentione debita alienentur. Vtinà persuaderi possit, quantū noceat deuotioni, & attentioni Comunitatis & Chori egressus vnus, & ingressus alterius, cum ignoratur, aut non præsumitur eorum causa. O quam benè hoc sibi persuasum habebant (teste Ioanne Cassiano) Monachi Ægyptij, quos postea imitari nonnulli in suis regulis, quas composuerunt, vel innouarunt, pro religiosis statuerunt: Ne quis ingrederetur Chorum finito primo psalmo, & ne iam existenti in officio diuino negotium aliquod, aut nuncium scripto, vel verbo proferretur, donec illud finiretur. O si persuaderi possit iis, qui soliti sunt egredi ante finem officij, & se excusare, quantoperè id dedecet, & turpe collegis suis videatur, & quantam displicentiam & cogitationem superfluam in mentibus proximorū eorum egressus pariat. Certus equidem sum, quòd si scirent, & ferio animo id reputarent, nulla id ratione agerent, nisi cum differri commodè non posset ad finem vsque, vt dixi. Et si probè aduerterent, quantæ irreuerentiæ sit inter recitandum loqui suis domesticis vel familiaribus, præcipiendo eis illud, aut illud, curam illius, vel illius rei gerendo, & quam execrandum recitando blandulis, & delicatulis verbis salutare mulieres intrantes, egredientes, vel transeuntes locum vbi recitatur, mallet fortè sibi resectas esse linguas, quam horas suas ita recitasse.

Limito tamen corollarium hoc, ne procedat, cum id 6
quod interfertur, est breue, h aut spectat ad ipsummet officium, i vel eius finem, vel salutem k corporali, vel temporali, honori, vel rei familiari propria, vel proximi conuenit, & non patitur commodam dilationem, si fiat sine scandalo alieno, & animo continuandi cœptum cum eo, quod post interferta dicturus est. Nam & testamentum i & stipu-

h Argu. l. Continuus in prin. ff. de verbo. oblig.
i Argu. l. Hæredes. §. palam. §. si. ff. de testam.
k Argu. l. Cum antiq. §. C. de testam.
l l. Hæredes. §. palam. §. si. ff. de testam.

lacio m continuè sine interpellatione fieri debent, non tamen valida esse desinunt, eo quòd intereorum principium, & finem interfertur modicum quidpiam, vel ad id spectas, vel fuerit necessarium saluti testatoris, vel testium. n Eo minus tamen fieri debent eiusmodi interruptiones, quò magis publicæ sunt horæ, & in loco magis publico dicuntur, & eo magis fieri possunt, quò magis secretè, & in loco magis priuato & semoto fiunt. Ex qua limitatione inferitur primo licere recitanti salutare obiter intrantes chorum, aut secus illum transeuntes. Sunt enim actus, & opera modicæ, & bonæ occupationis. Qua eadem etiam ratione mihi licitum videtur verbum vnum, atque alterum respondere famulo suo, vel alteri, & prouidere alij rei, vel negotio, quod ei tunc in mentem venerit, & metuit, nè illius postea obliuiscatur, aut non poterit, eius curam animo depellere donec prouideat.

67 Ex eadem limitatione inferitur 2. Non facere quem malam interpositionem, qui solus recitans, & incidens in versiculum illum (*Saluum me fac, quoniam defecit Sanctus, o quoniam diminuta sunt veritates à filiis hominum, vana loquuti sunt vni/qui/que ad proximum suum &c.*) aut in aliam non abfimilem sententiam, & ad animum reuocans multitudinem, malitiam, & feeditatem suorum, & aliorum peccatorum, immo ratus in eis deplorandis, etiam si feruore displicentiæ fortè se ipsum cædat, aut corpore in terram prostratus, & mente erectus in cælum, aliquanto tempore in eo versetur. Neque necesse est, vt inchoet horam, sufficit enim eam continuare à versu vel sententia, quæ ipsum ad hanc digressiōnem mouit. Sequitur etiam, quod qui recitat solus, nemine alio se vidère, & incidit in verba illa. P (*Venite adoremus & pro*

oidamus ante Deum, ploremus coram Domino, qui fecit nos &c.) Si mentem eius subeat Maiestas, & Celsitudo Creatoris, & vilitas Creaturæ, & perpendens, quantū illi debeat, in terram se prosternat dicens: Domine non sum dignus stare in conspectu tuo &c. & se tantisper in eo occupat, non peccat, neque tenetur iteratò dicta repetere, sufficitque coepta prosequi. Hæc enim spectant ad horas, aut earum finem. Ob quam eandem rationem supra q diximus, quod etiam accendere cereos, queritare lectiones, & psalmos, adferre prunas & alia eiusmodi licita sunt officio diuino durante. Quæ tamen limita, vt supra limitata fuerunt.

Ex eadem limitatione inferitur 3. licitam esse interposi-

m l. Con. rinuus in prin. ff. de verb. obli. n l. Cum antiquitas C. de testa.

o Psal. 124.

p Psal. 94.

q In c. 13.

tionem, qua opus aliquod misericordiae spirituale, vel corporale facimus, cuiusmodi est dare amictum, esculentum, vel poculentum pauperi, subuenire consilio bono, doctrina, reprehensione vel consolatione, opus eis habenti, saltem quando res non patitur commodam dilationem.

Ex eadem limitatione inferitur. 4. potionis vel alius medicinae sumptionem necessariam, & vitalem, quae commodè ad finem horarum differri nequit, interpositam earum pronuntiationi minimè officere, quamvis Missae celebrationi officiat, ut alibi ^r fusus diximus, nec inferre necessitatem iterandi eas à capite, sed pergendi ab eo loco, ad quem peruentum erat, sicut nec in itinere sitis extinguendae gratia in cauponam ingressus, ut à quodam religioso vitae laudatissimae alius praecellens factum tradit: Haec enim omnia saluti recitantium conducunt. Quin alicui exonerationem omnino necessariam etiam Missam non iniuste interrumpere, si nullatenus vsque in finem differri posset, ex facto interrogatus respondi, Quia cessat in ea ratio supradictorū. ^s Sequitur 5. ex eadem, non esse malam interpositionem subleuare proximum, aut iumentum eius, excipere hospitem, aut negocium aliquod afferentem, quem sine scandalo non posses iubere expectare, aut alia id genus pietatis opera facere, saltè si periculum esset in mora. Nec videtur nimium haec extendere ad quemuis virtutis actum, qui moram non patitur, & licet ad omnes actus virtutis studiositatis extendere non fuerim ausus, imò quoties interrupti pronuntiationem vel alius horae, propter praelectionem faciendam, vel studium ad eam necessarium, tories finita praelectione, vel studio, eam ab initio repetij, non tamen auderem damnare illum, qui relicta hora incepta studij tunc temporis necessarij gratia, statim eo finito continuaret coeptam, & non à capite repeteret. Quin & ipse non semel recitando solus, & non assequendo satis intellectum alicuius loci scripturae occurrentis, substitui, ut doctores in eum comminifcentes consulere, quibus consultis, sine iteratione recitatorum ab eo loco horam coeptam absque vilo conscientiae scrupulo sum prosequutus, quamuis hoc etiam alia ratione posset defendi, nempe quod haec interpositio satis pertineret ad horam, quam recitabam. Nec dicerem peccare iudicem, qui, dum recitat festinanter, interpellatus aliquid constitueret, aut breuiter praeciperet, & deinde horam coeptam continuaret. Nec damnare, imò defendi quam

pluri

^r c. Liqui-
do de cō-
sec. dist. 2.

^s Quae fun-
datur in d.
ca. Nihil.
7. quae 1.

plurimos, qui diebus festiuis, dum Missa solennis cantatur, dicunt horas debitas, dum sacerdos nil pronunciat, choro tardius cantante id, quod à sacerdote in altari breuiter dictum est, & cum ad orationem, siue collectam, epistolam, vel euangelium peruentum fuerit, desistunt in recitando, quibus auditis continuant horam coeptam. Nec reprehensione dignum iudicarem eum, qui integram concionem, aut Missam interponeret, quamuis quidam hoc ea ratione colorabat, quòd quia illa, & recitatio sunt eiusdem virtutis, quam religionem vocant, dici posset interpositionem istam quodammodo pertinere ad horas ipsas. Quae tamen ratio non videtur firma, quia ex ea sequeretur, interponi posse omnia officia diuina, quae à mane in meridiem dicuntur, quòd videtur absurdum, quamuis plus horum, quam aliorum interponi posset, sed quantum id esse debeat, arbitrio boni viri videtur esse relinquendum. ^t Non otiose in calce praedictae limitationis principalis dixi (*Ita vs fiat sine scandalo alieno.*) Nam si plures recitarent iunctim in choro, aut extra eum, nihil ab vno eorum, sine omnium consensu interponi debet. Vnde errare mihi videntur illi, qui recitantes cum aliis etiam extra chorum, finitis laudibus, aut vesperis, ex deuotione faciunt aliquas commemorationes, nescientes, an sociorum palato, siue gustui sapiant: Nec minus illi, qui inter horam, & horam recitantes cū aliis, vltra orationem Dominicam necessariam, dicunt horam Crucis respondentem horae dictae, aut dicendae, vel salutationem Angelicam citra obligationem. Haec enim scandalizant, & auellunt cofocios ab attentione magis necessaria. Seruentur itaque huiusmodi deuotiones in ea tempora, quibus qui recitat solus, vel cum iis, quibus illae placeant, alias dicat eas solus ante coeptas, vel post finitas horas obligatorias. Non etiam otiose in fine dictae limitationis addidi. (*Animo continuandis coeptis cum dicendis post interpositionem.*) Si quis. n. coeptam horam alicuius recitationem, studiis Missae auditione, alioque quouis modo impeditus intermiserit animo non continuandi, quinimò cum intentione ab initio eas iterandi, persuasum habeo, continuando praefata nequaquam eum satisfacturū. Actus enim vltra intentionem agentis non extenditur. ^v Quo morus dicere soleo id, quod & supra ^x insinuaui, nempe eum, qui coepit audire Missam die festo, aut facere sacramentalem confessionem debitam, aut implere aliquod vo-

^t Arg. l. 1.
ff. de iure
delib. cap.
de causis
de officio
deleg.

^v l. Non
omnis ff.
si cert. pe-
rat. l. in
agris ff. de
acquiren.
ret. dom.
x In c. 13.

tum, aut poenitentiam sibi iniunctam, & quia missa non est dici festi, vel quia non facit confessionem, vel non implet votum, aut poenitentiam ut velle, vel alio quouis respectu, animo non satisfaciendi obligationi eam audit, & alia facit, teneri ad iteratò eam audiedam, & ad hæc facienda, licet, nisi propositum non satisfaciendi obstaret, plenissime obligationem adimplet. II. Limitatur Corollarium hoc XXX. q̄ interpositio ex eo solo, quòd sit mala, neminem obligat ad iterandum ab initio: Si enim fiat absque animo habendi recitata pro non recitatis, sufficit continuatio ad hoc, ut satisfiat obligationi. Verbi gratia: Inter recitandum interponis risum aliquem dissolutum, sermonem inhonestum, vel simile quod differri commodè potuerat, malam interpositionem fecisti, verum si absque proposito iterandi recitata hoc feceris, omninò obligationem adimpleris, parum enim temporis, vel alterius actus etiam impertinentis & non necessarii non annihilat, nec facit alium actum, qui interponitur, non continuum, ^a licet faciat venialiter aut mortifere malū. Dixi (eo solo, quòd sit mala) quia si esset tā magna, & tam impertinens, ut merito censeretur horę recitationem facere adeò discontinuam, ut merito dicta, & dicenda non facerent quid vnum, impediret obligationis solutionem.

XXXI. Peccare illos sacrificos, qui inter principium & finem Missæ, interponunt preces aliquas peculiare per missale non statutas, & consequenter interponentes officium defunctorum ab offertorio, septem psalmos à consecratione, & ante Communionem, aut responsorium aliquod & magis eos, qui inter consecrationem hostiæ, & calicis remorantur, inserendo. (*Tu Rex gloriæ Christi*) vsque ad finem, aut (*Ece agnus dei &c.*) vel alias preces iniustas, præsertim tam sublata voce, ut à circumstantibus audiantur. Tum quia illæ consecrationes eiusmodi diuisionem non patiuntur. ^b Tum quia, quamuis contemplari tunc temporis liceat contenta in dictis versibus, & precibus, vel alia similia, præsertim penitissimè præsentiam realem Reuerentissimæ humanitatis D. N. Iesu Christi, quam summo amore, & bonitate ineffabili dignatur mirabiliter exhibere per sanctissima illa, & valentissima consecratoria verba, non tamen licet, nec decet aliis verbis bonis nec malis interumpere.

XXXII.

77 XXXII. Quòd omnes recitantes, aut cantantes Missam, vel alia diuina officia, & ministrantes in choro, in ecclesia, & præsertim ad altare, & accedentes lumina, & cereos, hyssopum, aut aquam benedictam, & id genus alia portantes, maximè verò circumferentes sanctissimum Sacramentum, & alias Reliquias, omnes, inquam, isti debent grauitate, modestia, humilitate, & verecundia præluere. Tum per illud S. Isidori. ^c Non sint vagi oculis non effrenari lingua, neque petulantia, uidoque gestu incedant, sed pudorem & verecundiam mentis simplici habitu incessuque ostendant. Tum quia cum primis eorum, quæ valde distrahunt à deuotione tam clericum, quàm populum, est videre in eis prædictis virtutibus contraria. Vix enim fieri potest, ut vulgus sit debita reuerentia in Sanctissimum Sacramentum, Reliquias Sanctorum, Crucis vexillum, aut alias imagines Sanctas, quod cernit portantes, & circumferentes illa non reuereri ea nec habere mentes & oculos intentos in ea, imò videt eos colloqui, iocari, vel ridere, aut iuueniliter garrere. Qui fieri potest, ut quis audiat Missam debito cum silentio, quam episcopus, vel presbyter dicit in altari colloquens, & nonnunquam cum diacono, subdiacono, aliisque Ministris, & assistantibus ridens? Qui fieri potest, ut habeam omnem sensum, & cogitatum meum iniecctum in Missam, & officium, quod facio, recito, canto, vel audio, si chorauli mihi, aut alij Ministrantes, incedunt in compositi, nunc nimis festini, nunc nimis tardi, nunc respondentes præcipitanter, & altè nunc submissè, & tardè, nunc ita laxi, ut altera parte superpellicij terram verrant, altera vis cingulum contegant? Quomodo toto corde diuinam contempler Maiestatem, dum qui tradunt mihi hyssopum, aut ampullam vinariam, hæc illæ circumspicientes ridet, & cum aliis cereos, thus, & his similia portantibus colloquuntur, & nonnunquam rixantur?

XXXIII. Peccare illos, quorum est corrigere, non castigando choraulos præfatos ob supradictos defectus, cum semetipsos, tum alios auertentes à debita attentione. Qui enim potest, & debet & non corrigit, peccat probante id latè Hyeronimo. ^d Peccant item præfati choro aut aliis locis, qui non habent iustam curam, non emédant verbis, ferulis, multis, alapis, & aliis similibus, & apertis eis, qui in aliquo præfatorum delinquant, etiam si ea sola de causa id facere omittant, ne scandalizentur, neue conquerantur de ipsis

a l. Contri
na^u in prin
cip. ff. de
verb. obl.

b Arg. ca.
Nihil. 2.
quest. 1.

c c. His
gatur. 23.
dist.

d In c. Sed
illud 45.
dist.

e In eo. co.
sed illud.

de ipsis castigati, iuxta illud Hiero. ^c Ira Dei vno peccante super totum populum venit, quando qui ei præfunt, erga delinquentes beneuoli videri volunt, & verentes peccantium linguas, nè fortè quid mali de eis loquantur, sacerdotalis feueritatis immemores, nolunt complere quod scriptum est; Peccantem coram omnibus argue &c. Quod rectè sentiens Statutum Ecclesie Gallicanæ sic statuit. Decanus, vel cui onus incumbit, diligenter inuigilet hincindè, nè quid inordinatè fiat circumspectans.

f Sess. 21.
titu. Quo-
mod. diu.
offici. in
prag. f. 6.
Gallica.

Cap. XVII. de occasionibus bene recitandi tangit 50. Conclusiones.

<i>Oraturus occasiones bene attendendi querat.</i>	nu. 1
<i>Attentionem inuat præuiso recitandorum, & canendorum.</i>	nu. 2
<i>Missam sic præuidens benedictus.</i>	nu. 3
<i>Ecclesiam intrans hac facere debet.</i>	nu. 4
<i>Aqua benedicta cur in introitu Ecclesie ponatur.</i>	nu. 5
<i>Recita ubi inter te & Deum nemo transcat.</i>	nu. 6
<i>Missam celebra vidè neminem videas.</i>	nu. 7
<i>Recitans sic oculi rotatur, & nuncium vitet.</i>	nu. 8
<i>Reges an excusentur à negociis dum recitant.</i>	nu. 10
<i>Recitans putet se à Deo, & Angelo bono & malo videri.</i>	nu. 11
<i>Recitatio publica aliis commoda, aliis incommoda.</i>	nu. 12
<i>Recitans non iaceat dñs in terram prostratus.</i>	nu. 13
<i>Ceremonia in Choro vnà ab omnibus fiant.</i>	nu. 14
<i>Silentium in diuinis laudabile.</i>	nu. 15
<i>Sacerdos in ecclesia sileat, & à risu absteat.</i>	nu. 16
<i>Silentium robur ad spiritualia præstat.</i>	nu. 17
<i>Silentium Monasterij Sanctæ Crucis Conybricæ laudatum.</i>	nu. 18
<i>Silentium colloquio indebito impediri certum.</i>	nu. 19
<i>Recitatio breuis, & frequens bona, nihil debet prætermisse.</i>	nu. 20
<i>Recitare solum an melius quàm cum aliis.</i>	nu. 21
<i>Horas Canonicas melius cum aliis quàm à solo dici.</i>	nu. 24
<i>Canonicis, quo maioris dignitatis, eo magis choro intersunt.</i>	nu. 25
<i>Choro prodest presentia vni magis auctoritatis.</i>	nu. 26
<i>Ceremonia publica quando possunt quantum præstat.</i>	nu. 27
<i>Intellectus dicti cuiusdam Redemptoris nobilitatis.</i>	nu. 28
<i>Horas cum aliis attentius hoc respectu recitari.</i>	nu. 29
<i>Cantus quid prodest, & cur in diuinis admittatur.</i>	nu. 30

Est hoc

<i>Exhortatio ad bene canendum, & audiendum cantum.</i>	nu. 31
<i>Organorum vsus cur receptus, & quid prosit.</i>	nu. 32
<i>Organum non pulsanda principaliter ad recreandum.</i>	nu. 33
<i>Organis & non alijs instrumentis vsu licere.</i>	nu. 34
<i>Cultus Dei principalis non in cantu nec ornatu præioso.</i>	nu. 35
<i>Cultus Dei principalis & verus in quo consistat.</i>	nu. 36
<i>Oratio mentalis & vocalis, & quid voce prosit.</i>	nu. 37
<i>Oratio publica à priuata in quo differat.</i>	nu. 38
<i>Missæ est officium publicum publicè dicendum.</i>	nu. 39
<i>Orationi priuata non nocet sed utilis vox.</i>	nu. 40
<i>Oratio publica eget voce, etiam si mentali noceat.</i>	nu. 41
<i>Cantus varijs sonis vni sono attentioni commodior.</i>	nu. 42
<i>Pausa in versiculis si nimia non sit, bona.</i>	nu. 43
<i>Tardare nimium in consecratione, Aemento &c. malum.</i>	nu. 44



NOTA XVII. procurandam esse occasionem & præparationem, quò magis, & melius orationi attendamus, quod colligitur ex illis vltimis verbis (*Soli Deo pateat pectus, nec aduersarium tempore orationis ad se venire patiatur*) & is aperit Deo pectus ad eum excipiendum, & impedit aduersarium, ne veniat, qui orare volens procurat occasiones, & media, quibus magis ad attendendum orationi moueatur. Cui consonat illud Sapientis: ^a Ante orationem præpara animam tuam, &c. quod supra ^b declarauimus cum illo alio, nempe Diuina officia recitare, cantare, aut audire volentibus, non tantum vitanda esse vitia, sed etiam omnium aliarum rerum extraneas cogitatus. Ex quibus multa inferuntur corollaria. Primum, sanctum quidem esse præmeditari, & præuidere recitanda, cantanda, celebranda, aut, audienda de quo, quæ, & quomodo dicendum sit, aut audiendum, iuxta supradicta. ^c Laudandi enim sunt (quia quod tenentur facere faciunt) qui prælegunt lectionem, epistolam, euangelium, præfationem. Itc missa est, & alia publicè dicenda, quæ non satis norunt antequam dicant, ne cum dixerint errent. Magis autem commendandi sunt (quia plus quàm tenentur faciunt) qui vespere, aut mane in Missali integram Missam à se celebrandam legunt, licet non sit eis discere necesse. Maximè verò extolendi, qui, cum eis est otium, glossam aliquam, aut Commentarium latinum vel vulgarem in euangelium Missæ, quam dicturi sunt prælegunt, quo eam animo saporato sapi-

^a Eccl. 18.
quæ in hoc
citauit Cō
cil. Basili.
li. sess. 21.
Quomod.
horæ dicē
sunt extra
chor.

^b In ca. 14.

^c Ind. c. 14.

dis

dis illis sapidissimi D. N. Iesu Christi verbis sapienter pronuncient. Et præter hæc prævident, An dicendum sit Gloria in excelsis; Credo, noua Præfatio, cum nouo Communicantes, an non. Quandoquidem, vt primi, nisi id faciant nequaquam excusare se possunt à temeritate, & impudentia audendi dicere publicè, quod nesciunt dicere priuati, admissuri sexcentos solæcismos, & barbarismos: Ita secundi opus (ad quod non tenentur) agunt supererogationis & sancti consilij. Tertij verò exhibent feruorem, quo desiderant diuino amore, igniti, videreque se illo ignitos.

¶ Quæ qui
dum aiunt
psalmi fuisse
se D. Bergard.

¶ Psal. 50.

I. Corollarium, Praxim d laude dignam esse, qua quidam utebatur, apponendo manum portæ Ecclesiæ, chori, aut cellæ, intra quas recitare, aut audire diuinum officium statuerat, dicens. Tibi meas omnes alias curas commendo donec hanc absoluerim. Cuius contrarium agimus, qui proponimus intra prædicta loca agere negotia, vel dicere, aut facere attentioni recitandorum cōtraria, immemores ipsorum verborum, quæ nos aqua benedicta aspergentes ipsi Deo dicimus. Asperges me Domini hyssopo, & mundabor, animaduertentes debere nos idem (quod ille faciebat apponendo manum portæ) facere, cum aqua lustrali siue benedicta aspergimur, & quòd huius animaduersionis habendæ causa eam in ipso ecclesiæ introitu poni præcipit ecclesia.

III. Prudentem fuisse praxim, siue practicam illius, qui recitaturus preces, aut auditorus Missam, conabatur capere locum adiunctum cancello altaris, dicens Maiores nostros dicere solitos: Eum esse ad orandum locum eligendum, per quem nemo inter orantem, & oratum transeat.

III. Religiosam item esse praxim eorum, qui procurant dicere missam in capellis, aut altaribus. ad quorum latera nõ sit talis accessus vllis, quos celebrãdo videant. Item illam eorum, qui præmonent famulos, aut amicos suos sibi missanti ministraturos, vt retrò & non ante se consistant, ne se viso eorum à debita attentione auertat.

V. Laudabilem etiam esse praxim eorum, qui fixos habent oculos corporeos in librum, ex quo recitant, aut cantant, in terram, aut crucem Christi, aliamue imaginem positam realiter, vel imaginariam super pulpito siue fasciolo, cum nulla, vel minima in alia diuersione, donec officium finiatur, modò non præsideant choro, nec incumbat

eis

eis onus aliena errata corrigendi, & consequenter, quæ ab aliis fiunt norandi.

VI. Deuotioni & attentioni congruentem esse praxim eorum, qui recitantes iter faciendo, vel deambulando pedites, vel mulæ, vel equo insidentes, imaginantur vnam crucem, Crucifixum, aut aliam deuotam imaginem à se octo, vel decem remotam passibus, vel inter aures mulæ, vel equi oculisque in eam fixis recitant.

VII. Dignam item imitatione praxim eius, qui famulis suis mandabat, ne vllum sibi recitanti referrent nunciura, quod magnam celeritatem non desideraret. Et licet quidam reprehendat Reges, & Principes, qui deuotionis ergò horas Canonicas recitantes, iubent expectare negociantes, donec eas absoluerint: Nos autem laudandos potius iudicamus, modò mora illa damnum, aut scandalum non pariat, nec murmurandi occasionem præbeat, nec tempore Reipublicæ gubernãdi destinato recitarent, nec illud ei debitum suis suffurarentur precibus, præsertim si tempus illud, quo horas Canonicas dicunt, detraherent ex eo, quod sibi ad decenter edendum, & recreandum est opportunum. Neque perdocto illi viro credo contrariam his mentem fuisse, quidquid verba eius significant vt cap. seq. dicam.

VIII. Laude dignos esse illos, qui recitantes imaginantur Angelos suos bonos custodes, simul & Cacodæmones inimicos suos ipsos auscultantes: Illos, vt benè recitata Deo præsentent, hoc verò vt de erratis accusent. Licet melior sit illa eorum, qui imaginantur Deum ipsum præsentem & audientem, videntem, & reudentem, & vsque ad syllabam norantem, ad benè prolata remunerandum, & errata castigandum.

IX. Quòd quemadmodum benè agunt missando, vel recitando secretò id, quod non tenentur publicè recitare hi, quos sua conditio, & appetitus sensibilis ad desiderandum gloriam, & laudem de cunctis, quæ agunt, inclinant, ita e contrariò rectè agunt recitantes, vel Missantes coram aliis qui ad eò negligentes se norunt, quòd si secretò id facerent, deficientibus audientiũ calcariibus, non satis attendent iis, quæ dicerent, ad eò saltem, quòd cõmuniter in aliquo non errarent. Cauendum tamen, ne id principaliter fiat ad complacendũ auditoribus, approbationẽ eorum pro sine principali habẽdo, sed p̄ adminiculo quodã imbecilli

cellitatis humanæ, & pro calcari & incitamento ad magis attentè, & vigilantius missandum, & recitandum.

X. Quòd quemadmodum prostratio in terram à recitatore solo, aut cum aliis ad hoc assuetis, facta aliquando prodest, ita nimium manere prostratū nocet, ut pote somnum, & cogitationes extraneas inducens. Quod grauius Ioan. Cassian. f. admonuit docens nos, ut ad exemplum insigniū recitatorum monachorum Ægyptiorum, eodem momento, quo præcentor geniculatur, aut prostratur, geniculumur, & prosternamur, & si fieri possit, nec puncto prius, aut posteriorius, quod malè seruamus, qui præ incuria, præcentore aut præside genua flectente stamus, & contra eo surgente, & astante geniculamur, non absque nota nostra, & scandalo eum iusta cura id facientium.

XI. Laude & imitatione dignos esse eos, qui ut in choro, ita in Sacristia, siue thesauraria, & aliàs, quando se parant ad missandum, vel missant, aut vadūt ad ministrandum eis, vel ministrant, tantum silentium seruant, ut nullum verbum loquantur, nisi id, quod solo nutu significari nequeat. Quod tam gratum & decorum apparet coram Deo & hominibus, quam ingrata & indecora est illa episcoporum cum dignitatibus, & presbyterorum cum diaconis, vel subdiaconis eis propinquis in choro, & processionibus colloquutio, & quam indecentes interrogationes illæ, & responsiones de aliis, & aliis rebus eorum, qui se in sacratio induunt ad missandum, vel in processionibus incedunt. Quid ergo dicendum de ridentibus, rixantibus, & vociferantibus: quid? nisi reputent, an facerent illa in aula Regis terrestri, & an credant, quòd tantus Rex terrenus est minor cælesti, quàm mortale immortalis, & creatura minor est creatore? Quæ omnia probantur per Cõcilium Toletanum trãstatum per Cõcilium Cõstãtiensẽ, & Gratianum nostrum in hæc verba. In loco benedictionis confidentes Domini sacerdotes, nullus debet aut indiscretis vocibus perstreperere, aut quibuslibet tumultibus, perturbare, nullus etiam fabulis vanis vel risibus agi, & (quod est deterius) obstinatis disceptationibus tumultuosas voces effundere. Hæc ibi. Eum verò, qui responderit illum textum disponere de sacerdotibus in synodo cõsidentibus, ut glossa tibi & dictum Concilium Cõstãtiensẽ sentit: Eum, inquam, qui hoc responderit, interrogemus. An, qui in synodo consistentes tenentur seruare silentium, & supradicta, teneantur eadem seruare, quando

f De Inst. canob. li. 3. cap. 7.

g Sess. 21. h In cap. In loco 5. quest. 4. i In dicto ca. In loco in prima glossa quæ verbū benedictionis exponit p verbum synod.

quando agunt diuina officia, vel ad agendum se parant? & si cultus iustitiæ est silentium, ut tradit Esaias k relatus ab eodem Concilio, l quanto magis erit diuinorum officiorum, præsertim D. Bernardo dicente, m silentium esse robur animæ ad spiritualia properantis? O quam sancta & religiosa apperet mihi consuetudo celeberrimi huius Conybricæ S. Crucis monasterij, ne quis in eius sacratio loquatur, neque vllum verbum in eo audiatur, sed quòd natus pro verbis inseruiant. Dicant quicquid volent illi, qui se tam habiles iactant, ut dicant se posse loqui cum aliis de negociis, iocis, & rixis, sine vllò attentiois ad diuina debitorum detrimento, modo permittant nobis, qui tardior sumus ingenij, credere contrarium. Quippè quos experientia rerum magistra docet, quòd etiam cum summo silentio vix possumus concipere timorem, & reuerentiam sufficientem ad cogendos siue colligendos nostros cogitatus, & auertendo eos à rebus extraneis, figere in Deum, & expandere in summam bonitatem suæ Maiestatis, cum qua conuersari vltimus, & conuersamur.

20 XII. Memoria dignam esse illam consuetudinem sanctorum Patrum Ægyptiacorum, relatum à Cassiano, n & à S. Augustino, o aliisque quamplurimis approbatam, orandi scilicet parum & frequenter: parum quidem, ut magis attentè oremus; frequenter autem, ut sapius cum eo conuersemur. Quod tamen intelligendum est de orationibus voluntariis, non de obligatoriis, hæ enim totæ horis statis, ut supra P dictum est, fieri debent.

21 XIII. Aliquot respectibus melius esse recitare quem solum, quàm in choro, vel cum sociis: Primo quidem (quòd occurrere versu aliquo, qui ad diuina contemplanda moueat, qui solus recitat, subsistere poterit, & contemplatione illa frui, & illa fruius, ab eodem loco, vbi substitit, progredi. Secundo, quia versus, si quos cum nimia mentis euagatione dixit, poterit iterare. Tertio, quia poterit vti cœremoniis priuatis, quas sibi viles nouerit, si à nemine videatur, aut audiatur, quod recitando cum aliis facere non poterit. Quarto, quia hoc videtur consulere Dominus. q Cum oraueris intra cubiculum tuum, & clauso ostio ora Patrem tuum in abscondito. s. Quia vbi multi vnà recitant, alius tussit, alius spuit, alius nimis festinat, vel anticipat versusum, alius nimium tardat, & nimium tardè finit, alius errat in versu, alius dormit, alius nimis clara voce, & alius

k cap. 38. l De quo in d. ca. in loco. m In Epist. Ro. 341.

n Libr. 2. cad. ro. o Ad probam relationem à Thoma 2. sec. q. 83. art. 14.

p In 4. no. tra.

q Math. 6. super quo multa iuuenies in catherena aurea Thome memorabilia.

Q

nimis submissa vitur, alius sua dictione valde sibi placens aliis valde displicet, alius malo vitur accentu, & est incivilis, alius sua nimia simplicitate ad risum, & ad sui contemptum alios mouet. Omnes errare timent, & omnes volunt recte dicere, & plerisque omnes sui erroris pudet, & recte dictis gaudent. *Quæ* omnia multum attentionem debitam impedire videntur, suntque in causa, cur raro quis recitet in communitate officium, corde ab extraneis cogitatibus mundo, totoque in Deo fixo, & quod nonnulli boni, & deuoti dicant prius, aut postea iterent omnia in communi dicenda, aut dicta. *Quæ* item videntur fuisse in causa, cur patres quidam cuiusdam ordinis nouè instituti, singuli singulatum in sui ordinis exordio suas horas canonicas recitent. His tamen omnibus non obstantibus, melius puto recitari horas Canonicas in choro, & communitate, quam solitariè: Tum per mox subiicienda de cantu. Tum quia ab Apostolis ad præsentem vsque ecclesiæ statum, ab ecclesia Catholica id pro meliori habitum est. Tum quia etiam Monachi Ægyptij, licet multa voluntaria priuatim & soli pronuntiant, ea tamen, quæ erant præcepti, Canonis, aut regulæ, in communitate recitabant. Tum quia cum multi vnà pronuntiant, vnus deuotè attendit, licet alius vageretur, & si vnus non curet, vel obliuiscatur, vel ignoret aliquid ad officium pertinens, alius procurat, meminit, & scit. Tum quia deuoti sua deuotione feruenti calefaciunt frigidis, & incendunt tepidos. *Qua* ratione moti Parisienses prudenter dixerunt, Canonicos, quo maioris sunt pretij, deuotionis, & virtutis, eo magis in calorem aliorum, & exemplum choro interesse debere. *Quæ* eadem ante illos Gerson dixerat, vtilitatem inestimabilem choris esse frequentiam aliquot virorum doctrina, conscientia, & virtute insignium. Tum quia erratis alienis, quæ nobis displicent, noscimus nostra eis similia, vt illa emendemus. Tum quia per sanctam illam communionem conseruatur, & crescit bona amicitia, & charitas fratrum. Tum quia in viris sanctorum Patrum legitur, quod oratio communitatis vnus hebdomada liberavit eum, quem peculiaris toris 14. annis non potuit: ob quod penè solum hæc conclusionem astruit Paludanus. Cui suffragatur Parisiensis. Nam & Dominus ipsemet dixit. Si duo ex vobis, aut tres conueniant super terram in nomine meo, de omni re, quancunque petierint, fiet illis à Patre meo. Et sic vnanimiter

r Maior.
in 4. disti.
12. q. 6.

s de oratione.

t In 4. d.
15. quest. 5.
col. 12.

v Maior
in 4. disti.
12. quest. 6.
col. fin.
x Mathæ.
cap. 18.

nimiter orabant Beata Maria, & Apostoli, cum eis missus fuit spiritus sanctus, & S. Thomæ soli non apparuit Dominus, sed simul cum aliis existenti. *Quin* & multi pij viri, qui intentione debita placendi Deo proficiscuntur ad chorum, & recitant, vel canunt in eo, aiunt se non obscure deprehendere, nullam aliam recitationem, vel cantionem horarum esse parem recitationi, vel cantioni Chori, nec sibi omninò satisfacere recitationem vllam extra chorum, vel absque sociis factam. Nec in contrarium adducta quicquam obstant. Non primum: Tum quia rarissimi sunt, qui in eo contenta faciunt. Tum quia licet recites cum aliis, potes prosequi contemplationem diuinam, quam ex aliquo versiculo concepisti absque intermissione, quandoquidem illa est optima attentionum, per supra dicta. Et licet id nequeas agere cum tanta libertate, quanta recitando solus, interdum tamè id ages maiore cum sollicitudine, & etiam consolatione, eo quod vno & eodem tempore id lucrifeceris, & horas tuas prosequutus fueris.

Ad secundum respondeo, necessariam supplementationem versiculorum recitatorum cum distractione etiam fieri posse post recitatas horas, per superscripta. b

Ad tertium: Quod cum per se optima sint ex ceremoniæ, quibus publicè vitur ecclesia, ob eas Deus, si ei te commendes in eo loco publico, largietur tibi deuotionem, quam ob tuas priuatas largiretur in occulto, & fortè maiorem, vel maiori cum merito, ob bonum exemplum, quod das, aut accipis.

Ad quartum respondeo: Mentem Redemptoris & Domini nostri in verbis in ea adductis non fuisse, prohibere ne recitarem in publico, & aliis non audientibus, & videntibus, sed ne sine nostre recitationis faceremus conspectum eorum, & laudem, vt post Ioan. Chrisost. declarauerunt ibi c Abulen. Caiet. & Maior & Tho. d post S. August. e & alibi. *Quorum* declaratio etiam intelligenda est de fine principali, aut de eo, qui esset vana laus, per tradita à nobis alibi, f & etiam supra. g

Ad quintum, concedo frequentius quam opus foret peccari in oratione communitatis, dum tamen mihi non negaueris, non infrequenter peccare eos, qui priuatim recitant, & eo maiore cum periculo, quo per pauciores reprehenduntur. Rarò in communi recitabis sine attentione actuali saltem verborum, priuatim verò sapius. Adeò quòd hoc

y Actor.
cap. 1.
z Ioan. 20.

a In c. 13.
nu. 4.

b In c. 10.
nu. 41. cum
seqq.

c Math. 6.
d 2. rec. q.
83. art. 12.
ad 3.
e Ia. serm.
Domin. in
monte.
f In c. In-
ter verba.
11. q. 3. cō-
clusi. 5. a.
cor. 20.
g Ia. c. 6.
nu. 35.

h Inc. de
hymnis su
pra eadem
dist.

i In d. cap.
de hymnis
k Matth.
26. relata
in d. ca. de
hymnis.
l Extrava
gant. l. 10.
22. titu. de
vit. & ho
nest. cleri.
inter con.
m August.
lib. 9. & 10.
Confess.
n Thom.
vterque 2.
sec. q6. 91.
rho. vval
den. lib. de
sacramen.
cap. 17. &
alij alibi.
o 2. sec. q.
91. artic. 2.
ad 5.
p Lib. 10.
Confess.
q c. 16. co.
rol. 17. &
18. nu. 30.
& seq.

argumentum non aliud conuincat, quam medelam esse de-
fectibus orationis communitatum adhibendam, vt etiam
responsio nostra concludit, h emendandos esse pretatione
priuatim dicta admissos, quorum vtrunque verissimum est.
XIII. Religiosam fuisse institutionem B. Ambrosij, 30
vt in ecclesia Mediolanensi canerentur diuina officia. Can-
tus enim est occasio & preparatio, ad magis & melius ora-
tioni attendendum, quod alibi i probauimus per sacrā scrip-
turam, k declarationes Pontificias, l & determinationem
factorum, m & catholicorum doctorum, n amplificando
rationem illam D. Tho. o puta quod qui canit magis &
deuotius potest attendere ad id quod dicit: quoniam diu-
tius illi immoratur, & quia secundum D. August. P Affec-
tus nostri diuersi magis mouentur varietate vocum, &
cantuum, quam vniformitate. Ex quo inferebamus finem
principalem, ob quem in diuinis officiis admissus fuit can-
tus, non fuisse quod is esset per se valde acceptus Deo, sed
quod sit medium conueniens ad magis excitandum, & au-
gendum deuotionem cantantium, & eos audientium, sicut
neque etiam voces aliæ corporales laudibus diuinis adhi-
bitæ, ex se sunt admodum bonæ, licet sic ad excitandam
deuotionem laudes canentium, & eas audientium. Ex hoc
subinferebamus, non esse canendum, vel audiendum can-
tum in ecclesia, putando cantum per se Deo esse gratum,
neque ad capiendam, vel dandam delectationem, vel re-
creationem, neque vt nos ipsos ostentemus, vt etiam supra
tetigi. q Inferebamus etiam, non esse amplius cantandum
in diuinis officiis, quam conueniat ad incitandam, & au-
gendam deuotionem canentium, & audientium, declaran-
do, quantus & quanto maior vel minor respectus haberi
debeat ad deuotionem audientium, quam canentium. Ob
quod nonnunquam iter faciens per aliquot vicos seu pa-
gos, & videns canentes eos, qui neque callebant, neque
sentiebant harmoniam, rogavi, nè canerent Missam, aut
Vesperas nisi tono plano, & vniformi, ne prouocarent ma-
gis ad risum, & leuem subsannationem, quam grauem
deuotionem. Nunc verò denuò etiam atque etiam rogo, 31
omnes, qui in ecclesia cantamus, & cantum audimus, vt per
Deum putemus ac reptemus, nos id agere non debere
principaliter ad capiendam vel dandam recreationem, vel
oblectationem, sed ad mouendam vel augendam pro-
priam, vel alienam deuotionem; animo pressius voluendo
id,

id, quod canimus, vel cantari audimus, quam recitando
vouerimus. Licet enim id non intelligamus, vel quia non
bene verba capimus, aut ea nõ intelligimus, sufficit tamen,
vt immoremur in cogitando quod laudamus, vel laudari
audimus nostrum Creatorem, Redemptorem, & Ducem.
Voluamus hoc animo, & protinus videbimus causam, ob
quam sine effectu, aut saltem valde exuquo canimus, & au-
dimus cantum in diuinis officiis, & quare dum canuntur
Kyrie, Gloria, Credo, & alia similia, colloquimur, ridemus,
& negotiamur: Deprehendemus enim cõfessum horu cau-
sam esse, quod non canimus, neque audimus cantum, quo
excitemus, vel augeamus propriam vel alienam deuotio-
nem, sed quo satisfaciamus legi, vel statuto ad id nos obli-
ganti, aut mundo id à nobis expectanti.

32 XV. Tolerari posse harmoniam organorum in diuinis
officiis, vt alibi r probauimus. Nam vt rectè ait quidam
Cardinalis, s aliqua occasio, & preparatio est ad excitan-
dum saltem eminus deuotionem auditorij, vel populi, &
allicendum eum ad audiendum diuina officia, à quibus ob
refrigerentem in eo charitatem auocatur: Tum quia est
res in vniuersa ecclesia Christiana consuetudine recepta, &
prescripta, quæ ob presatum respectum dici potest ratio-
nabilis. t Ex quo inferitur: Non esse cantu organorum
vtendum in diuinis officiis principaliter ad delectandum,
& recreandum. Inferitur etiam non esse tam vtilia, neque
tam necessaria organa in ecclesia Dei, atque vulgus putat,
existimans Deo non decenter inseruiri, vbi ea non sunt.
Nam licet aliquantulū prosint imperfectis & idiotis Chri-
stianis, excitando (licet ex longinquo) ad deuotionem, do-
ctistamen, & in Christianismo solidè fundatis communi-
ter nocent, adimendo eis intellectum verborum, qui longè
efficacius deuotionem excitaret, & adaugeret, vt optimè
perpendit Cardinalis. v Inferitur etiam ratio, quare in ho-
diernum vsque diem non est (vt supra diximus) eorum vsus
coram Papa, vt idem attestatur * & nos à nouem circi-
ter annis, ex quo in urbem appulimus oculis propriis cer-
nimus. * Neque Ecclesia Christiana primis Mille & tre-
centis annis vsa fuit. Cum enim D. Thomas scriberet,
eorum nondum erat vsus, vt ipse sentit, x & ex eo collig-
it presatus Cardinalis: Et certum est doctissimum illum
iuxta ac sanctissimum virum anno 1300. beatorum nume-
ro coopacatum fuisse à Deo, de cuius diuina Maiestate,

r Post 100.
de Turre-
crem, in c.
de hymnis
supr. ead. s.
s Caiet. 2.
sec. q6. 91.
art. 1.

t Ergo va-
lida. c. fin.
de cõsuet.

v Caiet. 2.
sec. q6. 91.
art. 1.

x In ead.
q. & art. in
d. quæf. 91.
art. 2. ad 5.

y ergo est abusus ca. ad nostrā de Appellat. l. i. ff. cod.

z. In c. 16.

s ca. Qui peccat 23. qu. 4. & 1. Gracchus C. ad l. Tu. de Adulte.

b Quod late colligis ex extrau. g. lo. 22. de vita & honest. cleric. inzer comm. & Tho. 2. sec. qu. 91. art. 1. & 2. & ex Caico tan. ibidē.

rebusque diuinis tam doctē, & sanctē scripsit. Infertur insuper, praposterē agere, qui eis vtuntur vt citius, & minore cum labore celebrent Missam, onus canendi reicientes in organistam, qui breuius quā cantu expediat Gloria in excelsis, Alleluya, Credo, Offertorium, Sanctus, Agnus, & Deo gratias. Id enim agere est vti eis in finem contrarium ei. ob quem permittuntur in ecclesia. ¶ Quum praesertim id sit in Monasteriis, ad quae nullus populus ad audienda diuina officia concurrat, quandoquidem, vt dictum est, duntaxat permittuntur ad excitandam deuotionem vulgi, quō magis eis afficiatur per melodiam, & solennitatem, quam addere videtur organum. Hi verō neque habent populum, cuius deuotionem excitent, nec quem diutius retineant, neque addunt, quin potius adimunt solennitatem, citius expediendo sono ipso organico, quā cantu. ¶ Quin quandoque (quod nō sine dolore animaduerti) magis quā cum debita pausa recitando. Infertur praeterea, illicitum videri quibusdam, admiscere officiis diuinis violas, Cytharas, fistulas, lyras, tubas, tibias, & alia non absimilia instrumenta musica, partim per supradicta, 2 partim quōd vbi illa mixtio non est consuetudine recepta, parere videtur mentium à debita attentione distractionem, licet (mea sentētia) possent licitē tolerari, si neque organistae, neque instrumenta, neque id quod illis psallitur, neque modus illis psallendi illam inducerent. Quia id nec iuri naturali, nec diuino, nec humano repugnare videtur, & non est peccatum, quod non est contra legem. 2 Infertur quoque, quantopere hac in re hallucinetur vulgus, vt in aliis multis, imaginando maximum & principalem cultum diuinum consistere in suauitatu, clamoribus sublati, strepitu magno, vario harmoniae genere, ornamentorum diuersitate, aulais textilibus eisdemque praeiosis, magno cerae sumptu, diutino ampliarum campanarum sonitu, & aliis non absimilibus rebus corporeis. Quandoquidem secundum Sapientes, b verus & principalis cultus diuinus est interior, quo Deum anima fide firma, spe certa, & charitate seruida colit, & omnia supradicta solum sunt quaedam caeremoniae, bonae quidem tunc, & eatenus, cum & quatenus praedictum interiore prouocant, vel adaugent, & consequentur eatenus, & tunc male, cum & quatenus ab eo auocant, vel eum diminunt.

XVI. Sanctam & vtilem esse ordinationē ecclesiae, qua 3 7 ordina

ordinatur, vt horae Canonicae, & alia diuina officia dicantur non solum mente & conceptu interiore, sed etiam ore & voce exteriori. Tum quia, si cantus, & sonus sunt praeparatio, & occasio ad prouocandam deuotionem, vt supra dictum est, c quanto magis eiusmodi vox & loquela, quae nobis significant, & representant id quod recitamus, vel cātamus? Tum quia id sensit magnus ille Rex & Propheta d in his verbis. Sacrificium laudis honorificabit me, & illiciter, quo ostendam illi salutare Dei: Tum quia licet verba principaliter fuerint reperta, vt declarem aliis mentis nostrae conceptus, vt docet B. August. e & id non sit necessarium erga Deum, qui melius quā nos ipsi, videt quod petimus, & imaginamur, quippe cui, vt ait Apostolus, f nuda & aperta sunt omnia oculis eius, nihilominus tamen excitat, & mouet cogitatus, & affectus proprios & alienos, ob id quod prodest multum etiam ipsimet cogitanti, ad efficacius & ordinatius cogitandum, & immorando illi magis afficiendum, vti experientia docet. Tum quia decet, vt creatura suis viribus tam corporis quā mentis seruiat creatori, vt ait S. Thom. g & glo. quaedam singularis. h

3 8 Ex his omnibus inferuntur duae differentiae inter orationem publicam, & priuatam, Altera, quod publica fieri debeat verbis, nec sufficeret fieri sola mente, etiam si fieret omnium cum attentione mundi, secundum S. Tho. i & Communem, k quam eleganter explicat Adrian. l Quin & Thomas ait Ecclesiam statuisse, quod verba orationis publicae sint adeo clara, vt ab aliis exaudiri possint: quod videtur intelligendum solum de horis publicis, quae publice dicuntur, & de Missa, quae suapte natura nedum est publica, sed etiam publice dicenda, vt supra m dictum est. In publicis enim, 3 9 quae priuatim dicuntur, & quas quilibet seorsum dicit, sufficienter verba secreta, vt infra n tangitur. Ad orationem autem priuatam non requiritur vox vlla, nec secreta, nec clara. Nam secundum omnes sufficit, vt mente sola fiat, vti determinat quaedam glossa, o S. Thom P & Communis. Quamuis autem non sit necessaria, est tamen utilis. Tum ad prouocandam, & augendam nostram deuotionem: Nam secundum B. August. q verbis, & aliis signis ad augendum in nobis desiderium sanctum nos ipsos acrius excitamus. Tum vt seruiamus totis viribus tam mentis, quā corporis, Deo vtriusque creatori, iuxta gloss. & S. Tho. supradictos. Tum vt seruiat pro vase, in quod abundantia cordis redundet,

c In duobus prox. corolla. d Psal. 49. e Relatus in eis qui. 22. qu. 1. f Ad Heb. 4. relatus in c. Deus omnipotēs. 2. q. 7. g 2. sec. q. 83. art. 12. h Quae magna est cle ment. j. de relig. & verner. sanct. col. 2. ver. sed dubita tur. i In dicto art. 12. vbi Caiet. k glo. praedicta, & cōmunis di. & Clem. 2. de reliq. & verner. l Quodli. 8. h. m In c. 16. coroll. 16. nu. 54. n cap. 22. & Miscel. lano 13. o Glo. magna dicit Clem. 1. de celeb. M. f. col. 2. ver. sed dubita tur. proba ta ibi per omnes. p In dicto art. 12. q Ad Probam & Be nauent. in 4. dist. 15.

Q 4

vt Regius insinuat Propheta in illo ^r (*Latatum est cor meum, & exultauit lingua mea*) Quarè valeant, & à nemine audiantur, qui dicuntur nouè docere, quòd vocalis oratio nil prodest, neque est ea vtendum, sed sola mentali nitendum, quæ profectò nouitas planè hæresis est, & omninò exterminanda, per omnia supradicta, & mox dicenda.

Altera differentia inter orationem publicam & priuatam est, quòd publicè non potes adimere verba, neque voces, etiam si impediunt deuotionem. Priuatè verò non solum potes, verum etiam prudenter egeris, si aduertas iacturam, & ademeris ea verba, quæ illi euitandæ sunt necessaria, dum modò caueas fraudes inimici, qui quandoque nobis persuadet, prononciationem verborum impedire orationem mentalem, quò sublata vocali, facilius nobis auferre valeat etiam illam, vt non semel (ni fallor) me decepit.

XVII. Laudabilem admodum esse diuersitatem cantus, & renorum, psalmorum, Antiphonarum, Responsoriorum Capitulorum, Hymnorum, vel sculorum, & orationū, Tum quia illa fouet & renouat attentionem, sicut cibaria diuersa, vel diuersimodè apparatus excitant appetitum, ita, & longè plura edamus, & libentius, quam si vnus duntaxat cibus, & vno tantum modo apparatus exhibeatur. Tū quia quemadmodum Prælectores, & Concionatores, qui prælegunt, & concionantur semper vniformi voce, fastidiunt auditores, quamcumuis multa, & optima dicant, ita etiam cantus, & sonus vniformis fastidit & canentem, & audientem. Tum denique quòd omne vnisonum fastidit, fatigat, & prouocat somnum, adimit attentionem, & delectationem ei, qui cantat, dicit, vel audit. Vt enim natura humana gaudet varietate, secundum sapientes, ita nausea ei mouetur vniformitate, & auditus est omnium sensuum delicatissimus, facillimus, & procliuissimus ad nauseam, vt ait Tullius. ^s Ex quo sequitur, quòd licet multis respectibus bonis, quidam religiosi (mea sententia) excellentes, dicant totum officium diurnum & nocturnum vnisona voce, nihilominus tamen simpliciter, & de se longè melius est dicere illud diuersifona, vt ordinarunt S. Ambrosius, & Gregorius, ^s & seruant ecclesie Cathedralis, & communiter alij ordines. In cuius confirmationem adduco illud Ioan. Cassia. ^v Semper equanimius qualibet fatigatio sustinetur, & sine fastidio labor impenditur, si interiecta ei vicissitudo quædam, vel operis immutatio qualiscunque intercedat. Pro quo est illud hymni domi

In 4, Rhe sor. ad He zennium.

z Quod te statur speculator in Ratio. lib. 3. titu. de his quæ in offic.

v In lib. 3. de Instru. cauo. c. 3

ni dominicalis. ^x (*Temporum das tempora, vt alleues fastidium*)

43 XVIII. Iustum esse pausare in medio, & in fine cuiuslibet versus, cum recitantur, vel canuntur psalmi, vt supra diximus, ^v & statuitur in concilio Gallicano, ^a quòd iubèdo fieri pausam in medio versus, à fortiori videtur iubere, vt fiat in fine, ea ratione, quam ibi reddimus. Ratio verò pausæ faciendæ est, quòd ea vox reficitur, & anima munitur ad melius recitandum dicenda, & eis attendendū. Non tamen mihi videtur Concilium otiosè addidisse verbo (pausas) verbum (decèti) insinuando non debere esse nimis magnæ, vel exiguæ durationis. Ob quòd pausa admodum magna, quam nonnulli religiosi in fine, & medio singulorum versuum faciunt, licet aliquibus respectibus bona sit, simpliciter tamen, non mihi æque decens videtur, atque alia breuior, qua boni regiminis chori cõmuniter vtuntur. Ea namque mora fastidiunt, & excruciant auditores, dantes eis ansam obloquendi & murmurandi. Et (vt existimo) nonnulli (vtinam non maxima pars ita canentium) fastidio afficiuntur, & replentur aliis cogitationibus, facientes, quo impleatur scriptura illa Sapientis. ^b Muscæ morientes perdunt suam uitatem vnigenti, id est, cogitationes subeunt nostram mentem recitantem, vel canentem, perdunt suauitatem orationis. Quidam Cathedrarius Salmanticensis magni nominis Theologiæ Doctor olim dicere solebat, quòd vel ob id vnum non vellet esse religiosus ordinis, in quo ita caneretur. Ob eamque rationem nunquam nobis arrisit magna illa mora, qua nonnulli vtuntur inter consecrationem hostiæ, & calicis; præcipuè in Missa Maiore, vel alia, in qua tempore eleuationis campanæ pulsatur. Tum quia vel verbis consecratorijs admiscet alia, quòd indecè & illicitum est, vt supra diximus. ^c Vel si non admiscetur alia, tanta mora in prononciatione adeò paucorum verborum est nimia. Tum quia geniculantur, & orât ad sonitum campanæ, quæ pulsatur in signum eleuationis sacramenti, casu illac transeuntes, & nausea afficiuntur, & obmurmurantes sciscitantur. An obdormierit sacrificus, quidue aliud agat: & consurgunt non expectato tertio sonitu campanæ, aut eleuatione calicis. Quòd ipsum quoque dicendum est de iis, qui (*Memento*) nimis prolixa faciunt, & de iis, qui nimium lentè thurificant, qui vtinam tunc non cogirent magis de laude, qua eos extollet populus, quòd id agant tanta cum len-

x Qui incipit AETERNE & dicitur ad laudes. y cap. 16. num. 26. a tit. Quo mod. diui. offic. §. ita tuimus.

b Eccl. 10.

c In c. 10. & latius c. 16. nu. 76.

titudine, & grauitate, quàm de modo, quo oratio nostra instar incensi debeat esse odor deuotionis, vt dignè sit odora, quam Angeli in conspectu diuinæ Maiestatis offerant. Id ipsum dicendum de iis, qui sub finem illius quod canunt, reflectunt vocem, & tamdiu retinent. vt impedimento sint, ne ipsi vel alij audiant principium eius, quod alius chorus incipit, qui sanè testante Ioanne Cassiano, magis se ipsos, quàm officium celebrant, vt supra dictum est.

Cap. XVIII. Quod circa nouem illationes 108. Conclusiones attingit.

<i>Ecclesiastici sunt legati & procuratores ad Deum populi.</i>	nu. 1
<i>Clerici pro se & populo pugnant.</i>	nu. 2
<i>Canens vel recitans reputet quid, aut cui operetur, quàm, & quo vadit.</i>	nu. 3 & 4
<i>Orare bene difficile in locis valde splendidis.</i>	nu. 5
<i>Nobilis, doctus, & diues fortè in hoc Pharisæus.</i>	nu. 6
<i>Sellas quas ferre ad conciones & Missas quando malum.</i>	nu. 7
<i>Sedere altè in Ecclesia quando non malum.</i>	nu. 8
<i>Honor an debeatur ob opera de restituendis facta.</i>	nu. 9
<i>Distributionum quotidianarum ad horas inuentum bonum, licet. &c.</i>	nu. 10
<i>Occasionem peccati dans dispositio que valida.</i>	nu. 11
<i>Horas dicat sic, qui distributiones querit.</i>	nu. 12
<i>Recitans excusatus ab horis an semper excusetur à peccato.</i>	nu. 13
<i>Tentatus præferre temporale spiritali quid aget.</i>	nu. 14. & 15
<i>Exhortatio ad cleuandum mentes recitantium.</i>	nu. 16
<i>Lucrum temporale in spiritali contentum desinit esse finis.</i>	nu. 17
<i>Orantem iuuat credere quod Diuus iusant.</i>	nu. 18
<i>Ora pro me Martine tam bene dicitur mortuo, quàm dicebatur viuo.</i>	nu. 19
<i>Christus non timet sue gloriæ ob gloriâ Sanctorum.</i>	nu. 20
<i>Orando sanctos multi sepius errant.</i>	nu. 21
<i>Maria virgo Mater multis titulis à quibusd. male intellectis loquens completata.</i>	nu. 22
<i>Maria virgo Mater sic, & sic piè vocari à piis.</i>	nu. 23
<i>Sanctos non esse superstitione inuocandos.</i>	nu. 24
<i>Sancti minores impetrant quæpiam, quæ non maiores.</i>	nu. 25
	Sancti

<i>Sancti nolunt honorari cum præiudicio aliorum.</i>	nu. 26
<i>Adorare calceos Sanctorum cur non malum.</i>	nu. 27
<i>Adorantur res Diuorum, vt ipsi Diui.</i>	nu. 28
<i>Ceremonia Christiane, in quas mutata sunt pagana, vt profunt.</i>	nu. 29
<i>Inuocatio Apollinis & Aesculapij vt mutata in S. Antonij & S. Rochi.</i>	nu. 30
<i>Inuocantur Sancti sic per Pater noster, & Aue Maria.</i>	nu. 31
<i>Adorator rusticus malè risus à Louanienfibus.</i>	nu. 32
<i>Orationes obligatorie sunt pauca collata decentibus.</i>	nu. 33
<i>Orandi consuetudo, cum aliqui sese excipiunt, optima.</i>	nu. 34
<i>Orant communiter Christiani sibi mutuo obuiantes.</i>	nu. 35
<i>Osculum manuum verbali orationi successit.</i>	nu. 36
<i>Epistolam decet præter oscula manuum continere preces.</i>	nu. 37
<i>Epistola breuis, qua bñ oratur, sapit hypocrisim.</i>	nu. 38
<i>Reges Lusitani, & Franci non porrigunt manum presbyteris, Castellani autem olim sic.</i>	nu. 39
<i>Orandum tali, & tali tempore sine obligatione.</i>	nu. 40
<i>Manè surgere ad tria vile.</i>	nu. 41
<i>Adrianus quos Hispanos vocabat Principes tenebrarum.</i>	nu. 42
<i>Benedicant omnes mensam, sed ex præcepto presbyteri.</i>	nu. 43
<i>Reges, & Laycos an deceant hora Canonica.</i>	nu. 44
<i>Reges orent saltem, quantum communiter alij.</i>	nu. 45
<i>Hora Canonica de se sunt optima oratio.</i>	nu. 46
<i>Orare absolute melius, quàm studere, sed non tali, & tali.</i>	nu. 47
<i>Reges discant prius suas leges quàm politicas.</i>	nu. 48
<i>Rex Ioan. III ob legum suarum notitiam laudatus.</i>	nu. 49
<i>Leges Lusitania breuiores, & elegantiores alijs.</i>	nu. 50
<i>Horas Canonicas ferè omnes dicere possunt.</i>	nu. 51
<i>Horas Canonicas recitare Reges bonum.</i>	nu. 52
<i>Reges Charitatis & ludis dediti periculose viuunt.</i>	nu. 53
<i>Predicator non dissuadeat alijs, que sunt sui officij.</i>	nu. 54
<i>Confessarium vel iudicem perfectum multa scire oportet.</i>	nu. 55
<i>De Flores Theologi Sorbone discabant Canones Tholosa.</i>	nu. 56
<i>Canonista audiat Theologiam ab illius perito.</i>	nu. 57
<i>Theologus purus regendo Rempub. errare solet.</i>	nu. 58
<i>Iudices quidam se sua laude vituperant.</i>	nu. 59
<i>Recitare quibus non obligatis expediat.</i>	nu. 60
<i>Studere rebus Christi & Mariae quando conuenit.</i>	nu. 61
<i>Studens An ob contemplationem debeat mutare vitam.</i>	nu. 62
<i>Clericos à laycis superari posse meritis &c.</i>	nu. 63
	Religio

Religiosus vocans se, & non agricolam Dei seruum; an recte agat. nu. 64



R hoc cap. & super eo commentis infertur primo, quod sacris initiati, religiosi, & beneficiarij, quando nos accingimus ad recitandum, canendum, & missandum, debemus considerare nos esse legatos totius populi Christiani generatum; speciatim vero eorum, qui nos sustentant ad eos Deo conciliandum, & vitam eis quam nobis consequamur indulgentiam culpam, & gratiam bene agendi, & perseguendi, ut supradictum est, ^a esse eorum custodes, ut eis instar muri, & valli sumus, conantes ne ira Dei eos inuadat: vti significat Ezechiel, ^b & esse milites, ut pro populo pugnantis gladio orationis resistamus sententiae Dei, ne executioni manderetur, uti glossa quaedam, ^c & B. Thom. ^d asserunt, esse, inquam, milites eius stipendiis sustentatos, non ut oculis intretis in nostras diuitias, census, dignitates, stematica, scientiam, literas & habilitatem, pluris nos faciamus, superbiamus, ac vilipendendo alios, rotam, quod aiunt, pauperum expandamus: sed ut considerantes nos aliorum sumptu viuere, aliis inferuire, esseque mercenarios, expendamus, & ponderemus nostram imbecillitatem, & nigredine pedum conspecta, eam expansam astringamus. Expendamus an quando ad stata responsorii loca choro descendimus, & ab eis reuertimur in chorum, & extra eum rogamus pro defunctis, pro pace, salute, fructibus, & tranquillitate ecclesiae. An, inquam, animis in vires collectis, & militaribus adeo parati & strenui descendamus, & ascendamus ad tam arduum praelium, in quo opus est vna manu protegere, & recipere amicos, & altera ferire, & prosternere hostes, & capite, ore, & clamore Deum continere, & quadantenus (ut in aliud propositum ait Hierony. ^e) vincere aut cogere, ut aliquantis per expectet, & suspendat suam iram, ac suae executionem sententiae contra nos & populum paratae, promittendo ex animo ei poenitentiam, & satisfactionem, & postea eam per nos praestando, procurandoque saltem exemplo, ut eam populus praestet. Perpendamus praesertim, qui ampliore dignitate & reditu ornati sumus, an nonnunquam cum frequenter dicimus (*Memento mei Deus, quia ventus est vita mea*) ^f aestimemus nos maioris quam dicimus, & quod non sumus ut ceteri hominum, vti de se aiebat Pharisaeus,

a In ca. 13. nu. 37. & c. 9. nu. 2.
b cap. 11.
c super Ezechiel ca. pl. 13.
d Quod li. 7. artic. 18. in corpor. quaest.

e In c. im-porruna. de poenit. dist. j.

f Iob c. 7.

risaeus, quin & an tanti nos faciamus, ut vile nobis videatur dicere responsoria pro hoc vel illo, qui aliquantulos nummos ob id nobis legauit, & ideo tardè ad ea venimus, & cum peruenimus, colloquimur, & ridemus, non obscure significantes magis id nos ad in faciem satisfaciendum, quod significantius Hispanus ait, para cumplimiento, ut faciunt aulici, quales videri volumus, & non sumus, quam ad persoluendum, ut par est, nostrum pensum, velut operarios diurnos, quales sumus, & videri esse nolumus.

3 I. Maro est, nostra plurimum interesse primo, quum nos ad recitandum, vel canendum accingimus, meminisse illius Pauli. ^g (*Canentes, & psallentes in cordibus vestris Domino*) & ponderare verbum (*Domino*) ut cogitemus ei soli principaliter nos cantu, & recitatione nostra complacere debere. Et quamuis beatus sit is, qui neque principaliter, neque minus principaliter canit, vel recitat ob aliud, quam ob solum Deum, quod ei obsequium, & reuerentiam exhibeat, non tamen bene agere desinit, qui, praeterquam quod principaliter Deo placere studet, etiam operatur minus principaliter placere hominibus ob aliquos bonos respectus, iuxta supradicta. ^h Quin etiam hi respectus eiusmodi esse possent, ut praestatio foret oratio facta principaliter propter Deum, & secundario ob homines, quam facta propter solum Deum: Quorum de numero est respectus incitandi proximum ad amorem, & reuerentiam diuinam, & abstenhendi eum a prauis cogitatibus, & instigandi ad suam salutem. Duo enim boni fines ⁱ compatibles, ceteris paribus, magis profunt, quam vnus solus, vti alibi, monstramus ^k tradendo methodum facile consequendi omnes virtutes.

4 Secundo, meminisse decet qui sumus, ad quem imus, & viam, qua ire debemus: quod sumus homunciones, ^l bul-la, & res vilis obnoxia innumeris penè spurcitijs corpus & animam scedantibus, ascendimus ad Deum altissimum, & adeo purissimum, ut puritas, & limpiditas humana, qua per eius gratiam & misericordiam nonnulli nitent, collata suae diuinæ, est quaedam immundities: iuxta illud Iob. ^m Caeli non sunt mundi in conspectu eius, neque Angeli. ⁿ Porro via, qua adeo infimi possumus ascendere ad sublimissimum (qui nedum caelos, sed etiam omnem aliam altitudinem imaginabilem transcendit) est humilitas, qua descendimus in nos infimos, & agnoscimus distantiam infimi a summo, cum huiusmodi descensus sit ascensus, & cognitio

g Ad Heb. 5. relati in c. canant-tes. 92. dist.

h cap. 6. nu. 12.

i Arg. c. j. de Treug. & pacc.
k In c. fin. nu. 17. de poenitent. dist. 5.
l Iuxta illud Iob 13. Homo natus de muliere, &c.

m cap. 15. n cap. si enim col. penult. de poenitent. dist. 2.

o c. 14. &
25.p Arg. c.
In capite
30. dist. ad
iuncto c. 1.
& cap. fin.
40. dist. fa-
ciunt scri-
pta sup. c.
4. num. 16.
& 27.

cognitio distantiae approximatio iuxta illud Lucæ. ^o Qui se humiliat exaltabitur. Tertio, Conuenit non eligere in Ecclesiis loca valde honorifica, & vicina altari, non uti conopæo, auleis, puluinariibus preciosis, & sellis altis aliisque similibus rebus, cum salua dignitate persona, quam gerimus omitti possunt. Sicut. n. locus obscurus P & abiectus nos ad cognoscendam nostram paruitatem, vtilitatem, & abiectiōem prouocat, sic contra loca alta, & ornamenta pomposa impellunt nos ad reputandum nos magnos, & ad nostram vilitatem, & paruitatem obliuiscendam. Phariseus ille Euangelicus prope altare corpore stabat, iactans obsequia, quæ Deo impendebat, & vilipendens Publicanum ex angulo orantem, verum procul ab eo mente remansit, contra verò Publicanus procul corpore se vilipendens, propinquus ei factus fuit. Faxit Deus Opt. Max. vt quod euenit Phariseo, non eueniat multis nobilibus, litteratis, diuitibus, qui non contenti locis extra Chorum, & cancellos altaris constitutis, clericis, & monachos, sacerdotes, & religiosos è suis sedibus & locis vi vel verecundia deturbant, vt ex locis honorabilioribus orent. Faxit item, ne pharisei simus multi tenuiores, qui Missam audituri, nihil non facimus, vt proximemus sacrificio, donec ad ipsum vsque perueniamus, etiam si ob id quospiam ad iram prouocemus, & multos alios turbemus, non quidem vt dicenda melius intelligamus, vel deuotius audiamus, sed ne maneamus retro alios, quos despiciamus.

Admoneo tamen lectorem primo, non esse nobis propositum carpenti eos, qui deserunt sedilia, præsertim humilia, & paruula parum loci occupantia ad conciones, & Missas è loco idoneo audiendas, neque eos, qui sedent, vbi ratione suorum graduum, dignitatum, munerum vel officiorum eos sedere licet, & decet. 2. Nec esse nobis mentem laudandi hypocrisim, aut pusillanimitatem nonnullorum, qui vt videantur humiles, aut ob degenerem animum eligunt loca notabiliter suis personis indecentia, & terro alios valde abiectos, & effrontes honoratorum loca indecenter occupantes. 3. esse tamen mentem reprobandi ambitionem illam sese maioribus, & aequalibus præferendi, desiderium illud ventosæ auræ popularis, & incogitantiam illam non considerandi, quod vbiq; est, & vbiq; audit Diuina Maiestas, cui gratia sunt corda tranquilla, & mediocri

mediocri honore, & minore sibi debito contenta, & ingrata seditiosa, & maiorem quam sibi debeatur honorem appetentia. 4. Esse item mentem improbandi delationem illam sellarum siue sedium per medias Ecclesiæ turbas ad diendam Missam, & concionem congregatas, magna eam earum turbatione, & strepitu, & cum desiderio vt audiantur: hæc est sedes, siue sella illius, aut illius, & quod tali, aut tali loco ei paratur. 5. Esse item animum admonere, quod licet non sit malum tam alto loco, ac recta ratio iubet, sedere, præsertim inuitato, & cum sedentium gratia id facienti, non tamen parum prodest stare, vel sedere in loco paulò inferiore merito, quò maiore cum sedentium gratia, tranquillius, & melius oremus, & magis placeamus Creatori. Et quod quandoquidem ob solum eius obsequium principaliter adimus, adireque debemus ecclesias, diuinaque officia, expediet eligere loca, in quibus id commodius præstare valeamus. 6. Quòd non etiam intendo improbare, vt nonnulli reprobant, voluntatem, & desiderium faciendi se inhumare in aliquo honoratiore loco ecclesiæ, vel etiam in præcipuo sacello, modò id non fiat ob vanam gloriam, aut credendo, quòd orationes Ecclesiæ citius ei suffragabuntur, eo quod victior sit loco, vbi ea sunt: modò item qualitas sue personæ, & honorum Ecclesiæ relictorum eum locum mereantur consuetudine, vel statuto episcopi, aut alio priuilegio: Et ne dubites quomodò honor ille desiderari possit citra ambitionem, & vanam gloriam, vide quæ latè alibi, ^r & contractius ^r scribo de sex finibus, ob quorū quemlibet sanctè desiderari possunt honor, fama, gloria, laus & obseruantia temporalis, & adde sanctā esse intentionem, qua honorabilis sepultura desideratur, in finem vt sapius aliqui videndo illud, pluries pro eo rogent, & vt celebrantes Missas crebrius eum iuuent, vel quia id poscebat sepulti dignitas, vel ad prouocandum alios ad recordationē mortis, quin etiam ad honorandum eos, qui sui sunt generis, quò maiore recordatione incitentur ad virtutem, & mereantur esse cognati eius, qui tam honorificè fuit tumularus. Quod ipsum dicendum videtur de iis, qui largiuntur aliquos redditus, aut bona Ecclesiis, aut fabricant aliqua ædificia vtilia, quò nomina sua describantur, & perpetuò in Capitulis legantur, quando leguntur Kalendæ, vel coram pauperibus, cum ministratur eis cibus, vt fit in amplissima illa aula celeberrimi illius hospitalis generalis nostræ

Ron

r In cap.
inter ver-
ba. 11. q. 3.
pag. 92. nu.
321. corol.
14. & infra
cap. 21.
s supra c.
7. corol. 23
nu. 35.

Ronceuallis gloriosissimæ Virgini Matri dicatæ. Saltem cum eiusmodi reditus vel bona donantur, aut ædificium fit de iis, quæ non erant necessariò restituenda. Eos enim, qui ea largiuntur, vel faciunt de bonis necessariò restituendis piis operibus, eo quod sit incertum quibus debeant restitui, qualia sunt multa quæ sita occidendo, vulnerando, præliando, furando, mentiendo, peierando, adulterando, vlturas exercendo, & alia id genus peccata patrando, construit Ecclesias, fundant altaria, & sacella, venantes auram popularem, acriter, & terribiliter carpit Tho. V. Valdensis, amplifitando dictum quoddam B. Hieronymi ab eo relatum, licet (meo iudicio) aliquantulum possit, & debeat mitigari. * Quod infra v. faciam. *

2 Libr. de sacramen. c. 123. col. 6. v. cap. 22.

2 cap. j. de cleri. non resid. lib. 6. & Clem. vt hi qui de ætat. & quali. Clement. j. de reliq. & verner. y c. ex parte, de consuet. 2 l. conuenire. ff. de pact. dor.

a In c. 6. nu. 13. b In re. pet. esp. Inter ver. 11. q. 3. pag. 75. n. 183.

III. Illatio. Vtile fuisse nouum illud inuentum diuidendi omnes, vel aliquos reditus Canonicorum, & Capitulum in distributiones quotidianas lucrificandas duntaxat ab iis, qui horis interfuerint, & non aliis, vt i probant multa iura* noua. Magnus enim stimulus siue calcar, & causa impulsiva est, vt beneficiarij diuinis officiis intersint. Contra quod tamen facit, quòd mala videntur esse, quæ mali occasionem præbent: quo fit, vt consuetudo præbens materiam delinquendi reprobetur, y & pactum idem faciens à iureconsulto: = & prædictum distributionis inuentum videri potest alicui multas præbere mali occasiones. Prima, quòd ansa ex eo accipiat, quod plerique ad eam non vadant ob solum Deum, & solum eius obsequium, & beneplacitum. I I. Quòd capiatur occasio prætexendi sæpius falsas excusationes, & semel ac iterum (vtinam non sæpius) in eo mentiendi. II I. Quòd capiatur occasio, vt complures existiment, quòd amittendo distributiones vnus horæ, liberantur à residentia in ea, ob idque nulla alia subsistente causa, omittunt ire ad aliquas horas, in quibus parum admodum lucri fit.

III I. (quæ omnium periculosissima est) quòd sæpè accipitur occasio à plerisque eundi ad Chorù magis ob questum erumenæ temporalem, quàm ob animæ spirituales, & ut supra, a & alibi b diximus. peccat qui recitat, canit, sacrificat, vel orat principaliter ob lucrum temporale, quàm spirituale V. & longè peior, quòd capiant occasionem presentes, vt gaudeant de aliorum absentia, etiam si tales, tali que vita: & exempli sint, vt eorum præsentia choro valde vilis esset, & ad impetrandum quod à Deo petitur, & placan

placandam eius iram, non parum iuuaret. Pauperes verò aliquor dicendi (quod quandoque audiui.) Quam auarus est ille, aut ille, qui cum adeò opulentes sint, ad Marutinas, aut illas, aut illas horas venit. Sed responderi potest, hoc inuentum distributionum principaliter factum fuisse in fauorem cultus diuini, ob idque licet ex eo aliqui accipiant aliquam occasionem peccandi, non definit esse iustum. Quicquid enim dicat Felynus c cum multis aliis citatis ab eo, tunc demum lex, & dispositio est iniusta eo solo, quòd præbeat occasionem peccandi, cum sit principaliter in fauorem eius, cui eam præbet: vt senserant Nicolaus de Vbaldis d, Calderinus e, & clarius Philippus Decius f, & nos dilucidius alibi g probamus. Vt itaque, hoc inuentum de se bonum, & conseruans cultum diuinum, non fiat nobis laqueus, quo nostra culpa præcitemur ad orcum, sollicitè conari debemus, vt assueciamus non consentire alicui supra memoratorum, ad quæ prædictum inuitat inuentum, saltem ipsa parte superiore nostre mentis, licet pars inferior, & corrupta instiget ad ea, & prouocet superiorem sibi consentire. Quare debemus studiosè nos assuefacere, vt ad eam diuina officia ob solius Dei creatoris nostri obsequium, & vt solum seruiamus ei, & satisfaciamus rationi, quæ hoc dicat, ac obligationi, qua astringimur ratione titularum beneficiorum nostrorum, aut certè magis ob hæc, quàm ob nummos, quos lucrificamus, & quando ob prædicta non iremus, nisi nummorum lucrum accederet, pluris faciamus seruisse Deo, & satisfecisse obligationi nostrorum titularum, quàm lucrificasse illos nummos. Nam vt supra h tractando de circumstantia finis orationis diximus, non video rationem, qua à peccato excusari possit recitans, canens, vel missans aut aliquod aliud officium diuinum agens magis ad lucrificandum nummos, qui pro eo dantur, quàm lucrandum paradisum, vel placendum Deo, aut satisfacendum obligationi, & ei, quod ratio dicat, nisi fortè ordinaret illud lucrum in suam sustentationem, & ad magis, ac melius Deo inferuendum, quàm sine illo. Qua relatione lucri in Deum efficeret, vt principalior finis esset Deus, quàm lucrum.

33 Circa hæc tria quotidiana interrogati sumus Primum, An peccet necne, qui cum non sit obligatus in conscientia adire Marutinas, & alia diuina officia in ecclesia canenda, ob istam occupationem studendi, prælegèdi, negociandi,

c In c. fin. col. 14. de consuet.

d In libr. de success. ab intestat. col. 13. e Consuet. de consuet. f C. 6. 2. 71. col. pen. g In c. 8. de consuet. & c. ex parte, de consuetud.

b In ca. 6. nu. 20. colla. 17.

vel aliud opus magis virtuosum, & magis necessarium agendi, ob idque non iret, nisi rigor statuti prohiberet quicquam dari ei, qui illis non interesset, licet interesset desinat ob talem occupationem: verum quia ita statutum est, proficiscitur ad officium diuinum, ubi se minus se Deo seruiturum. Nam pro parte affirmatiua facit, quod qui omittit opus Deo gratius, ne desinat querere pecunias, videtur maioris eas quam Dei obsequium aestimare. Magis enim videtur aestimari quod praefertur, & praenominatur, per multa, quae congerit Felynus. * Vnde & prius nominatus inter approbatos ab examinadoribus candidatorum concurrentium, videtur digniori iudicatus: quam praesumptionem euitare volentes, debent nominare in circulo spherico, ita ut nullus appareat prior nominatus. Quod colligitur ex facto narrato ab Angelo. 1 Nihilominus pars negatiua videtur verior, scilicet, quod non peccat, modo verè plus faciat obsequium, quod est praestiturus Deo, & satisfactionem titulo suo debitam, quam lucrum illud temporale, quod iuste & facile potest facere, cum illud collatum spirituali, quod Dei obsequium consequitur, perinde se habeat, ac lutum auro collatum. m * Ad argumentum autem pro parte affirmante adductum respondere potest Primo, negando quod peccat omnis, qui facit id quod est minus bonum, & minus meritum omisso maiore, alioqui omnis, qui facit contrarium ei quod Dominus consulit, peccaret, quod est falsum. n Secundo responderetur concedendo praenominata praesumi quidem in dubio magis aestimata, vel amica, & ita in foro exteriori iudicanda esset alia, o nisi aliunde constaret contrarium: In foro tamen conscientiae, de quo hic loquimur, veritatem praeferrere praesumptioni, p & nostra responsio expressè loquitur de illo, qui verè magis aestimat Dei obsequium, quam lucrum illud temporale: 3. Quod in proposito nostro non agitur de praenominatis, sed de praeratis, & praeelectis, & licet qui nominat multos, videatur magis aestimare primum nominatum, non tamen qui praefert unum, videtur illud iudicare melius, alioqui omnis, qui eligeret statum coniugalem esset iudicandus magis aestimare illum, quam coelibatum, & censendus esset haereticus v. An autem qui verè principaliter vadit ad horas ob lucrum temporale, quam spirituale, peccat mortaliter, an tantum venialiter, infra q dicitur. *

à L. quoties. ff de usufruc. & c. mādato. de praeb. lib. 6.
 & In ca. cū dilecta. de rescript. à nu. 4.
 1 In l. generaliter. §. si quidē. ff. de fidei-
 66m. lib.

m Arg. ca. duo quippe. 66. dist. & c. illud, de Maior. n §. fin. 4. dist. ca. in ecclias. 33. quæst. 1.
 o Arg. l. illicitas. §. veritas. ff. de offi. p. sig. fid.
 p c. i. qui. & c. tua. de sponsal.

v Can. 10. Sess. 24. cō cil. Tride. de refor. matrim. § cap. 21.

II. est. Quid acturus sit ei, quem aliquando adeo tentat sensuali

sensualitas, & cupiditas lucrificandi magnam distributionem diei solennis vnius Prime, vnius supplicationis solemniss, aut alterius actus, ut seruitium, & cultum diuinum & adimpletionem sui muneris, non possit tanti facere, quanti lucrum illud? Cui respondeo, non posse offerri eiusmodi casum, quia non potest quisque adeo vehementer vilo genere tantationis tentari, ut nequeat pluris facere legem diuinam, & eius obseruantiam, quam id, ad quod tentatur. Quandoquidem nostra fides Catholica habet nullam esse tentionem adeo magnam, cui, ope diuina a Deo promissa facienti quod in se, non possit resisti: imò & (vt ait Paulus) magnum ex ea facere fructum. Quare tentatus ea tentatione, de qua in quaestione, debet iuxta illud psalmi viriliter agere, confortare cor suum, & sperare in Domino.

55 III. An peccet, qui ad chorum principaliter quidem vadit ob Deum, & vt suae obligationi, & dictamini rationis satisfaciatur, non potest tamen ita sibi imperare, quod non æque principaliter vadat, vt lucretur magnum aliquod lucrum distributionis propositum, ac vt seruiat Deo, ita quod iret ad Chorum etiam si nullus omnino respectus Dei magnus vel parvus subesset? Ad quod respondeo id ipsum, quod proximo respondi, nimirum non posse dari eiusmodi casum, quom non possit dari casus, quo cogamur peccare, vt dixit glossa recep. v & pridem alibi x scripsi; & manifestum est ex supra, y & alibi z dictis, omnem recitationem, cantum, & auditionem Missæ, quin & alium omnem actum virtutis, cuius finis principalis totalis, vel partialis est bonum temporale, esse peccatum saltem veniale. Quam-

56 obrem oportet nos omnes Ecclesiasticos vtriusque sexus reputare nos, vt supra z dixi milites in conseruationem nostram, & totius Sanctæ matris Ecclesiæ delectos, & scriptos, esseque debere non degeneres animis, quos philargiria siue auaritia deiiciat, sed generosos, quos spes sancta in æthera leuet, non demittere nos ad humilia & vana, qui ad sublimia, & solida sumus delecti, meminisse nostri muneris, cuius est militare Deo altissimo propter semetipsum, & altissima, quæ ab ipso speramus, gratiæ, & gloriæ dona, & pugnare contra infernum Plutonium infima, mala & vana promittentem, & questum distributionum, stipendiorum, 57 & quemcunque alium temporarium non facientes maioris, quam ratio dicitur, Exultemus Domino iubilemus Deo salutari nostro, preoccupemus faciem eius confitendo,

r 13. dist. in summa. & c. j. cum ei annota.

s 1. Corin. 10.

t Psal. 30.

v 13. dist. in summa. x In c. licet. de rescript. spoliat.

y In ca. & notab. z In c. inter verba. 11. q. 3. pag. 75 nu. 356. a In hoc eodem ca. 111. l. 1.

& laudando ipsum quidem principaliter, non ob terrena luca, pallidula, vagula, & nudula, & nudula, sed quia est magnus Dominus, & Rex magnus super omnes Deos, in cuius manu sunt omnes fines terræ, & altitudines montium ipse conspiciat. Amen.

III. Illatio, expedire nobis plurimum, quò benè oramus, firmiter credere Angelos, & omnes Cœlites, præsertim verò illam omnium diuorum Reginam, eandemque gloriosissimam Virginem Matrem, posse nobis in cunctis operari, Tum quia hac ratione assueuimus, vt sapius cogitemus de ipsis, eosque magis amemus, dulciusque cum eis conuerseremur, quæ magna scala est ad subleuandû mentem nostram in Deum, eumque contemplandum, & amandum, & cum eo magna cum oblectatione, & iucunditate mentium conuersandum quæ est fœlicitas imperfecta quidem, sed omnium, quæ in hac vita mortali nobis contingere potest, maxima, & optima, tam iuxta Ethnicos b rectè philosophâtes. quàm Catholicos sanctè de illa differeres c: Tum quia cum fauore, quem à Deo nobis impetrare possumus, poterimus dirigere, erigere, & nobilitare nostras intentiones: & cogitatus, quomodo nimirû deceat eum alloqui, orare, & cum eo negotia nostra & nobis commendatorum agere. Tum quia in nobis excitat fidem immortalitatis, & æterni præmij animarum, confirmatque spem, & perficit charitatem, & amorem inter omnia membra Christi: & quod qui impedit suam inuocationem, adimit nobis hæc commoda. Non obstat primo dicere, id quod nonnulli hæretici rationis & forè omnis sensus expertes, & ignari dixerunt, & dicunt, puta, Sanctis iam à Deo vltra merita satisfactum esse, & ita nihil mereri posse pro se, vel impetrare pro aliis. * Tum quia posteaquàm hæc Conybricæ scripturamus, Concilium nunquam sacis laudatum Tridentinum diffiniuit, (vt supra: d dictum fuit) quinque sanctos pro nobis orare? Nos vtiliter eos inuocare in nostros ad Deum intercessores? Sanctè nos ad eorum opera configere. Nil per hoc dignitati Christi detrahi: Hæreticum esse contrarium asserere. * & meritò quidem; quia si (vt ait S. Hierony.) ij dum adhuc mortale corpus circumferunt, nec omnino carent peccatis, & egent alienarum precum intercessione, audiuntur orantes pro fratribus, quanto magis credendum est eosdem iam exuta mortalitate, omnique vitæ huius contagione liberos posse a liquid apud Deum

Tum

Tum quia certum est, eos cum vita non exuisse fraternam charitatem, aut nostri sollicitudinem, nec dubitari eos flagrante desiderio optare omnes Christi fideles saluos fieri. Tum quia cum mortali corpore circūsepti rogarent Deum pro salute etiam infidelium, etiam eorum, qui eos martyrio afficiebāt, qua ratione, & sensu dicere liceat eos nunc cum ipomet Deo regnantes, & ad satietatem vsque flumina immensa amoris, & charitatis diuinæ bibentes, posteaquam pro eius amore mortem subierunt, plusque apud Deum valeant, minus proficiat, minusque impetrent? Magisque nos sine comparatione amantes minus ament. c: Tum quia, si sanctum & vtile erat dicere S. Martino adhuc viuēti: Ora pro me Martine, cur modò cum Deo regnanti id dicere tale non erit? An fortè crudelior est consequta beatitudine, quàm antea? Agrestior curialis cœlicus effectus, quàm cum humano commercio frueretur? Tum quia si Deus citra comparationem ditior, potentior magnificentior, & suorum curialium amantior est omnibus Regibus huius sæculi, Reges autem magnanimi non solum cum possunt de se benemeritis referunt gratiam, verum etiam intercessionem ab eis pro suis amicis factam gratissimè audiunt, qui fieri potest, vt Deus Opt. Max. diues in omnes, omnia quæcunque vult potens nullamque inopiam timens, non audiat suos milites emeritos pro suis amicis intercedentes, licet cumulatifsimè eos remunerauerit? Non obstat secundo dicere non esse necesse nos rogare sanctos, vt pro nobis intercedāt, cum immediatè possimus ipsi Deum pro nobis orare, cum iuxta Philosophum, f frustra fiat per plura, quod potest fieri per pauciora. Tum quia Dominus & Magister noster ille mgnus, in forma orandi nobis à se tradita nos docuit alios pro aliis orare, dicētes. Panem nostrum quotidianum da nobis hodiè, & dimitte nobis debita nostra. &c. Quod si Deus ipse voluit rogari à mortalibus corpus mortale circumferentibus pro aliis, ad conseruandum amorem & charitatem inter eos, credendum est profectò magis velle se à beatis pro nobis rogari, quò magis eos amemus, imitemur, & eorum consortio sui desideremus. Tum quia non potest non placere Deo, quod tanti faciatus eius Maiestatem, & tam parui nostrâ humilitatem, & reputantes nos indignos, qui per nos ipsos immediatè ab eo beneficia postulamus, recurramus ad Diuos, quos scimus ei gratissimos, vt pro nobis mediatores intercedant

R 3

¶ Aristot. in Ethico. c. Thom. & alios in 1. sent. dist. 3. & in 4. dist. 49. & Tho. 1. sic. q. j. per tota præsertim artic. suprad.

d cap. j. d. 2. n. 2.

e Contis. Auth. multo magis. C. de sacro san. Eccle. & ca. cum in cunctis. de elec.

f Relatum per gl. penult. s. in. Clem. 1. de summa Trinit.

Grata fuit Redemptori humilitas Archifynagogi, qui quod se non reputaret dignum salutem sui serui per se petere, petiit per alios. Placuit ei honesta mulier obnoxia profuuiio sanguinis, quæ recurrit ad fimbriam vestimenti eius. Non obstat 3. quod timendum videatur, ne gloria Domini Iesu Christi (qui summus est inter Deum & homines mediator) per tot mediatorum multiplicationem diminuat, & obumbratur. ¶ Tum quia hoc non timuit, nec timet, qui voluit, h vt qui crederet in eum, opera quæ ipse faciebat, & maiora eis faceret, quique tot miracula fecit, & in dies facit in fauorem visitantium sepulchra, reliquias, & loca dedicata Apostolis, martyribus, aliisque Diuis, præsertim suæ Sanctissimæ matri. Tum quia gloria eius non solum non diminuitur, aut obumbratur, quinimò magnoperè illustratur per rectam diuorum inuocationem: quandoquidem nunquam per eam inuocantur nisi tanquam serui & amici eius. Et qui aliquem vt seruum & amicum alterius inuocat, & honorat, potius Dominum inuocare, & honorare videtur. ¶ Tum quia magni Principes multa conferunt aliis per alios sibi subditos beneficia, quod mediatores subditos honorando eorum crescat honor & gloria.

V. Illatio, quod proculdubio errarent qui peterent gratiam, vel quidpiam aliud, cuius Deus solus est author, a cœlitibus non vt mediatoribus, sed vt authoribus, & cōsequenter, qui peterent salutem, sapientiam, gratiam vel gloriam à virgine matre non vt mediatrice, & impetratrice, sed vt auctrice potente per se ea agere & dare, instar pictoris, qui potest colores addere, & depingere. Errarent item, qui eam in salutatione illa (*Salue*) vocarent matrem misericordie in eo sensu, quo Apostolus ¹ vocat Deum patrem misericordiarum, & qui in eadem vocant eam vitam, dulcedinem, & spem nostram in eo sensu, quo Euangelium ^m vocat verbum domini vitam. Et in eo, quod psalmista Deo dicit ⁿ (*Tu es domine spes mea*) & qui dicendo orationem illam vulgatam & piensissimam. (*Obsecro te Domina*) tribueret ei illos titulos, via errantium, salus in te sperantium, fons misericordie & venie, in eo sensu, quo tribuuntur Deo, & in eo, quo eius filius se vocauit viam, ^o dicens (*Ego sum via, veritas & vita*) & in quo psalmista de Domino dicit ^p (*Domine illuminatio mea, & salus mea*) & alibi ^q (*Situit anima mea ad Deum fontem viuum*) & Apostolus ^s eum vocat patrem omnium cōsolationis, & psalmographus ^t datorem gratie, dicens

(*gratiam*

(*gratiam & gloriam dabit Dominus*) Pari modo errarent, si qui peterent à S. Sebastiano, & S. Rocho, vt præseruent eos à peste, à S. Antonio, vt ab igne, à S. Barbara à fulmine, & ab aliis Diuis alia in eo sensu, quo ea petunt ab ipso Deo: Manifestum est enim hæc errata esse, quamuis si qui Catholicorum in hoc errant, potius ignorantia & incogitantia, quam perfidia & malitia id faciunt: Quare parochorum, Confessoriorum, & concionatorum fuerit, loco, tempore ac modo aptis populum hæc admonere.

23 Quo circa omnes vtriusque sexus gloriose virgini Mariæ benè affecti honoremus eam eo modo, quo ipsa vult honorari, purâ citra præiudicium Sanctæ fidei Catholice & honoris Dei, eiusque benedictissimi filij sui, & Domini nostri Iesu Christi: & vocemus eam salutem, & vitam nostram, non quod ipsa essentialiter sit illa, neque quod per se eas dare possit, sed quod efficacies, quàm aliæ omnes puræ creaturæ, nobis illas impetrare potest. Vocemus eam Matrem, & fontem misericordie, gratiæ, cōsolationis, indulgentiæ, & remissionis, non eo quod ab ea emanent isthæc, sed quod ex ea natus fuit verus ille Deus & homo, à quo omnia illa manant, non quod ipsa possit ea facere vel dare, sed quia nulla alia pura creatura potest nobis ea melius quàm ipsa impetrare ab eo, qui illa facere & largiri potest. Dicamus ei cum Ecclesia (*Tu nos ab hoste protege, & hora mortis suscipe*) ^v quod sit omnium diuorum excellentissima mediatrix ad ea nobis impetrandum, quod consequitur nō potuisse has petitiones, & titulos sic intellectos iustè reprehendi à quibusdam, ^x quorum alia quædam errata, aut certè parum circumspectè scripta primi omnium ipsi vulgari sermone Conymbriæ ante circiter 30. annos vulgauimus. Considerare oportet humillimam & modestissimam Virginem non dixisse Sanctæ Elizabethæ. ^y (*Me dicent omnes beatam, quia magna feci*) sed (*Quia fecit mihi magna qui potens est*) & consequenter cogitemus neminem ei gratum futurum, volendo vt ei per se largiatur vel agat id, quod sibi ipsi Deus reserua uit. Sed sic petendo, vt tanquam gratiosissima mediatrix id nobis impetret, quod perlubenter faciet. Recogitare oportet, nullos alios Sanctos tantum quantum eam posse, & ideo à fortiori nulli eorum placiturum, vt petatur aliquid ab eo vt authore, quod non potest, nisi vt mediator, famulus, & alicuius sui & nostri omnipotentis Domini præ-

24 stare. Errant item multi petendo à sanctis tanquam

R 4

g Arg. ca. legibus 93. dicitur. Ibi Turba sacerdotum eos contempnibilem facit.

h Ios. 14. i Clem. si Dominum in sanctis eius laudare iubemur de Reliq. & venerat.

k Iuxta illud Philosopho: hi, Propter vnum quodque tale, illud magis. Auth. Multo magis C. de Sacros. eccles. & c. fin. 93. dist.

l 2. ad Corint. cap. 1.

m Ioan. 1. a Psal. 90.

o Ios. 14. p Psal. 26. q Psal. 41. s 1. ad Corinth. 1. t Psal. 8.

v In hymno Memerto salutis,

x In lib. de modo orandi pag. penult.

y Luc. ca.

mediatoribus, adhibitis ceremoniis superstitiosis, putā per verba scripta in membrana Virginea, ligando eam filo à virgine ducto, vel ab ea, quæ vocatur Ioanna, vel Maria, aut ponendo ea sub ceruice ante solis ortum, recitando cum candelis ceræ virgineæ, eundo, vel veniendo, dicendo, vel canendo ea toties, & non magis, vel minus, scribendo ea in vna scutella, & postea bibendo ea delera vino vel aceto, in fumendo vtendo aliqua vana obseruantia, & præstigiis, quas definimus supra post S. Tho.^a & alios. Fateri etiam oportet multos errare petendo ab aliquibus Sanctis aliqua, putantes ea non posse alios impetrare, vt plerique in hac regione petunt à S. Antonio res perditas, à S. Rocho liberationem à peste, & alia ab aliis hic, & alibi. Non autem oportet fateri (quicquid præfati dicant) b erroneum esse credere Deum decreuisse aliqua beneficia præstare, intercessione aliorum sanctorum quamuis minorum, in aliquibus materiis, in quibus ei inferuierunt, quæ non decreuit præstare per alios licet maiores: vt in dolore dentium, & molarium intercessione S. Apolloniæ, quæ ei patientissimè inferuirit, tolerando eius amore, vt tyranni crudelissimi eos euellerent: & in peste intercessione S. Rochi, quam ipse patientissimè perpeffus fuit, & S. Antonij in rebus deperditis, qui naufragio velut perditus, & extra patriam suam delatus, & ob mutationem sui nominis sanctissimè semper se gessit, & ei semper inferuirit, & ob alios respectus particulares. Fateamur etiam erroneum esse inuocare Sanctos sui ordinis, patriæ, vel officij seditiosè. Horum de numero sunt, qui inuocant S. Dominicum, contemnendo S. Franciscum, aut contra, & qui inuocant Sanctos Hispanos, floccipendendo Sanctos Gallos, vel S. Bartholomeum, & S. Ludouicum Regem Franciæ, quod fuerint nobiles, paruifaciendo S. Crispinum, & Chrispinianum, qui fuerunt iutores: & qui extollendo S. Ioannem Baptistam, deprimunt euangelistam, aut contra. c Sancti enim non sunt inuidi, nec ambitiosi, neque seditiosi, & factiosi, vt nos peccatores, qui eis intendentes placere & seruire, displicemus & offendimus. Negetus tamen in tolerabilem omnino esse, vt quidam scriptor eruditus, ait. d & dignam, vt alij dixerunt, quòd è medio tolereretur (quādo citra seditionem posset) consuetudinem adorandi calceum, & sudarium gloriosi illius D. Thomæ Archiepiscopi Cantuariensis, in quadam parte Angliæ vigentem. Nam non solum vasa, terra, cinis, aut puluis carniū sanctorum, ve-

rum

rum etiam eorum vestimenta, & calceamenta, quibus inferuierunt Domino, possunt & debent adorari, & venerari, ceu res eorum, eadem adoratione & veneratione, qua possunt & debent ipsimet, quorum illa sunt, vt rectè dixerunt Tho. VValdensis, e Gabriel. f & alij alibi. Et quamuis neque ipsi, neque alij dixissent, posset efficaciter, & facile probari pertheorias Magistri, Thomæ, & aliorum, g Ex quo sequitur, improbum esse illud eiusdem de calceo B. Thomæ. Quid ineptius quàm adorare calceum hominis? Nam licet adorari non debeant calceus, tunica, syndon, nec clauus, nec crux, quatenus sunt quoddam corium, pannus, tela confuta, ferrum, vel lignum, possunt tamen, & debent adorari, quatenus sunt instrumenta illius Sanctitatis, & redemptionis, quam nobis repræsentant, vti res talis Sancti, vel Redemptoris, vt Thom. h & alij dixerunt. Vbi autem inueniatur quod Dominus regnauit à ligno, siue à cruce lignea, dicitur infra, i Displicet item, quod iidè dixerunt, k nempe ob id duntaxat tolerandas esse multas supplicationes Christianorum, quòd introductæ sint veluti quædam minus mala, ad tollendum alia maiora Paganismi. Licet enim fatendum sit earum introductionem profuisse illis depellendis, negandum tamen est profuisse vti maiora mala. Quia imò inducta fuerunt vt magna bona, qualia ex se sunt. Et consequenter fatendum est institutionem supplicationis die Purificationis B. Mariæ virginis, quam vocant Candelarum, quæ fit cum facibus, & cereis accensis, multum profuisse ad tollendam illam sacrilegam consuetudinem Gentilium, currendi cum facibus accensis in honorè falsæ Dææ Proserpinæ, quam fingunt fuisse raptam: negandum tamen est profuisse, vt illi dicunt, tanquam mutationem maioris mali in minus, sed mali in bonum, qualis est de se illa deo tra supplicatio sanctissimi illius diei, quæ representat eam, quæ facta fuit in templo Hierosolymitano à S. Symeone, S. Anna, & S. Iosepho, vnà cum Sanctissima virgine Matre, & supremo Redemptore. Fatendum item est, quod ad excludendam inuocationem Gentilium, Apollinis, Æsculapij, & aliorum inuolorum in infirmitatibus, potuit professe introductio inuocationis B. Antonij, S. Rochi, & aliorum Diuorum. Negandum tamen est profuisse (vt illi dicunt) tanquam inductionem minoris mali ad euitandum maius, sed vt inductionem boni, quod gratia, & ope diuina successit malo. Quod ipsum etiam est dicendum de institutione in-

R 5

a In ca. 6. nu. 46. cor. 10. 27.

b 2. sec. q. 66. Quod. li. 2. ar. 14.

b vbi sup.

c Contra exemplis. Tho. qui l. par. c. 20. ar. 2. & ad 3. dicit præsumptio nis esse iudicare An Petrus fuerit sãctor Ioãne vel contra. d Io. Cole tus relatus à quibusdam in li. de modo orandi.

e In fibr. defacram tal. ca. 120. f In 3. dista 23. q. 2. cola 2. & penultia g dist. 9. la 3. sent. 82 Th. 3. par. qu. 25. per totam præfertim ar. 6. & 2. sec. q. 96. ar. 4. h In locis su. citatis i cap. 23. k vbi sup.

uocationis Virginis, & Marris, per illam Antiphonam (*Salve Regina*) quæ (vt ipsi malè aiunt) inuenta fuit à nautis, ad tollendam inuocationem idolorū Veneris, & geminorum Castoris, & Pollucis. Quibus est consequens, nō esse verum illud eiusdem. Hæc tolerata sunt a Patribus, non quod in his esset Christiana religio, sed quod ab illis, quæ commemorauimus ad hæc profecisse, magnus pietatis gradus videretur. Hæc ille, Non, inquam, id est verum, quoniam prædicta tria, nempe processio diei Purificationis, & inuocatio diuorum in morbis, & cætus antiphonæ (*Salve Regina*) actus sunt sancti veræ & sanctæ religionis Christianæ. ¹ Negandum est etiam ignorantium esse, aut rem ridiculam, siue risu dignam, (vt iidem dixerunt ^m) inuocare sanctos, & sanctas oratione Dominica, vel Angelica: Nam licet eorum ratio popularis sit, & primo aspectu colorata, putà, Quid absurdus quàm virgini dicere (*Pater noster*) & Christophoro (*Aue Maria gratia plena*) aut S. Gregorio (*Dimitte nobis debita nostra?*) Non est tamen apud eruditos & pios vera, intelligendo illam vt communiter intelligitur ab eis, qui id faciunt: Aliud enim est dicere (*Pater noster*) virgini Mariæ, referendo verba ad eam: Aliud illud dicere Deo in honorem eius: quod sanctè & religiosè fieri potest, & vulgò agitur. Illud verò malum, & quod à nemine ne per somnium quidem fit. Aliud item est dicere (*Aue Maria*) semel, bis, vel ter S. Christophoro, referendo eadem ipsa verba ad eum, aliud dicere in honorem eius, referendo verba, ad quem oportet, hoc sanctum est, & passim fit, illud malum, & à nemine ni fallor agitur: Licet enim idiotæ non intelligentes quid dicunt, non referat actu, siue actualiter verba, ad quem oportet, virtute tamen, siue virtualiter, sic. Quandoquidem interrogati de sua propria intentione dicerent eam esse referendam ad quem docti referrent. ⁿ Displicet item graui-
ter nobis subfannatio & irrisio illa, qua iidem referunt eruditos quosdam Louanienses solitos fuisse subfannare, & ride-
re quandam idiotam, qui finita Missa visitabat sacella, & ante quamlibet imaginem recitabat aliquoties (*Pater noster*, & *Aue Maria*) & iis dictis aiebat, hæc tibi S. Barbara, hæc tibi S. Roche: licet n. illud dignum risu fuisset, si (vt interpretabantur) eo fine id egisset (quod non erat verisimile) ne vllus illorum Diuorum præriperet quod erat alterius, & ad euitandam discordiam inter eos, prudenter tamen factum erat, si (quod credibile est) agebat componendæ

¶ per sup.
dicta.
m libr. de
modo orā
di pag. 21.

¶ Arg. 1.
si procura
tor. ff. de
cōdic. in-
deb. cap. 1.
de iure iu-
ra. lib. 6.

mcmo

memoriæ gratia, & vt se admoneret quod, & in cuius honorem recitaret, ac deuotionem renouaret, quod vegetior ad residua seruet, & vt distributio illa, quæ Transito Rhetorica foret, ad transeundum finita inuocatione vnius Sæcti, ad incipiendam inuocationem alterius. Quemadmodum non nulli pij viri recitantes aliquas horas Canonicas, finita vna, & si recitent soli, dicunt ante coeptam aliam ad Primam vel ad tertiam, vel ad aliam horam pro diuersitate horæ, quam sint inchoaturi, non quidem vt doceant Deum quam horam sint dicturi, sed vt se admonendo de vno hora in aliam transire, suam attentionem renouent.

¶ VI. Illatio, quod licet non teneamur recitare horas Canonicas nisi supra memorati: ^o & quamuis neque ipsi, neque alij teneamur orare nisi temporibus, P horis, & locis ^q antedictis ad euitandum nouum peccatum, ad querendum tamen maius meritum, & ad renouandam & augendam nobis memoriam, reuerentiam, & amorem Domini nostri, & vt perfectiores Christiani euadamus, plurimum nos decet orare longè sapius, & pluribus locis ac tēporibus: Tum ob innumera elogia, & exempla sacrorum Euangeliorum, & Actorum, & epistolarum Apostolorum, & totius veteris ac noui testamenti, quæ copiosissimè quidam in libellis de modo orandi collegerunt, ^r quorum aliqua supra ^s posuimus. Tum quia certum est, quod Discipuli illi veteres, vt penè indies ad comedendum, ita etiam ad orandū & communicandum conueniebant. Quin & consuetudo inualuit, vt cum Episcopi, & alij celebres viri conueniebant, primus actus suscipiendi hospitio esset orare, secundus communicare, tertius negotiari, & etiam hodiè in ingressu nonnullorum monasteriorum, & domuum, primas sibi vèdicat salutato, & oratio ante aliquam imaginem, aut intra sacellū portæ vicinum, & Papæ, Episcopi, Imperatores, & Reges in suarum Ciuitatum inaugurationibus prius descendunt ad portas ecclesiarum & prius in eis orant, quàm se ad sua hospitia & domicilia conferant. Et nonnulli iter agentes, (quos quandoq; imitatus sum) in locis vbi sunt pransuri, vel cœnaturi, siue dormituri, solèt ex mulis, vel equis siue equitaturis descendere ad portas Ecclesiarum, & missis eis per famulos ad hospitia, ingredi eos ad orandum. B. Paulus ^t discedēs Mileto, & iterū Tyro, orauit in littore maris, ante q̄ solueret, cum fratribus, tam quibuscum nauigaturus erat, quàm cū illis à quib. discedebat. Omnes in super Christiani

o In c. 8.
nu. 7.
p In c. 3.
q In c. 2.

r De mo-
do orandi
pag. 4. vlti-
que ad 10.
s In cap.
3. nu. 5.

t Arg. 2.
& 21.

commu

communiter, quando sibi sunt obuij, vel coeunt, salutando sese orant dicendo, Deus te saluet. Deus tibi salutem vel gratiam, vel lætitiã impartiarur, Deus te consoletur, vel Deus te conuertat, si sit excommunicatus. Quod ipsum agunt in recessu. Et S. Paulus omnes suas Epistolas inchoabat ab oratione, & multas earum eadem concludebat. Cuius exemplo omnes ferè Christifideles idem agunt, exceptis aliquot, præsertim aulicis nostræ Hispaniæ. In qua nescio quis spiritus à tempore non adeò antiquo nobis persuasit dicere, & scribere: Osculor manus, imò & (si superis placet) Osculor pedes, pro Aue, Salue, vale, aut Deus te seruet, vel saluet, sustinet, & suam gratiam, aut gloriam impartiarur: & malle audire semel manuum osculum, quàm centies Deus te seruet, vel beet, & plus semel pedum osculum (qui est honos soli Papæ reservatus) quàm millies Deus te sustentet & conseruet, imò sunt, qui hoc iniuriæ ducunt, & illud honori. Quibus addo primùm, quòd ante 80. annos Galli ob hoc ridebant Tholozæ Hispanos, quamuis nunc (vt audio) cœperunt eos imitari, quæ tamen permutatiõ non est nimis religiosa. Nam licet non sit imprudentiã (vt nonnulli tunc existimabant) dicere, osculor tibi manus, quia sunt verba humilitatis, & earum pronuntiatio sine fictione sit actus illius virtutis, sapit tamen aliquid superbiæ & vanitatis, optare vt magis se quis tibi humiliet, quàm quod Deum pro te roget. Quinimò redolet aliquid gentilitatis quodammodo minoris, facere opera virtutis Latræ, vel religionis (quæ omnium moralium est præstantissima) quæque nos magnoperè inclinat ad nos humiliandum coram Deo, eique præstandum honorem, & gloriam, quàm actus humilitatis, ob gloriam & honorem inde resultantem, quum tanto sint minores prædictis actibus Religionis, quanto virtus humilitatis est inferior virtute Latræ & Religionis. * Addo Secundò, quod ipse communiter eorum vtroque vti soleo, incipiendo vel finiendo, & quandoque tam incipiendo, quàm finiendo epistolam meam oratione, cuius finis, & colophon sit bonum æternum, & postea separatim ponendo osculum manuum. * Addo tertio, quòd quia intellexi compluribus recipientibus epistolas esse fastidio illam salutationem initij epistolæ, quæ necessariò erat legenda, à multis annis pro illa, qua breuiter solebam vti in initio epistolarum, pono illa verba dulcissima (*IESVS * MARIA*) cum sercula ea diuidente

v Iux. Th. recep. 2. sec. qu. 11. ar. 6.

x Quod colligitur ex. sec. q. 121. art. ad quartum.

dente, in epistolæ summitate, vt eorum memoria ipse ad pie scribendum mouear, & is ad quem datur, ad sanctè legendum, si voluerit ea prælegere, incitetur. Et si noluerit, possit epistolam totam eis ommissis sibi perlegere, quoniam illa non sunt lectori necessariò legenda. * Addo quarto, quòd hic vsus ponendi in summitate epistolæ (*IESVS * MARIA*) pro salutatione vel oratione principij Epistolæ, maximè videtur conuenire schedulis, & epistolis breuibus, quas nobis mutuò scribimus. Quia sapit quandam hypercritism oratio addita illis in principio, & fine. Addo quinto me in hunc vsque diem non potuisse adduci ad dicendum vel scribendum osculum pedum aliis quàm Papæ, etiam Regibus, non quod si expediret honori Dei, aut vero bono proximi, non cuius oscularer, sed quia hæc reuerentia ab omni antiquitate viderur reservata summo Pontifici. Ad Sexto. Quòd Reges Lusitanæ & Franciæ non porrigunt manum etiam ipsi Sacerdotibus, * licet sic Reges Castellæ etiam ipsi Episcopis, quod reprehenditur ab Archidiacono, & Alexandrina, * quando saltem non sunt comites, licet meo iudicio sustineri posset quoad episcopos ratione iurisdictionis temporalis, quam exiguam, vel magnam omnes habent in Hispaniis. Quod nunc non disputo, aut determino. * Longè tamen post hæc scripta, anno 1555. cum à Lusitania in Nauarram redirem, in honorem sacerdotij, negavit mihi manum osculandam Princeps illa Portugalliæ gloriosissima Donna Ioanna, quæ pro Carolo Quinto patre suo, Castellam tunc gubernabat, & etiam Carolus magnæ spei Princeps, qui ante circiter octo annos, cum maximo torius Hispaniæ dolore morrem obiit. Quin & Maiestas Regiæ patris eius Philippi I. I. quem anno 64. primùm visi, non solum tunc, sed etiam postea pluries in eiusdem sacerdotij honorem, suam manum Regiam osculandam mihi tradere noluit, quam & aliis sacerdotibus, à tempore quo gubernacula Regni suscepit, negasse audio. Nam & Regina illa gloriosissima Isabella eius vxor, tam in domo natalis mæi, cum eam hospitari dignata fuit, quàm alias semper, manum suam Regiam osculandam tradere renuit. * Ex hoc infertur nos pro nostra virili conari debere imitari veteres Christianos, patres, & maiores nostros, quorum opera ferè omnia erant orationes, aut oratione consecrata & dedicata Deo, aut relata in eum. Deberemus

y Cui plurimum deferendum est c. Ecclesia sticaru, & c. In his 11. dist. 2. Qui rationabilis mos est arg. c. duo sūt 96. dist. 11. & c. Solitæ de Maior. & obed. 2. in d. c. Duo sunt 96. dist.

41

Imitari

Lib. 1.
Econo.

g. c. Quan
44. dist.

Imitari deberemus Gallos & Germanos in manè surgendo, etiam si effemus Comites, & Duces, Reges, & Imperatores, imò & Episcopi, & Summi Pontifices, * exemplo Ferdinandi Regis Romanorum Caroli quinti fratris germani, qui postea fuit Imperator, quem Proceres & alij cum facibus antelucem negotiorum ergo adibant, quamuis in Hispaniis fuisset natus, & educatus: Exemplo item for. recor. Pij V. & Sanctissimi Domini Nostri Gregorij XIII. in hoc quoque, vt in compluribus alijs, admirabilium, * memoria repetentes celebre illud dictum Philosophi, b Surge manè conducit studio philosophiæ, corporis sanitati, & rei familiari, & non obliuiscens illud, quod bo. memor. Belgicæ decus æternum Adrianus V I. cum esset Cardinalis, & regeret Hispanias lepidè dixisse fertur de illarum Proceribus noctu vigilantibus, & in meridiem vsque dormientibus, posse scilicet eos vocari Principes tenebrarum, & non lucis. Deberemus, inquam, vt i dico, manè surgere, in surgendo aliquantisper orare, & Missam audire, si id per negotia liceret, antequàm alijs intendere, non vt protinus ientemus. & bibamus, quod nonnulli præfatarum gentium faciunt, & est vitium gulæ, neque vt credamus, quod audita Missa votorum nostrorum, (quæcunque ea sint) compotes ficiamus, quæ est superstitio, qua vtuntur Pyratæ, qui grassaturi, & furtum in immerentes commissuri, prius Missam audiunt, & negotium suum Deo inuerecudè commendant. Quod de more etiam faciunt latrones, qui audiendo Missam, existimant se impetraturos auxilium ab eo, qui tam exosa habet furtâ, & rapinas. Qua etiam temeritate vtuntur nonnulli mercatores, & institores, qui vtraque manu, per fas & nefas, vnde cunq; & quomodocunq; conquirunt bona. Deberemus orare in principio, & sine prandij & cœnæ, benedicendo mensam, ad quod nos Sacerdotes tenemur, licet (mea sententiâ, quæ communis est) non nisi sub pœna peccati venialis. Deberemus orare à somno meridiano, cum interdiu dormierimus, & cum pulsatur ad elevationem S. Sacramenti, & ad vesperas, & ad (*Aue Maria*) quod Conymbricæ vocant (*a Trinitate*) cum nos somno componimus, vt somnus occupet nos orantes, vel res sacras attentè legentes, vel audientes, quæ cùm primis est apta ad prouocandum somnum medicina: licet id à nullo libro, vel ore medici receperim. Id ipsum deceret agere, cùm audimus pulsare media nocte ad Matutina-

nam

nam in aliquibus ecclesijs, & in alijs horatertia, vel quarta post eam: Ne verò cupienti istud agere desint formulæ breues orandi his temporibus congruæ, nonnullæ ponuntur infra. d Nemo tamen existimet me dicere velle supradicta obligare omnes, adeò vt id non agendo peccent etiam venialiter: non enim ommissio eorum est peccatum etiam veniale, modò citra scandalum, vel aliud damnum, & vitium inconstantia. * Nec obstat illud Greg. e Qui bona agunt & meliora deliberant, si canon faciunt in conspectu Dei, cadunt: nec glossa eius, quæ habet eos saltem venialiter peccare, quia glossa est falsa, & dictum Gregorij intelligendū est de deliberantibus, & obligantibus se ad illud, ex mente vtriusque Tho. f nos autem solùm de proponentibus facere ista, sine obligatione voti, vel alia. *

VII. Illatio. Bonum esse Regibus & Magnatibus recitare quotidie horas Canonicas, quod quidam negant, & dicentes quod Principes si aliquid eis temporis superstit, potius debent illud impendere in addiscendo præcepta diuina, puerbia Salomonis, apophthegmata Plutarchi, Polytica, Ethica Aristot. & Oeconomica, officia Ciceronis, & dialogos Platonis, quæ tractant de Republica, & alia id genus, quàm in recitando horas Canonicas, & quod sat superque recitat Rex, qui integris & incorruptis viris sua negotia credit, qui sua prudentia bellum à suis Regnis auertit, qui pauperes à potentibus opprimi non sinit, qui medellam adhibet temeritati & audaciæ malignorum, cum quanta potest modica sanguinis effusione, quique sanctis legibus, & consuetudinibus suam Rempublicam fundat & instituit. Circa quam quæstionem quotidianam dico Primo, bonum fore, quòd Principes orent iis temporibus, quibus supra diximus h decere omnes orare, id enim (excepta Missa) tam exiguo tempore fieri potest, vt ferè nemo negotijs publicis ita implicitus sit, vt id agere nequeat, neque quâ iis impediuntibus. II. Quòd horæ Canonicae per se sunt optimus modus orandi omnium, qui ab hominibus puris sunt instituti, i cum sint totius Ecclesiæ inuentum, & ob alias rationes, quas breuitatis ergò prætermitto. Et consequenter, quicumque tantum temporis in orando impendere possunt, quantum sufficit recitandis horis Canonicis, sanctè eas possunt recitare. III. Quòd licet, vt dicit quædam glossa recepta, k melius sit de se orare quàm studere vel docere, quia orare est actus virtutis Patriæ, l siue religio

d In cap.

e c. Qui
bona. 17.
9. 1.

f 2. sec. q.
79. ar. 3. ad
4.

g in lib.
de modo
orandi ps
81. 76.

h Illat.
prox. præ-
ced.

i Arg. to-
tius dist.
92. & eorū
quæ dixi-
mus in ca.
10. n. 50.
k In c. li-
cet. 8. q. 1.
l Tho. 2.
sec. q. 8.
ar. 3.

m. 2. fec. q.
 81. ar. 6.
 m. 2. fec. q.
 156. ar. 2.

o. c. nō est
 puranda t.
 q. x. c. i. 14.
 p. in pñci.
 cap. inter
 verba. ii.
 q. 3.
 q. in c. 10.
 8. p. & seq.

p. In pri-
 mo. Ethic.
 co.
 s. in prin-
 cip. 2. fec.

religionis, que est virtutum moralium prima, secundum S. Thom. ^m & discere est actus studiositatis ⁿ virtutis longè inferioris, melius item quam audire partes, legere processus, decernere lites, iter facere, arare, fodere, & metere: Multis tamen, qui officio, statu, vel munere tenentur discere vel studere, aut suprà memorata agere, longè melius est discere vel agere ista, quàm vltra id quod ei præcipitur, vel est obligatoriu, orare si alterum alteri est imparibile: Nullus enim actus quamlibet ex se bonus est Deo acceptus, quando ob illum omittitur alius magis obligatorius, ^o 48
 vt alibi, P & suprà dixi. ^q IIII. Quod Rex, vel Regina, aut Princeps callens omnia, quæ requirit suus status, & expeditis omnibus negotiis, ad quæ tenetur, tantum temporis impendere potest in orando, quantum recitandis horis Canonicis sufficit, eas rectè potest recitare, aliàs secus. V. Quod non solum Princeps præsertim iuuenis, ignorans, vel non intelligens leges diuinas, prius illas addiscere debet, quàm recitare horas Canonicas, si vtrumque facere nequeat verùm etiam is, qui ignorat suas proprias ad suum statum & regimen pertinentes: Quinimò potius consulem ei, vt disceret istas, quin & institutiones Iustiniani, vnâ cum nonnullis decretis Pontificiis, quàm Polyrica, vel Oeconomica Aristotelis, vel Dialogos Platonis, vel Apophthegmata sapientum & Regum Ethnicorum, quorum nōnulla aduersantur legi Euangelicæ. Licet enim hæc quæ generalia sunt, magis placeant discenti, illa tamen sunt magis necessaria, & vtiliora, eo quod sint particularia, & quotidiana, & in materia morali, ea quæ sunt magis particularia, sunt cæteris paribus vtiliora, & vtiliora, quàm generalia, vt post Aristot. ^q dixit S. Thom. ^s Licet longè satius foret prius discere ista generalia, & postea illa particularia, quæ perficiunt scientiam moralem. Quod mihi fecisse videatur Rex. & D. N. Ioannes huius nominis IIII. comprimis omnium principum quos terra colit, prudentissimus & iustissimus, qui præter illa generalia, egregiè callet etiam suas ^q
 leges horum suorum Regnorum particulares, quæ (meo iudicio) sunt succi pleniores, & cōcinniores, quàm vllæ aliæ, quas legere mihi contigit (legi autem multas tam in Hispanijs, quàm in Galliis) & adeo quidem eas callet, vt quandoque ipsemet emendari curet libellos supplices à se sub-
 signandos, monendo aliquos eos offerentes, nil sibi aliàs eos ob illum, aut illum defectum ob suas leges profuturos,
 nonnum

nonnumquam alios, id quod petunt fieri non posse, quandoquidem peruerteretur ordo iuris per suas leges Regias ³¹
 sanciti. VI. dico (meo iudicio) nullum Regem, Principem, Nobilem, Iudicem, Lectorem, Aduocatum, aut alium quempiam, exceptis ad summum mercenariis, esse adeo occupatum, qui non possit, si velit, per hoc Breviarium nouum Romanum à Cardinale S. Crucis compositum, citra damnum publicum, vel priuatum, recitare horas Canonicas, eo modo, & temporibus, quibus suprà ^t consului studiosis recitare. ^{*} Imò etiam per hoc nouum scil. recot. Pij V. quod & si sit paulò longius, est tamen grauius & sapidius. ^{*} Quinimò existimo eos, qui eo modo se occupabūt ab aliis negotiis nō necessariis, & otiosis, ita se auerſuros, vt longè plura negotia possint expedire, quàm si eas non recitarent. ³²
 VII. Subinfertur de se optimum esse, vt Reges & Principes, imò & cæteri omnes recitent horas Canonicas per hæc vel alia æque succincta Breviaria, modò id non faciant tempore necessario ad agendum, discendū, vel audiendum alia, quæ iuxta suum statum, munus, vel officium dicere vel ³³
 legere tenentur. Ex quo sequitur admodum periculosum esse illorum Regum & Procerum statum, qui choreis, lusi- bus, venationibus, amoribus, aliisque vanis & stultis iuuenis sese occupant diutius, quàm honesta recreatio postulet, in præiudicium negotiantium: Si enim occupare se in recitandis horis tali cum præiudicio peccatum est, quanto magis erit occupare se in supradictis? ^v VIII. Ex hoc ipso sequi, multos concionatores, quorum puritati conscientiæ (vt Alex. iiii. ait ^{*}) discretionis deest ratio, parum discretè interdum concionari, dum discantibus, & docentibus leges Romanas Canonicas & Ciuiles, quin & Theologiã scholasticam in Scholis, maximo ecclesiarum, Regum, parentum, & agnatorum suorum sumptu. Dissuadet etiam publicè grauem illum & continuum laborem noctu diuque voluendi tot, & tam grandia volumina textuum, glossarum, simulque prouocant eos, vt maiorem temporis partem insu- mant in contemplando vitam Redemptoris, & in meditando de Deo, & sua curia cœlesti, ac carcere infernali: qui tamen quandoque sacræ scripturæ repugnantia imaginantur. Quod ipsum nituntur persuadere præſidibus, senatoribus, aduocatis, & procuratoribus: Concionatores, inquam, existimantes sufficere ad quorumlibet promiscuè cōfessiones audiendum, ciuitates gubernandum, lites decidendum,
 s

t. In ca. 2.
 nu. 30.

v. Argu. e.
 cū in cun-
 ctis, de ele-
 ctis, & auct.
 multo ma-
 gis. C. de
 sacros.
 x. ca. non
 solum. de
 reg. lib. 6.

& consulendum, scientiam tumultuario studio, & animo aliud agente partam, quum tamen perfecto iudici ad omnia occurrentia iudicanda præficiendo vix sufficiat continuum, maxime serium, ac toto vitæ curriculo impensum studium. Nec minus, & forte magis necessariū est perfectio 55 confessorio ad audiendos omnes occurrentes exponendo, quandoquidem tali necessaria est scientia Ethica siue moralis, & sacramentalis cum omnibus suis accessoriis, quæ partim constar ex Theologia, partim ex sacris Canonibus, & legibus, & aliis permultis, vt alibi probamus Y. Quod 56 satis intelligebant Magistri illi Theologiæ Sorbonici, qui olim Doctoratu insigniti Lutetiæ, proficiscebantur Tholosam Canonibus operam daturi, priusquam illi cœpissent Parisiis doceri, quod nunc diligentissime audio fieri. Sicut 57 è diuerso deest Canonistam addiscere aliquantam Theologiam priusquam Canones addiscere incipiat, vel postea, aut saltem audiri materias spirituales Canonicæ facultatis ab eas probe callentibus, quæ imprudenter admittunt Theologi puri regentes Episcopatu, aut alia eiusmodi munera subeuntes, quoad forum exterius. Ob quæ nunc in tota Castella raro committuntur officia etiam Inquisitionis puris Theologis, qui non satis norunt admonere aut interrogare pœnitentes de peccatis fori exterioris: Quæ tamen multa, & valde quotidiana sunt.

Exhortemur itaque Christiane Lector, & inuitemus vnumquemque, vt seruat ante omnia præceptis Dei, & suæ ecclesiæ, discat, & dicat, & agat id, ad quod obligatur ratione sui status, muneris vel officij, & vocationis. vt ait Apostolus ^z, Agricola vt aret, fodiat & metat, quò se suamq; familiam alat. Sutorem vt scindat & consuat, quantum suffecerit sibi suisque sustentandis. Scholasticum cuiuscumque scientiæ approbata, vt sedulo illi inuigilet. Iudicem vt perlegat suos processus, & partes audiat, studeat insigniter suis legibus, & constitutionibus, neque agat quod aliqui, qui nò aduertetes sese in eo vituperare, laudabat se apud me dicendo. Qualibet nocte euoluo aliquam S. Scripturæ expositionem Hieronymi, vel S. Ioannis Chrysostomi. Delectant me epistolæ B. Hieronymi. Quibus responderi potest, eos si id præstent satisfaciētes suis officiis, & studiis necessariis, dignos esse laude, quia bonum duplicatum melius est simplici. ² Alioqui longè melius foret 60 reuo

Y In cap. j. de pœnit. dist. 5. in 5. caueat. nu. me. p.

z. ad Cor. rin. 7. & c. 1. ar. q. 1.

a cap. j. de Treug. & pac. & ecclesi. 4.

reoluere sua Digesta, & Codicem, suum Bartolum, & Paulum, & suas ordinationes & instructiones. Recitemus igitur, recitemus, legamus, & relegamus S. Scripturam, & Doctores Sacros: Contemplemur aliqua vt vitam contemplatiuam agentes, sed nostris, non alienis impensis, de rapina offeramus holocaustum. ^b Suffuremur in id aliquid eius temporis, quod comedendo, dormiendo, & nos honestè recreando possumus infumere: non autem eius, quod sibi vindicare debent expeditiones litigantium & negotiantium, & studia necessaria prælectionum, discussionis, processuum, instrumentorum, testimoniorum, siue de possessionis testium in quæ agenda stipendia nobis persoluunt Regna, Reges, Academia, Ciuitates & parentes. Non dehortor tamen, quin potius exhortor scholasticos cuiusque facultatis, vt singulis vesperis sabbathorum, aliqua de benedictissima illa Virgine Matre Deipara, deque eius excellentia mente reuoluamus, vt olim fieri Tholosæ solebat: & manè festorum Benedictissimi filij sui D. N. de suis miraculis. Quin & si ob id cœnam omittamus, & tempus cœnæ ei rei impendamus, longè præstantius & suauius erit ⁶¹ studium, vt animaduertet qui id experietur. Non autem volo dicere quòd Rex, Iudex, scholasticus, Agricola, vel alius artifex, nò possit, nec velle debeat omittere, vel commutare suum munus, & se religioni addicere, aut sacerdotio initiari, si id agere voluerit, & mutato statu contemplari ac meditari, quantum libuerit: & per statum assumptum licuerit: Multa enim suapte natura bona sunt & optima, quæ non licent nec decent aliquem in vno statu quæ valde deceret alium in alio, imò & eundem in illum transferum, vt singulariter significauit magnus ille Aquinas. ^c Volo tamen dicere, quòd quamdiu qui est Rex, Iudex, Scholasticus, Agricola, aut alius artifex, non omitat facere ea, in quæ est obligatus Deo vel proximo, secundum suum statum: vt faciat ea, ad quæ religiofus est obligatus secundum suum; quodque recorder illius Adagij ^d, Spartam nactus es, ipsam orna. Nam cum ipsimet Concionatores si sunt Prelati, non permittant recitare, & contemplari suis religiofis, qui dedicati sunt vitæ contemplatiuæ, & omisis iis, ad quæ tenentur secundum eorum præcepta, & suum statum, dicentes eos magis debere vertere, coquere, & alia similia, ad quæ iuxta suum statum obligantur, facere, quam contemplari: A fortiori dicere debent, de-

b Esai. 67. c. non meo dicitur. de consec. dist. 5.

c z. sec. q. 39. nu. d.

d Quod p pulchre exornat q. d. in principio. centuria. 1. chiliad. 2. e cap. duo. dist. 2. q. 4.

f Argum.
c, qui epi-
scopatam.
§. q. 1. cap.
nisi. de re-
iunc.

g Iuxta ea
quæ trad.
Tho. 2. sec.
q. 187. ar. 3.

dicatos vitæ actiue, ne illa ad quæ secundum suum sta-
tum obligantur, omittant facere propter ea, quæ ob suavi-
tatem contemplationis de solo consilio eis conueniunt. f
Addo præter eâ plurimū expedire populo Christiano, quod
quemadmodum prædicti Concionatores docent, & qui-
dem rectè, multum mereri eos, qui etiam ordinariè medio-
criter comedendo, bibendo & dormiendo, etiam impen-
sis & alienis inferuiunt Deo recitando, cantado, & contem-
plando quædam pia certis horis (quod multi religiosi, &
nonnulli diuites faciunt) ita docerent cumulatè remunera-
tum iri eos, qui parum præ inopia comedendo, bibendo, &
dormiendo, integros dies & bonam partem noctium impen-
dunt literarum studio, audientia partium, lectioni pro-
cessuum, ordinationi sententiarum, agriculturæ, aut aliis
artibus mechanicis, arando, fodiendo, merendo, suendo,
texendo, & id genus alia sexcenta faciendo. vt multi iudi-
ces, scholastici, agricolæ, artificesque pauperes faciunt, suo
muneri satisfaciendo, & honestè, sudore suo sine damno &
onere proximi se familiamque suam alendo, præceptis di-
uinis & humanis in primis seruatis.

Equidem nil loquor de aliis, qui oculos mentis in Deum 63
& diuina dum recitant, aut cantant, firmiores & fixiores
habent quàm ego. De me autem dico, quod vtinam etiam
ipsis diebus maximè festis, quibus à quarta circiter hora
post mediam noctem, vsque ad meridiem & vltra, & circi-
ter à secunda pomeridiana vsque ad sextam in hac sancta
ecclesia diuinis officiis intersumus, consumendo reliquum
eorum lautè edendo, bibendo, & dormièdo, quod vtinam,
inquam, mererer coram Deo dimidium eius, quod credo
aliquos rusticos mereri illis diebus, quibus sole sub arden-
ti, vel Boreâ rigenti, aut pluuia inundante metunt, serunt,
fodiunt, aut pedites ab aurora in occasum iter faciunt, ca-
uentes primum à peccando, deinde se Deo commendantes
cum surgunt, cubant, cibum sumunt, cumque pulsatur ad
orationem in elevatione S. Sacramenti missæ maioris, ad
Aue Maria meridiana & vespertina, eo sine quod Deus ipse
iubet, rectaque ratio suadet ac dicat, vt se familiamque
suam, quam habet, aut post habiturus est senex, sine one-
re proximi sustentet, & pauperibus aliquid interdum ero-
get: præsertim si id ageret reputando, & ruminando, quod
tobur illud ad sic laborandum diuinum sit donum, ob id-
que Deo gratias iustas ageret. Non est mihi tamen animus
exequan

exæquandi statum laycum ecclesiastico, nec opera virtuosa
mechanica operibus virtuosis ecclesiasticis, quia hæc, cæte-
ris paribus, altiora & meliora sunt illis, quippè quæ altiori
sunt virtute. Est animus tamen significandi rarò esse cætera
paria: primum quidem, quia vt plurimum agricola & arti-
fices plus laborât & miserius edunt, viuunt, vestiunt & dor-
miunt, quàm ecclesiastici: cum passim videas multos agri-
colas vix sibi panem cibarium, aquam & cæpas, quibus vi-
ctitant, assequi, & totas fere noctes in ætate præsertim
messi & aræ impartiri. Deinde quod licet in omnibustam
illis, quam nobis deprehendatur negligentia, nostrò ta-
men statui periculosior est, quam suo, & longè facilius pec-
catur saltem venialiter in nostris actibus, quàm in suis.
Quia cum sint altiores & delicatiores, Deique cultui pro-
ximiores, & ideo debeant esse puriores, pluribus indi-
gent circumstantiis, quò benè fiant, quàm sui. Est item
64 animus significandi æquum esse, vt eorum misereamur
ob intolerabiles labores, quos siti, fame, nuditate, frigore
& calore pressi sollicitè suffrunt, ad sustendandos &
impinguandos nos & alios diuites. Misereamur, inquam,
& procuremus potius consolari eos præfata conclusione
& aliis eam consequentibus, quàm superbientes, & elati
nos eis immodestè præferre, ac plus satis nos eos despi-
cientes suscipere, quasi nos soli simus serui Dei imme-
mores quod preces Publicani fuerunt exaudita, & Phari-
sæi fastidita.

<i>Constitutiones Conybricæ quæ iuuant Dei cultum.</i>	nu.	65
<i>Georgius Almeyda cum primis Illustris.</i>	nu.	66
<i>Lumen accensum semper teneatur ante sacramentum.</i>	nu.	67
<i>Ornamenta sacra non applicanda vsibus profanis.</i>	nu.	68
<i>Parochi doceant Pater noster, Aue Maria, Credo, &c.</i>	nu.	69
<i>Altaribus nemo incumbat.</i>	nu.	70
<i>Altare & oblationes non locanda laycis.</i>	nu.	71
<i>Cantare arte nouerint Beneficiarij</i>	nu.	72
<i>Chorus non tolerat, nec excommunicat laycos.</i>	nu.	73
<i>Clerici non sunt quoad hoc coniugati.</i>	nu.	74
<i>Missam non celebret pater ministrante filio.</i>	nu.	75
<i>Ecclesia non tolerat cantum vel choreas saculares, &c.</i>	nu.	76
<i>Clericis Conybricenses quædam pacularia præcepta.</i>	nu.	77
<i>Beneficiarij non deserant thoraces, vel crepidas scellas, &c.</i>	nu.	78
<i>Deambulationes hora Missæ Tertie sic puniuntur Conybricæ.</i>	nu.	79

<i>Visitatio quadam male intellecta.</i>	nu.	82
<i>Peccatum non excusat multa Chori.</i>	nu.	82
<i>Cantores & notatores Chori errant in hoc.</i>	nu.	83
<i>Concilium Basiliense peperit Basiliscum.</i>	nu.	84
<i>Clerici Conybrica his vicibus surgunt, & nudant caput.</i>	nu.	85
<i>Hebdomadarum praecinae: agat hoc & hoc.</i>	nu.	86
<i>Praelati praecinant festis solennioribus & duplicibus.</i>	nu.	87
<i>Præcentor non incipiat priusquam omnia sint preparata.</i>	nu.	88
<i>Cappæ ut sumi præcipiantur, & ut non &c.</i>	nu.	89
<i>Cappam non sumat ignorans cantum.</i>	nu.	90
<i>Cappas non sumunt dignitates nisi talibus diebus.</i>	nu.	91
<i>Multandus odio tacens, alitè loquens.</i>	nu.	92
<i>Officium diuinum in legendo non seruans &c.</i>	nu.	93
<i>Multandus quis non ingreditur protinus Chorum.</i>	nu.	94
<i>Capellanus & præcentor nemo sit simul.</i>	a nu.	95
<i>Peregrinus presbyter non misset absque habitu decenti.</i>	nu.	96
<i>Theaurarius castiget in sacrificia alitè loquentem.</i>	nu.	97
<i>Multandus qui surgit à sede ut recitet antiphonam.</i>	nu.	98
<i>Sacerdos simul egrediatur cum diacono & subdiacono.</i>	nu.	99
<i>Recitatio idiotarum non vilipendenda.</i>	nu.	100
<i>Atentio triplex, & optima conuenit etiam idiotis.</i>	nu.	101
<i>Oratio mentalis breuis excellens.</i>	nu.	102
<i>Orare porta clausa quid Abbati Isaaco.</i>	nu.	103
<i>Oratio triplex, mentalis, verbalis, & mixta.</i>	nu.	104
<i>Oratio Memento sit mentalis vel mixta.</i>	nu.	105
<i>Oratio vocalis multorum psalmorum ut bona.</i>	nu.	106
<i>Oratio mentalis pura non intelligitur à Diabolo.</i>	nu.	107
<i>Maria virgo & mater orabat mentaliter.</i>	nu.	108



Consequens est VII. multas constitutiones huius episcopatus, latis à Domino Georgio de Almeyda, episcopo Conybricensi (qui cum primis Præsulum totius Hispaniæ fuit Illustris multis nominibus alibi^a expressis) laude & imitatione dignas, nō solum aliis rationibus, quæ pro vnaquaque earum adduci possent, sed etiā ea, quod directè, vel indirectè inducunt causam mouentem ad deuotionem, aut eius impedimentum vitant. Quarū de numero sunt sequentes. Vigesima prima, quæ præcipit habere lumē accessum diu noctūque ante Sanctissimū Sacramentū, quod iure cōmuni sancitum non reperio, nisi cum forās deferretur. ^b Illa enim lux, ut dicit Honorius III. ^c significat ibi esse candorē lucis aeternæ

^a In rep. e. Cum cōtingat de Rescrip. in 26. c. 1. 145.
^b ca. sanctè de celebr. Missar.

^c In dist. cap. sanctè

- 68 *cis aeternæ, & consequenter eam videntes ad deuotionem incitat. Vigesima nona, quæ conformis iuri cōmuni, a statuit, ne ornamenta ecclesiæ ludis secularibus seruiant, & vitat impedimentum deuotionis, ne quis hoc abusu spectato, postea videns sacerdotem eis ad celebrandum ventem, desinat concipere reuerentiam, quam alias conceperit erga id, quod celebratur. XXXIII. qua mandatur omnibus Prioribus & parochis, ut in Quadragesima singulis dominicis, & extra eam semel saltem singulis mensibus doceant parochianos suos orationem Dominicam, cum salutatione Angelica, Symbolum Apostolicum, Articulus Sanctæ fidei Catholice, Decalogum cum ecclesiæ præceptis, res quidem optimè, sed non æquè benè seruata.*
- 70 *XXXVII. qua prohibentur omnes, ne brachiis vel cubitis innitantur altaribus, dum diuina officia in ecclesia celebrantur, id. n. efficit, ut assistentes ea de re cogitent, & de huiusmodi irreuerentia murmurent, atque ita deuotionem debitam non concipiant. LVI. Quæ satis consona iuri cōmuni (quicquid frequentior opinio sentiat) prohibet locare laycis oblationes altaris, eiusmodi. n. locatio plurimum impedit voluntatem, & deuotionem offerendi nonnullorum, qui in tales personas nolent suas oblationes peruenire, ut iam pridem alibi^f dixi. LX. qua precipitur beneficiariis, ut ex arte cantum calleant, eius. n. ignorantia deuotionem remouet, quatenus magis ipsi, & audientes eos animos intendunt erratis suis, quam Deo, & significatui verborum, quæ cantant. LXI. qua precipitur laycis, ne dum diuina celebrantur officia, existant, nec existere permittantur in choris, & capellis ecclesiarum, quia confabulantur, & deuotionem impediunt: quod nunquam æquè obseruatum vidi, atque in hac nostra Cathedrali, vbi & alia complura diligentius quàm alibi obseruari video. Aduertèdū tamen, quod in eo quod constitutio hæc addit iuri cōmuni, & penam excommunicationis contra laycos id facientes, & clericos illis consentientes, multi falluntur, putantes eos ipso facto incurrere excommunicationem, quod est contra collecta ex glossis communiter receptis, ^h quatenus determinant verba illa, quibus aliquid prohibetur sub pœna excommunicationis, qualia in prefata constitutione ponuntur, non inducere illam ipso facto. ^g Deindè quod presumunt omnes ordine sacro non insignitos, vel beneficiis, ecclesiasticis carentes esse laycos, cum omnes primæ tonsuræ,*

^d ca. Valli c. Vestimèta supra eod. d. ca. 5. et deo de Reg. iur. lib. 6.

^e quod est quoddam auctarium c. Vos autem infra num. 4.

^f In c. 2. h. dic. declarando textū & gloss. in c. Altare 1. q. 3. & concordādo opinio nes contra rias.

^g ca. 1. de vit. & honest. cler.

^h ca. 1. de sagit. &c. 1. de matrim. contr. &c. contr. interd. eccl.

i c. Cleri- & minorum ordinum sint clerici, i licet coniugati quoad
 cus 21. di. hoc pro laycis videantur iudicandi, iuxta mentem Bonifa-
 quod late- cii viij. k quatenus statuit, Clericum coniugatum non esse
 declarauit mus 16. ca. 2. de Prob. & Arg. ca. 1. de Cler-
 o. Siug. li. 6.

i Arg. text. & minorum ordinum sint clerici, i licet coniugati quoad
 cum glo. l. hoc pro laycis videantur iudicandi, iuxta mentem Bonifa-
 Tale pactu- cii viij. k quatenus statuit, Clericum coniugatum non esse
 6. su. ff. de declarauit mus 16. ca. 2. de Prob. & Arg. ca. 1. de Cler-
 pact. o. Siug. li. 6.

m Arg. ca. & minorum ordinum sint clerici, i licet coniugati quoad
 2. & 3. de hoc pro laycis videantur iudicandi, iuxta mentem Bonifa-
 filii pre- cii viij. k quatenus statuit, Clericum coniugatum non esse
 sbyr. declarauit mus 16. ca. 2. de Prob. & Arg. ca. 1. de Cler-
 de immu- o. Siug. li. 6.

n c. Decet & minorum ordinum sint clerici, i licet coniugati quoad
 nit eccler. hoc pro laycis videantur iudicandi, iuxta mentem Bonifa-
 li. 6. quod cii viij. k quatenus statuit, Clericum coniugatum non esse
 late decla- declarauit mus 16. ca. 2. de Prob. & Arg. ca. 1. de Cler-
 r. ium. fu. o. Siug. li. 6.

c. 9. n. 20. & minorum ordinum sint clerici, i licet coniugati quoad
 o. c. vt ele- hoc pro laycis videantur iudicandi, iuxta mentem Bonifa-
 rici de vit. cii viij. k quatenus statuit, Clericum coniugatum non esse
 & honest. declarauit mus 16. ca. 2. de Prob. & Arg. ca. 1. de Cler-
 clericor. o. Siug. li. 6.

& minorum ordinum sint clerici, i licet coniugati quoad
 hoc pro laycis videantur iudicandi, iuxta mentem Bonifa-
 cii viij. k quatenus statuit, Clericum coniugatum non esse
 declarauit mus 16. ca. 2. de Prob. & Arg. ca. 1. de Cler-
 o. Siug. li. 6.

75
 76
 77

ad auditores confessionum laycorum, non autem clericorum. LXXIX. consona iuri Communi, de quo supra, p
 ordinatur, ne iudex secularis vlli audientiam præbeat in In ca. 98
 ecclesiis, aut cœnobiis: hæc enim impedit deuotionem, & num. 20 &
 reuerentiam eis debitam. seq

Hac eadem ratione fundari possunt multa capitula visi-
 tationum eiusdem bo. me. Episcopi, quorum summam cum
 aliqua declaratione eorundem hic subiiciam, partim quod
 sunt imitatione in omnibus Ecclesiis Cathedralibus digna,
 78 partim vt plenius per hæc huius ecclesiæ visitationes in-
 notescant. Quorum primum ecclesiæ nostræ beneficiatis
 mandat, ne circumferant pilea, soleas, crepidas, aut thora-
 ces sectas, sub pœna amittendæ distributionis illius diei,
 quo id ferremus, debitæ. Secundum item statuit, ne scilicet
 arma in iure prohibita in ecclesias deferantur. Tertium iu-
 bet vnicuique beneficiariorum in sua sede modestè sedere
 in omnibus horis diurnis & nocturnis, sub pœna notæ, quo-
 ties id non obseruauerimus. IIII. statuit, ne chororum du-
 rantibus horis sine causa legitima, & licentia notariis ex-
 ceamus, sub pœna amissionis eius, quod illis lucrifit. V. præ-
 cipitur ne sub pœna amittendi id, quod pro prima datur, &
 oneris conscientia deambuletur in templo, tabulario, aut
 antecho, dum dicitur Missa Tertie cum Sexta, aut nona
 postea decantanda. Quod ex Concilio Ecclesiæ Gallica-
 næ 9 videtur extractum, vbi statuitur, quod quicumque in
 ecclesia beneficiarius præsertim de maioribus diuinorum
 tempore in ecclesia, vel foris circa ipsam deambulando,
 aut cum aliis colloquendo vagari visus fuerit, non solum
 illius horæ, sed totius præsentiam, siue distributionem diei
 ipso facto amittat. Notandum tamen est hoc capitulum
 non extendi, vt nonnulli putant, ad omnes, qui Missa Ter-
 tiæ, aut horæ postea dicendæ non interfuerint: verba enim
 capituli non comprehendunt eos omnes, & quibus verba
 legis non conueniunt, nec eius dispositio conuenit. Sed
 solos illos, qui prædicto tempore in dictis locis deambula-
 uerint. Tum quia est pœnale, & ideo restringendum: 5
 Tum quia statutum fundatur in conscientia grauiamine,
 quod incurrunt illi, de quibus loquitur, & consequenter
 non comprehendit absentes dicta Missa, & hora ob im-
 pedimentum sufficiens ad excusandum se à peccato, licet non
 sufficiat ad distributionem lucrificandam, vltraquam
 quod statutum illud videretur excerptum ex dictis statutis
 S 5

q Sess. 22.
 Qualiter
 horæ sint
 dicend. in-
 tra chorū.

r c. Indef-
 nitibus
 §. supradic-
 ta de ele-
 libr. 6. l. 4.
 §. roties.
 ff. de dāno
 infecto.
 s c. Pœnæ
 de Pœnit.
 dist. 1.

e in d. fel.
ax.

Ecclesiæ Gallicanæ, & quod comprehendere solos eos, qui prædicto modo vagantur, malum populo præbentes exemplum, manifestum est. Tum quia non reperitur eadem ratio castigandi eum, qui modo prædicto sine iusta causa deambulabat, & eum qui ob negotium etiam non sufficiens ad excusandum à peccato se absentat: quandoquidem ille & peccat, & scandalum præbet, hic verò licet peccet, non tamen præbet scandalum. Tum denique quod ex contrario sequeretur, neminem ob absentiam è Pretiosa, Missa, aut Nona; notari posse, qui non etiam amitteret distributionem Primæ, quod absurdum est, ideo non dicendum. 82

v li. Nam
de absurdū
de bon
lib. ca. Du-
di de præ-
ben. lib. 6.

Ex quibus inferitur primò errare eos, qui sola amissione distributionum excusari se à peccato non eundi ad horas putant, nisi alia subsit iusta causa excusationis: imò nec dies à statuto ad absentandum se ex horis sine amissione vlla concessi excusant à peccato, nisi alia iusta causa iis vtendi subsit, vt supra * sequutus Paludanum dixi. 2. inferitur errare notatorem chori, qui non notat eum, qui tempore debito non intrat ad Missam Tertiar, aliamuè horam, aut antequàm finiatur exeundi licentiam concedit etiam ob negotia propria, vel amicorum, quamlibet sancta, nisi ecclesiam suam concernant, vel sint talia, quæ statuta declarant esse sufficientia ad lucrandam distributionem in absentia, siue causa eorum exeat ecclesiam, siue maneat in ea, modò partem notabilem dictæ Missæ, aut horæ extra chorum is impendat, quod notatu dignissimum est. 3. Inferitur quod licet secundum Statuta Ecclesiæ Gallicanæ, nulla sit differentia inter Missam Tertiar, & horam ea finita dicendam ex vna parte, & alias postea dicendas ex altera, quoad deambulantem modo & tempore prædictis (nam ex eius præscripto totius diei distributiones amittit) secundum hoc tamen capitulum, maxima est. Qui enim aliis horis ita deambulat, earum tantummodò distributiones amittit: verum ille, qui tempore Missæ Tertiar, & horæ ea absoluta recitandæ deambulauerit, harum horarum, & etiam Primæ lucro priuatur. 2. differt Statutum Ecclesiæ Gallicanæ ab hoc capitulo, quod illud castigat deambulantem in ecclesia, aut prope eam, hoc tantum in tribus locis deambulantem, scilicet in ecclesia, tabulario, aut antechoro, & consequenter non in claustro, aut cœmeterio, vel alio loco iuxta ecclesiam id facientem. 3. differentia est, quod Concilium a totius

x in ca. 5.
num. 35.

totius diei præsentiam siue lucrum, hoc autem capitulum Primæ tantum. Et quia Consilium Basiliense secundum aliquos Y peperit Basiliense, & in sola Gallia receptum videatur, ibi in hac parte obseruari poterit, hoc autem capitulum hic, intelligendo illud iuridicè, vt supra melius quam vnquam fortasse in huc vsque diem declaratum est. VI. Capitulum dictarum visitationum materiã propositã concernenti statuit erecto corpore, & aperto capite statandum dicitur Benedictus, magnificat, Nunc dimittis, & orationes siue collectæ, Gloria in excelsis Deo, Credo, Gloria Patri, in Responsoriis, & Paternoster horarum nocturnarum & diurnarum, sub pœna puncti transgressori infigenda. Quod colligi potest ex Speculari alibi ⁊ dicente, quod in sine verborum euangelicorum signo S. Crucis nos munire, omniaque illa stando audire debemus, & speciatim recenset supradicta. VII. præcipit hebdomadario, vt ipse per se, vel per alium præcinat omnes horas diurnas & nocturnas & primum omnium in choro ad incipiendum se exhibeat, sub pœna amittendi præsentiam, siue lucrum illius horæ, si eius culpa alius præcinerit, excepta Tertia, quando est descensurus, ad se vestiendum, & dicendam Missam, & Sexta, aut Nona post Missam dicenda, quibus quando missat, non tenetur choro interesse. In quibus duabus horis Mesochorus, siue Præfides choro imponit alij alicui beneficiario onus præcinendi, qui si non obedierit, amittit illius diei integram præsentiam siue lucrum, & nisi dictus hebdomadarius per se vel alium suo satisfaciat officio, Mesochorus, aliusue Præfes eius impensis alium in eius locum surrogabit, cui singulis diebus pro omnibus horis diurnis & nocturnis, numerabuntur tot oboli pro Marutino, tot pro singulis aliarum horarum, & beneficiarius ad hoc electus per Mesochorum, præcinere nolens ab alio notetur, donec satisfaciat. VIII. præcipit vt in festis solennibus, & duplicibus principalis dignitas præcinat, aut alia quæ proximior est illi, vel qui in id habet prerogatiuam, facto discursu per alias dignitates, & Canonicos, secundum ordinem suum, & antiquitatem, sub pœna amissionis lucri istius diei. IX. statuit, ne is, cuius est præcinere siue capitulare, incipiat horas, aut officium diuinum, antequam omnia necessaria præparata videat, præsertim quatuor cantores cum cappis, & sceptris suis, & omnes ministros, aliamue quamuis solennitatem eo die aut festo requisitam, sub pœna amissionis

y Antono
3.p. tit. 23.
c.1. ante 5.

z In Ra-
tionali. lib
5. titu. de
his quæ in
offic. cuius
lib. diei
col. 5.

amissionis presentie istius horæ. X. Capitulum mandat, vt beneficiarij quorum sunt cappæ, templum ingrediantur antequam diuinum officium incipiat, ad accipiendum eas cum scepris suis, & vt loco absentium Mesochorus, seu Præfidentis diuinis substituatur statim aliquos ex presentibus huic actui aptos, quorum singulis impensis absentium numerabuntur 50. oboli, siue morapetini siue raiz decem scilicet pro primis vespers, decem pro secundis, viginti pro Matutino, & decem pro Missa & Processione: Et non obstante quod incepro officio accedat is, cuius erat cappa, soluat alteri salarium præfatum, & quod medij Canonici, siue præbendarij, seu Tertiarij soluant pro dictis horis, pro ratione distributionum sibi cõpetentium, mediam, aut tertiam partem, vt supra dictum est. XI. Ordinatur, ne Canonici cantum ignorantem deferant cappas etiam diebus sibi deputatis, quorum tamen integram amittent distributionem, siue provideant de alijs, qui eorum nomine eas induant, siue non, vt addiscant cantum sibi necessarium: quod si ipsimet non fecerint, providebit Mesochorus, siue Præfidentis diuinis, de alijs salarium supradictum lucrifactoris, qui si inobedientes se exhibuerint, singuli quaternorum dierum presentia, siue lucro priuabuntur. XII. declarat dignitates huius Ecclesie non esse obligatas ad ferendum cappas, præterquam in missis, quæ diebus Iouis, siue festis quintis in honorem B. Mariæ celebrantur, quibus supradicta sunt obseruanda. XIII. decernit omnes beneficiarios præ odio, aut iniuria sibi mutuo non colloquentes esse notandos, licet intersint horis donec reconcilientur. XIII. i. statuit, notandos etiam eos, qui in sedibus suis tam alta voce in vno choro recitant antiphonas, responsoria, hymnos, aut cantica, quæ à cantoribus aut organo decantantur, vt in altero exaudiantur, quia interturbant alios, & debitum interrumpunt silentium. XV. ordinatur signandum puncto beneficiarium errantem in officijs diuinis, & præcipue in lectionibus, epistolis, euangelis, orationibus, eo quod non præuiderit recitanda, & facienda. XVI. mandat, beneficiarios ecclesiam iam ingressos notandos esse, si statim ad initium officij diuini chororum intrent, immorantes vsque ad Gloria Patri primi psalmi, quia ea libertate non gaudent, nisi qui sunt extra ecclesiam. XVII. statuit, vt nemo huius ecclesie esse debeat capellanus simul, & Subthesaurarius,

aut

aut Succentor. XVIII. ordinatur, ne permittatur sacerdotibus extraneis celebrare, etiam literas dimissorias, & licentiam sui episcopi ostendentibus, etiam huiusmodi episcoparus, nisi cum habitu & tonsura à iure requisitis incedant, propter scandalum, quod ex contrario concessio sequeretur. XIX. Prohibetur Thesaurario, ne permittat clericis illis, & ne beneficiariis quidem tam elata in sacratio voce loqui, vt foris audiantur, vt vaniloquio, & nugis se recreare, quin euertigio pœnitentiam iis iniungat, & castiget, quod si ipse facere nequiverit, indicet Præfidenti, ad quem vt reliquum regimen Ecclesie, ita correctio huiusmodi delinquentis pertinet, & vt dictus Thesaurarius acerbè reprehendat pueros & puberes in dicto sacratio strepitum excitantes, aut malum exemplum præbentes, sub pœna viginti obolorum, quotiens in hoc negligens repertus fuerit. XX. statuit notandos esse illos, qui suo se loco mouentes, eunt recitatum antiphonam aliquam ad Magnificat, aut Nunc dimittis in pulpito, eo quod non sunt contenti audiendo eam ab alijs decantatam. XXI. præcipitur, ne quis Missam Primæ, Tertie, aut quamuis aliam cantaturus ad sacratio ante introitum incepreum, & ne tum quidem absque diacono & subdiacono sub pœna amissionis presentiarum, siue distributionum duorum dierum, & quod diaconus, aut subdiaconus, qui postquam ad altare accesserit, ad sacratio redierit, aut per ecclesiam deambulauerit, vel silentium huiusmodi loco debitum impediuerit, istius diei presentia siue lucro careat.

XX. consequens est, iniuste contemni recitationem idiotarum à nonnullis doctoribus, dicentibus parum prodesse iis pronunciationem eorum, quæ non intelligunt. Tum quia concessio eo, quod illi non possunt attendere secundo trium supradictorum modo, possunt tamen primo, qui sufficit ad satisfaciendum, quin & ad merendum, & tertio, qui eorum præstantissimus est; Tum quia cum maior pars Christianorum linguam latinam & Græcam ignoret, & orationes ecclesie his duabus linguis sint compositæ, saltem in tota Europa, bona pars recitantium pronunciant id, quod non intelligunt, quod ipsum faciunt etiam eas calentes, nunc conando meditari utiliora, nunc fragilitate humana vaga mente cogitando quæ nollent, sine tam attentionis virtualis amissione, & iniustum est tot Christianorum preces contemneri. Quare nullius orationes & recitationem

a De modo orandi pag. 23.
b In c. 13. nu. 6. & c. 14. n. 4. & seq.

c In c. 13.
nu. 6. & c.
24. nu. 4. &
seq.
d In c. 13.
nu. 6.

e In coll.
9. c. 36.

f Sup. 33.
prædicta
collat. 9.
g Matt. 6.

a c. 1. n. 21.

nem vilipendamus, quibuscumque etiam verbis modo bonis pronunciet, & non desit ei voluntas actualis aut virtualis attendendi vno trium modorum supra^c positorum. Non definamus tamen magnificare intellectum verborum, quibus oramus, per ibidem dicta: ^d Credamus certò abique verbis intellectis, vel non intellectis, non posse persolui debitum orationis publicæ, nec etiam privatarum votarum, aut in penitentiam iniunctarum, etiam si conciperemus mentaliter significata verborum huiusmodi orationis debitarum. Assuescimus tamen orare frequentissimè mentaliter & breuiter absque vilius verbi expressione, quia hunc orandi modum esse reliquorum omnium præstantissimū censebar apud Ioan-¹⁰² nem Cassianum^e Abbas Isaacus in hæc verba: Istud est sacrificium verum, quia sacrificium Deo spiritus contritus. Hæc salutaris oblatio, ista sunt pura libamina, istud sacrificium laudis: hæc sunt veræ & pingues hostiæ: ista sunt holocaustomata medullata, quæ contritis & humilibus cordibus offeruntur: De hac dici potest: Dirigatur oratio mea sicut incensum³¹⁰ in conspectu tuo. hæc ille. Pro quo facit & illud eiusdem Abbatis in capitulo præcedenti. ^f (*Ingressi ad orandum in cubiculum*) de quo Dominus loquitur, ^g esse ab omnium cogitationum siue sollicitudinum strepitu cor nostrum penitus amouere & (*orare clausianam*) esse cum strictis labiis, omnique silentio. Supplicamus nõ vocum sed cordium scrutatori, & orare in abscondito esse, quando corde tantum, & intenta mente petitiones nostras soli pandimus Deo, ita ut ne ipsæ quidem aduersæ potestates genus nostræ petitionis possint agnoscere.

In quibus verbis tres species orationis ab alienis cogitationibus mundas constituit. Prima, quæ fit verbis claris. Secunda quæ verbis submissè prolatis, compressis tamen labiis. Tertia quæ fit mète sola sine vllis verbis tacitis vel expressis, & hæc tertiam omnium excellentissimā constituit, vti ex his quæ ibi subiicit colligitur. Quibus addo decem sequentia. ^{*} Primum quidem, quod facile videri potest alicui, quod hij patres effectu astruunt id quod diximus ³. nempè triplicem esse orationem: Mentalem, verbalem, & mixtam, sed non est ita, quia solum astruunt esse duas species scilicet, puram mentalem, & mixtā ex mentali & verbali, quæ diuidatur in eam, quæ fit verbis omninò tacitis, & eam quæ fit verbis claris & expressis. II. Quod non videntur dānare verbalem à mentali separatam. Illam scilicet, quæ fit verbis sine con-¹⁰⁴ceptione

ptione mentali eorum, quæ illa significat, illa enim bona, satisfactoria, & meritoria est, modo fiat cum attentione prima vel tertia, nam ea communis est doctis & idiotis, & ea plures videntur quam pura mentali, & mixta, de qua, & eius merito diximus supra. ^b III. quod quicquid hij patres senserint, verius putamus id, quod in additione huiusmet relectionis admonuimus ^c mixtam, cæteris paribus, esse puram mentalem meliorem: Tum quia duplex vinculum fortis est vno: ^d Tum quod mixta cæteris paribus habet, quicquid mentalis, & aliquid vltra, excepto quod illa est cacodæmonibus ignota, quod tamen ex se non auget meritum. Tum quia mentalis cum longa est, paritur maiores euagationes, & interdum curiosas, & parum dolasas imaginationes ingerit præsertim indoctis, & nonnunquam vertiginem capitis cerebro debilibus parit, vt experientia, quæ re-²⁰⁵ tum magistra est. ^e docet. ^{*III.} videri aliquibus posse præfatam puram mentalem ab Ecclesia præcipi nobis sacerdotibus in primo, & secundo Memento Missæ, sed hoc nullo iure probatur, vnde licet nobis in eis vti mixta, introrsum formādo aliqua verba tacita, quod ego ferè semper in aliqua eorum parte facere consueui. ^{v.} Quod illa omninò mentali, aut hæc mixta ex mentali, & verbis omninò seceris, omnes sacrifici debemus vti, quando nos humiliamus coram hostia, finita eius consecratione, & cum eam eleuamus, & cum nos inclinamus ante calicem consecratum, & quando illum populo ostendimus, nullis verbis, quæ ab aliis audiri possint prolatis. ^{VI.} Quod qui ad horas Canonicas tenemur, non satisfacemus vtendo hæc pura mentali, vt dictum fuit supra, quia oportet vti verbis clarè aut submissè formatis, & ita conari deberemus vti mixta, qua verba formaremus saltem tacita, & eorum significata mète conciperemus. Quod ipsum facere debemus, cum dicimus verba in id præscripta quādo nos vestimus, ornamenta sacra ad offerendum supremum illud Altaris sacrificium Deo altissimo, cunque ei gratias agimus quod nobis ei sacrificare cõcesserit, & cauere diligenter ne sola verbali vtamur, qua, ni fallor, plurimi videntur mente in alia vaga ea recitantes, quamuis & illa satis bona sit, modo aliqua triū attentionum insit per supra dicta. ^{VII.} Quod licet non sint despiciendi, imò laudandi, qui vsque ad fatigationem mentis & corporis cum sola prima attentione, formando tantum conceptus non vltimos corticis verborum

b c. 13. nu.
6. & c. 14.
nu. 4. & seq.
c nu. 10.
d c. 1. de
treug. &
pac.

e c. Quam
fit de elec.
lib. 6.

borum, & non conceptus ultimatos eorum (quæ illa significant) recitant voluntarie absque obligatione has vel illas horas, hos vel illos psalmos, has vel illas preces, infundendo in id magnam dici partem, maius tamē obsequium præstarent Deo, si minuerent verba, & auferrent spiritum, & detraherent cortici, & adderent medulla: Tum quia, ut ait quidam Card. *f* errant qui orationi mentali numerum orationum vocalium præferunt: Tum quia etsi non peccent, imò & benè agant (quicquid ille dicat, qui omiſſa mentali meditatione voluntaria, recitat magnum psalmorum numerum, cum attentione tamen debita, ut præfatum est) melius tamen facerent, si mentali orationi & meditationi partem illius temporis deputarent, & verbalem minuerent, iuxta illud Hieron. *S* Melior est quinque psalmorum decantatio cum cordis puritate & serenitate, ac spiritali hilaritate, quam totius psalterij modulatio cum anxietate cordis, atque tristitia. VI II. Quòd nisi tam prolixè orationes vocales fundentur in aliqua mentali iacta initio loco cœmenti & fundamenti, & nisi inter tot verba, quæ citra intelligentiam dicuntur misceantur aliqua mentales, quæ illorum, vel aliorum sanctorum significarui respondeant, pluries quam semel saltem venialiter peccabit, qui eas sic recitauerit, & non solum priuabitur aliqua parte meriti, verùm etiam defolationem, lassitudinem & accediam referret ex eo, vnde oblectatio, leuamen & alacritas erant querenda. IX. Quòd plurimùm expedit nobis omnibus Christianis fidelibus consueſcere uti oratione puramentali quamuis breui, petèdo sæpè sæpius gratiam à summo illo duce D. N. Iesu Christo, ad sæpissimè ea sine vllis verbis expressis nec tacitis vtendū, gloriosum nobis ducentes ita Deū orare, ut coniurati humani generis hostes non assequantur quid petamus, nec consequenter suis prauis technis nobis peritorum assecutionem impediant, simul & vt enecentur displicentia, quòd nostras petitiones nesciant, quas scirent, si quibus verbis etiam submissè labiis compressis formatis fierent. X. credendum est, si frequentissimè sic orasse virginem matrem, frequenter Apostolos, & nostro quidem iudicio, multis vicibus è centum illis, in quibus D. Bartholomæus flexis genibus nocte & die orare solebat, ita orasse, sic etiam orasse existimo sanctum illiam & senem Abbatem, qui nonnullis hospitibus suis, qui cum inuiserant post magnum colloquium tandem, cum de oratione sermo inter-

g Caiet. 1.
2. quæst. 83.
art. 11.

g ca. Non
mediocriter
dist. 50.

109

108

cessisset, dixit. Senex quidam huic orationi interest, qui à tempore, quo sermones inter nos contulimus, centum orationes peregit. O exemplum dignum quod imitemur omnes Christiani, præsertim Clerici & religiosi, exemplum, inquam, incitans, ne in mutuis conuersationibus ad eò colloquiis nostris præsertim recreationis, & aliis parum seriis afficiamur, ut nequeamus subindè vel aliquoties obiter subleuare oculos nostræ mentis in Deum, & citra verbum vllum expressè vel tacitè formatum, postulare inter alia, ut sua gratia liceat nobis transigere eam conuersationem absque mortali, vel veniali offensa, cuiusmodi orationis beneficio habitæ in cathedra prælegendi non semel mihi venit in mentem, quod iam ab ea exciderat. Gratia gloriosissimæ virginis Matri, quæ nos omnes semper in hoc iuuet. Amen.

Cap. XIX. Continens xvij. conclusiones, & certas formulas orandi.

<i>Orare qui iugiter volet vtatur eiusmodi versu.</i>	nu. 1
<i>Deus in adiutorium est clypeus ad omnia paratus.</i>	nu. 2. & 3
<i>Deus in adiutorium illis & illis conuenit.</i>	nu. 4
<i>Luxuria fugiendo, accidia resistendo vincitur.</i>	nu. 5
<i>Castus quas gratias agere debet ne cadat.</i>	nu. 6
<i>Gloria vana nascens ex tepore aliorum periculosa.</i>	nu. 7
<i>Victoria contra superbiam habita vt roborat eam.</i>	nu. 8
<i>Gratiam Dei seruaturus imploret auxilium Dei.</i>	nu. 9
<i>Studenti qui finis, qua tentatio vincenda, & qui locus optandus.</i>	nu. 10
<i>Studenti vni facultati non facile transeat ad aliam.</i>	nu. 11
<i>Rex Ioannes III. & Regina Catharina cur recurrent ad hunc versum.</i>	nu. 13
<i>Maria princeps Castelle, & infans Portugaliæ deplorata.</i>	nu. 14
<i>Regina Catholica Donna Isabella maxima.</i>	nu. 15
<i>Cause deplorationis mortis principis Donne Marie.</i>	nu. 16
<i>Reges ob regna, non Regna ob Reges constituta.</i>	nu. 17. & 23
<i>Regna & diuitias ex se non honesta, & assiniore malis quam bonis.</i>	nu. 18
<i>Bona hominum dona Dei, qui ea iure repetit.</i>	nu. 19

T

<i>Regi caeli pareat Rex terra plus quam illi subditus sum.</i>	nu.	20
<i>Providentia divina omnia gubernat.</i>	nu.	21
<i>Christi incarnatio & passio pie mesto magnum solatium. a nu.</i>		22
<i>Fata vel Parcas nullas esse aut esse diuinum ordinem &c. nu.</i>		23
<i>Plinius impie dixit Deum homini vitricum. nu.</i>		24
<i>Deo cuncta esse aperta, ab omnibus ei, & nulli ab eo ratio reddenda. nu.</i>		25
<i>Moriuntur multi iuuenes boni, ne fiant mali nu.</i>		26
<i>Rex caueat ne fiat tyrannus, & pastor ne fiat lupus. nu.</i>		27
<i>Testamentum condendi voluntas & facultas dei donum. nu.</i>		28
<i>Confidendum non nimis saeculi principibus. nu.</i>		29
<i>Regnum de regibus ne iniuste queritur, nec Rex iniuste illud vexat. nu.</i>		30
<i>Rex velit quod Deus, quod ille vult eum velle. nu.</i>		31
<i>Consolando Christiano maesto ob mortuum cur exempla Ethnica non nimis apta. nu.</i>		32
<i>Abrahami, de filio sacrificando obedientia maestos ob mortuos solatur. nu.</i>		33
<i>Maria Mater volens id, a quo abhorrebat, quem non soletur. nu.</i>		34
<i>Christi animus morti se dedit quem non soletur? nu.</i>		35
<i>Christus quis & quantus, quantaque illi data. nu.</i>		36
<i>Christiani cor modestum prosperis, & forte aduersis parandum. nu.</i>		37
<i>Mors Christiani somnus, quantumque de illa dolendum. nu.</i>		38
<i>Gratias Deo cur plus oportet pro mortuis agere, quam eos lugere. nu.</i>		39
<i>Bonorum huius saeculi & futuri quanta disparitas. nu.</i>		40
<i>Beatitudo patrie indicibilis vt superat bona via. nu.</i>		41
<i>Conuersatio caeli vt superat conuersationem terre. nu.</i>		42
<i>Boni mortem consequentium contemplatio plus delectat, quam ipsa contristat. nu.</i>		43
<i>Christi humanitas in caelos sublata nos affigit eis. nu.</i>		43
<i>Deus in adiutorium frequentatum quam vtile. nu.</i>		44
<i>Verbis orationis praesertim sacramentalibus nil miscendum. nu.</i>		45
<i>Deus in adiutorium mentale pleribus quam vocale conuenit. nu.</i>		46
<i>Deus in adiutorium horarum initio aptissimo quod absumitur. nu.</i>		47
<i>Deus in adiutorium proferens haec cogitet. nu.</i>		48
<i>Deus in adiutorium cur adiunctum Gloria Patri. nu.</i>	49 &	50

Conclusio

Conclusio Prima.



T iugiter Dei Opt. Max. recordemur, & asuefiamus iugi orationi praesertim mentali, & breui, vbicunque simus, & quicquid agamus, citra impedimentum nostrarum actionum cum magna consolatione, & fructu animarum, bonum est vti illo versiculo Psalmographi^a (Deus in adiutorium meum intende, Domine ad adiuuandum me festina) licet secundum alium intellectum subtile in cuiusdam Cardinalis^b, aliquid amplius ille insinuat. Qui vt aiunt S. Abbas Isaacus, & perdoctus Ioanes Cassianus^c colligit omnes affectus, & passiones naturae humanae obuinentes, estque omni statui clypeus paratus aduersus omnes inimicorum^d insultus: Quod ceu rem vtilem, & quotidianam paulo fusius extendemus, succidendo, & summando, quod in id duo illi peritissimi viri dixerunt, & quod Deus nobis inspirat addendo. Primo quidem, quod versus hic vtilis est contra omnia pericula, continet enim petitionem auxilii diuini, quod contra omnia potentissimum est. Prodest contra superbiam, quatenus nobis suggerit considerationem propriae fragilitatis, & quod illa sine ope diuina subsistere nequeat. Valet contra infidelitatem, quatenus fidei vires recreat, & renouat, proponendo illum decenti Deum praesentem, & iuuare paratum. Id enim quod inuitat ad continue postulandum auxilium a Deo, praesupponit eum semper praesentem, & petita praestare potentem. Valet aduersus inimicorum insidias, quatenus ad memoriam nostram reuocat eas, & obfessionem, qua nos diu noctuque velut leones rugientes^d circundant, & iacula quae prauidentur minus nocent, secundum Greg. Et quod ab ea nequeamus liberari, nisi eiusdem^d Dei Opt. Max. opitulatione. Valet ad augendum charitatis feruorem, quatenus incitat ad feruide petendum, & vt festine adiuuet. Est praeterea nobis hic versiculus, vt ait Cassianus, in praeliis contra daemones murus inexpugnabilis, lorica impenetrabilis, & clypeus munitissimus: inuat eos qui tristiti, & sollicito sunt animo, & cogitatione varia fatigantur, ne de sua salute desperent, quatenus monstrat Deum inuocatum continue nostra praelia cernere, & nunquam ab hominibus petentibus abesse. Imò ad exaudiendum esse praesto. Hic admonet nos, ne vlla ex parte inflemur, vel efferramur ob bonum successum spirituales, aut prosperum statum

^a Psal. 69.

^b Caieta. super eod. Psal.

^c Lib. 12. instit. c. 23. coll. 10. c. 10.

^d 2. Pet. 5.

temporalem. Quandoquidem monet nos, non solum in rebus duris & tristibus, sed etiam in blandis & lætis necessariam esse opem diuinam, vt in his permaneamus, & ab illis nos liberemus. Ad cuius praxim & vltim declarandum, subseruiunt hæc exempla desumpta ex dicto Abbate, & Cassiano in hæc verba: Gæstumargiæ seu gulæ passioné perstringor, cibos quos eremus ignorat inquirō, & in squalida solitudine ingeruntur mihi odores Regalium serculorum, atque ad illorum desideria sentio me inuitum trahi, dicendum subinde mihi est. (*Deus in adiutorium meum intende, Domine ad adiuuandum me festina.*) Necessè mihi est, & cupio strictioribus ieiuniis corpus macerare, ad reprimendum stimulos, & insulsius stomachi vnà cum siccitate, & compressione alui id dissiadent, ne scilicet mihi noceant austeria ieiunia, vel vt ardor carnalis desiderij citra illa cesset, orare debeo (*Deus in adiutorium meum intende, Domine ad adiuuandum me festina.*) Comesturo hora statuta nauseam mouet panis, & ea quæ sunt necessaria naturæ sustentandæ abhorreo: voce querula dicere debeo (*Deus in adiutorium meum intende, &c.*) Legendo quæ oportet, quo spiritus meus prauis cogitationibus non inquietetur, dolor capitis me impedit, & infestat. Hora tertiæ indormio libro, videor compelli anticipare, aut præuerrere tempus quieti deputatum, somnus grauis non permittit me finitè horas publicas, similiter clamare debeo (*Deus in adiutorium, &c.*) Euigilo & expergiscor, video me technis dæmonis noctu inquietari, suspirans orare debeo (*Deus in adiutorium, &c.*) Existente adhuc in lucta vitiorum titillationes carnis me pungunt, & blandis delectationibus conantur compellere ad consentiendum illicitis, ne ignis hic infernalis suo seruore adurat suauis flosculos castitatis, clamare debeo (*Deus in adiutorium meum intende, &c.*) Hæc illi. Quibus tamen illustribus viris addo, tutius fore in hoc vltimo casu intendere in Maiestatem Diuinam, & eius potentiam (quæ super omnia sufficiens est ad me, si placuerit, iuandum) quam in animi passionem, quam ob fragilitatem meam patior, ne cogitatione in eam intentra magis crescat, saltem cum per petitionem auxiliij aduersus titillationes carnis crescit earum imaginatio: tunc enim satius fuerit aliud cogitare, quo obliuioni tradatur, aut minuatur illa: Impugnatio enim carnis magis fugiendo vincenda est quam resistendo, vt tentatio

rio accedat, secundum Ioan. Cassian. & S. Thom. & alios dicentes id sensisse B. Paulum, quum dixit *g* (*Fugite fornicationem*) & agendo item sedulo gratias Deo pro victoria, & postulando adiutorium, vt ea fruamur, & non imitari quendam mihi notum, qui (eo quod speciali beneficio Dei, quum esset iuuenis, eiusmodi impugnationibus non diuexabatur) non agnoscebat misericordiam, qua Deus utebatur erga eum, quo ob id ei gratias ageret, neque petebat donum perseverantiæ, quum potius sibi magnopere fidens, aiebat esse facillimum seruare votum Caluitatis, cuius difficultatem tamen postea iam senior fortassis in penam illius ingrati tudinis adeo magnam deprehendit, vt sæpius non suffecerit clamare (*Deus in adiutorium &c.*) neque alia multa remedia quaritare, excepta gratia diuina, quæ præseruabat eum, ne illicitis consentiret. Sed prosequamur alia exempla prædicti S. Abbatis in hæc verba. Stimuli me iræ, auaritiæ, aut tristitiæ inquietant, video me penè coactum labefactare mansuetudinem, quam vt vitam desidero seruare, ne ab ea separer, & amaritudine iræ non conturber, magno gemitu clamare debeo (*Deus in adiutorium meum intende, &c.*) Tentat me valde superbia, vel vana gloria, & spiritus meus videns ignauiam, & temporem aliorum, adulando mihi incipit suggerere, quanto melius inseruio Deo quam illi? Aut quæ sita iam virtute humilitatis, & simplicitatis, vici tumiditatem & duplicitatem superbiæ, aut hypocrisis, quò vincam prædictam tentationem & adulationem: & ne gloria meæ victoriæ contra superbiã habitæ me grauius infestet, quàm ipsamet superbiã, omnibus vitibus clamare debeo (*Deus in adiutorium, &c.*) Execrucior innumeris & diuersis euagationibus mentis, & inquietudine cordis, neque comprimere, neque obligare effusos meos cogitatus, neque orare sine impedimento & imaginatione figurarum lasciuarum, & vanarum possum. Anima mea ita sterilis est, vt non concipiat, neque pariat spirituale quicquam vel contrã: Percipio mentem meam in Deum intendi, & me impetrasse in bonis cogitationibus perseverantiam, alacritatem cordis, ineffabile gaudium spirituale, quod penè me extra me ipsum ponit, Animaduero me adeo plenum cogitationibus spiritualibus, vt distuam, & exundem. Reuelatæ sunt mihi res admodum secretæ, & hæctenus mihi planè occultæ, repentina illuminatione diuina. Quò me a prædictis animi euagationibus vanis, & à

c Lib. 10.
de instit.
Cenob.
f 2. sec. g.
35. artic. i.
ad 4.
g 1. Cor. 6.

prædicta ficitate, & sterilitate spiritus, & quò hæc alia dona in me perseveret, multa cura & crebrò clamare me oportet. (*Deus in adiutorium &c.*) Hæc ille. Quibus addo ista alia quotidiana. Sum scholasticus, & hinc video me principaliter discere debere, quia ratio dicitur, ut unusquisque suam officio suo nauct operam, ut ait Apostolus, ^h & ut se in sua vocatione exercent, quò Deo seruiat, vel sibi, aut proximis literis, quas addiscit, profit. ⁱ Illinc verò Dæmon, & Mundus suadent eas addiscere principaliter, ut quæram honorem, famam, gloriam, diuitias, dignitatem, siue Deo obsequium præstetur, siue non, plurimum interest clamare (*Deus in adiutorium &c.*) Multi sumus concursuri ad petendum lauream Baccalaureatus, Licentiæ, aut Doctoratus, ubi pro meritis distribuuntur loca priora, vel posteriora: vel ad assequenda beneficia ecclesiastica, aut alia brauia iuxta qualitatem eruditionis conferenda. Prælectiones, vel examina nobis coram iudicibus habenda sunt, video hinc me optare debere, ut iudices concipiant iustam de me opinionem, ^k & debere contentum me esse eo titulo, loco, vel beneficio, aut brauiò iure mihi debito. Illinc verò tentat me dæmon & Mundus, ut desiderem, quòd iudices de me concipiant maiorem iusta opinionem, in citant me procurare per fas & nefas, iusto honoratiorem locum, beneficium, vel brauium, vel titulù, necesse est clamare (*Deus in adiutorium &c.*) ^l Video me multum temporis insumpsisse in addiscenda aliqua disciplina, & non sum illius tam peritus, quàm alij mei condiscipuli, offerunt se menti meæ longè magni, & continui labores addiscendæ illi necessarij. Suggestit mihi Dæmon milites voluptuosè viuere, mercatores paruo labore ditiores fieri, quàm literati magno: Jam diu do operam Theologia, & tanta tam sum ætate, ut bonus iuris peritus euadere nequeam, venit mihi in mentem, quanto sunt maiora præmia iuris peritorum, quàm Theologorum, vel contrà, postquam diu dedi operam iuri, incitat me Dæmon, ut studeam artibus, & Theologia, suggerendo mihi, sufficere in iis paucillum scire, in iure verò plurima esse addiscenda, quòd illæ exiguo labore perdiscuntur, ius autem maximo, & quòd illæ sunt scientiæ sanctæ, & à fraude alienæ, hoc autem fraudum, & rethnarum occasio, idque facit, ut auocando me ab ea disciplina, cui incubui, & in qua poteram multa discere, quibus Deo inservirem, efficiat, ne in illa, neque in alia quicquam sciam, quo Deo seruiam. Ut igitur in his

h 1. Cori.
7 & c. 1. 2.
quæst. 1.
i Bern. ser.
mo. 36. su.
Cantic.

k in proo.
mio Greg.
& §. iuris
præcepta.
iustit. de
iust. & iur.

in his tentationibus sim constans, & ne à præcepto diuino, nec à mea vocatione, siue vacatione sine causa in id iusta discedam, per pusillanimitatem, inconstantiam, vel alios respectus, qui licet foris appareant aurei, intus tamen sunt plumbei, multa humilitate, fiducia, & conatu clamandum est mihi (*Deus in adiutorium meum intende. &c.*)

Digressiuuncula consolatoria pro Regibus & Dominis nostris, super morte Principis Castellæ

Donna Maria, quæ hoc tempore contigit.

RXEMPLVM heu nouum & inopinatù, & innumeris quidem lachrimis sed tanto damno imparibus ploratum, & plorandù occurrit nunc (accepto de morte Serenissimæ & Altissimæ Donnae Mariæ Principis Castellæ nuncio) in Regibus, & Dominis nostris, Ioanne huius nominis III. & Regina Donna Catharina huius nominis prima, coniuge sua inelyta. Ipsi. n. ab vna parte (ut sunt Christianissimi) pro posuerunt ne transuersum quidem vnguem ab æquitate, virtute, & mandatis Dei discedere, & mortem potius subire, quàm sanctissimæ eius volütati (cui suas submisserunt) saltem mortiferè contraire. Ab altera verò vident finitam vitæ corporalem Serenissimæ & Celsissimæ illius Principis Donnae Mariæ, filix suæ vnice, plusquam vnice multis de causis à se dilectæ. Illius, inquam, verè Christianæ Christianissimè in his Regnis Christianissimis, tot, tantis, tamque heroicis exemplis suorum Christianissimorum parētù, patruorum, & singularissimæ amitæ educatæ. Illius, quæ nata in hoc Lusitanæ Occidente, euecta fuit in Principem & futuram Reginam Regni Castellæ, & ei annexorù, quæ tam in Asia, quam in Europa, & Africa, & extra eas in orbe nouo maxima sunt & amplissima imperia. Illius inquam Donnae Mariæ, quæ magna virtute, maioreque indole à tenella ætate resplendens, ab omnibus prædictis Regnis tam dilecta, tantique erat habita, ut crederent se nacta esse quandam cœlestem plantam, quæ breui ita excresceret, ut sicut forma corporis venusta, nomine, statusque magnitudine superabat, ita valore & fructu superaret illam suam proauiam perennis memoriæ, cognomentumque Catholicae primum adeptæ, maximam Reginam Donnâ Isabellam,

cum qua eius mater prædicta Regina Donna Catharina de paritate contendit. Videntes ergo iidem Reges & Domini nostri, se hinc obligatos ad se conformandum voluntati Diuinæ: illinc verò insigniter tentatos ob mortem tantæ principis, & multorum aliorum liberorum ad maledicendum fati, & iniuriandum Parcis, quod immaturè & atrociter nimium stamina elegantissimè ordiri cœpta ruperunt, & ad mutmurandum aduersus providentiam diuinam, & dicendum quod ille alius dixit. 1

1 apud Boc
tiu. li. 1. de
Coniul.

*Omnia certo sine gubernas,
Hominum solos respicis actus.*

CUR tua æterna Maiestas interemit hanc innocentem 16
in ætate adeo tenera? Cur sua morte tua immortalitas ad eò discruciat nos suos parentes, & Serenissimum Castellæ Principem nostrum generum, & consobrinum, eiusdemque maritum, qui tantoperè eam ardebat, & Cæsare suum auunculum & socerum, & Procere Castellæ, Navarræ, & Aragoniæ, & alios omnes sibi subditos, qui per illam, suasque stupendas corporis & animi dotes existimabant se à plurimis molestiis subleuatum & liberatum iri? Cur tua immensa bonitas mille mortes infligit eis, qui illi conuiebant, separando eos à tam magna, tam suaui, tamque vera, & plufquam Regia conuersatione, & constituendo eos in extrema necessitate remeandi ad natale solum luctu, planctu, & paupertate confectos, vnde nuper (solo enim anno Princeps vixit) egressi erant maxima cum alacritate & opulentiâ? Cur tot Regna & Dominia turbantur, tot fœdera dissoluntur, tot & tantæ spes, & conuentiones vtriusque sexus hominum tolluntur? Cur, Domine mitissime, speciem crudelitaris ostendere quibuspiam videri potes, toties nos occidendo, ^m dum tot vtriusque sexus Principes & infantes, filios & fratres nostros occidis? & in his vnam incomparabilem Augustam Imperatricem, & vnum Serenissimum Cardinalem, & vnam Sabaudia Ducem admirabilem? Quò vixit ex hoc tam atroci prælio euadat humana prædictorū Regum Maiestas, proculdubio adigitur magna necessitate recurrendi ad Diuinam, & magnis clamoribus, & suspiriis dicendi (*Deus in adiutorium nostrum intende. &c.*) ad virginem matrem interpellandum dicentes (*Monstra te esse matrem, mala nostra pelle, bona cuncta posse, & nos ab hoste protege*)

Semina

m Quia
ex nouem
filiis mari
bus & dua
bus femi
nis mor
tua ista tã
tum vnus
relictus est
superstes.

*Seminaria consolationum, quibus præfatas Regias
Maiestates per apostrophem in persona Christi
latius consolabamur, sunt hæc.*

PRIMO quòd considerarent Diuinam Maiestatem presentem, omnipotentem, & omnia optimè gubernat, Deus, nec filiam suam præfataam Donnâ Mariâ, nec se ipsius parentes, Reges, neque alios Monarchas principaliter creat vt regnent in terris, neque subditos eorum vt in eis sibi seruiant, ⁿ sed vt reges benè regendo, & subditi benè parendo, omnes saluentur in caelis amplissimis perpetuò regnaturi &c.

II. Quòd reputarent, quòd status Regis, potestas & diuitiæ, quæ pusillitati humanæ quædum magna videntur apud Deum, non sunt per se talia, quippè per se sunt tantum vtilia, vel delectabilia, & non per se honesta, ^o licet neque per se sint mala, quamuis affinia sint eis, quàm bonis, ob idque Deus, licet nonnullis amicis suis ea impartiatur, compluribus tamen aut non largitur, aut eorum commodo illa eis adimit, aut vt ipsi ea relinquunt inspirat. &c.

III. Quòd honores, status, liberi, salus & vita, quibus prædicti Reges fruebantur, vel fruii fuerant, sunt, vel fuerunt dona ipsius, qui iure optimo poterat dicere illud: **P** Quid habetis quod non accepistis? & consequenter, quòd licet ipsi quoad alios homines, eorum, quæ habeant, essent Domini, quoad Deum tamen ipsam, quadantenus erant depositarij, aut commodatarij, & ita nihil, quod suum non esset, eis ^q ademit: & nec eis, nec cuiquam alij iniurius fuit, iuxta illud potentissimi sapientissimique Regis. ^t (*Domini est terra, & plenitudo eius*) & illud ^s (*Scitote quoniam Dominus est Deus, ipse fecit nos, & non ipsi nos*) & illud eiusdem ^t (*Nos autem populus eius, & oves pascua eius &c.*)

V. Quòd Rex cœli est Rex Regum terræ ^v, & Dominus vitæ, & mortis, qui occidit ^x & viuere facit, cui par est, vt magis pareant Reges terræ, quàm subditi eorum illis &c.

VI. Quòd alta mente perpenderent, nihil, nec minimam quidem frontem minimæ arbusculæ orbis moueri cura præscientiam illius ^y, neque frustra sine fine ab illo præstituto &c.

VII. Quòd iustum esset, vt ipsi licet sint patres, æquo animo ferrent illam esse traditam morti honestissimæ, vt im-

Magist.
cum aliis
in 1. d. 1. 17

Tho. 1.
par quæst.
5. artic. 6.

p. 1. ad Co
rint. 4.

q capit. 1.
de depost.
& ca. 1. de
Commod.
r Psal. 23.
s Psal. 67.
t Psal. 67.
v Apo. 19.

x Deut. 35.

y Augu. &
Th. 1. par.
quæst. 1. &
melius qu.
18.

pleretur voluntas illius patris aeterni, qui filium suum vni-
 genitum Opt. Max. sibi que coarum, quem coeli & terrae ca-
 pere non poterant, pro salute ipsorum in terras demisit, &
 in angusto ventris virginalis claustro incluserit, ² quod san-
 guinis sui pretio eos de captiuitate redimeret, aeternumque
 saluaret, nisi suae offensae impedimento essent. &c.

VIII. Quod ob nullam causam maledicendum sit satis,
 nec iniuriandum Parcisi: Quandoquidem (licet fabulosa &
 nimium delusa Gentilitas secus senserit) aut non sunt fata,
 neque Parcae, aut non sunt aliud quam ordo, & dispositio, ³
 quam in causis creatis, & earum effectibus iustissima Dei
 prouidentia, potestas omnipotens, & voluntas sanctissima
 constituit, & quod idem maledicens satis, vel iniurias Parc-
 is, aut imprudens incogitanter dat sine mente sonum, aut
 vera fide caret, cuius defectu credit esse aliquid, quod non
 est, aut ipsi Deo, vel ordini & regimini, quo orbem & suas
 creaturas, & opera gubernat, maledicit. &c.

IX. Quod impia vox est illa Boetio ^b tributa. Omnia ²⁴
 certo sine gubernas, hominum solos respicis actus. Quando
 quidem adeo omnia perpedit, vt de omni, vel minimo ver-
 bo otioso ^c sit petiturus rationem: Despicit enim ingratus,
 & infelix ille, ^d qui dixit Deum homini esse vitricum, brut-
 tis vero patrem, cum eum in tam altum finem crearet, & ta-
 ta prouidentia eum gubernet, tantoque labore, & sumptu
 filij sui vnici de tyrannide suorum inimicorum liberavit &c.

X. Quod expenderent, quam offuscatas nebulis passio- ²⁵
 num habeant suas mentes, qui Deum rogant, cur ex tetra re-
 rum humanarum caligine hanc innocetem euocauit, quan-
 doquidem ipsius est ab omnibus de omnibus rationem po-
 scere, & nullius ab eo, ^e cuique ipse solus errare nequeat, ^f
 & nemo sine ipso, vel sine eius ope possit non errare, cuique
 omnia tam futura, quam praeterita, quam etiam praesentia
 nuda sint, & aperta oculis eius. ^g &c.

XI. Quod expenderent, quod nemo alius a Deo sciebat, ²⁶
 An praedicta Princeps, que iuste credebatur innocens, si diu-
 tius superuixisset, nocens effecta fuisset, & malitia mutasset
 eius intellectum, ^h & culpa sua sublimissimum illum, & iu-
 cundissimum statum gloriae perennis (in quem gratia, & be-
 neficio Dei euectam esse sancte credi potest) perdidisset, &
 tandem forte in tristi illo foco, & infernali carcere ignomi-
 niae perpetuae sine fine arsisset. &c.

XII. Quod agnoscerent, quanto peius praedicta Prin-
 cepts

z Iuxta illud hym-
 ni Eccles.
 Quem terra,
 potus,
 aethera co-
 sunt, ado-
 rant, pre-
 dicant, Tri-
 na regen-
 te machi-
 nam clau-
 strum Ma-
 riae ziniu-
 lat.
 a Th. par.
 1. q. 116.
 per totam
 post Augu-
 libr. 5. de
 Chist. Dei.
 b 1. de Co
 sol. met. 5.

e Mat. 10.
 d Plinius
 in Procl. li.
 7. nar. hist.
 quem car-
 pit. Ead. a.
 in libr. de
 opif. Dei.

e Aug. ad
 Macedon.
 relatus in
 ca. Quibus
 de poenit.
 dist. 3.
 f ca. A no-
 bis 2. de
 sent. exco-
 mune.
 g Ad Heb.
 4. & c. No-
 uit de iud.
 h Sapien.
 4. & cap Si
 ex sono
 de poenit.
 diuin. 4.

ceps obisset nocens quam innocens quanto peius annis &
 peccatis grauata, & cum indignatione Dei, quam bonis o-
 peribus, & virtutibus ornata cum eius gratia, (cum qua iu-
 ste credi potest mortua) fuerit defuncta, &c.

27 XIII. Quod non esset imaginandum, Deum benignis-
 simum enecare in ea suum maritum, vel secerum, sed po-
 tius ei gratiae agenda, quod ex causa suae diuinae sapientiae
 nota, licet illis incognita, sinat eos diutius quam eam viuere:
 simul rogare, vt illud in eorum salutem vertere digne-
 tur, cum ipsi & alij omnes etiam suae Regiae conditionis
 (quae humana miseria est) innoxerent, an melius sibi fuisset
 hanc laboriosam vitam finisse ea in aetate, qua haec suam fi-
 niuit; ideoque cauere debere, ne suo altissimo statu, & vita
 longa benignè sibi concessa abutantur ⁱ, ne de pastoribus
 stant Lupi, de Regibus tyranni, de clementibus patribus as-
 peri virrici, neue sub specie diuinæ implendi voluntatem,
 propriam suam, vel sibi acceptorum, illi contrariam im-
 pleant, neue sub ymbra constituenda pacis, & inseruendi
 Deo inferant bella, & proximis iniuriuntur. &c.

XIIII. Quod exploderent a sua mente Regia blandā il-
 lam duri hostis suadelam, quod Regna sunt instituta pro-
 pter eos, & alios Reges, & familiares eis acceptos, vt sangui-
 fugarum instar illa exugant, & contra leges aequas infestent:
 Quadoquidē dabiū non est munera eorum in regnorum com-
 modum, ⁱ protectionem, & tutelam inuenta fuisse. &c.

28 XV. Gratiās agerent, quod Deus Opt. Max. prauidens
 quem exitum res habitura esset, praefata Principi (vt terre-
 nis exonerata oneribus, & spiritualibus adornata emble-
 matibus se coram eo sisteret) largitus fuit voluntatem, & iu-
 dicio mandendi testamentum, & sancta Sacramenta, qui-
 bus se armaret, ^k suscipiendi. &c.

29 XVI. Alta mente reponerent, quod Deus Opt. noluit
 per praefata Principis mortem vlla foedera, quae mille mo-
 dis suggerit ^l infringere, monere tamen sic, vt nolint ni-
 mis confidere Principibus, quia exhibit spiritus eorum, &
 reuertentur in terram suam, & in illa die peribunt omnes
 cogitationes eorum. &c.

30 XVII. Cognoscerent, quod idem Deus Opt. Max. per
 praefata Principis mortem, nullam Regnis praedictorum
 Regum de se, vel de illis conueredi ansam praebuit, quip-
 pe qui, vt scit ^m eos non posse de ipso iuste conueniri, &
 ipsum de illis sic, ita non ignorat quando, quomodo, &
 quare,

i Nam po-
 tentes po-
 tenter tog-
 menta pa-
 tientur.
 Sap. 6.

i Nō enīto
 Regnū po-
 pter Regē
 sed rex po-
 pter Re-
 gum est.

k c. Multi;
 l. q. 11.

l Cogito
 cogitatio-
 nes pacis
 Hier. 29.
 c. decet de
 immunita.
 eccles. 11. 6
 m Quippe
 qui omnia
 nouit ad
 Hebr. 4. &
 c. Deus om-
 nipotens.
 2. qu. 11.

quare, & quænam Regna populi, & priuati homines iustè conqueruntur de suis Regibus, & dominis propriis, vel alienis, & quæ iniustè. Proinde vè illis, aduersus quos sanguis & sudor clamant ad Deū (*Deus in adiutorium meum intende*) & contrà imitati inuerecundum Cham, ¹¹ facientes se de ouibus ^o canes, facilius infamant & condemnant Dei Vicarios tam spirituales, quàm temporarios, quàm ipsi eos, transgrediendo magnoperè leges, Dei ipsumque grauiter offendendo. &c.

XVIIII. Semper reminiscerentur, quòd quanta cum ratione prædicti Reges genibus flexis indies ei dicunt, fiat ¹¹ voluntas tua, ^P tanta etiam debent velle conari id, quod ipse vult, vel certè quod ipsum velle norunt, quandoquidem nemo magis eos amat, quàm ipse, nemo magis nouit, nec dare potest quod eis expedit, quam ipse. &c.

XIX. Omisissis exemplis Ethnicorum, quæ licet celeberrima sint, & à multis etiam eruditissimis & Christianis in consolationem aliquorum piorum proposita, non tamen videntur Regibus tam Christianis cõsolandis ad eò idonea, quia non fuerunt veræ, aut certè non perfectæ virtutes, sed falsæ. ⁹ Omisissis, inquam, Ethnicorum exemplis, proponerent sibi illud illius obedientis serui Dei Abrahami, qui prius ab eo implorata ope, saltem æquipollenter, per (*Deus in adiutorium meum intende*) ad eò suam voluntatem diuinæ postposuit, quod firmiter decreuit sua propria manu, suoque proprio gladio Deo sacrificare proprium filium, non qualem qualem, sed innocentissimum, sibi que gratissimum, & hæredem destinatum. &c.

XX. Quòd ob oculos ponerent illud aliud maius obedientissimæ Virginis matris, quæ magna fide, parique magnanimitate, absque spasmodis (quos nonnulli ¹¹ fingunt) stabat iuxta crucem acerbissimam, in qua filius eius suo pretiosissimo sanguine exolvebat pretium redemptionis generis humani, volendo plusquam vitam, (vt Deo se conformaret) id, à quo plusquam à morte abhorrebat, mortem nimirum eiusdem filij sui quàm dilectissimi, quamque diligentissimi. &c.

XXI. Vt animis suis insisterent illud omnium maximum, & admirabile D. N. Iesu Christi, qui cum esset ante omnia sæcula primò & vnigenitus, ⁹ in quo, & per quem omnia facta fuerunt, ¹¹ & in quo reconditi sunt omnes thesauri ^v sapientiæ, & scientiæ Dei, cuique data est omnis potestas

36 potestas in cœlo & in terra, ^x quique est Rex Regum, & Dominus dominantium, ^y quò se sanctissimæ patris voluntati cõformaret, postea quàm dixit, ^z (*Pater si possibile est, transeat à me calix iste*) protinus subiunxit. (*Verum tamen non sicut ego volo, sed sicut tu vult*) & mox sciens id patrem velle, permisit ² se tradi eis, qui innumeris eum iniuriis cupiebant crudelissimè interficere &c.

37 XXII. Quòd petita ope per *Deum in adiutorium meum intende*) subleuarent in Deum mentes, & cõsiderâtes se suos feruos, & fideles, ac prudâtes eius in tẽporalia vicarios, perpendere quãto minus est id, in quo vult Deus eos sibi cõformari, quam illud, in quo prædictus Abrahamus, præfata Virgo mater, & præ omnibus præfatus D. Iesus se ipsi conformarunt, perpendere, inquam, hæc, & ea mente volentes conarẽtur toto animo dicere ei, quod alius suæ conditionis Rex antea perfectò corde dixerat, ^c (*Paratum cor meum Deus, paratum cor meum*) paratum quidem ad suscipiendum modestè prospera, & paratum ad ferèdum fortiter aduersa. &c.

38 XXIII. Quòd licet Deus Opt. Max. velit præfatos Reges suæ voluntati iam sibi notæ se conformare, non tamen precipit eis, ne vllatenus ob tantæ Principis & filij tam dilectæ mortem contristentur, modò id christianè faciant, iuxta illud Apostol. ^d (*De dormientibus non contristemini, sicut cetera gentes, quæ spem non habent.*) quasi dicat, vobis quidem verè Christianis mors vestrorum videri debet somnus quidam, ex quo, quando, fortè minus putaueritis, excitabuntur; & id eò, potestis quidem iustè dolere, sed non ita vt Ethnici, qui nullam vltèrius videndi mortuos spem habent. &c.

XXIIII. Quòd licet diuina Maiestas permitteret prædictis Regibus dolorem modestum, eo quòd tam citò post alios Principes & Infantes, filios & fratres ademptos, hanc quoque Principem ademisset, deberet tamen ei agere gratias, eò quod eam ipsis ad eò probam, ad eò in bona propensam dedisset, vt duratura diu sit eius fama, quæ sola incitare queat totam Hispaniam ad imitando eam Deo seruièdum, & ipsos parentes eius colendum.

39 XXV. Quòd idem Deus Opt. Max. permitteret eisdem lugere mediocriter, quòd tam paruo tẽpore tam ampla regna terrena tenuerit, modò gratias ei actu, vel virtute agerent, quòd eam ipse illis præposuit, permitteretque eis dolere, quòd illius præsentiam corporalem eis (licet rarò ea fruituri essent) subtraxit, modò actu, vel virtute gratias

¹¹ Genes. c. 4. & c. Qualis. 2. qu. 7. ^o c. Oues. 2. q. 7.

^p Mat. thei. 6.

^q c. omnes. 9. ex his 29. q. 1. & Tho. 2. sec. q. 33. art. 8. & q. 20. ar. 8.

^r Quos confutat Caieta. in sine. 3. To.

^s Ad Hebr. 1. & ad Coloss. 1. ^t Ioã. c. 1. u. Ad Coloss. 3.

^x Matt. 28. ^y Apoc. lyp. 19. ^z Matthei. 25.

² Matthei. 26. A. & 11.

^b c. Cum ad verum. & c. Duo 96. dist.

^c Pla. 56. & 107.

^d Ad Theol. 1a. 4.

agerent

agerent pro spirituali, quam piè possunt credere eum fecisse illi ad eò continuam, vt ea semper, & vbique eius consuetudine vti possent. &c.

XXVI. Quòd etiam permitteret idem Opt. Max. eis dolere, quòd illa posthac non erit mediatrix inter eos & Cesarem, & eius filium Principem Philippum, modò non negarent ei gratias, quòd transtulerit eam in locum, vbi erit mediatrix apud Imperatorem omnium Regum, & Imperatorum creatorem, & apud filium suum primò & vniuersum immortalè, ab omnibus spirituum ordinibus adoratum, quem prius quàm istum aliù mortalem desponderat. Permitteret itè eis dolere, quòd eam euocauit Pincia oppido angusto, ætate calore ardenti, & hyemæ frigore rigenti, subiecto negotiis retriis, horrendis morbis, siti, fami aliisque id genus sexcentis malis, modò non negarent ei gratias, quòd (vt iustè cedere possunt) transtulit eam ad amplissima regna cœlorum, quorum aliquot emblemata colatione aliorum mediocria (nempè stellæ) sunt longè maiora & tota Europa, Asia, & Aphrica, in quibus nò est æstus, non frigus, non tedium, nil triste, non fames, non sitis, nec dolor vitus, contra verò redundat omne gaudium, omne lærum, & indicibilis de summo bono fructus. &c.

XXVII. Quòd idem Opt. Max. permitteret eis dolere, quòd prædicta Princeps subduxerit se conuersationi suarum mortalium amicarum, dum non negarent ei gratias, quòd pro ea ipsi concesserit consuetudinem supremæ suæ Curie cœlestis Principis Mariæ suo de nomine dictæ, & omnium, quibus illa est amicissima, Diuorum & Diuarum, & propterea, quòd eam participem fecerit admirabilis filij benedictissimi conuersationis. Super omnia verò, quòd eam compotem fecerit indicibilis beatificæque visionis, qua intuerur ipsius essentiam, quam consequitur gaudium illud plenissimum, quale nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit. &c.

XXVIII. Quòd pro sui christianissimi magnitudine animi subleuaret oculos mentium, & contemplarentur triumphantem prædictæ Principis in regna cœlorum ingressum (quem sanctè credere poterant sibi datum) simul & ingressam cœpisse possessionem sui Regni iam inde à constitutione mundi sibi destinati, præfatarumque conuersationum cū omnium suorum desideriorum explemento, simul & illarum cōgratulabundam orationem, qua excepta fuit à suis

Ad Hebr. 1.
f. Cant. 1.
vbi Bern.
serm. 7.

Intra tradita in 2. de celo & 1. Metaphis. & tangit gl. cum DD. in ca. solitz. de Matorita. verb. inter solem.
h. Damia. de gaudiis para. Tho. 1. sec. q. 21 & 3. & 4.

1. Corin. 3. & Hierem. 3.

à suis, quibus, fratribus, sororibus, annunculis, aliisque cognatis, & amicis, & à tota illa cœlesti Curia splendidissima, & quòd prædicti Reges & domini nostri si prescius contemplantur, non solum non contristarentur, verum etiam iubilum lætis lachrymis magis, quàm verbis exprimentum conciperent, & arripentur desiderio feruenti, potiundi simili in prædicta Regna introitu, & consortio suæ prædictæ Donnae Mariæ, & animis in vires collectis, sublataque in cœlum voce clamarent. (*Deus in adiutorium nostrum intende, Domine ad adiuuandum nos festina*) quòd ad hæc summa gaudia tandem post varios casus & tot discrimina rerum perueniamus. Amen.

Aequi bonique consulas, Christiane lector, quòd digressionem consolatoriam quam in vulgari per apostrophem in persona Christi composuimus, nunc in prædicta capita contraximus: quia tunc oportuit per eam animos prædictorum Regum, & multorum aliorum Summarum & Infimarum prædictæ Principi bene affectorum lenire, & leuare dolore. Nunc autem satius visum fuit, redigere eam in prædicta capita, ex quibus lector pro casus qualitate possit excipere, quæ ad consolandum lugentes mortuos vsui conuenire possint: Conuenient autem frequenter, quandoquidem in his, quibus oppugnamur, malis, maximè quotidiana & infesta sunt tela mortium parentum, filiorum, cognatorum, Dominorum, & aliorum amicorum, aduersus quæ præsentissimum propugnaculum nobis esse potest prædictum (*Deus in adiutorium meum intende*) nostro casui occurrenti debito modo applicatum. Nolo tamen tollere rationem tuac redditam, qua me iustè fuisse motum ad eam componendam, scripsi: fuit. n. illa, quòd in Nauarra natus, & in regno Castellæ splendidos honores adeptus, & iussu Cesareo inde migrans in admodum insignem Lusitaniae Conymbricam, in qua prædicti Reges susceperunt infulas, & coronati fuerunt, eisdem in eadem inseruiui maiore honore, & honorario, quàm alius hætenus inseruierit, in qua eadè ciuitate prædicta incluta Princeps nata fuerat, & tandem electa in Principem & Reginam futurâ Castellæ, & Navarræ: Per hæc enim omnia simul coniuncta satis concluditur, me triplici ratione lugere debuisse mortem ipsius, quæ tria prædicta Regna vmbra alarum suarum protegere cœperat. Accedit, quòd per eam superstitem sperabam implenda multa, quæ maxima illa Donna Isabella Augusta, & Imperatrix,

amita

amita sua verbo, & epistola Regia nobis promiserat. quando eius & Cæsaris iussu Salmantica Conymbricam commigrauimus, subuenire nimirum meis cognatis, quos illuc commigraudo reliqueram desolatos. Accessit item, quod nuncium prædictæ mortis acerbissimæ aduenit eo tempore, quo hæc pars, in qua de versu illo (*Deus in adiutorium.*) tractatur, iam iam erat prælo submitienda, pars, inquam, operis nuncupandi suæ matri Reginæ, nostræ Dominæ Christianissimæ, quam, & Regem ipsius coniugem magno perè cupiebam ab omnibus etiam minimis quibusque seruis eius (quorū de numero etiam adiutorum iri, vt qui tanquam magnanimi heroes suum iustum dissimulabant dolorem, oraminò eum ex suis (qui verè regierant) animis expungerent, alta mente contemplantes felicitatem, qua credimus filiam esse donatam, & maiorem, qua speramus parentes esse olim donandos, magno perè, inquam, hoc cupiebam, multò autem magis, quod sicut Reuerendissima, eademque amœnissima illa nostri redemptoris humanitas ab oculis corporeis Virginis Matris, Apostolum, & aliorum sibi deuorum & deuotarum in cœlum sublata, animos eorum in eosdem sustulit, & quadantenus eis defixit, ita prædictæ Serenissimæ, eiusdemque dulcissimæ ipsorum filix in cœlos sublatio esset in causa, quò ipsi suorumque subditi mente habitarem in eis, obnixè interim, dum vita manebit, dumque spiritus regerit artus, rōto corde clamantes, Deus in adiutorium nostrorum Regum & nostrum in tende, quò illi sanctè regendo, & nos humiliter parèdo ad tua ista cœlorum amplissima, & omni ex parte foelicissima regna tandem transmigremus. Amen.

Præfata ramen digressio non obstat, quò minus te & me admoneam, candide lector, illa verba S. Abbatis Isaaci i commendantis vsū istius versus. *k* (*Deus in adiutorium meum intende*) quæ sunt hæc. Huius versiculi meditatio in tuo pectore indurpta voluatur. Hunc in opere quolibet siue ministerio, vel in itinere constitutus decantare non desinas. Hunc & dormiens, & resiciens, & in vltimis naturæ necessitatibus meditare. Hæc volutatio cordis velut formula tibi salutaris effecta, non solum illæsum ab omni dæmonum incurfione custodiet, sed etiam cūctis te vitiiis terrenæ contagionis expurgans, ad illas inuisibiles theofias cœlestesque perducer, atque ad illum ineffabilem ac a per-paucis expectū prouehet orationis ardorē. Hūc versiculum

medi

i Apud Io.
Cassian.
lib. 12. in-
sit. c. 23.
collat. 10.
c. 10.
k Psa. 69.

meditanti tibi somnus irrepit, donec ineffabili eius exercitatione formatus etiam per soporem eundem cōsuefas. Hic tibi expergefatto primus occurrat, iste euigilanti cogitationes anticipet vniuersas: iste de tuo conlurgentem cubili curuationi genuum tradat, atque illinc deinceps ad omne opus actusque deducat: hic te omni tempore prosequatur, hunc meditaberis, secundum præcepta legislatoris, sedens in domo, & ambulans in itinere, dormiens atque conlurgens, hunc scribens in limine, & ianuis oris tui: hunc in parietibus domus tuæ, ac penetralibus tui pectoris collocabis, ita vt hæc ad orationem procumbenti sit tibi acclius decantatio, & exinde conlurgenti, atque ad omnes vsus vitæ necessarios incedenti fiat erecta & iugis oratio. Hæc ille.

Hanc doctrinam duorum istorum Illustrium virorum S. Abbatis Isaaci, & eloquentis Eremitæ Ioannis Cassiani, quam vti nemo me docuit, neque ad canos vsque didici, ita libenter tibi, Christiane Lector, communico, obnixè te rogans, vt id, quod ego capite iam cano in vsum habere cœpi non sine fructu, tu cum maiore iunior eam doctus ea vtaris, quò nos Deum continuò inuocantes, & mentibus nostris representantes, quadantenus in eum transformemur in hoc sæculo per gratiam, & in futuro per gloriam. Amen. * Addo hanc doctrinam intelligendam esse de dictione, & cantatione mentali tantum, quoad actiones cantandi & recitandi, non autem de vocali. Tum quia vocaliter dici nequit, cum aliud vocaliter dicitur, & non est consulendum quod fieri nequit¹. Tum quia peccaret, qui cantando vel recitando psalmum, hymnum, euangelium, vel aliquid aliud eiusmodi, verba præsertim sacramentalia, eis misceret verba prædicta versiculi, cum per nil tale debeant illa interrumpi, vt tetigit Felyn.^m & diffiniuit Thopost & ante aliosⁿ, concludendo, addere quicquam vel interponere verbis formalibus sacramentorū esse peccatum, etiam si non semper essentiam sacramenti impediatur. o *

Ex hac conclusione sequitur primo, non abs te magnum illum Hieronymum (vt fertur) consuluisse Papæ Damaso, vt in initio cuiuslibet horæ Canonice diceretur hic versus: Quandoquidem etiā in principio, medio & fine cuiuscumque actus tam secularis, quam ecclesiastici, corporalis & spiritalis, magno cum fructu dici posse prædicti Patres doceant. * Dixi, inquam, posse dici mentaliter tantum in acti-

¹ Argu. c. nemo potest cum ei annot. de regul. iur. lib. 6.
m In c. cū dilecta. numer. 11. de rescript. n In 4. dist. 13. art. 2. q. 3. & 4.
o Argum. c. reuelerū de consec. dist. 4. & l. 1. l. continus. de verb. obligat. ff.

bus, qui voce tantum, vel qui mente & voce fiunt, quia in aliis dici possunt etiam vocaliter, per proximè dicta. *

p cap. 10. a
nu. 62.

II. Sequitur id, quod supra^p dicebam, puta, versum istum 47 de se esse principium aptius cuilibet horæ, quàm Pater noster, sic quæ statuisse Papam Damasum consulente B. Hieronymo, & Pater noster de se aptius in fine dici, vti veteres dicere soliti erant^q. * Dixi (de se.) Quia ex aliqua circumstantia ecclesiis aliud potest esse aptius, vt est in Breuiario Romano fœ. rec. Pij V. ex ipsius præcepto. * & in aliis, quorum regula iubet ab alio initium sumere. In illis enim non solum est melius, sed etiam necessarium ab illo inchoare. Quandoquidem minus bonum præceptum præferendum est meliori consulto, vt alibi diximus^r.

q c. 1. d. sē.
per. infra.
distin. 5.

r In repet.
c. iter ver.
ba. II. qu. 7.
n. 3 & pro-
batur in c.
114. q. 5 c.
Nō est pu-
tanda i. q.
I.

III. Sequitur deplorandos esse multos, qui in choro & extra illum incipimus hunc versum omni ex parte Deo plenum, & redundantem, adeo ipso vacui, adeoque vacuè, leuiter & in deuotè, vt scommata effutire, aut versus Virgilianos occinere videamur.

III. Sequitur, quod de prompturus thesauros supra memoratos ex tam opulento armario, non tam debet assuefieri ad recitandum vocaliter verba prædicti versus, quàm ad cogitandum quàm propè, quàmque præfens sit sibi Deus, à quo petit opem, quàmque ille potens & benignus ad ferendum, & quàm ipse qui petit ea indigens, vt supra^s dictum est.

s eo. cap.
nu. 1. & 2.

V. Sequitur, aptè coniungi huic versiculo illum alterum 49 (Gloria patri, & filio & spiritui sancto) vt fertur consuluisse diuum Hieronymum, non quidem vt sine attentione vlla (vt sapissimæ proh dolor sit) dicatur, sed vt priore humiliter petamus nobis opem, sine qua nihil possumus^c, posteriore verò reuerenter optemus, & quaramus summam eisdem vni, & Trino, Patri, & Filio & Spiritui sancto gloriam, & honorem, quæ super omnia optare debemus, quæque vti nam vniuersus orbis tribuat ei, quod ipse nobis orantibus suam, quâ nos sibi faciat gratos, gratiam tribuat. Amen.

e Roan. 15.

<i>Orandus non est Deus vt nouè velit, quod antea voluerit.</i>	nu.	51
<i>Deus planè immutabilis.</i>	nu.	52
<i>Voluntas & scientia Dei vt immutabilis.</i>	nu.	53
<i>Oratio quid prodest, si Deum non mutat.</i>	nu.	54
<i>Orant vt malè multi pro se & aliis.</i>	nu.	55
<i>Oraturus rellè, expresse vel tacite id faciet.</i>	nu.	56

Orati

<i>Oratio facta Deo vt differt à precibus homini porrectis.</i>	nu.	57
<i>Deum non tædet multitudinis precum.</i>	nu.	58
<i>Oratio peccatoris quæ mortuis prodest.</i>	nu.	59
<i>Oratio boni Sacerdotis vt præstat Orat'oni mali.</i>	nu.	59
<i>Intelectus cuiusdam elogij S. Gregorij.</i>	nu.	60
<i>Elemosyna boni Domini missa per malum prodest.</i>	nu.	61
<i>Oratio pro defunctis omnium securissima Missa.</i>	nu.	62
<i>Orans pro aliis agat hec.</i>	nu.	63
<i>Orandum sed non pro sancto vel damnato &c.</i>	nu.	64
<i>Orare pro infante mortuo an liceat?</i>	nu.	65
<i>Facetus fuit quidam rusticus.</i>	nu.	66
<i>Orare pro infidelibus & excommunicatis an liceat.</i>	nu.	67
<i>Missa cur non appli.etur excommunicato.</i>	nu.	68
<i>Orare vt liceat saltem priuatim pro eo, qui creditur beatus.</i>	nu.	69
<i>Orat vt ecclesia expresse pro hereticis. &c.</i>	nu.	70
<i>Excommunicatis non prosunt suffragia generalia.</i>	nu.	71
<i>Oratio quæ ecclesia fiat pro excommunicato.</i>	nu.	73
<i>Missam applicare aliud, quàm applicare eius orationes.</i>	nu.	73
<i>Excommunicato non prodest Missa, sed mortalis peccato infecto sic.</i>	nu.	74
<i>Oraturus pro mortuo, quem putat saluum, hoc agat.</i>	nu.	75
<i>Orare pro inimicis sanctum, quin & interdum necessarium.</i>	nu.	76
<i>Orare malum malis, ne malè agant, licet.</i>	nu.	77
<i>Orari potest omne factibile, sed non fieri omne orabile.</i>	nu.	78
<i>Tyrannus occidi nequit à quouis priuato.</i>	nu.	79
<i>Surdus horas non recitet cum alio.</i>	nu.	80
<i>Cæcus non excusetur à Choro.</i>	nu.	81
<i>Infirmus sufficiens ad excusandum ab horis non est surditas, vel cæcitas.</i>	nu.	82
<i>Horas recitans cum aliis vt supplere debet particulas omisas.</i>	nu.	83
<i>Præiulia quæ recitandi non sunt vera præiulia.</i>	nu.	84
<i>Recitare licet etiam sedendo iure communi.</i>	nu.	83
<i>Præiulia quæ recitandi, etiam si nihil noui contendant, prosunt.</i>	nu.	86
<i>Præiuliorum compendium utile, sed cum originali conferendum.</i>	nu.	87
<i>Interdictum vbi tollendum die conceptionis Marie.</i>	nu.	88
<i>Oratio ad supplendum defectus horarum.</i>	nu.	89
<i>Orans pro Francorum Rege hanc quatit indulgentiam.</i>	nu.	90

V 2

<i>Regibus pro duobus Christianis quid orandum.</i>	<i>nu.</i>	91
<i>Reges an quidam Christiani teneantur in foro Dei inire scelus.</i>	<i>nu.</i>	92
<i>Defendereteneatur quis Rempub. & Ecclesiam plus quam priuatum.</i>	<i>nu.</i>	92
<i>Concordiam ad honestam quos litigantes Iudex cogere potest.</i>	<i>nu.</i>	93
<i>Regibus alienis, & suis Vasalli detrahentes vt peccant.</i>	<i>nu.</i>	93
<i>Murmurationi contra Reges obuiandum.</i>	<i>nu.</i>	94
<i>Christiani sunt membra & serui vnus corporis & domini.</i>	<i>nu.</i>	95
<i>Regibus quid potius quam victorias obtinere debeamus.</i>	<i>nu.</i>	96
<i>Orare pro Rege suo iustū, & an iustius quam pro omnibus.</i>	<i>nu.</i>	97
<i>Orare pro multis vt melius quam pro paucis.</i>	<i>nu.</i>	98
<i>Amare amicum maioris meriti quam amare inimicum.</i>	<i>nu.</i>	99
<i>Orare nominatim in collectis vt licitum..</i>	<i>nu.</i>	100

Secunda Conclusio.



a 23. q. 4. c. obtineri.
 b Zach c. 1.
 c In lib. de nat. boni. d c. firmiter de sum ma Trinit. cū ei annota. per Thom. ibi. & in 1. par. q. 9. art. 1. & 2.
 c 1. par. q. 14. ar. 15. & q. 19. ar. 7.
 f 1. par. q. 22. ar. 3. & q. 23. ar. 8. & 2. sec. q. 83. ar. 2.
 g In c. Nouit. de Pœnit. dist. 1.
 h cap. 18. i cap. In cōmutabili 112. q. 4.

QUOD nemo orare debet, aut rogare Deum quicquam, existimando se suis precibus flexurum eum ad volendum aliquid, quod antea volebat. Tum per illud D. Gregorij. ² Obtineri non possunt, quæ prædestinata non sunt. Tum quia Deus immutabilis est, restante se apud Zachariam prophetam: ^b Ego Deus, & non mutor: & asserente August. ^c Quod ipse solus est immutabilis, cum neque quoad substantiam mutari possit, vt alia corruptioni obnoxia, nec quoad locum, vti corpora cœlestia, neque alio modo, vti Angeli. ^d Tum quia vt ineffabilis illa substantia, & suum esse supra modum admirabile, ita eius scientia & voluntas non mutatur, vti ante & post alios tradidit D. Thom. ^e Tum quia, vt impium est dicere, Deo curæ non esse regimen inferiorū, aut humana fato quodā inenitabili, aut syderum concursu, siue (vt aiunt) constellatione, aut immutabilitate prouidentia diuinæ fieri, ob idque nona prodesse orationem, ita erroneum est existimare ob nostras orationes mutare Deum suam voluntatem, instar Regum & potentum dominorum, ob preces suorum familiarium, vt tradit idem S. Doctor. ^f ab omnibus receptus. At inquires: Cur ait D. Ambrosius à Gratiano relatus. ^g Nouit Deus mutare sententiam, si tu noueris emendare delictum, & vt dixit Hieremias ^h relatur per Concilium Toletanum; ⁱ Si pœnitentiam egerit gens illa à malo suo, agam

agam & ego pœnitentiam à malo, quod cogitavi vt facerem eis. Quomodo igitur secundum hoc prodest orare, quãdoquidem si Deus velit, fiet quod eum rogamus etiam si non rogemus, & si nolit, superfluum est eum orare, quãdoquidem non est mutaturus suam voluntatem?

Ad dictum B. Ambrosij respondeo, eum nolle dicere Deum mutare sententiam diffinitiuam de me, aut de te à creatione mundi latam, licet sic eam, quæ fieri debet secundum præsentem iustitiam, & statum meum, vel tuum præsentem, si nos illum immutemus, vt post Cardi. S. Sixti, ^k & alios complures declaravi hoc anno super illo ipso dicto ^l S. Ambrosij: & ita etiam intelligendum est id, quod ait Hieremias, cum aliis multis sententiis S. Scripturæ. Ad aliam obiectionem respondeo, vtilitatem orãdi non consistere in eo, vt merito, & virtute orationis faciamus eum velle, quod antea volebat, sed vt det quod decreuerat nobis dare oratione mediante: sicut mittens sementem in aliquem fundum, non facit Deum velle in eo dare panem, quem non decreuerat dare, preuia illa semente.

⁵⁵ Ex quo sequitur primò, malè & perperam orare aliquos & aliquas, quos vidi recitare, iubere celebrare Missas, ieiunare, & plangere ob salutem alicuius cognati infirmi, aut afflicti, sperantes quòd Deus mutaret voluntatem constantissimam & optimam.

Sequitur. II. Quòd orans & rogans Deum aliquid, credere potest, quòd ante mundi creationem scit Deus eum fuisse illud rogaturum, & quòd immensa sua benitas decreuerat illud agere, aut aliud quippiam magis oranti, vel illi pro quo oratur, conueniēs, iuxta illud B. Bernardi. ^m Vnum indubitanter è duobus sperare possumus, quoniam aut dabit quòd petimus, aut quòd nouerit esse vtilius.

⁵⁶ III. Verum esse quòd post alios dixit Adrianus. ⁿ Omnes quippiam à Deo postulantes debere communiter saltem virtute vel tacitè addere conditionem illam, si sua Maiestas id velit, aut illud ei gratum fuerit, & magis quæ Dei sunt, quàm quæ nostra, querere, voluntate inque suam nostræ præponere. Quinimò melius foret petitionem nostram sub finem his verbis moderari: Sed fiat voluntas tua: vti ipsemet Redemptor suam in horto moderatus fuit, cum dixit. Pater si possibile est, nãtseat à me calix iste, verumramen non sicut ego volo, sed sicut tu vis. Quot (quæso) hallucinantur in hoc? Quot recederent à desideris suis

k In c. Sed & cōtinuè de Pœnit. dist. 2.
 l c. Nouit. de Pœnit. dist. 1.

m Ser. de Quadrage sima.

n Quod. lib. 5.

feruentibus, si considerarent illorum scopum esse debere desiderium, ut potius fiat voluntas Dei quam sua? Dixi supra (Communititer.) Nam sine vlla conditione possumus velle optare, & petere illud, ad quod nos præceptum dominicum obligat, cuius est gratia, & gloria diuina, & gratia, qua abstinemus à peccato mortali, ut dixit idem Adrianus. ^o

o vbi sup.

Tertia Conclusio.

Quadruplicem esse differentiam inter orationem, & preces, quæ sunt homini, & eas quæ sunt Deo, uti ante & post alios rectè tradit S. Thom. ^p Prima, quod rogans hominem, communiter suum votum & necessitatem ei manifestat, qui verò rogat Deum, non vult, neque debet velle manifestare suum desiderium, aut necessitatem, quâdo quidem credere debet eum cuncta videre & scire. ^q II. Quod orans & rogans hominem, vult, & velle potest flectere eius animum, ut nouè velit desiderata ob oratore. Rogantes verò Deum, non debemus velle, ut velit nouè id, quod nos optamus, uti antea dictum est. ^r Sed quod ibi dicimus, putâ cognoscere nostros defectus, & flectere mentes nostras, ut cum seruore & pietate desideremus id, quod orando speramus consequi. III. Quod ut oremus homines, communiter opus est aliqua præuia familiaritate, quæ nobis aditum præbeat, non tamen adorandum Deum, quia ipsamet oratio nobis familiaritatem Dei conciliat, cuius efficacia ipsa mens in eum erecta facit sibi aditum, & maiore cum fiducia orat. IIII. Quod multæ & continuæ petitiones fastidium pariunt hominibus, quum tamen sint Deo gratissimæ. Ex quo sequitur, quam simplex erat bona illa verula, cuius meminuit episcopus Parisiensis, ^s quæ ea dici vel noctis parte, qua sibi videbatur nemo recitare, suas preculas effundebat, existimans Deum tunc temporis nullis negotiis esse distractum, & libentius exauditurum, immemor S. Fidei Catholicæ, ^t quæ nos docet, intellectum, & auditum diuinum adeò immensum esse, ut omnes petitiones omnium hominum, & angelorum, minus occupent auditum diuinum, quàm aque gutta mare Oceanum, Deumque ipsum adeò magnum, & sine vllò limite omnipotentem, ut facilius sit ei elargiri & concedere, quæcunque nos omnes ab eo petimus, quàm à totius orbis potentissimo dare tertiam partem monetæ, quâ hîc Sextilem, & alibi Baiocum, vel Quatrinum appellant.

Quarta

Quarta Conclusio.

- 59 **Q**uod etiam orationes peccatorum in peccato mortali existentium non solum eis prodesse possunt, sed etiam aliis tam viuus, quàm mortuis. Tum quia sunt aliquot, quæ per se non innitendo meritis personæ orantis, & (ut aiunt) ex opere operato suum operantur effectum: de quarum numero est Missa, secundum S. Tho. ^v & omnes, quin & oratio Dominica cum omnibus horis Canonicis, secundum aliquos, ^x ob virtutem eis inhaerentem ex institutione Dei, vel ipsius ecclesiæ vniuersalis. Quem effectum æquè operatur oratio mali, ac boni. ^y Tum quia peccator nonnunquam orat, & recitat tanquam minister Ecclesiæ, aut instrumentum eius, qui onus recitandi ipsi iniunxit: & tunc, quia non tam perpenditur persona recitantis, quàm eius qui recitare iubet, sufficit eum qui iubet esse bonum. Neque obstat huic Gregorianum illud relatum à Gratiano: ^z Cum is qui displicet ad intercedendum mittitur, irati animus ad deteriora prouocatur. Nec illud Ioannis: ^a Peccatores Deus non exaudit. Ad horum enim prius responderi potest, iuxta doctrinam B. Tho. ^b secundum receptam sententiam, Orationem peccatoris mortifero peccato infecti, quatenus est ipse, nil prodesse aliis: Sicut nec intercessio Legati displicentis prodest apud iratum, quatenus est ipse. Veruntamen sicut intercessio legati displicentis placet quandoque ei, ad quem mittitur Legatus, quatenus est aliena, & non propria: ita oratio peccatoris, licet non placeat quatenus est eius, placere tamen potest quatenus est alterius, purâ ecclesiæ, aut alicuius alterius iusti, ut in casibus supra dictis. Neque necesse est adeò arctare dictum Gregorij, ut arctat quædam glossa, ^c putâ, intelligendum esse solum, quando offendens purâ, intelligendum esse solum, quando offendens data opera eligit Legatum offenso ingratum. Ad posterius autem, videlicet dictum Ioannis, eodem ferè modo respõderi potest, quod licet Deus non audit orationem peccatoris, quatenus est eius, audit tamen quatenus est alterius iusti, quem admodum elemosyna à bono Domino per famulum peccatorem missa pauperi, Domino prodest. Verum item est secundum omnes, meliorem esse orationem boni, cæteris paribus, quia non solum innititur naturæ propriæ orationis, aut meritis alicuius, sed etiam propriis orantis.
- 61 Ex his omnibus sequitur primo, quod securissima om-

V 4

v In 4. di.
135. quæst.
1. art. 1. q. 3.
x Gabr. in
Cano. Mis.
lectio. 17.
coll. 2.
y c. Intra
Catholic.
1. quæst. 1.

z In prin-
cip. distin.
49.
a capit. 9.
b In 4. di.
45. q. 2. ar.
1. quæst. 2.

c In dicta
distin. 49.

p In cõpẽ
dio Theo-
logiæ cap.
257. & 2.
sec. qu. 83.
art. 9. ad 5.
& in 4. di.
35. quæst. 4.
artic. 1.
q. Ad Heb.
4. ca. Deus
omnipoten-
s. 2. q. 1.
r In hoc c.
conclu. 2.
num. 51.

s Guiliel.
in Rhetor.
diui.

t c. Firmi-
ter de Sã-
ma Trinit.
& fide Cat.

nium orationum, quæ dicuntur pro defunctis, est Missa, quia de se plus longè operatur, quàm qualibet alia, & (vt arunt doctores) ex opere operato, nõ habito respectu meritorum orantis. I I. Quod aliarum magis securæ sunt Pater noster, & Aue Maria, iunctis horis Canonicis, & aliis à sancta matre ecclesia institutis: quoniam (vt dixi) secundum aliquos ^d operantur aliquid ex opere operato. I I I. Quod harum securiores sunt, quæ dicuntur à ministris ecclesiæ, quatenus sunt illius ministri. I I I I. Quod oratio pro defunctis facta ab existente in peccato mortali, qui non est minister ecclesiæ solo proprio motu, vel alterius existentis etiam in peccato mortali, parum aut nihil prodest. V. male agere eos, qui pronocant ad sacrificandum, aut aliquod sacramentum ministrandum eum, quem probabiliter putant sacrificaturum, vel ministraturum in peccato mortali, nisi fuerit ad id obligatus, aut necessarium fuerit eiusmodi sacramentum: & licet necessarium fuerit, si non erat præparatus ad ministrandum illud, peccat, vt alibi dicebamus. ^c Tum quod eligit Legatum ad placandum Deum, quem scit ei displicere. Tum quia credit quod fungendo legatione de nouo eum offendet. Peccat etiam, qui potest, & debet, & non prohibet, secundum Adrianum. ^f VI. Quod licet non sit prudentiæ recitare alias orationes per eum, quem putat recitaturum in peccato mortali, cum posset per alium, nõ peccat tamen mortaliter qui id procurat, quandoquidem neque recitans eas in peccato mortali peccat ob id mortaliter, per supradicta. ^g VII. Quod procurantem recitari, vel recitantem pro defunctis, aut pro aliis alio nomine quàm ecclesiæ, prius poenitere oportet suorum peccatorum, & conari esse in statu gratiæ, vt suæ & aliorum orationes, si fuerint in peccato mortali, non sint inutiles, & effectu orato vacuæ.

Quinta Conclusio.

Quod licet varij varia circa hoc sentiant, secundum tamen doctrinam communiter receptam S. Tho. & aliorum, ^h orandum non est pro beatis, qui fruuntur regno cælesti, neque pro damnatis, qui cruciantur in inferno, neque pro existentibus in limbo, quo relegantur, quotquot recedunt cum solo peccato originali. Cuiusmodi sunt qui moriuntur antequam peccent mortaliter, vel cõsequantur gratiam, omnes nimirum in orientes sine baptismo ante vsum ratio

rationis, siue sint filij fidelium, siue infidelium; nisi excipiedos quis putet eos, quos comprehendit noua quadam opinio cuiusdam Cardinalis, quam tamen non approbo, ⁱ nisi quatenus S. Romana Ecclesia (cui & ipse eam submitit) approbarit. Pro obstinatis denique in peccato mortali non tenetur quis orare, licet non sit veritum, vt dixit S. Tho. ^l Inueniendus d. ctum illud Ioannis: Est peccatum ad mortem, non dico vt quis oret pro eo, super quo alibi ^m latius scripti, declarando id, quod super eo dixit quidam Cardinalis, ⁿ qui licet non alleget S. Thomam, potuit tamen id ex eo desumpsisse. ^o Cuius vtriusque dictum (meo iudicio) limitandum est, licet scriptum non reperiam de oratione particula ri. Nam saltem ministri Ecclesiæ generaliter pro omnibus Christianis orantes, neque possunt, neque debent eximere obstinatos, si non sint excommunicati.

⁶⁵ Ex quo sequitur primò, errare eos qui procurant dici & dicunt Missas & officia defunctorum pro infantibus, qui ante vsum rationis moriuntur, existimantes illa eis profutura. Nam si ritè baptizati obierunt, recta in cælum emigrant, sin minus, in lymbum, perpetuò in eo permansi. Non nego tamè posse, aut debere causa in ortis eorum peragi eiusmodi officia ad agendum Deo gratias, vt dicit S. Thom. alibi, ^p aut vt profint aliis defunctis, nempè parētibus, sin aliis viuus & defunctis sibi coniunctis, sibi coniunctis, vel saltem disunctis, iuxta eundem, ^q & alios: ^r in quo plurimos suspicor aberrare, & in his etiam aliquot sacerdotes, qui in secundo Memento Missarum, earum valorem applicant animabus illorum infantium. I I. Quod non minus verax quàm vrbanius, fuit quidam rusticus, patris mei famulus, qui dixit cuidam Abbati siue parocho, qui postquam sepeliisset filium quendam nonnullorum Neophitorum ex Iudaismo conuersorum, de more laudabili in similibus seruari solito, pro foribus domus conuersus ad illius parentes, sacerdotibus & populo præeuntibus, dicere cepisset: Oremus Deum, fratres, pro hoc infante, & illius prædecessoribus &c. Respondit enim ipsi rusticus, Domine Abba, neque hic infans eger tuis precibus, neque illæ vtilis esse possunt ipsius prædecessoribus, qui in sua infidelitate mortem obierunt, ob quod planctus versus fuit in risum. ^s An autem B. Gregorius peccauit orando pro Traiano in infidelitate mortuo, dicitur infra. ^t *

ⁱ Caiet. li. 3. par. qu. 68. arti. 2.

^l In 2. di. 45. in expositiõne litteræ. ^m In ca. ff. sacerdos, de Poenit. dist. 6. ⁿ Caiet. in 5. ieta. ar. 5. o. In 2. do. 43. in exposit. litteræ.

^p In 4. di. 4. in exposit. litteræ. ^q In 4. di. 45. q. 2. art. 2. in fine. ^r Pano. in ca. Fraternitæ de sepulchro. & facit gloss. c. sicut nõ est 23. q. 4.

^s cap. 22.

^d Gabr. in Can. Missæ lectio. 57. coll. 2.

^c In ca. 1. §. Sacerdos nu. 5. de Poenit. distinct. 6. f. Quodlib. 8. qu. 1. in fine arguementi.

^g In ca. 8. num. 1. & sequ.

^h Thom. in 4. disti. 45. quest. 1. 2. & 4.

Sexta Conclusio.

ORari potest pro infidelibus Iudæis, Mauris, & Paganis, licet quoad gratiam & gloriam non proderit, nisi conuersi fuerint, iuxta S. Tho.^s quin & pro excommunicatis oratione particulari, & priuata, non autem publica, quæ dicitur pro membris ecclesiæ, secundum eundem: Quales mihi videntur omnes orationes Missarum & horarum Canoniarum. Ex hac conclusione sequitur primò, malè agere sacerdotes, qui suscipiunt onus sacrificandi pro excommunicatis, nisi vt statim dicitur, peius verò eos, qui postea Missas dicunt, applicando earum valorem, & orationes illis. Missa enim, & illius orationes dicuntur pro membris ecclesiæ: Et vt passio Redemptoris nostri non producit effectum suum, nisi in iis, qui fide & charitate sunt illi conglutinati, ita admirabile illud sacrificium Missæ referens atque representans pretiosissimam illam passionem, non prodest nisi fide & charitate ei vnitis, vt eleganter dixit B. Thom.^s Limite tamen hoc corollarium, vt non procedat in inualidè siue nulliter excommunicatis, quos iurè sacerdotes non reputant excommunicatos excommunicatione valida, pro his enim benè possunt, per ea quæ alibi dico. Limite etiã vt tantum procedat in excommunicatis, quos credimus non poenitere peccati, ob quod fuerunt excommunicati, pro aliis nãque licet orare secretò, & eis applicare Missam, eiusque valorem sub conditione saltem actuali, vel virtuali, si eos verè poenituit, vel poenitet, quamuis non publicè, vt sentit Hostien. communiter receptus. Pro excommunicato, inquam, signa contritionis adente, aut in iis moriente, ob quæ credo eum esse, aut mortuum fuisse extra peccatù mortale. Pro illo enim licet etiam facere Missam, eique illius valorem applicare, antequam absoluaatur, non publicando illam pro ipso dici. Is enim coram Deo fidei & charitatis glutino vnitur Ecclesiæ, licet occultè: Ideòque pro eo occultè dici possunt orationes ab ecclesiâ institutæ: pro membris illius. Sicut etiam eum, quem credo saluaturn, licet non in numerum Sanctorum relatum, orare possum secretò velut sanctum, quamuis non publicè, secundum Innoc.³ & Communem.

II. Sequitur lectorem hinc dubitare posse de eo, quod sæpè in dubium verti, licet semel duntaxat in cathedra propolurim, putà, quomodo in officio Missæ veneris sancti publicè

publicè & expressè oramus pro hæreticis, cum sint excommunicati iure, b & Bulla' coenæ Domini, si pro excommunicatis non fit orandum oratione publica? Ad quod dubium dicit fortè aliquis, illud dilui ab Hostienfè, c communiter recepto per doctores, & eruditum Ioan. de Friburgo, d quatenus ait, nos non posse specialiter orare pro excommunicatis, generaliter tamen sic. Nam & ecclesiâ ipso die veneris sancto pro hæreticis orat. Cæterum idem iunctoris naris viro non satisfaciet, si perpenderit, quòd secundum hoc posset applicare orationes Ecclesiæ legitimè excommunicatis generaliter, quod absurdum est. Non etiam satisfaciet ei, qui animaduertit rationem S. Thomæ e paulò antè relatam, f ob quam non debet celebrari Missa pro excommunicato, comprehendere etiam Missas generaliter dictas pro excommunicatis, sicut eas, quæ specialiter celebrantur, quod clarum est. Denique non satisfaciet ei, qui perpenderit, quòd ecclesiâ non applicat sua suffragia, & adiutoria generalia, neque illa profunt Christianis excommunicatis, g licet sic in peccato mortali existentibus, & excommunicatione non innodatis. Itaque alterum duorum mihi videtur dicendum, nempe, vel quòd tempore, quo Ecclesiâ cœpit orare publicè pro hæreticis in die veneris sancto, non erant illi ipso facto excommunicati, h & licet postea sint, vel fuerint, remansit tamen illa oratio fortè ex inaduertentia: Vel quia hoc videtur durum, satius fuerit dicere, quòd eo die Sancta Mater Ecclesiâ non solum orat publicè, & in officio publico pro membris sibi fidei & charitatis, aut solius fidei vinculo conglutinaris, vti communiter solet precibus pro suis membris compositis, verum etiam pro exteris, & inimicis suis, siue sibi nunquam adhæserint, quales sunt Iudæi, Mauri, & Pagani, pro quibus etiam eo die orat. siue ei adhæserint, & postea ab illa defecerint, quales sunt hæretici, & Apostatæ. Non tamen hoc agit orationibus compositis pro suis membris, sed aliis institutis pro iis, qui tales non sunt. Ex quo responso subinfertur primò, quòd ecclesiâ neque orat, neque orare intendit pro excommunicatis, nec aliis infidelibus orationibus compositis ad orandum pro suis membris, nec quisquam ad eius nomen facere debet.

II. Quòd ecclesiâ interdum orat pro excommunicatis orationibus compositis ad orandum pro extraneis, & infidelibus,

a In 4. di. 18. qu. 2. ar. 1. qu. 2. ad 1. & 2. sec. quest. 31. art. 2. ad 1.

t In 3. par. q. 79. ar. 7.

v In cap. Cum contingat de Reser. pag. 60. & seq.

x In capi. Cum voluitate defenden. excò. y Iuxta c. A nobis 2. de sent. ex comm.

z Arg. d. c. A nobis 2. de sent. ex comm. cum ei annot. a In ca. 1. de reliq. & ven. Sanct.

b c. excommunicam. de hæret. c In d. ca. cum voluntate. col. 2. d In sum. Cõfess. lib. 3. tit. 33. q. 159.

e 3. par. q. 79. ar. 7. f Supr. in eadè conclus. n. 68.

g Per diffinitionem excommunicationis data à Thoma in 4. dist. 18. q. 1. arti. 1. & à nostris in rub. de sentent. excò. h Argu. c. corripian. tur. 24. q. 3. & Thom. 2. sec. q. 83. ar. 7.

bus, inimicis suis, & consequenter pro excommunicatis.

III. Quod eadem ipsa ratione, licet nemo debeat vel possit orare nomine ecclesie, & velut persona publica, pro infidelibus & excommunicatis, orationibus deputatis ad orandum pro suis membris, sed sic orationibus, quas habet illa compositas ad orandum pro infidelibus, & excommunicatis, & aliis per ipsummet orantem componendis & eligendis. Verbi gratia. Non possum ego tanquam sacerdos rogare pro Turca, nec pro eo, quem existimo ritè excommunicatum impœnitentem, ea oratione. *Omnipotens sempiternè Deus, qui dedisti nobis famulis tuis &c.* Illa verò dici veneris sancti, sic. *(Oremus pro perfidis Iudeis &c.)* & alia sequente. Possum etiam alia novè composita, (puta *Omnes Domine creasti, omnibus benè vis, omnes sumus opera manuum tuarum, pater es omnium, miserere Domine omnium, tam Maurorum, & Iudeorum, ac Christianorum, largireque nobis omnibus gratiam cognoscendi te, & serviendi tibi per &c. Amen.*) Et licet addendo supra dicta, multa addiderim omnibus, quæ in hoc actenus scripta sunt.

Addo tamen etiam quartò, quòd quamvis nemo possit, nec debeat applicare orationes Missæ, infidelibus, vel excommunicatis, neque earum valorem ad satisfaciendum pro eis, mea tamen sententia, potest quis celebrare Missam, rogando in orationibus illius, & applicando valorem pro eis, quibus ecclesia vult, & iubet id fieri, in finem, vt actum illum suum orandi, & applicandi pro eis, & pro quibus debet, suscipiat Deus pro oratione priuata, vt infidelis aliquis, vel excommunicatus conuertatur. Aliud enim est applicare orationes Missæ, eiusque valorem vni aliud applicare actum illum orandi & applicandi eidem. Et horum prius quidem fit in orationibus publicis ecclesie, eiusque nomine, posterius verò in applicando meritum particulare orantis & applicantis, ita quod nomine meo priuato celebrare possem Missam vnâ, aut horas Canonicas recitare in finem, vt se conuertat excommunicatus, aut Turca, non orando pro eis in orationibus Missæ, aut horis Canonicis, neque applicando earum valorem, eis, sed exhibendo suæ Maiestati seruitium illud, quod ei præstiti, aut præstare volo rogando, & applicando vti debeo Missam, & horas, quò sua Maiestas eos conuertat, quæ singularis, quotidiana, & hæcenus à nemine, quod sciam, tacta, declaratio est. Per quam defenduntur illi Missarum celebratores, & aliarum precum pu-

blica

1 Ideoque ab altero in alterum non fit illatio. I. P. Pinianus exuli ff. de Minor. c. Gum inter sub fin. de except.

blicarum recitatores, quos audiui dicere, pro illius auxiliis hæresiarum, Aut Principis infidelis conuersione toties Missam, totiesque psalmos pœnitentiales recitavi. Pro quo facit, quòd pro ritè excommunicatis orari potest etiam in primo Memento, in quo sacerdos orat velut persona priuata secundum aliquos, quos in hoc sequor, licet reliqua in Missa velut persona publica peragat. Facit etiam, quòd id quod operatur Missa ex opere operato, & nullo habito respectu ad dicentem, non prodest quicquam ei, qui non est incorporatus ecclesie per fidem, & charitatem, & per consequens, non possumus illud applicare ei, quem non credimus esse in gratia, secundum S. Tho.¹ supra relatum. Non tamen inferat quisquam me intèdere, quòd quoad Missas, paria sunt esse in peccato mortali citra excommunicationem, & esse excommunicatum. Qui enim solùm est in peccato mortali, & non excommunicatus, participat in orationibus, quæ generaliter fiunt ab omnibus Christianis, imò & earum valor illi applicari potest, quoad effectum satisfactorium, vt profit ei tempore, quo liber erit à peccato: Imò & quando ei obnoxius est, secundum opinionem, quæ hodiè receptior videtur, quàm contraria S. Thomæ, puta, quòd existenti in peccato mortali condonari potest veniale, & pœna purgatorij ob alia peccata debita priusquam ei condonetur mortale, vt fufius alibi diximus, nihil tamen horum duorum fieri potest pro excommunicato.

V. Quòd cui iniungitur vt oret, vel orat pro defunctis, quos credit in cœlis esse, non ineptè fecerit id, quod ipse sapius feci & facio, scilicet, credere ad meam, & cognatorum, atque aliorum amicorum consolationem, quòd sunt in cœlo, tanquam si eos viderem frui beatitudine diuina, & conuersari cum suis sanctis, & ad effectum orandi pro eis, credere quòd sunt in Purgatorio, veluti si eos viderem aduri flammis: Nam alibi probo fufius, (enucleando novè nonnulla capitula difficillima iuris) credere me posse aliquid ad vnum effectum, & contrarium ad alium, mediantibus diuersis causis impulsivis in id sufficere. Saltem diuersis temporibus, & credulitate, quæ habeat virtualem hæsitacionem, iuxta ea, quæ vtilissimè ad praxin quotidianam, declarando quædam dicta vtriusque Thomæ, diximus nuper. P * Non intendo camen dicere, necesse esse credere defunctum esse in Purgatorio, vt possit orari pro eo, sufficit enim dubitare, ad effectum orandi pro eo, &

non

k Syluester & Io. Tabien. verb. excommunicatio l.

l 3. par. q. 76. ar. 7. m In hoc ipso c. nu. 68.

n In c. l. in princi. num. 45. & seq. de pœnit. dist. 6.

o In c. Si quis autè de Pœnit. dist. 7. nu. 113.

p In Rub. de iudic. nu. 48.

non credere firmiter esse in inferno, aut in Paradiso, vt sentit S. August. ¶ relatus à Gratiano, ¶ habendo pro certo, quòd licet non prosit oratio eis, pro quibus oratur, proderit tamen aliis, vt declarauit S. Thom.⁸

Septima Conclusio.

Sanctum esse orare pro inimicis, vt fecit Dominus t in cruce, & S. Scaphanus, cum lapidum grandinibus obrueretur, ¶ sequendo diuinam illam euangelij doctrinam. * Orate pro persequentibus, & calumniantibus vos. Quin & tenemur non eximere eos ab oratione generali, quam pro omnibus Christianis facimus, iuxta S. Tho. receptum, ¶ adeò, vt qui dicit (*Pater noster*) peccaret, si de petitione illa generali. (*Panem nostrum quotidianum da nobis hodie*) eximere vellet suos inimicos. Tenemur etiam habere voluntatem orandi in particulari pro illis, si videamus id esse necessarium ad salutem animarum, vt idem ait, illa eleganti ratione: quòd vt tenemur amare inimicos, ita etiam orare pro illis. & consequenter, tenemur eos generaliter amare, & includere in amore, quo prosequi debemus omnes proximos, eosque ab illo non eximere, imò & si videamus illos in necessitate extrema, amare eos particulariter, & eis benefacere in particulari, vt idem S. Doctor docet alibi. ¶ Ita quòd tenemur non eximere eos ab oratione generali, imò & orare pro eis in particulari, si eo egerent extremè. Nolo tamen dicere, peccatum esse orare Deum, vt immittat aliqua mala, & damna temporalia, quin & mortes corporales nostris inimicis, aliisue prauis hominibus, vt peccatum agnoscant, & conuertantur, aut non tam grauiter peccent in suum bonum, vel Reipub. vel ad executionem iustitiæ diuinæ vel humanæ, quum scimus, aut non sine ratione pro certo habemus eos peccare, nobis inferendo, aut parando inferre mala, aut alia faciendo. Tum quia variis in locis scripturæ sacræ id rogarur. ¶ Tum quia sæpè licet illis malum inferre, imò & illos interficere, iuxta iura, ob dictos respectus. Quicquid autem iustè fieri potest, potest etiam iustè & sanctè rogari, ac peti à Deo, licet non contrà, quicquid iustè possumus petere, possumus etiam agere, vt resoluēbar doctè quidam Cardinalis. b Nam sanctè potest quisquam rogare Deum vt Princeps Turcarum moriatur, vel alius quilibet Tyrannus, vt

¶ Lib. de agēd. cur. pro. mor. ¶ In c. Nō existime- mus 13. q. 2. ¶ In 4. dist. 45. q. 2. ar. 4. in fine. ¶ Luc. 23.

¶ Acto. 7. ¶ Math. 5.

¶ 2. sec. qu. 33. ar. 8.

¶ 2. sec. qu. 23. ar. 8.

a Psal. 68. ibi. Fiat mensa eorum corā ipsi in laquei, &c. & Psal. 118. Auerte mala inimicis meis, &c. & alibi sepius. b Caiet. 2. sec. q. 53. art. 2.

79 nus, vt eorum tyrannis & peccata cessent, & Hæresiarcha, vt hæreses eius sopiantur, saltem quum nullum alium remedium apparet: Licet non vnusquisque possit quemcunque Tyrannum & Hæresiarcham occidere, vti determinauit Concilium Constantiense.^c

Octaua Conclusio.

80 Quid surdus non debet dicere suas horas recitando cum alio, licet sic cauendo in choro, iuxta Parisienses. d Nam vt ipsi aiunt, nemo est tam surdus, qui non audiat canentes, nec est qui videndo aperiri, vel claudi labia iis, qui sunt sui vel alterius chori, non sciat quando canere vel silere debeat. Quam conclusionem, & eius fundamenta non existimo satis firma. Tum quia sunt surdi qui audiunt, & sunt qui audiunt quidem, sed non nisi voce tam stentorea & sublata clamantes, quanta communiter non vtuntur chori, etiam voce subtilissima canentes, saltem cum festinè canunt. Tum quia videre solam apertionem, aut compressionem labiorum alienorum, non est audire canentes. 81 Dico igitur Beneficiarium non excusari à choro, eo quòd sit surdus, si ex eo quòd videt, vel audit, assequitur quando canere vel silere debeat, sed non satisfacere canendo solum pensum sui chori, nisi audiat pensum alterius, vel saltem recitet submissè ex Breuiario, vel psalterio, per supradicta. e De cæco tamen non surdo clarius est non esse excusatum à Choro, & minus à Capitulo, neque, meo iudicio, satisfacit audiendo pensum alterius & sui chori, nisi canent pensum sui, qua parte potest. Tum per determinationem illam singularem cuiusdam Cardinalis f supra positam: g nimirum, Non satisfacere beneficiarium, qui rectè audit versum alterius chori, & versum suum submissè recitat, nisi si cæteris concinat. Tum quia potest memoriæ mandare totum psalterium, & consequenter recitare. & cantare cum aliis. Ex hac conclusione sequitur, neque surditatem, neque cæcitatē esse infirmitatem sufficientem ad lucrificandum distributiones quotidianas, non eundo ad Chorum. Cui addo neque his, neque illis scrupulum mouere debere, quòd non audierint benè antiphonam, quam in pulpito cecinerunt cantores. Siquidem, vt rectè determinarunt ipsimet Parisienses, h recitanti, aut canenti in choro non oportet repetere, dicere, vel supplere quod alij dixerunt, dum

c In sess. 15. tit. Condenatio.

d Maior in 4. dist. 12. quest. 6. col. 3.

e cap. 30.

f Caietan; lib. 17. Respons. respo. 6. 8. & in summa ver. Horarū in fine. g cap. 10. nu. 26.

h Maior in 4. dist. 12. quest. 6. col. 3.

dum ruffit, vel cruor è naribus diffluit, aut quicquam decēs loquitur, etiam ſi ob id chorum egrediatur, dummodo exiguum ſit, quamvis pſalmus integer: Ratione namque ſocietatis dictum ab vnis cenſetur dictum ab alijs, qui mediocri cum ſollicitudine dicūt, & audiunt quod decet, licet ob aliquod iuſtum impedimentum incidens non dicant, vel non audiant, aut non tam rectè ac vellent. Quāuis alijs ſemper conſulere ſoleam, quod mihi expediens videtur: nempè ſollicitè conſueſcere ad nihil, quod debeat auditri, prætermittendum, & ſi quid prætermittatur, ſupplere illud citra impedimentum chori, & abſentiam ab eo. Qui enim (vel quia tardius ingreſſi, vel egreſſi ſunt, aut dormierunt) prætermiferunt quippiam, & ſupplent illud recitando in-terea, dum alij canunt, non rectè agunt, per ſupradicta¹.

¶ In ca. 10.

Nona Concluſio.

QVòd aliqua priuilegia conceſſa ſuper recitatione, ⁸⁴ magis videntur declarationes iuris communis, quàm priuilegia. E quibus ptimum ſit Papæ Syxti¹⁶, quo indulſit fratribus Minoribus, vt pſalmo aliquo ſupplere poſſint aliquos defectus paruos, quos eo quòd non poſſunt benè audire, vel videre, admittunt in choro, quandoque non teneantur repetere illud ipſum, quod omiſerunt. Illud enim videtur ius commune, adeò quidem, vt & ſæpenuerò non ſit neceſſe ſupplere etiam alio pſalmo, vti colligitur ex ſupradictis¹.

¶ I I. eſt Papæ Innocentij viij.^m quo conceſſit, quòd fratres Minores omittentes aliquid ex officio diuino, poſſint illud ſupplere vno pſalmo, vel Pater noſter, aut Ave Maria: Iſtud enim priuilegium, mea ſententia, intelligendum eſt de parte non notabili, per mox dicenda: & quando tam exiguum eſt quod omittitur, quod licèt omitteretur cum culpa, & non ſuppleretur, non imponit neceſſitatem repetendi ſub pœna peccati mortalis per ſupradicta.ⁿ

¶ I I I. eſt eiufdem Innocentij viij.^o qui conceſſit, vt fratres profeſſi, qui per ſe recitare neſciunt, non teneantur ad id ſub pœna peccati mortalis, donec illud ſciant, dum tamen agant quod in ſe eſt, & dicant pro ſuo captu, & præterea dicant horas laycorum. Nam per ſupradicta^p cõſtat eos iure communi ad plus non obligari, imò neque forte ad tantum propter obligationem, qua per hoc priuilegium obſtrin-

¶ In compedio priuilegioſi fratru Minorum.

¶ In prima concluſione & in c. 10. num. 19. & in cõſequentibus.

¶ De quo id d. compend. & verb. n. 7.

¶ In c. 10. o In eodẽ compend. & verb. num. 8.

¶ In c. 10.

obſtringuntur, recitare horas laycorum.

¶ I I I I. eſt Alexandri vj. ſimile ſecundò ſupra allegato Innocentij viij.

V. eſt Papæ Leonis x.^q quo conceſſit fratribus minoribus, vt cenſeantur implere mãdatum Concilij generalis^r, quatenus iubet hor. s. ſtudioſè & deuotè dici, quin & ſua regula, licet fatigati, vel alia de cauſa dicant ſuas horas ſedentes, aut deambulantes, aut non pronuncient integrè verba per negligentiam vel ignorantiam, vel ſuam malam pronunciationem naturalem, & defectum linguæ, vel aliter, quantumcumque dicant imperfectè, cum diſtractione mentis, aut euagatione ſenſuum, dum tamen id non faciãt ex malitia. Quod etiam conceſſit recitantibus admittentibus ſupradictos defectus, quòd nimirum non teneantur repetere, quod alij imperfectè pronunciant, aut quod audire

⁸⁵ nequeunt ob ſtrepitum, vel loci diſtanciam. Iure enim communi poſſumus recitare horas ſedentes & deambulantes, vt ſuprà diximus^s, etiam ſine vlla cauſa, quantum magis ob fatigationem, vel aliam cauſam, ob quam priuilegium iſtud indulget. Eodem quoque iure communi non tenemur repetere horas, in quibus per negligentiam vel ignorantiam, aut malam pronunciationem naturalem, vel defectum linguæ, defectus aliquos admittimus, vel dicendo noſtrum penſum, vel audiendo ſociorum, niſi defectus efficiam partem adeò notabilem, vt ob illam repeti, & reiterari debeant, vti ſuprà probatum eſt^t. Non eſt autem (meo iudicio) priuilegium hoc intelligendum de omittentibus partem notabilem, in ijs ſiquidem non militat eadem ratio, quæ in parte, quæ non eſt notabilis, per ſupradicta de his partibus, & priuilegia reſtringenda ſunt, non amplianda^v, & ſi dicas, quòd ſecundum hoc nil proderit iſtud priuilegium, neque alia iam dicta^x, reſponderi tibi poterit primò id, quod ad aliud ſimile ſuprà diximus^r. Quòd licèt huiuſmodi priuilegia nihil concedant ultra ius, multum tamen conferunt ad pellendum ſcrupulos, & ad alios eſſe-

⁸⁶ tūs ibi dictos. Quod ſatis ſenſit compilerator horum priuilegiorum, ponendo in margine verba illa (*Pro fratribus ſerupuloſis*) Qui vt fuit mihi plurimum obſeruandus in Chriſto pater, & dominus Salamantica, & non dedignatus fuit aliqua, quæ in illis ſcribebat, communicare, ita credo eum æquo animo larurum, ſi admonuero lectorem, quòd aliqua eorum, quæ ſua Paternitas ibi dicit, diuerſa ſunt à

¶ De quo in d. comp. p. d. & verbo. 5. 16. r. c. dolentes, de celeb. Miſſ.

¶ In ca. 4. n. 13. & 14.

¶ In ca. 9. num. 18. & conſeq.

¶ Reg. que cõtra iura d. reg. iur. lib. 6. cap. de priuileg. x. Contra c. in his de priuileg. l. ſi quando. C. de inof. teſtam. ¶ In ca. 13. nu. 57.

prototypis & originalibus, quoad aliquos effectus, qui tunc temporis ei, licet docto & circumsperto viro, non occurrerunt. Nam nisi ego dudum vidissem originalia, suspensum fuisset interdictum generaliter positum in hac ciuitate, die & octaua festi Conceptionis virginis maris, quod plerique viri docti responderant faciendum, & quidem bene, penso solo eo, quod prædictus auctor in suo compendio transfert ^z, non tamen viso prototypo & originali, quod solum habet, vt suspendatur in ecclesiis, in quibus recitatur officium illius festi, compositum à prothonotario de Nogarolis, quod inducitur in Extrauag. Syxti iiii. qui est primus in tit. de Reliquiis & Vener. Sanctor. & quod illud non recitatur in hac ecclesia, nec eius episcopatu, & ideo non fuit suspensum. Itaque quando consulendum fuerit super aliquo casu particulari dubio, videtur perpendendum originale, quod in sua doctissima prudentia curiosissimè allegat, magno cum fructu & leuamine literatorū. I. I. responderet tibi, prodesse ad tollendum obligationem, qua religiosi nonnunquam obstrungi possunt, ad supplendum sub pœna peccati venialis aliquos defectus, qui solo peccato veniali admittuntur. Pro hoc intellectu facit, quod istud priuilegium non excusat à peccato etiam veniali eum, qui admittendo aliquos defectus in eo contentos peccasset, nisi fuisset priuilegiatus: solum enim conceditur in fauorem eius, qui non obstantibus illis defectibus, videatur satisfacere mandato Concilij generalis, & multi ei satisfaciunt peccando venialiter, vt supra dictum est. ^a Facit etiam, quod illud quod de euagatione & distractione intelligendum est, ita vt saltem virtute attendat ad id quod dicit, quod clarè significat id, quod de malitia addit. Quod ipsum etiam est de iure communi, per supradicta. ^b Ex hoc sequitur id, quod mihi semper tale visum fuit, periculosum nimirum esse ordinato & ordinanti, promouere balbutientes ad sacros ordines, præsertim presbyterij. Balbutientes, inquam, impotentes ad recitandas suas horas absque notabili errore, admitti enim non debent secundum Ioan. Andr. communiter receptum, licet non sit textus in id expressus, & illius ratio, quam meliorem reddidit additio, scilicet, quod qui est inhabilis ad vnum officium, non debet ad illud assumi, per ea, quæ latissimè scripsimus alibi, ^c facis militat in ita balbutiente, & licet facile dicant aliqui matum ^d posse ingredi, & profiteri religionem non tamen

est

est facile defendere, posse bene exigi ab eo professionem ad chorum, ^e * & ideo sententia illorum limitanda est, vt procedat in admissione, & professione ad alia officia temporalia, quæ non respiciunt chorum, neque ordines: Quandoquidem ad hæc non est idoneus. *

V I. est eiusdem Papæ ^f, qui concessit fratribus Minoribus, vt omne quod in Missa, & horis Canonicis secretò dici debet, sufficiat dici mentaliter citra pronunciationem vocalem. Istud etiam non est priuilegium, quatenus sufficere continet dicere illas absque expressione vllius verbi, quod audiri possit ab alio, licet sic continet sufficere dicere mentaliter absq; vlla voce secreta vel publica. Suprà enim conclusimus ^g, Orationem publicà requirere verba secreta vel publica. * Et quamuis in additione vulgari sermone facta significauimus, disputando defendi posse, etiam in hoc sensu non continere priuilegium, eo quod possit teneri, etiam iure communi licere mentaliter tantum dicere, quæ secretò dici iubentur, quia verba videntur requiri principaliter, quod alij audiant, & quod doctrina glo. & Thom. suprà citata, & communiter recepta non procedat, per ea quæ dicta sunt ^h in his, quæ secretò sunt dicenda, consulendo tamen longè verius videtur omnem orationem publicam etiam secretò dicendam, requirere verba saltem secretò inter dentes & labia formanda. Tum quia omnes canones, & statuta Breviariorum habent, vt dicantur, & nulla, quod mente tantum concipiantur. Tum quia propriè aliud est dicere, & aliud cogitare ⁱ. Tum quia significant aliud esse agendum de his, quæ in primo, vel secundo Memento sunt concipienda, & aliud de iis, quæ sunt secretò dicenda. Tum quia nemo auderet asserere, quod sufficeret verba consecratoria accipere mentaliter, licet sufficiat dicere secretò, ita vt nemo illa audiat. ^k *

V II. est eiusdem Papæ Leonis, qui concessit fratribus minoribus ^l, vt cum erunt infirmi, & nõ poterunt discernere, an labore infirmitate, quæ sufficiat excusare eos à recitatione, sufficiat dicere alios psalmos, & hymnos, vel Pater noster, & Aue Maria toties, quoties prælati, & frater, vel conuentus iudicari, quando medicus, si commodè haberi possit, diceret recitationem horarum fore eis noxiam. Perpicuum est cap. hoc non continere priuilegium: nam nihil continet contra ius, quandoquidem iure communi excusatur à recitatione ob infirmitatem omnis, qui bona fide,

X 2

z Verb. cõceptio. §. si. verb. in terdictum 7-9-7.

a In ca. 13.

b In d. ca. pi. 13.
c In repe. c. si quãdo. pag. 46. de rescript. & in c. inter verba. ii. q. 3. pag. 31. nu. 111.
d Bald. An. g. l. in fact. in l. ex pacto. in p. in. ff. de viug. & in l. mucus. §. de acq. hæred.

e Arg. ca. non est pa randa. i. q. 1. & l. idem iuris. §. j. ff. ad leg. Aquil.
f In cod. compend. & verb. §. 17.

g Ibidem.

h Inc. lo

i Argu. c. cogitatio. nis. de pœ nit. dist. 1. ad iuncta l. si non con uirij. C. de iniuriis.
k Arg. ca. detrahe. l. q. 1. c. 1. de Baptism.
l In dicto §. & compendio.

m. Ead. cō
cluf. & c.

& sine fraude credit medico, aut alicui alteri graui viro dicenti, quod ei recitatio noceat. Prodest tamen, vt supra dixi^m, ad remouendum scrupulos, & dubia conscientiarum parum & timidarum.

a In ca. 3.

VIII. est eiusdem Papæ Leonis, qui concessit eisdem fratribus, vt negotiis districti possent antepone, & postponere suas horas iure statis, dicendo Martinas ante mediam noctem, & reliquas horas vsque ad vespertas manē, licet negotium non sit magnoperē necessarium, si existimāt, quod eas sic dicendo deuotius dicant. Quod tamen non est verē priuilegium, quia nihil continet, quod iure communi non concedatur, vt supra probauimusⁿ.

o In dicto
cap. 10.

IX. est eiusdem Papæ Leonis, qui concessit eisdem fratribus, vt possint officia feriarum, quæ sunt prolixiora anticipare & dicere diebus, quibus sunt oriosi, & officia festiua, quæ sunt breuiora, reseruare in eos dies, quibus credunt se fore occupatos concionibus, & confessionibus, modò id non faciant in fraudem, sed ad melius studendum, prædicandum, & confessiones audiendum. Quod tamen non videtur priuilegium: quia tantumdem, & amplius posse fieri iure communi supra ostensum est^o.

Decima Conclusio.

Aliqua priuilegia nonnullis à S. Sede Apostolica concessa super horarum recitatione, esse verē priuilegia, quorum primum est illud, quò Leo X. concessit fratribus Minoribus, qui recitauerint suas horas ex libro, vt lucrifacerent indulgentiam medietatis peccatorum, quæ die, quo sic dixerint officium, perpetrarint. Nam hoc merum priuilegium est. Ex quo videtur colligi, melius esse dicere horas ex libro, quàm memoriter: si enim id non esset tale, non concessisset tam magnam indulgentiam illud agenti. Contra quod facit, quòd ad contemplandum Deum, & diuina, mens recitantis memoriter videtur esse magis libera, & minus occupata, & ita paratior ad tertiam, quæ trium attentionum supradictarum optima est: Sed responderi potest, quòd licet hoc respectu melius sit recitare memoriter quàm ex libro, aliis tamen est melius recitare ex libro, præsertim indoctis. Tum quia recitans prolixè memoriter, qualis est recitans horas Canonicas, facilius distrahitur ad extranea, quàm si ex libro, præsertim si est indoctus, & non intelligit ea quæ recitat. Tum quia non nihil recolligitur ex lectio-

quoad

p In ca. 13.

quoad habendam tertiam ac infimam speciem trium attentionum supra declaratarū P, quæ verba, & eorum ordinem respicit. Quare melius esse mihi sum expertus recitare partim legendo, partim verò memoriter. Necessitas enim vel propositum recitandi semper legendo, vel semper memoriter id faciendo, tertiam (quæ est optima) attentionem cuius infra scriptam orationem in fine alicuius horæ, cum vno Pater noster & Ave Maria pro scilicet statu ecclesiæ, & suæ Sanctitatis, dicenti concessit remissionem omnium defectuum, quos in ea hora ex fragilitate humana admisisset, & quòd sufficeret dicere eam in fine multarū, vel omnium horarum simul dictarum, aut cum aliquo inter horam, & horam interuallo modico. Oratio prædicta est hæc. Sacrosanctæ & indiuiduæ Trinitati, crucifixi Iesu Christi D. N. humanitati, & beatissimæ, ac gloriosissimæ Virginis Mariæ fecunditati, siue integritati, & omnium sanctorum vniuersitati sit sempiterna laus, honor, virtus, & gloria ab omni creatura, nobisque remissio peccatorum, per infinita sæcula sæculorum. Amen. Et beata viscera Mariæ Virginis, quæ portauerunt æterni patris filium, & beata vbera quæ lactauerunt Christum Dominum, Pater noster, Ave Maria, pro intentione supradicta. * Caueat tamen is, qui hoc priuilegio vti volet, ne fiat ei occasio negligētius, & laxius horas suas recitandi, concepta fiducia remissionis per prædictæ orationis dictionem habendæ. Quod non paucis contigisse noui, ob quod à consuetudine illam semper dicendi frequenter abstinui. ¶ III. est, quod Regi Francorum Christianissimo concessum est ab Innocentio iij. vt quarant decem dierum indulgentiam, quotquot pro eo rogarent, teste Thoma, * quod credo concessum ei fuisse propter illustrissima officia, quæ Regia illa Regum francorum Christianissima, piissimè ac magnificentissimè olim erga S. Sedem Apostolicam præstitit. Omissis enim iis, quæ scriptores Gallici prodiderunt, quæ aliquibus nimia videri possent, Doctor quidam magni nominis Hispanus^s, sapius testatur, quòd septem vel octo Papas sede sua Romana deturbatos, vsque ad ætatem suam suis impensis, suorumque sanguine restituerunt. Quamuis non desint, qui dicant eos ætate nostra maiorem dare causam belli quàm pacis, neque qui alios id facere contentant: Cuius rei veritatem, quicquid hi vel illi dicant, nouit

q Argu. l. conuenire ff. de pact. dota. l. c. ex parte. de cōsuetud. r In 4. dist. 20. q. 1. art. 3. sub finē.

s Io. Lup. à palatiis Rubeis in 4. pat. 6. j. de iure ob tent. & retent. Regni Nauar.

ille Rex cœli Regum, qui nihil ignorat, quique non minus diligenter à Regibus terræ suorum actorum rationem exiget, quam ipsi à sibi subditis exigere solent. Histamen addo, quod licet bonum sit orare Regem Regum pro Rege Francorum, & pro quibuslibet aliis Regibus catholicis, cum Indulgentiarum privilegio, & absque illo, non tamen id quod communiter vulgus orat, nimirum, ut quoquo modo hostes perimant, & eorum ciuitates diripiant, incendiantque, sed potius, ut hostes respiciant, malè ablata restituant, pro iniuriis illatis satisfaciāt, pacemque piam æquis conditionibus dent & accipiant; ut quos vnum baptisima, vna fides, & vna spes in vna eademque Ecclesia Romana coniungit, vna etiam charitas vinciat, & in gloriam deducat æternam. Amen.

* Admonemuste, Christiane lector, scripsisse nos hoc in loco in editione vulgari libere quidem, sed humiliter & pie, quædam de Carolo. V. Imperatore gloriosissimo, eodemque Rege Catholico, & de Francisco Valesio Rege Francorum Christianissimo, eodemque fortissimo; que iustissimo; pietissimoque illi Ioanni Lusitanæ Regi, huius nominis. III. eorum vtrique amico, & alteri sanguine, alteri antequam foedere iuncto, adeo placuerunt, ut eius Maiestas mihi eam in id hortanti dignata sit dicere, se conaturum præstari, quod mihi maxime optandum in suis Regnis scripsi: Ea vero paulum mutata hæc erant. Primum quidem, quod debebamus Deum Opt. Max. rogare, ut non solum conseruaret Ecclesiam Christianam, quod Ecclesia semper facit per illud. (*Vt Numum Apostolicam, & omnes gradus Ecclesia in sancta religione conseruare digneris*) quodque certum est factum iri, iuxta illud Luc. 1 (*Rogauit Petre, ut fides tua non deficiat*) sed etiam ut eam conseruaret in libertate, & præseruaret à seruitute, ne cuiquam infideli Principi subderetur. Quod an sit futurum, non esse vsque adeo certum, dixit Remundus Rufus in illo suo omnibus numeris perfecto libro, quem in Carolum Molinæum pro Papa cōscripsit. Rogare, inquam, id debebamus, quia seruitus moti comparatur.

II. Quod debebamus rogare eundem Opt. Deū, ut prædicti duo Monarchæ sua diuina inspiratione, aliquam firmam inter se pacem inirent. Tum quia pax omnibus optanda est, iuxta illud: * Non nisi tempore pacis colitur pacis author. Tum quia illi ambo totam ferè Christianam Europam in duas veluti quædam factiones diuidebant, & eis bel-

lantibus, tota ferè illa bellabat, & eis habentibus pacem, tota ferè sedabatur. Tum quia sine tali pace, nec Carolus præstare poterat quod optabat contra infideles, aduersario ei Francisco, nec contra Franciscus poterat satis imitari suos maiores, aduersante Carolo.

III. Quod à plerisque omnibus totius Europæ Christianæ prudentibus probabiliter timebatur, quod Turcarum Princeps, ut bonam partem orbis Christiani suo Imperio subiugarat, ita & quod reliquum est eius esset subiugaturus, nisi aliqua firma pax inter eos iniretur, quoniam prudentia humana bellica dictare videbatur, non posse abique miraculo tanto tyranno à Christianis resisti, nisi eorum viribus in vnum terra marique coniunctis.

III. Quod prædicti ambo sibi certo persuadere debebant, quod sua potentissima Imperia adeo excreuerant, ut eorum controuersia armis sopiri nequirent, nisi tota Europa Christiana ferè euerfa, & viris fortibus & fortibus exhausta, & consequenter Turcarum tyrannidi ferè exposita, per prædicta.

V. Quod eius controuersia tot erant, & tam vetusta, & tam implicata, & omnes ferè, qui possent esse iudices, & consultores, adeo alteri parti affecti, ut per iustitiam leges sine armis nequiret haberi pax prædicta, cum non posset sperari sententia vlla, quæ vtrique parti adeo videretur iusta, ut ex ea eiusmodi pax oriretur, quam ambo optare asseuerabant.

VI. Quod videbatur multis (in quibus ipse erā) moraliter impossibile, ut inter eos pax firma pacto gratuito fieret, quā do quidē in vtriusque regnis vtrique iuri discendo, & docendo nauans operam certo accepi, neutrum velle quicquam de petitis à se gratuito reddere, nec quicquam de his, quæ petebat remittere, sed retinere omnia possessa, quæ prætendebat esse sua, vel iuste retenta, & repetere ab altero omnia, quæ sua esse prætendebat, licet ea non possideret. & ita frequenter à sexaginta annis dixerunt multi (in quibus & ipse fui) multas, quæ inter eos frequenter intercesserunt, paces non fuisse veras paces perpetuo duraturas, sed potius inductas occasione comoda bellandi finiendas. Quod cum ante 30. annos de quadam solennissima pace inter eos facta dixissem Illustrissimo illi, & prudentissimo Castellæ Gubernatori, Cardinali Don Ioanni à Tauera, nulli omnium, qui nostra ætate pro aliis guber-

Luc. 22.

1. Seruitus cum ei annota. per glo. & omnes. nu. de reg. iur. x. Circa. de Septu.

narunt, secundo, & ille primum demiratus, audita ratione desit mirari, & ante sesquiannum rupta pace laudauit, me vocans prælapum.

VII. Quod ex his omnibus inferebatur, non videri omnino paradoxum id, quod semel in quodam sublimi consensu proposui, nempe potuisse quempiam, qui pacis tantorum Monarcharum, & Ecclesie Sanctæ conseruationis factis auidus esset, probabiliter opinari, eos ambos in foro conscientie videri obligatos ad ineundam aliquam pacto non gratuita, siue aliquam transactionem super omnibus suis controuersis, ita vt qui nollet dare vel accipere conditiones æquas, non abs re saluti animæ suæ timere poterat.

VIII. Quod prædicta opinio videbatur colorari hac consideratione, quod omnes, qui possunt succurrere saluti, & libertati proximorum suorum, qui liberi essent, etiam priuatoreum periclitanti, & non succurrunt, peccant, saltem si non est alius qui succurrat, & magis qui non succurrunt saluti, & libertati patriæ, & Reipub. suæ, quia magis obligantur ei, quam proximis priuatis, & à fortiori, multo magis qui possent, & non succurrerent saluti & libertati Ecclesie Christianæ, si periclitaretur. Et quod prædicti duo Monarchæ facta aliqua iusta transactione, quæ à Pontif. Max. de consensu statuum Regnorum vtriusque in Comitibus generalibus præstito, confirmaretur, & censuris munitur, poterant ineundo aliquam firmam, & honestam pacem succurrere libertati Ecclesie Christianæ, quæ videbatur periclitari, & non erant alij, qui id præstare poterant.

IX. Quod altioris indaginis erat diffinire, An summus & vnicus Christi Vicarius, vt decenter poterat eos innicare, ita etiam potuisset eosdem adigere ad ineundam prædictam transactionem, si prudentia bellica Christiana iudicasset eam tam sanctam, & tam necessariam, vt sine ea totius libertas Ecclesie periclitaretur. Altioris, inquam, erat indaginis hoc diffinire, quamuis deduci forte possit ex his, quæ alibi definiuimus, adiuncta illa theoria Concilij Agathen⁹³ sis, nempe quod iudex potest compellere partes ad honeste concordandum super lite veteri & intricata.

X. Quod non est meæ paruitatis censere, An prædicta, quæ coloratè videbantur dici de prædictis duobus Monarchis, arte & fortitudine bellica cum primis antecessorum suorum celeberrimis, locum sibi vendicent in eorum successoribus, quamuis charitatis, professionis, & ætatis meæ

lit mal

y Iuxta C.
Non in in
ferendaz,
qu. 3. cum
multis,
quæ in cõ-
mentario
eius adie-
cimus, &
luminaria
reperiuim-
us in Ma-
nuali cap.
24. à n. 5.
& Arg. ca.
Eicet. leuo
re, & li. vt
patriæ cõ
& iur.
a In Re-
pet. c. No-
bit. de iu-
dic. à num.
96.
b Refari
in ca. Pla-
cuit 90 di.
& late de-
clarari per
Felyna
citatos ab
1791. Ru.
de 1. n. &
pac.

fit, malle videre inter eos aliquam pacem, quæ omnino firma esset, initam, & eorū animos, vires, & fortunas in quocumque infideles pro fide Catholica coniunctos, vt certè maluisse vidisse ante 40. annos inter præfatos duos Monarchas eorum præcessores factam, quàm vllum huius mundi Regnum, munus & imperium. Tum quia illa inita principaliter ob amorem, & timorem castum & filialem Dei Opt. Max. & odium Cacodamonis pessimi & sequissimi fuisset eis coram Deo & hominibus gloriose firma, & longè utilior quàm ea, ob quæ remittenda, vel recipienda non fuit inita. Tot enim aureorum Myriades in eis retinendis vel recipiendis impenderunt, quot satis superque fuissent ad deturbandum à sedibus (quas vi occupant) Turcas, Saracenos, & ad sua Imperia duplo magis quàm sint, sanctè dilatanda, & terram sanctam Ecclesie Christianæ restituendam. Fuisset item vtilissima omnium eorum subditis, quò libera commertia exercentes, Regnorum necessitatibus subuenirent, & ad pauperibus erogandum ditescerent. Fuisset item religioni conseruandæ commodissima. Per eam enim effectum fuisset, ne pseudoeuangelia, nec antiqua nouè, ac perperam intellecta, impunè in regnis eorum ac Imperiis cum maximo eorum dedecore, & auctoritatis ecclesie Romanæ iactura defenderentur, & prædicarentur. Cui malo nisi diuina bonitas antidoto aliquo salutari, ne vltius serpat, medeatur, timendum est libertati Ecclesie Christianæ veræ, eiusdemque Romanæ, ne, quæ à veteri Oriente & Aphrica, & bona parte Europæ iam est explosa, in nouum Orbem migret. Quod ne prædicta diuina bonitas permittat, o Primates Orbis, Summates & infimates sacuti frequenter hortatus S. D. N. hac in re, vt in cæteris, vigilatissimi, cõtendamus, per Deum singuli quique in suo gradu & ordine, contritione primùm vera, & confessione integra peccatorum, deindè ieiuniis, elemosynis, & operibus pijs, vt Regibus omnibus Christianis, & toti populo Christiano veram pacem & concordiam, veramque charitatis vnionem donate dignetur. Amen. *

XI. præterea hoc eodem loco (vt redeat vnde digressa est oratio) dicebam, debere nos orare eundem Opt. Max. ne permitteret illorum duorum, & aliorum omnium Monarcharum Consiliarios prouocare eos ad cæcos impetus iræ, superbix, & ambitionis: Quia potius eis persuaderet rationes Iustitiæ, charitatis, mansuetudinis, & veræ humilitatis,

X 5

quibus agnoscerent iusta, & quàm parum sine auxilio diuino possunt, & quàm multum cum eo. Debere nos item diuinae Maiestati eius supplicare, vt sua benignitate ex aliquorum subditorum suorum animis depelleret furias illas infernales, quæ adeò eos exagitabant, vt nunquam non maledicerent, nunquam non incumberent calumniis, iniuriis, & obtreptionibus in Reges suis Regibus aduersarios, & eorum subditos (quod solum vti nam non suffecerit impedienda paci veræ, nobis tam necessaria & optata) quæque vix sinebant eos cognoscere peccatum esse detrahere superioribus. ^c Quoties, ô bone Deus, nauans operam literis discendis & docendis in Academiis Regnorum vnus illorum, vt ⁹⁴ satisfacerem Deo, & conscientie meæ, restiti eis, qui cum ignari rerum Regnorum aduersariorum, laxato (vt aiunt) omnino fræno, nullo Dei timore frænati, infamabant Regna, alienosque Reges, & subditos eorum, adiiciendo eis epitheta, quæ vel dicere pudor est. Restiti, inquam, & sapius cum fructu, admonendo eos multa varij generis bona, multaque animi & corporis dotes, quibus Deus Opt. Max. ornauit Regna, Reges, & subditos, quibus detrahebant, & in his aliqua, quibus detracti detraherentibus præcellerant, referendo speciatim, quibus bonis & virtutibus, & gratiis naturalibus & acquisitis vt plurimùm præstent Regnicola: vnus Regni Regnicolis alterius, & contrâ, quibus vitiis, & defectibus vt plurimum alij ab aliis vincerentur. Quam resistentiam & si (teste Deo) bona fide pro iusta defensione absentium facerem, nihilominus frequenter per iniuriam audiui non solum in Gallia, quod essem Hispanus, verèram, defendendo Hispanos, sed etiam in Castella, quod essem Gallus, aut Lusitanus, eo quod defenderem Gallos & Lusitanos in eo, in quo iuste defendi debebant: Et in Nauarra, quod essem Castellanus, aut alterius gentis, eo quod contra falsam aliquorum meorum Nauarrorum opinionem eos defenderem, & in quibus iustum erat, ipsis præferrem.

XII. deberemus vehementer orare, vt in nostras omnium mentes veniret, quod in omni gente Christiana sunt boni, meliores, & optimi, vt contrâ mali, peiores & pessimi: & illud Apost. Petri. ^d In omni gente qui facit iustitiam acceptus est Deo. & illud Pauli. ^e Non est distinctio Iudæi atque Græci, Nam idem dominus omnium, diues in omnes, qui inuocant illum, & quod rectè intelligeremus illud Christi:

Diligite

c Iuxta ea
multa que
tradimus
in c. Inter
verba 11. q.
3. nu. 460.

d Acto.
cap. 10.
e Ad Ro.
cap. 10.

Diligite vos inuicem, sicut dilexi vos, hoc est in illum finem, & illa ratione, in quem, & qua dilexi vos, & quod non putemus adimplere hoc præceptum, eo solo quod amore naturali siue amicitie, siue concupiscentie, amemus alios, eo quod sunt nostri cõterranei vel cõciues, vel cognati, vel serui, vel domini, vel amicitia politica amici. Quia nullus amor huiusmodi est charitativus, de quo loquitur ibi Dominus: quem latè diffiniuimus in additione huius repetitionis, nempe quod est amor, quo proximum diligimus, eo quod est capax & aptus, sicut nos, ad participandum nobiscum illam æternam beatitudinem, quam beatis diuina bonitas dare, & communicare dignatur, sui ipsius visionis, & fruitionis copiam faciendo, & gaudio æterno & indicibili afficiendo, & optare illam ei tanquam illius capaci.

⁹⁵ Ex quo facile inferas, quàm stultum sit odisse, & odio habere Lusitanum, Castellanum, Gallum, Anglum, Germanum, Italum, aut alium alius cuiuslibet gentis hominem, ob defectus & vitia aliquorum eiusdem gentis, præsertim si animaduerramus ex nobis vitia promanare, iuxta illud gl. ^g Ex ope celesti fit, si quid habetur honesti, & quod omne bonum est donum diuinitus naturaliter, aut supernaturaliter datum. ^h Perpendamus igitur omnes, nos esse seruos vnus corporis Christi, quod est Sancta Romana, vnica, & Catholica Ecclesia, ^k & quod vt fratres in celo tandem conueniemus, & periucundè colletabimur, idèoque teneri nos mutuò diligere, ea ratione, quod sumus capaces confortij diuini, & quod siue simus Hispani, siue Itali, siue Galli, infelicissimi erimus, si pro diuino confortio diabolicum fortiamur, & contrâ, felicissimi, si eodem diuino confortio fruamur, & diabolicum euitauerimus, & periucundè in conspectu Dei amplexati & vniti, vnanimi voce eademque perpetua laudauerimus eundem ibi æternum. Quod vt per diuinam bonitatem assequamur, incipiamus in terris seruare illos duos senarios Hostiensis: (*Spernere mundum, Spernere nullum, Spernere sese: Spernere se sperni tibi quatuor hæc bona sunt.*) & ita nullam gentem despiciere, & omnem aestimare, honorare, & ante omnia prædicto amore charitativò diligere, certi nos eò gratiores fore Deo, quò minoris nos fecerimus, eo quod simus huius vel illius gentis, vel regionis, quàm quod simus omninò sui suæ religionis Christianæ, nil tantum cupientes, quàm quod in hac Dominica ^l orat Ecclesia,

f a. n. 354.
& breuius
in Manua
li confes.
c. 14. nu. 62
& 7.^o

g In c. Si
ex bono.
de penit.
dist. 4. in
verb. Apo-
stolica &
Tho. 2. sec.
q. 109. per
toram.
h Iacob
c. 1.
i Ad Eph.
c. 4.
k Ad Eph.
1. & 1. ad
Cor. 12.

l Domi-
nica 5. post
Penteco-
stem.

clesia, in omnibus & super omnia eum diligentes, promissiones suas, quæ omne desiderium superant, consequamur. Amen.

Ex his omnibus sequitur primò, gratius Deo fore, quòd nos sacerdotes oremus Deum, vt nostrorum Regū animas efficeret habitazione sua dignas, & exoneratas sapientia, cultu diuino, aliisque virtutibus, magis quàm victoriis, triumphis, & gloria, qua saltem parte illa essent à virtute aliena.

Sequitur. I I. quòd quando Rex aliquis Christianus bellum adornat, & parat aduersus alium Catholicum, satius foret, vt sacerdotes ipsius orarent in altari pro pace & concordia amborum, vti à multis fieri vidi in Regnis Hispania, & Gallia, quàm pro victoria gloriosa sui Regis, & inuicione hostium. Non ausim tamen asserere, quòd quidam ^m asseruerunt, putà, indecens esse orare pro victoria, quicquid enim illi sentiant, iuste possumus eam petere à Deo nostro Regi, quem credimus iuste bellare. Nec obstat eius fundamentum, nimirum quandoquæ ambos Principes bellare iniuste. Tum quia etiam quandoquæ vterque iuste bellare potest, vt colligitur ex S. Augustino, ⁿ & ex rationibus communis opinionis. ^o Tum quia sufficit, vt quis iustam habeat causam credendi Regem suum iuste bellare, quòd possit orare pro eius victoria.

I I I. Sequitur videri verum, quòd prædicti asserunt, scilicet, parum decere, vt orantes pro Regibus addant eis illos titulos profanos: Inuictissimus, Victoriosissimus, & Gloriosissimus; Cuius ratio, quam tamen ipsi non reddunt, potest esse, quòd loquentes Regibus mortalibus non adeò decet appellare subditos eorum dominos, nec ornare titulis & epithetis gloriois. Ergo loquentes Regi immortalis de subditis eius, subicere decet eorum titulos gloriosos, vnde & antiquissima Ecclesie consuetudo habet, vt petens benedictionem in choro à Prælato coram Domino Deo, dica: (*Tu- be Domine benedicere*) & non (*Tu- be Domine benedicere*) vt Guilielmus docuit, P & Ecclesia orans Deum in Die Parasceues pro Imperatore, non ornar eum vliò titulo profano, sed solo pietatis & Religionis, scilicet Christianissimi, mi, ergo alij minus sunt talibus titulis profanis ornandi. ^q

I I I I. Quòd licet aliquo respectu verum sit, quòd prædicti dicunt, purà pietus esse orare pro omnibus Regibus Christianis simul, quàm pro nostris peculiaribus, aliis tamen respectibus aptius est, quòd communiter fit. Tum quia

licet

m De modo orandi pag. 25.

n ca. quid culpatur. 23. q. 1. o Parisien. in 4. di. 15. q. 20. col. pen. & cetera Lucan. 1. Pharsal. ibi, Quis induit arma Scire nefas, magno se iudice quisque tuetur

p In ratio diuino officio. lib. 9. c. 2. nu. 44. q. Arg. ca. cū in cunctis. de cle. & Aur. multo magis. C. de sacros. ecclies.

licet maioris sit meriti orare pro multis, quàm pro paucis, cæteris paribus, vt rectè probat Adrianus, ^t melius tamen est vtrumque agere, quòd facit Ecclesia Catholica. Tum quia ad impetrandum aliquid alicui priuato, vel ad satisfaciendum pro eo, satius est orare particulariter pro eo solo, quàm in genere pro eo, & aliis, vt colligitur ex his, quæ laurus scripsit dictus Adrianus. Tum quia licet Ecclesia in qualibet Missa generaliter pro cunctis fidelibus oret, statuit tamen, vt ante consecrationem prius in Memento nominatim oremus pro Papa, Episcopo, & Rege nostro. Tum quia ratio maior suadet orare pro nostro, quàm pro alieno. Tum quia nobis semper vera visa est opinio illa D. Thomæ, ^s nempe plus mereri quem amando suum amicum, quàm suum inimicum, cæteris paribus. Licet enim difficilius sit amare inimicum quam amicum, actus tamen magis debitus, & melior est in se, amare amicum, quàm inimicum, & bonitas actus nō tam procedit ex difficultate, quàm natura & bonitate eius. Eadem quoque ratione maioris erit meriti orare pro suo Rege & protectore, quàm pro aduersario suo inimico.

V. Non videri admodum decens, vt nomen proprium cuiusquam Magnatis siue Ecclesiastici, siue layci superiorem recognoscentis, exprimat in Collecta & oratione publica, siue dicatur pro infirmo, siue pro sano. Quin & ipsi Reges religiosius viderentur facere, si non consentirent, vt in sua presentia nominibus propriis nominarentur. Tum ad tollendum orantibus occasionem adulandi, & iis, pro quibus oratur, occasionem vanè gloriandi. Tum quia non oratur pro illis, quatenus sunt priuati homines Ioannes, vel Petrus, sed quatenus publico munere funguntur. Non tamen indecens esse existimo id facere pro non recognoscentibus superiores. Nam die Parasceues Ecclesia orans pro Papa & Imperatore, ^t eos nominatim exprimit, quamuis sint presentes, licet Concilium Constantiense nomine proprio non nominasset Imperatorem Sigismundum, cū orauit pro eo presente iam iam profecturo ad Petrum de Luna pro Papa se gerentem, & Regem Aragonum super schismate, quòd tunc vigeat.

VI. Consuetudinem illam nominandi Regem, Regnam, & Principes nostros, cum tota prole Regia & suo exercitu, non esse adeò religiosum, vt aliqui arbitrantur. Tum quia noua est, & nouitates nisi sint valde vtilis, vitandæ sunt.

r Quolib. 8. ar. 7. & in fra in 11. conclusi. dicitur.

s 2. sec. q. 27. ar. 7. vbi Cardinalis S. Sixti respondet ceteris quæ Durand. in 3. asserit. dist. 30.

t Quod patet in ordinariis Missalis. v. in seff. 17. in quibus nominatus fuit Rex Romanorum.

z c. Con-
fuetudi-
nes iuncta
glo. & ad-
ductis per
Io. An. de
cōfuetud.

sunt. * Tum quia non videtur fuisse grata veteribus sacris doctoribus, quorum aetate nondum cepit. Tum quia distrahere videtur mentes audientium Missas ad cogitandum plus de bellis, & personis nominatis, quam de Missae mysterio, cuius, cōtrarium faciendum est. * Tum quia nō video id fieri in Capella Papae, neque in monasteriis & patrocinijs Urbis, & Missae nouum fecit. re. Pij. V. fatis indicat non esse id valde laudabile, cum in nulla sui parte tale quid insinuet. *

<i>Pater noster orationum prima apprimè dicenda.</i>	nu. 107 & 122.
<i>Oratio Dominica multis respectibus deuotè dicenda.</i>	nu. 102
<i>Fratres nos omnes esse credimus, sed incogitanter.</i>	nu. 103
<i>Deum in caelis qui malo contemplantur.</i>	nu. 104
<i>Deus praesens ubique, licet non eius humanus, nisi &c.</i>	nu. 105
<i>Oratio Dominica docet ordinem optandorum.</i>	nu. 106
<i>Sanctificetur nomen tuum quid sibi vellet.</i>	nu. 107
<i>Adueniat regnum tuum quid significet.</i>	nu. 108
<i>Fiat voluntas tua quid importet.</i>	nu. 109
<i>Panem nostrum quotidianum quid significet.</i>	nu. 110
<i>Et ne nos inducas quid &c.</i>	nu. 111
<i>Sed libera nos à malo quid significet.</i>	nu. 112
<i>Christiani vt plus intendunt rei spiritali quam Iudei.</i>	nu. 113
<i>Bona quibus sunt mala.</i>	nu. 114
<i>Dona. 7. Spiritus S. & beatitud. 7. continent. 7. petitiones.</i>	nu. 115
<i>Peccatores orando quid impetrant.</i>	nu. 116
<i>Orare pro alijs bonum & malum licet.</i>	nu. 117
<i>Orare pro alijs, & iniurias remittere debemus.</i>	nu. 118
<i>Pater noster qui dicens non remittendo iniurias non peccat.</i>	nu. 119
<i>Oratio eo magis meritoria, quo pro pluribus fit. &c.</i>	nu. 120
<i>Orare licet aliu verbis quam Dominicus, sed non &c.</i>	nu. 121
<i>Orare calculus precatorum bonum, & vt melius fieri potest.</i>	nu. 123
<i>Deuotio cui deest hoc agat.</i>	nu. 124
<i>Aue Maria oratio omnium dicatarum acceptissima Mariae.</i>	nu. 125
<i>Author multa diebus, & locis Mariae cepit & sperat.</i>	nu. 126
<i>Romanae illa laudata.</i>	nu. 127
<i>D. Mariae Tauora cum suo monasterio laudata.</i>	nu. 128
<i>Aue Maria non patitur haec auctaria.</i>	nu. 129
<i>Aue maria qui composuerit.</i>	nu. 130
<i>Aue quid significet?</i>	nu. 131
<i>Mariam salutando non nominavit Angelus.</i>	nu. 132
<i>Maria quid significet?</i>	nu. 133
<i>Mariae cur stella & mare.</i>	nu. 134

Mariae

<i>Maria semper & ubique inuocanda, & imitanda.</i>	nu. 135
<i>Maria vt & quam plena gratia.</i>	nu. 136
<i>Maria omnibus elargitur.</i>	nu. 137
<i>Maria habuit omnes virtutes & gratias gratis datas.</i>	nu. 138
<i>Maria multum privilegiata.</i>	nu. 139
<i>Maria vt cum ipsa Dominus.</i>	nu. 140
<i>Mariae benedictiones nemo explicare valet.</i>	nu. 141
<i>Mariae operibus Eua contraria operatur.</i>	nu. 142
<i>Maria se in flumina vertit.</i>	nu. 143
<i>Mariae benedicta, sed magis eius fructus.</i>	nu. 144
<i>Maria in peccabilis gratia, Christus natura.</i>	nu. 145
<i>Maria ita citò sancta quam cōcepta, sed postea sanctior facta.</i>	nu. 146
<i>Christus cōceptus tanti iudicij, quanti post eam vnquam fuit.</i>	nu. 147
<i>Mariae fructus benedictus colore, odore, & sapore.</i>	nu. 147
<i>Mariae stella maris, Arcton & Aus navigandi.</i>	nu. 149
<i>Aue Maria qua parte proprie oratio.</i>	nu. 150
<i>Initium querendi cognitio defectus.</i>	nu. 151
<i>Initium salutis cognitio infirmitatis.</i>	nu. 152
<i>Homo bulla & miseris plenus.</i>	nu. 153
<i>Homo quot miseris subiectus nascitur. nu. 154. & ita natus vt su perbir e potest.</i>	nu. 155
<i>Homo quam facile moritur.</i>	nu. 156
<i>Anacreon mortuus grano vna, & Fabius pilo lactis.</i>	nu. 157
<i>Maria nemini deest.</i>	nu. 158
<i>Pater noster & Aue Maria non habent hanc virtutem.</i>	nu. 160
<i>Oratio bene fit pro temporalibus saltem tacita cum conditione.</i>	nu. 161
<i>Oratio semper postulata impetrat quatuor concurrentibus.</i>	nu. 162
<i>Oratur rectè pro temporalis sperato, sed non tanquam de fide credito.</i>	nu. 162
<i>Indulgentiis maximis à Papa concessis vt vtendum.</i>	nu. 163
<i>Papa plurimum subsistente causa indulgere potest.</i>	nu. 164
<i>Pater noster dicens vt se reputat peccatorem.</i>	nu. 165

Vndecima Conclusio.



101

VOD sicut oratio Dominica est omnium praestantissima, vt supra diximus, ita decet nos eam non recitare, vt à multis communiter recitari solet: quoniam quo aliquid est praestantius, eo reuerentiùs tractandum est. b Vehementer equidem misereor mei in primis, deinde alio

a In c. 10.
nn. 45.

b c. fin. &
tot. dist. 93

aliorum omnium, qui ad eò negligenter, irreuerenter, & vti-
nam non contemptim, tories vñ sumus hac excellentissima
oratione. Cuius tenorem primùm subiiciam distinctum
punctis, quibus supra diximus esse distinguendum, & mox
breuiter insinuabo quaedam, quæ nos ad melius ea vtendum
incitare possunt (*Pater noster, qui es in cælis, sanctificetur
nomen tuum, adueniat regnum tuum, fiat voluntas tua, sicut in cæ-
lo, & in terra: panem nostrum quotidianum da nobis hodie, & di-
mitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus no-
stris, & ne nos in lucas in ventationem, sed libera nos a malo. Amen*)

Primùm igitur est considerare, authorè illius fuisse crea-
torem, & Redemptorem nostrum, qui quatenus homo, sum-
mus est noster aduocatus, quatenus autem Deus, summus
creator & gubernator, ad quem dirigitur oratio. Nam si
nos ad deuorè recitandum aliquã orationem mouet, quòd
composita sit à beato Augustino, Hieronymo, Thoma, alio
uè Diuorum aliquo, longè magis mouere nos debet ad hãc
deuotissimè dicendam, & recitandam, quòd sit composita
ab illo, qui modo indicibili est Deus & homo, cui soli plac-
endum est, cuius manu donandum est, quicquid oratione
obtinere speramus, cuiusque (vt ait Cyprianus) oratio magis
placebit quàm ea quam ipsemet composuit.

Secundùm reputare, quòd docens nos, vt in eius initio
vocemus patrem illum, qui non minus est dominus & Iu-
dex, quàm pater, ^d monet nos, vt cum eum adimus aliquid
petituri, contemplerur ipsum misericordem, gratiosum,
benignum, ^e cupientem prouidere filiorum suorum adop-
tiorum Christianorum, scilicet fidelium necessitati, &
vtilitati. Docens item, vt appellemus patrem nostrum, ad-
monet nos, vt cum adimus eum orauri, actu vel virtute pu-
temus nos omnes esse fratres, ^f quos ipse pro filiis adopti-
uis habet, & consequenter etiam Papas, Reges, aliosque
Summates & Heroas hanc orationem recitantes, reputare
debere, quòd quamlibet sint potètes & supremi, sunt tamen
fratres suorum subditorum, familiarium, & aliorum infima-
tum, etiam seruorum, qui sacro baptismatis fonte renati
sunt, vtque pari modo, qui virtute, literis, & fortunis pra-
stant, perpendant esse sibi fratres carentes illis, ob idque so-
lùm (etiam si nihil aliud id suaderet) deberè eas illis com-
municare, & non superbientes dedignari eos etiam alloqui,
vt quidam faciunt etiam erga cognatos, nolentes eos agno-
cere. Cuius coartarium faciendum quidem est, sed quòd id

facilius

c In ser. 6.
vnde hoc
capitu. de-
sumptum
fuit.

d Mat. 6.

e Mat. 22.

f ad Phi-
lemo. ca. 1.

102

107

facilius sit docere quàm facere, inde colligitur, quòd hanc
sanctam doctrinam omnes nouimus, & pauci aliorum col-
latione ea vtuntur.

¹⁰⁴ Tertium perpendere, quòd docens nos ei dicere (*Qui es
in cælis*) admonet nos suam potentiam, & valentiam, simul
& Regiam suam, & Regalem conuersationem, quam nobis
præparauit, ibique esse nostram patriam, ibique nobis esse
habitandum, & thesaurizandum. Caueamus tamen, ne di-
centes tanto patri (*Qui es in cælis*) imaginemur eum esse in
illis vti Angelos, qui cum ibi sunt non sunt hïc, nec con-
trà, quando sunt hïc, sunt ibi. Neque imaginemur, vt qui-
dam religiosus Conuersus imaginabatur eum eo modo
magnum, vt capite attingeret summum cœlum, & altero
pede Orientem, altero Occidentem, & altera manu Meri-
diem, altera verò Septentrionem. Neque (qualem suspicor
plerosque imaginari eum) esset tanquam locatum, & con-
tentum ⁿ in cælis; Quia est in eis tanquam eos continens.
Nam sicut illud Hieremix propheta: ⁱ Ego cœlũ & terram
impleo, intelligendum est iuxta illud Davidis ^k: Eleuata
est magnificentia tua super cœlos: ita nõ imaginemur eum
includi in cœlo, sed cœlum concludi ab eo, vt post & ante
alios tradit Tho. ^l Contemplemur itaque ipsum incorpo-
reum, quatenus est Deus, sine capite, brachijs, pedibus, &
sine vlla alia corporis parte, simplicissimũ ^m, & purissimum
spiritum, qui cum partibus careat, & omninò indiuisibilis
sit, ita totus est in omni loco, & in qualibet eius parte, sicut
post & ante alios tradit Thom. ⁿ Quemadmodum etiam
anima rationalis, secundum August. ^o & eundem Thom. P
post alios, tota est in toto corpore, & tota in qualibet eius
parte, totus Deus est in Ecclesia, in qua oramus, totus in
cœnaculo, in quo edimus, totus in Musæo, & dormitorio,
vbi stud. mus, negotiamur, & dormimus, totus in itinere,
per quod iter facimus, tam præsens omnibus, quæ cogita-
mus, loquimur, & facimus, ac sumus nosmetipsi, & multo
magis absque vlla proportione. Quod perpendens dicebat
Sapiens ^q. Beatus vir qui in sensu cogitabit circumspicio-
nem Dei. Plurimum enim, & plusquam dici potest prodest,
considerare iugiter circumspici nos, & omnia quæ cogita-
mus, loquimur, & facimus, ab ipso, longè magis quàm à
nobis ipsis, quò beatitudinis impedimenta vitemus, & quæ
conferunt ad eam, amplectamur: Dicimus itaque Deo:
(*Qui es in cælis*): non quòd non sit in tenis, sed quia ibi

g Iud. tra.
à Thom. in
par. q. 59.

h Thom. in
par. q. 8.
i Hierc. 23.
k Psal. 9.

l 1. part.
q. 8.

m c. firmi-
ter. de sum-
ma Trinit.
cum glos.
verb. sim-
plex.
n Thom. 1.
par. q. 8.
o Lib. 6. de
Trinit.
p 1. par. q.
76. art. 8.

q Eccl. 14.

Y

r Apoc. 22.

s. Thom. 3.
par. q. 76.
art. 3. & 6
munis in
1. dist. 10.

communiter confortes suæ gloriæ facit beatos, quos omnes ibi recipiet post diem iudicij, vt semper ipso fruente ipsi corregnent. Ex hoc tamen nemo inferat, quod quidam infererat, nempe humanitatem benedictissimam nostri Saluatoris æquæ esse vbique: non est enim nisi in cælo, & in sancto sacramento, & consequenter licet Iesus Christus verus Deus & homo, quatenus Deus, & quoad immensam diuinitatem, sit vbique, quatenus tamen homo, & quoad humanitatem, est solum in cælo, & sancto sacramento, quamuis non vno eodémque modo. In sacramento namque tota humanitas, & omnes illius partes sunt in tota hostia, & in qualibet illius parte, admirabili admodum & stupenda ratione, magisque intelligibili sapientibus, quam idiotis. In cælo autem circumscripiuè & naturali modo, vbi vtiā olim ipsius vultum gratiosissimum suspicientes, manus purissimas, & pedes sanctissimos quam humilimè exosculemur. Amen.

Quartum considerare, quod hæc oratio sublimissima non modò nos docet verba, quibus petere debemus, verum etiam ordinem præcellentem, quo id faciamus. In prima namque petitione docet nos petere bonum diuinum. In secunda nostram æternam beatitudinem. In tertia orationem ad eam perueniendi principalem. In quarta rationem minus principalem. In aliis verò tribus sublationem trium impedimentorum, quibus à perueniendo in eam impedimur, quæ sunt peccatum iam commissum, quod est præcipuum. Tentatio, quæ nos prouocat ad committendum: Et alia mala peccatæ, quæ quandoque sunt occasio committendi. Luculenter enim instruit nos imprimis, super omnia velle bonum diuinum, honorémque illius optare. Deindè nostræ animæ beatitudinem æternam, & tertio gratiam, quæ est medium principale perueniendi ad eam quartò sancta sacramenta, & sustentationem corporalem, ceu instrumenta in id instituta. Et quia oportet vitare impedimenta, quibus à tanta re assequenda impediri possumus, & ea sunt tria, primum est peccatum iam commissum, secundum tentatio directa ad illud committendum, tertium malum peccatæ ad illud indirectè inducens: ideo quinto loco docemur petere sublationem peccati iam commissi, sexto petere victoriam contra tentationem directam ad peccandum, septimo victoriam contra tentationem indirectam peccandi, quam malum peccatæ inducit. Quæ omnia

omnia fieri in hac oratione ostenditur, eo quod in prima petitione, puta (*Sanctificetur nomen tuum*) non petimus suum nomen, & cognomen, suamque gloriam & famam fieri sancta (quandoquidem sanctissima sunt) sed petimus, vt sancta habeantur ab hominibus, quò nimirum ita reuerentur, honorent, & collaudent suam Maiestatem, vt nil aliud sanctius, neque æque sanctum habeat, iuxta S. August. & vt talis laudetur, celebretur, & glorificetur. In secunda verò, scilicet (*Adueniat regnum tuum.*) in summa principaliter petimus, vt nobis beatitudinem æternam impertiat: non enim petimus, vt suæ Maiestati noua potestas, nouæ iurisdictionis adueniat, sed secundum S. Cyprianum, petimus principaliter, vt regnum gloriæ, quo perfruuntur beati, nobis adueniat: quod certò adueniet, si nos satis adhareamus ei, licet etiam accessoriè petamus, vt regnum gratiæ nobis adueniat, id est, quod ipse super nos regnet per gratiam, vt sentit S. Hieronymus, & nos viuamus sub suo æquissimo, sanctissimòque sceptro & imperio, & tollat, ac destruat sceptrà & imperia dæmonis, & furiarum eius infernarum, superbiæ, auaritiæ, iræ, luxuriæ, gulæ, accidiæ, & inuidiæ, & omnium aliorum ducum infernorum, qui nos sibi subiiciunt, subiceré tentant; & illis depulsis surroget ac permoueat in nos suos duces iustissimos, & æquissimos, fidem, spem, & charitatem, prudentiam, iustitiam, fortitudinem, & temperantiam, & omnes eis adherentes, qui nos fatigant continere in officio, & obedientia sui diuini regiminis. Porro in tertia petitione, scilicet (*Fiat voluntas tua*) in summa petimus, vt nobis largiatur gratiam promerendi prædictam beatitudinem, & gloriam æternam. Non enim solum petimus in ea, vt fiat quod ei collibuerit: nam velimus nolimus, semper & vbique fieri voluntas eius, iuxta illud Esaiæ: Omnis voluntas mea fiet, sed petimus, vt faciat nos suam implere voluntatem in terra, sicut impletur in cælo: id est, vt sicut in cælo omnes Angeli, & Sancti charitate & amore implent suam voluntatem, & quodcunque præcipit, eodem modo nos idem faciamus in terra, quod est proprium meritum gloriæ & beatitudinis, quam in secunda petitione petimus. In quarta autem petitione, scilicet, (*Panem nostrum quotidianum da nobis hodie*) secundum S. Thom. imprimis petimus dari nobis Sanctum altaris sacramentum, sub quo velut omnium sublimissimo, subintelliguntur cætera, quæ sunt mediæ,

t De ferm. Domini in mōte, quæ in hoc sequimur.
v In ferm. vnde hoc cap. est desumptum quæ in hoc sequimur.

x Math. 6.

y Mai. 46.

z Card. S. Sixti. in c. 6. Math.

a 2. sec. q. 83. art. 9.

& instrumenta ad promerendam beatitudinem. Petimus item, sed non adeo principaliter, panem corporalem, sub quo ceu præcipuo hominis alimento, subintelliguntur reliqua cibaria, & alia vitæ necessaria, quibus mereamur, seruiendo Domino. Quia principaliter petere debemus spirituale^b quàm corporale. Licet plerique (& vnam non maior pars) proferentes verba illa (*Panem nostrum quotidianum*) vota sua expressius referant in alimoniam corporalem, quàm in spirituales, sed non peccant, modo saltem virtualiter & tacite maioris habeatur, & æstimeretur spiritualis^c quàm corporalis, & vtraque optetur & petatur tanquam donum Dei, iuxta Ioan. Chryost.^d & secundum S. Augustin.^e & Thom.^f vt instrumentum ad viuendum, & seruiendum Deo, & ad impetrandam gratiam, quæ in tertia petitione petitur, quo promereamur beatitudinem & gloriam, quæ petitur in secunda. Sanè in quinta petitione, puta, (*Et dimitte nobis, &c.*) petimus principaliter sublationem impediendi præcipui, scilicet, peccati mortiferi clarè & directè impediendi beatitudinem, & etiam peccati venialis differentis illius consecutionem §. In sexta verò (*Et ne nos inducas in tentationem*) petimus victoriam contra tentationem, quæ est instrumentale impedimentum & causale, quod producit directum & formale, puta peccatum. In septima denique. (*Sed libera nos à malo*) petimus liberationem à malis pœnæ corporalibus & temporalibus, quæ nonnunquam nituntur suo pondere auferre bona spiritualia vnà cum temporalibus. Ex quibus clarum euadit, hanc orationem non solum, vt diximus, nos docere, quomodo, & quibus verbis petere debeamus, sed etiam quo ordine id faciamus, & petenda desyderemus.

V. reputare, quod tota hæc admodum sublimis oratio nos inuitat ad habendam maiorem curam animæ, & bonorum spiritualium quàm temporalium. In quinque enim petitionibus illius directè petuntur bona spiritualia, puta augmentum gloriæ Dei, nostræ animæ beatitudo, meritum illius, remissio peccatorum, & victoria in tentatione. In sola verò quarta, & ibi minus principaliter, directè petimus temporalia, & indirectè in vltima petendo liberationem à malis pœnæ, longè aliter quàm in veteri testamento, in quo petitiones & promissiones clari continebant temporale quàm spirituale, iuxta illud Poetæ^h.

Nostra

^b Arg. ca. illud. de maiori.

^c Arg. c. fi quis obicerit. 1. q. 3.
^d Super Math.
^e Ad Probam.
^f 2. sec. q. 83. art. 6.

^g Iuxta illud, Scipidum peccati mors.

^h Baptiste Mantua. li. br. 3. de factis. cap. 1.

*Nostra Deo primam lucem, Iudæa supremam
Hebdomas impartit, quia prima & maxima nostris
Cura Dei, Habrais vel nulla, vel vltima semper.*

Confirmatur hoc quod graues aliqui doctoresⁱ docent, quòd etiam in quarta petitione non petuntur bona temporalia, neque panis, aut alimonia corporalis, asserentes in omnibus quinque petitionibus nos petere bonum Dei, non nostrum. Que opinio licet olim mihi arriserit, nunc tamen ea pressius expensa parum placet. Tum quia aptius est dicere, vt supra dixi, quod in sola petitione prima principaliter petimus donum Dei, licet illud minus principaliter redundet in nos. In secunda, & tertia petimus duo præcipua nostra bona, nimirum gloriam pro futuro seculo, & meritum illius, seu gratiã pro præsentia, licet etiam hæc in gloriam Dei redundent: Et quod in quarta petitione petimus instrumenta, quibus viuendo quæramus gratiam & gloriam, siue meritum, & beatitudinem, quorum principale est panis supersubstantialis Corporis Domini, quo supernaturaliter viuimus, & minus principale panis quotidianus, quo corporaliter victitamus, vt neruolè colligitur ex Euangelio Mathei, ^k quo docemur petere panem supersubstantialem, adiuncto Euangelio Lucæ, quo docemur petere panem quotidianum: ^l vtrunque enim coniunctum docet nos petere principaliter quidem victum spiritualem, minus autem principaliter victum corporalem, quorum vtroque egemus ad quærendum meritum & præmium, gratiam & gloriam. Causam verò cur septimam petitionem, in qua petimus liberari à malo, non posuit S. Lucas, ait August. esse quòd impleta sexta in qua petimus, ne nos vincat tentatio, superque impletur septima, in qua petimus liberari à malis, quandoquidem mala, quæ nobis pœnam & damnum corporale inferunt, magis bona quàm mala sunt, nisi nos præcipitent in aliquas culpas, iuxta illud Apostoli. ^m Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, & proinde mala sunt eis bona. Cuiusmodi fuerunt Iob, & aliis innumeris.

ⁿ Sextum animaduertere id, quod asserit idem August. quòd per has septem petitiones petuntur etiam tacite, & effectū septem dona Spiritus Sancti: ^o quæ sunt sapientia, intellectus, consilij, fortitudinis, scientiæ, pietatis & timoris Domini, & etiam septem beatitudines, P quæ

ⁱ C. rd. S. Syxri sup Math. c. 6.

^k De quo per recentiores Math. ca. 6. & Thom. in care. aure. l. cap. 11.

^m Ad Ro. 8. In sermo de verbo. Domini.
^o De quibus Esaiæ 11. & Tho. 1. sec. q. 68.
^p De quibus Math. 5. & Tho. 2. sec. q. 69.

q De quo
Tho. 2. sec.
quæst. 19.

sunt paupertatis spiritus, mansuetudinis, luctus siue ploratus, famis & sitis spiritualium, misericordiae, puritatis cordis, & pacis. Qui. n. petit, vt diuina Maiestas talis qualis est habeatur, honoretur, colatur, & glorificetur ab omnibus, satis petit donum timoris, & vnde nascitur ille cultus, & subinde petit beatitudinem paupertatis, & humilitatis spiritus. quæ parit sanctus ille timor. Qui verò petit vt adueniat Regnum Dei, & in nobis sua Maiestas regnet, sat superque petit donum pietatis, & beatitudinis mansuetudinis. Quandoquidem volentem iubere, vel iuberi, & regnare, vel regnari, mansuetum esse oportet, & non iracundum. Sanè qui optat & petit, vt fiat voluntas Dei, satis petit donum scientiæ, quæ edocet rationem implendi eam, & beatitudinem, quæ consistit in lugendo, & deplorando ea, quæ contra eius mandata sunt. Porro qui petit panem quotidianum sanctorum sacramentorum, & nostri alimenti corporalis, quò accendamus ad agenda quæ debemus, satis petit donum fortitudinis, quod nos corroborat, & beatitudinem famis & sitis, bonorumque spiritualium, quibus desyderamus, & petimus hunc panem quotidianum. Qui autem petit remissionem suorum debitorum, sicut dimittit aliena, satis approbat donum consilij, & beatitudinem misericordiae: quandoquidem vult exercere misericordiam cum proximo, & accipere id tanquam medium impetrandi à Deo, quod optimum consilium est: & qui petit ne inducatur in tentationem, satis petit donum intellectus, ex quo nascitur beatitudo puritatis cordis. Quandoquidem, vt bene liberetur à tentationibus, quæ nascuntur ex bonis temporalibus, opus est intel ligere illorum naturam, quam qui intellexerit, facile purgabit mentem suam desyderiis illius puritatem impediētibus. Qui denique petit liberationem ab omnibus malis, satis petit donum sapientiæ, quæ principaliter solus Deus, & res diuinæ animæ sapiunt, & consequenter beatitudinem pacis, quam, vt in ea perfecta sit, oportet esse planè immunem ab omni malo.

r Secundū
Boetium 3.
de Conso-
lat. & Tho.
1. sec. qu.
2. & 3.
s In ca. 8.
e c. Solita
de Maior.
l. De pre-
cio ff. de
Publ. in re
actio.

Ex hoc sequitur primò, verum esse quod supra dictum est, etiam peccatores orando impetrare, alioqui enim non posuisset Dominus in hac forma orandi petitionem remissionis nostrorum peccatorum. * Nec solueret argumentum, qui responderet hanc orationem de sola peccatorum venialium remissione intelligendam, quia replicari potest eam, cum generaliter loquatur, generaliter intelligendā.

* Sequi

227 * Sequitur secundo, licitum esse orare pro aliis, pro se nante & pro aliis orantem manifestum est pro aliis orare, & licet hic non proberetur nobis licitū esse orare pro solis aliis, non adiungendo nos eis, neque tamen contrarium probatur, licet aliqui in id textum hunc pōderent, qui tamen non obstat. Dominus enim non præcepit, vt oraremus pro nobis & aliis simul, quasi non foret licitum orare pro aliis solis, & pro nobis solis, sed vt nos doceret gratius esse suæ Maieftati, vt oremus pro omnibus, & nobis & aliis, tam iustis quam peccatoribus. Nam qui de vno dicit, non negat de alio simili, iuxta doctrinam singularem Dominici. Non obstat etiam dicere alios vel bonos, vel malos esse, & quod si boni sunt, non opus sit orare pro eis, si verò mali sunt, non videtur velle Deus vt pro eis oremus, iuxta illud Hieremias. * Noli orare pro populo hoc. Non, inquam, hoc obstat. Tum quia vtiliter pro peccatoribus oratur, vt conuertantur, pro iustis verò, vt perfeuerent, & proficiant. Tum quia orationes multorum citius exaudiuntur, quam paucorum. Tum quia conuenit, vt à multis gratiæ agantur Deo pro iustis, qui multis profunt. Tum ne extollantur, videntes se opus habere sese minoribus, vt ait S. Tho. Vnde sequitur, non rectè sensisse quandam parui æstimetem, quod monachi vel sanctimonialia orarent vel non orarent pro se, quod non fecisset B. Paulus, qui sapius rogauit multos, vt pro se orarent.

118 Septimū, quod nos mouere debet ad hanc sacrosanctam orationem deuotè pronuntiandam, est, quod illa nos inuitat non solum ad nos mutuo amandum, & ad mutuas iniurias remittendum, sed etiam ad orandum alios pro aliis, siue amicis, siue inimicis, ad imitandumque Deum, qui omnes diligit, omnibus largitur, & super omnes tam malos quam bonos Solem suum oriri facit. b Quod facile colliget, qui perpenderit doceri nos dicere in ea Pater noster, & non, Pater mi, & Dimitte nobis, & non, Dimitte mihi debita nostra, & non debita mea. Et ne nos inducas, & non, ne me inducas, & libera nos, & non libera me. Similiter etiam qui ultra alios auctores secum reputauerit, quod vbi textus non distinguit, nec nos distinguere debemus, & quod tribus petitionibus primis petimus, vt nomen eius glorificetur, non addendo, à me vel ab illo, ab amico meo vel inimico, & vt adueniat regnum suum, non restringendo mihi vel illi, & vt fiat voluntas sua, non à me vel ab illo, sed sicut in

v In c. qua
lis. 25. dist.

x cap. 8.

y Iuxta illud
colle-
ctæ omniū
sanctorū,
Multipli-
catis inter-
cessoribus
&c.

z 2. sec. q.
83. artic. 7.
ad 5.

a Ad Rom.
15. ibi Ad-
iuuetis me
in oratio-
nibus ad
Deum, & 2.
ad Corint.
1. ibi Adiun-
nātib; &
vobis in o-
ratione p-
nolis, &
alibi sup-
b Math. 5.
& ca. Rec-
autem. 23.
quæst. 4.
c Læc pre-
tio. ff. de
publ in re
actio. so-
lita de Ma-
ior. & obe-

d Caierc.
6. Marth.
e sup. Mat.
cap. 6.

caelo, & in terra. Quod ipsum faciet, qui perpenderit conclusionem hanc referri ad omnes dictas tres petitiones, vt dixit nouus quidam auctor, d licet non noue: Antea enim id scripserat Ioannes Chrysoft. e & consequenter significat peti debere, vt non solum fiat voluntas sua sicut in caelo, & in terra, sed etiam vt nomen suum glorificetur, & sua Maestas regnetam hic, quam ibi, non quidem ita in quantitate, sed in qualitate, sed hic per gratiam, ibi per gloriam.

Ex hoc inferunt nonnulli primo, peccare recitantes Pater noster, non dimittendo debitoribus suis sua debita pecunia, quod non est verum. Quia secundum Gregorium f receptum, non intelligitur hoc de debitis pecuniariis, sed de iniuriis. Ex quo inferunt alij secundo, peccare iniuriam passos recitantes hoc, non condonando iniurias acceptas. Quod sentire videtur S. Cypri. g & clarius Ioannes Chrysoft. h dicens eiusmodi recitatore mentiri, cum petat sibi remitti culpas suas, dicendo se remittere alienas, & non remittendo. Quin & D. August. i idem dicere videtur de iis, qui neque condonari, neque parati sunt condonare iniurias petentibus ab eis illas sibi remitti, licet non aliis. Nihilominus B. Tho. k contrarium determinat, quod verius videtur. Tum quia, vt ait August. l Non est tam multistanta virtus, vt a seipsis possint impetrare remissionem iniuriarum, quam multos credendum est a Deo exaudiri in hac oratione. Tum quia quamuis clausula illa (*Sicut & nos dimittimus*) non verificetur in recitante, ad hoc tamen, vt non mentiantur, sufficit verificari in persona Ecclesiae, iuxta eundem. m Tum quia supra n diximus, quod qui sacerdoti dicenti. (*Sursum corda*) respondent (*habemus ad Dominum*) non cogitando in Deum, non mentiuntur, quando quidem respondent nomine Ecclesiae, in qua nunquam deest aliquis, qui id agat. * Tum denique, quod iniuriam passus, licet teneatur remittere odium & rancorem in iniuriantem conceptum, non tamen tenetur condonare actionem, quam habet a petendam poenam vel satisfactionem honoris, vel alius boni sibi adempri, iuxta glossam singularem & receptam, o nec tenetur eum alloqui, nec signa affabilitatis particularia exhibere, secundum Tho. receptam. p * Hoc autem temperandum est, dum modo recitans hanc orationem non eximat sibi iniuriantes & inimicos a petitionibus generalibus suae orationis, id enim peccatum foret, vt supra in aliud propositum dictum fuit, & tradit vterque Thomas. q

f Io. Mor.

g in dicto
ser. 6. pag.
para. 17.
h Super
Marth.
i in Ench.

k 2. sec. q.
87. art. 16.
l vbi sup.

m 2. sec. q.
87. art. 16.
n in capi.
2. num. 15.

o In ca. Si
quis con-
tristat. 90
didicit. &
Thom. 2.
sec. quest.
2. artic. 8.

p In di. q.
25. artic. 9.

q In supra
dicto ar. 8.
& p.

III. Inferitur verum esse id, quod in alium finem supra r dictum est, scilicet, caeteris paribus, meliorem esse, & maioris meriti orationem, qua oratur pro multis, quam sit ea, quam rogatur pro paucis. Quod ea ratione confirmabat Adrian. s quod in Missis pro defunctis, licet pro aliquo priuato dicatur, tamen pro cunctis animabus oratur, & non particulariter pro hac vel illa, pro qua fit sacrificium. Quae tamen ratio diluitur illa consideratione, quod in orationibus praecipuis, quales sunt Collectae, Secreta, & Postcommunio, pro ea sola, pro qua dicitur Missa, oratur: Et quod oratio quoad vim satisfactoriam applicata multis, non satis facit pro singulis tantum, quantum satisfaceret, si vni soli applicaretur, vt etiam idem ipse ait. t Missae autem defunctorum praecipue dicuntur pro satisfactione poenae eorum, qui detinentur in Purgatorio, secundum omnes.

VII. Quod ad hanc orationem deuote faciendam mouere valet, considerare, quod licet tam in veteri, quam nouo testamento multis aliis verbis oratum fuerit, oretur, & optime orari possit, quicquid autem vnquam iuste oratum fuit, & iuste orari potest, reducit ad vnā septem petitionum in hac sublimissima oratione contentarum, nihilque, quod sub earum aliqua non comprehendatur, potest recte & iuste peti, vti asserit S. August. v ab omnibus receptus, x & a quibusdam recentioribus amplificatus. Cui addo, quod sicut nulla verba apriora esse possunt ad orandum, quam verba huius orationis compositae ab ipsomet D. N. Iesu Christo, ita post illa secundum locum obtinent, quae desumuntur ex ipsamet sacra scriptura, tertium autem illa, quae sunt instituta & approbata ab ipsa S. Matre Ecclesia, cuiusmodi sunt Collectae & orationes, & hymni veteres Missarum, & horarum Canonicarum, licet secundum Specul. y in Ecclesia S. Ioannis Lateranensis, neque in Missa, neque in hortis dicatur Collecta neque oratio, sed pater noster illius loco, vti antiquitus fieri solebat in primitiua Ecclesia. * Quod tamen hodie non seruatur in dicta Ecclesia, quotidie enim audimus in ea cantari & recitari easdem Collectas, quae in Ecclesia Sancti Petri, & aliis parochialibus vrbis cantantur & recitantur. * Per omnes igitur has octo considerationes, vel aliquas earum, enitamur recitare hanc orationem indes attentius, & assuetam non tam pronunciarere eam verbo, quinque, decies, quinque, centies vel millies in die, vel hebdomada, aut mense, quam mente concipere si-

r in conc.
cl. 10.

s Quodlib.
artic. 3.

t in eode.
Quodlib.
& artic. C.

v Ad Pro-
bam.
x In 4. di.
15. & Tho.
2. sec. qu.
88. art. 9.

y In Rationali li.
4. cap. 15.
num. 17.

¹ In 3. cō-
siderar. &
aliis sequ.

gnificata verborum eius, iuxta prædictum intellectum. ²
Quando verò voluerimus eam recitare pluries continēter
(quia difficilimum est mente concipere tam continēter
omnium verborum significata, quàm continuē illa ore pro-
ferimus) meditemur nunc contenta in vna petitione, & cō-
sideranda in ea, nunc contenta in alia, & consideranda in
illa, ita vt eorum varia meditatione continendo mentem,
sive intellectum in iis, quæ proferimus, & ad ea pertinenti-
bus, & calefaciendo voluntatem igne extali meditatione,
iuxta psaltem Regium, ³ exardescenti, & vtramque, tã meri-
tem, quam voluntatem, voluptate ex ipsis nata pascendo, sim-
ul & exercendo linguam, frequenter diūque eam recitan-
do satisfaciamus & his, qui consulunt eam frequenter pron-
unciare, & his qui consulunt multum in ea pronuncianda
contemplari, vtrorumque consilium probantes: Quando-
quidem Ecclesia non præcipit, neque vetat dicere eam sapi-
us continēter, sine aliarum interiectione & interruptione.
Nec curemus, quòd nonnulli despiciunt, aut certè non lau-
dant recitationem Pater noster, & Ave Maria per calculos
preparatorios, etiã laycorum & idiotarum, cum constet etiam
ipsis sacerdotibus, & literatis magnum fructum ex ea pro-
uenire, & meritò. Quia cum modica sint, & sapidissima si-
gnificata verborum Pater noster, & Ave Maria, cumque illa
recitanti per calculos preparatorios non sit opus quærere hūc
vel illum locum, nec multum cogitare, quid prius, quidue
posterius sit dicendum, recitans per illos ea, attentius & sa-
pidius potest citra defatigationem intellectus, & cum oble-
tamento voluntatis id facere, defigendo mentis oculos in
ipsammet Virginem matrem, & in eius innumeras gratias,
& virtutes, dum profert Ave Maria, & in interminam maie-
statem & bonitatem diuinam, & in ea quæ petit, & ad ea per-
tinentia, dum profert Pater noster.

Iuuabit in hoc reducere ad memoriam eos, quos vidimus ^{12. a}
sapidissimè per huiusmodi calculos obortis lachrymis (quas
oculi eorum amore & reuerentia Dei, eiusque matris tincti
stilla bant) recitantes. Iuuabit item in id ipsum, quando ani-
maduerterimus nos vacuos amore actuali diuino, & deuotio-
ne, defectos lachrymis, duos corde, vagosque mēte, con-
siderare prope nos, imò intra nos esse Deum Optim. Max.
qui verus est fons totius boni amoris, & blanditici, deuotio-
nis, & tranquillitatis, & maiore animi quàm oris
clamore

clamore clamare ad eum, Deus in adiutorium meum in-
tende, supra eadem conclusione dilatatum. ³

a sup. eor-
dem cap. à
na. i.

XII. Conclusio.

¹²⁵ Quòd ob multa dicendum est mihi aliquid de quàmplu-
rimis, quæ dici poterant de Ave Maria, siue Salutatione An-
gelica, ad me in primis: deindè lectorem monendū, vt ma-
gna cum cura & reuerentia eam recitemus, & id aliquos
nostrum non fecisse ex animo pœniteat. Primò quidem,
quòd ipsa sit gratissima & vetustissima omnium orationum,
quas Ecclesia Christiana fundit ad gloriosissimam virgi-
nem matrem Mariam, communem dominam, commune
Asylum, refugium, imò & matremonium, iuxta illud. ^b

Tu licet à nostro spatii ingentibus orbe

Disiungare, suos quantum polus eleuat ignes.

Non tamen humanos casus oblita, tuumque

Nil pertusa genus, vigili mortalia cura

Suscipis, & lachrymæ rãgunt tua pectora nostra.

¹²⁶ II. Quòd ipse plus quàm aliquot alij meæ conditionis
ei sim obstrictus multis de causis, & in his quòd in Ecclesia
S. Mariæ baptizatus fui. Quòd in duabus Ecclesiis B. Mariæ
obtinui duo beneficia simplicia, quorum prouincibus liter-
ris operam dedi, donec doctoratus insignibus (licet imme-
ritus) ornarer. Quòd beneficium à monasterio Beate Ma-
riæ pendens erat illud, ob quod, licet litigiosum, prædicta
duo reliqui. Quòd in benedictissimã Mariam oculos defi-
fixos habebam, cum delapsus in fluuium exundantem, iam
pro suffocato habitus suauissimè extractus fui. Quòd die
¹²⁷ Sanctæ Mariæ suscepi habitum sacri ordinis Roncual-
lis morte Rolandi, & aliquot Parium Franciæ nobilitatæ, &
quòd in Ecclesia Sanctæ Mariæ omnes ordines minores, &
sacros diuersis diebus suscepi. Quòd die Sanctæ Mariæ in
Ecclesia Sanctæ Mariæ præfatum ordinem fui profectus.
Quòd in alia Ecclesia Sanctæ Mariæ, primam missam sub-
missa voce dixi, & in alta eiusdem voce alta cantauit. Quòd
Maria vocabatur mater, quæ me genuit, quæ me recens
natum, & ab vbera pendentem huic maximæ Mariæ dica-
uit. Quòd Maria vocatur, & Sanctæ Mariæ monasteriū regit,
& gubernat illa, quam cū suo sacro Collegio in matrem
in Lusitania Occidēte, loco naturalis præmoituræ delegi, &
data

b Baptizatus
Mantuanus
I. Perthæ
post prius
cip.

data fuit, nempe Illustris illa valde Donna Maria de Tauora, Abbatissa Reuerendissima Sanctæ Mariæ de Cellas, generis claritate, & innumeris gratiis & virtutibus inditis & quæsitis, & in suauiter regendo, & vniendo suo monasterio vinculo charitatis clarissima. Quod Cantoria huius ecclesiæ Cathedralis, quæ dicata est Sanctæ Mariæ, huius libri componendi causa fuit. Quod denique die S. Mariæ sacro mori opto, & in Ecclesia eius nominis inhumari, vt ei feruam æternum. Amen.

I II. Quod verus & antiquus tenor prædictæ Salutationis Angelicæ est hic. (*Aue Maria gratia plena, Dominus tecum benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui Iesus: Sancta Maria mater Dei, ora pro nobis peccatoribus. Amen.*

Ex quo tenore sequitur non esse genuinas huius orationis partes illam (*Et tu Domina semper sis mecum*) & illam (*Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi*) & alias, quas, nonnulli magis pia intentione, quam prudenti discretionem de suo addunt, quod confirmatur ex infra proxime dicendis. * Non otiosè tamen dixi supra (antiquus tenor.) Quia consuetudo Urbis approbata Breuiario Romano fœl. record. Pij Quinti, effecit, vt illa verba (*Nunc & in hora mortis nostre*) addita fini eius, sint pars ipsius, c saltem cum fuerit pronuncianda in horis Canonicis ab eis, qui eas pronunciare tenentur.*

I III. Quod licet hanc sanctissimam orationem non cõposuerit per se solùm Deus, veluti orationem Dominicam, partem tamen illius composuit per Sanctum Gabrielem, qui, vt aliqui sentiunt d (quibus adhæreo) est ex ordine Seraphico, partem per Sanctam Elisabeth, partem per Ecclesiam. Nam verba illa, (*Aue gratia plena, Dominus tecum*) Sanctus Gabriel composuit. c (*Benedictus fructus ventris tui*) Sancta Elisabeth, f & illa (*Benedicta tu in mulieribus*) vterque. § Illa vero: Sancta Maria &c. Ecclesia addidit. * Quæ tamen non videtur fuisse recepta à Belgis etiam piis, qui tamen post præfatum Breuiarium Pij Quinti ab eis receptum, tenebuntur addere illam, saltem Ecclesiastici horis Canonis dicendis obnoxij, saltem cum in eis dicendis occurrerit. Dixi (saltem &c.) quia non facile audeam dicere teneri ad id alios, nec etiam ipsos, cum causa indulgentiæ lucrificandæ, aut implendi voti vel pœnitentiæ, aut alia, quàm obligatione pronunciandi horas Canonicas, tenebantur ad recitandum psalterium, vel Rosarium Virginis Mariæ

Matris, vel alius eiusmodi, non, inquam, audeರೆ dicere hos non satisfacere, si recitauerint illa iuxta suam antiquam consuetudinem, omissa illa particula prædicto modo inducta, cum iure humano inducta, si recepta non fuerint, vel consuetudine legitima sint abrogata, non obligent. h

Quæ non in hoc addo, vt non percipiam has additiones ab omnibus recipi, sed vt mentes pias, & trepidas siue timorosas à scrupulis liberem, à quibus eadem ratione liberandos censeo etiam Hispanos, qui particulam illam (*nunc & in hora mortis*) ante præfatum Breuiarium minimè addere solebamus.*

Ex quo colligitur ratio illius, quod in fine dicti præcedentis dicebamus de additione illa (*Et tu domina &c.* & (*Spiritus sanctus &c.*) quandoquidem verba illa (*Et tu domina sis semper mecum*) non composuit Angelus, neque S. Elisabeth, neque Ecclesia: Illa verò quæ nonnulli addunt (*Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi*) licet composuerit Angelus, non tamen huic tempori conueniunt. Significanc enim, quod fiet id, quod factum est, & si mures duo illa futura superueniet, & obumbrabit in præterita, non erunt verba ab Angelo prolata. Ex hoc etiam videtur colligi, meo iudicio, saniori saluo, orationibus Pater noster, & Aue Maria non esse miscendum aliquid aliud, quàm quod ab Ecclesia admixtum est. Tum quia mixtio speciei inferioris gradus auctoritatem minuere solet. i Tum quia factus esset id quod miscetur separatim dicere tanquam orationem, aut contemplationem, quàm mixtim.

V quo moueri possumus ad hanc sacrosanctam Salutationem deuota mente tantæ Virgini faciendam, est quod per primum illius verbum (*Aue*) non solùm dicitur ei salue, gaude, & latere, quod propriè illa dictio significat, sed etiam, quod sit absque, væ, hoc est absque vlla re vero dolore magis quàm gaudio digna, quod compositio ex A. quod est, sine, & væ, quæ est interiectio dolorem insinuans, repræsentat. Ita quod qui dicit Virgini Matri (*Aue*) non solùm ait salue, gaude & latere, sed etiam, expers omnis mali, de quo non sit magis gaudendum, quàm dolendum, quia verè talis fuit. Nam nullum væ, siue malum habuit, quod ei bonum & meritum non fuerit, secundum omnes. Nullum væ peccati moralis vel venialis, secundum omnes, neque originalis, secundum plerosque, quod sequuti fuerunt patres Concilij Basiliensis, k nullum etiam vt repugnantia.

vel

h. c. in iuris
§. leges. 4.
diff. & ca.
vit. de con
suetud.

i. Arg. cap.
super quæ
stionum. §.
si vero duo
de offi. de
leg.

k. In fest.
36. quod p.
alios pluri
mū in hoc
laudat Pa.
risien. & in
his Maior
in 3. l. sen.
tent. dist. 3.
quorum de
numero sē
per sui, sū,
& gratia sū
lij ei. The
ant. opi. nō
quam non
ero.

c. Argu. §.
Sed & q.
plincipi
placuit in
rit. de iu.
renat. Gēt.
& Cinit. &
l. 1. ff. de
Constit.
Principū.
d. Orig. &
Greg. quā.
uis Tho.
cōrarium
tener in 3.
par. q. 30.
ar. 2.
e. Luc. 1.
f. Luc. 1.
g. Ibidem.

¶ Secundu-
dum rho.
3. par. q. 27
ar. 3. & 2.
hos in 3. di
sin. 3.

vel contradictionis sensilis appetitus aduersus rationē ha-
buit. ¹ Nunquam oculi sui se inclinauerunt ad videndum, nec
aures ad audiendum, nec manus ad tangendum, neque lin-
gua ad gustandum, neque nares ad olfaciendum quicquam
quod ratio vetaret, nunquam risit, nunquam contristata
est, nunquam amauit vel odit, nunquam loquuta est, vel ta-
cuit, nisi quomodo, quare, vbi, quando oportuit, nec minus
vel magis quam debuit. Erat quædam cera mollissima ad
oportuna, quædam Marpesia cautes ad importuna, fuit sine
væ facturæ virginalis pudoris in sui filij cōceptione, sine vl-
lo væ doloris in partu eiusdem. Fuit sine væ corruptionis
corporis sui sanctissimi in morte, siquidem, vt mea (quæ
communis est) fides habet, antequam corrumperetur, susci-
tauit eam qui in ea se humanauit, & locauit eam (in corpore
redeunte anima) integram ad suam dexteram, super om-
nes choros Angelorum, vbi vtinam eam videamus oculis
animi væ vacuis, maxima cum alacritate dicentes ei, *Aue,*
gaude & lætare, quæ sine vllo væ semper fuisti. Amen.

VI. Quod licet ille modestissimus Gabriel Archangelus, ³³³
siue ob vrbanitatem, siue ob alia à sacris authoribus tradi-
ta, ^m non salutauerit eam nomine proprio, audet tamen
Ecclesia, & nostrum quilibet id facere, siue quod etiam ipse
met in explicanda sua legatione postea idem fecit, siue
quod suauitas ipsa corticis nominis nos in eam diligen-
dam pellicit, siue quod appellatione illa facile sumus me-
mores, quantum ea egemus, quantanque opem illa nobis
ferre potest. Nomen enim hoc (*Maria*) vt est Hebræum, ³³⁴
vel ex Hebræo deductum, auctore Hieronymo, alias sonat
stella maris, alias illuminans, alias mare amarum: vt autem
est Syriacum sonat Domina. Quæ omnia ei aptissimè qua-
drant, cum primū sit stella orta ex Iacob, ⁿ vt addictissimus
ei Bernardus ait, ^o appositè eam sic syderi conferens. Sicut
sine sui corruptione sydus suum emittit radium, sic absque
sui læsione Virgo parturit filium, nec syderi radius suam
minuit claritatem, nec Virgini filius suam integritatem,
stella, inquam, est non qualis qualis, sed maris, id est Ar-
ctos, Cynosura, vel Elice, quibus sicut verum mare nauigan-
tes ducuntur, sic nos mundum hunc mari similem transire-
tantes, Mariæ ductu ducimur, & vela damus, sic enim eam
alius sibi deuotus alloquitur. ^o

m in qui-
bus est e-
tiam deuo
tissimus ei
Anton. 4.
par. tit. 15.
c. 14. suæ
summa.

n Nume-
ro. 14.
o Super
Missus est
homil. 1.
col. 20.

o Baptif.
Muzantua.
lib. 1. par.
t. 1.

Tu pla

*Tu placidum terris sydus, quod liberat omnes
A pelagi feruore rates, quod luce benigna
Saturni, Martisque graues eliminat iras.
Tu nobis Elice, nobis Cynosura, per altum
Te duce vela damus portus habitura secundos.*

Est etiam illuminans, quippè quæ, vt ille ait, micat meri-
tis; & illustrat exemplis. Vnde ille ad illam totius Ecclesiæ
clamor (*Profer lumen cæcis*) & si Apostoli erant lux mundi,
quædò magis illa longè lucetior illis? Fuit Autem mare ama-
rum, præsertim die passionis sui filij acerbissimæ, cum ani-
mam ipsius iuxta Symeonis præsagium doloris gladius
pertransibat, cum stabat mater dolorosa iuxta crucem la-
chrymosa, dum penderet filius, dumque lux summo amo-
re dulcedinem nostræ redemptionis augetur. Quod autem
sit Domina, tota testatur Ecclesia, sic eam reuerenter salu-
tando. (*Aue Regina Cælorum, Aue Domina Angelorum*) &
rursus (*O gloriosa Domina, excelsa super sydera*). Cum igitur
sit itella ductrix, lux illuminatrix, Domina præpotens,
& amara pro nobis passa, consequitur, nos ea plurimum e-
gere, testante id in hæc verba suo Bernardo. ^p O quis quis
te intelligis in huius sæculi profluuio magis inter procel-
las & tempestates fluctuare, quam per terram ambulare, ne
auertas oculos à fulgore huius syderis, si non vis obrui
procellis, & infra. Si consurgant venti tentationum, si
allidas ad rupem tribulationum, subeat animum tuum
stella ista, & inuoca Mariam: Si agiteris vndis superbix,
ambitionis, murmurationis, vel inuidiæ, referas oculos
tuos in Mariam, eamque inuoca. Si ira vel auaritia, aut
blandimenta carnis inuaserint nauiculam tuæ mentis, eri-
ge oculos in Mariam. Si magnitudine tuorū peccatorum
turbatus, sorditate tuæ cōscientiæ confusus, & stupore con-
demnationis horrens, incipit te absorbere barathrum tri-
stitiæ, & abyssus desperationis, iacta cogitatum tuum in
Mariam stellam tuā consolatricem, nō recedat ab ore, non
separetur à corde, & vt impetres auxilium suæ orationis,
non deseras exemplum suæ conuersationis. Hæc ille. Quan-
tam autem opem ferre possit, indicet & in horas, imò &
momenta ferat, colligitur ex illo cuiusdam: Sequendo il-
lam non deflectimus à recto tramite, rogando eam non
desperamus, cogitando in eā non erramus, ea duce non ca-
dimus, vmbra alarum eius protecti non timemus. Ea nostri
miserra

p Super
Missus est
homil. 1.
col. 20.

misera in portum optatum appellimus. Et ex illo alterius: Ipsa est aduersus commune in rebus asylum. Ante preces etiam necdum obsecrata fauorem Donat, & ad miseris maternam explicat vlnas. Quamobrem non solum humili, reuerenti & deuoto animo nomine proprio eam salutemus, sed etiam omnes qui semper actu vel virtute Deum Opt. Max. interpellamus per (*Deus in adiutorium meum intende*) ita eam eiusdem matrem, eandemque purarum creaturarum optimam & maximam, semper actu vel virtute flagitemus, per (*Maria mater gratia, mater misericordia, tu nos ab hoste protege, & hora mortis suscipe. Amen*)

VII. Quod nos mouere potest ad hanc salutationem deuota mente faciendam est, quod appellimus eam gratia plenam, super quo multis pretermisissis admoneo Græcis esse ¹³⁶ *μεγαλειότητα*, siue charitomeni, quod sonat gratiosa, pro (*gratia plena*) & ideo quidam interpretantur gratiosa pro gratia plena. Quamuis parui referat quoad hoc, inter vtrosque quoniam qui vocat eam gratia plenam, nolunt dicere eam ita plenam, ac eius filium, quem B. Ioannes vocauit plenum gratia: ⁹ nec qui vocant eam gratiosam, vocant æquè gratam, ac eius filium, in quo pater eius æternus dixit ¹ sibi maxime complacuisse, vtrique tamen reputant eam plenior gratia, & magis gratiosam, quam Ioannē filium suum ad optinum, quem Euangelium ⁸ dilectum & gratum Iesu vocat, iuxta itē vtrosque, plenior fuit eadem omnibus aliis sanctis, ad melius, & alius cogitandum, loquendum, & operandum, de cuius plenitudine, vt ait Bernar. ⁴ omnes recipiunt, captiuus redemptionem, eger curationem, tristis consolationem, peccator veniam, iustus gratiam, Angeli læticiam, tota Trinitas gloriam, denique Dei filius carnis substantiam: Quæ eadem secundum vtrosque dicere potest illud Sapientis. ^v In me omnis gratia: quia secundum eisdem fuit plena gratia, quam vocant gratum facientem, quæ omnes alias gratias præcellit, vt quæ se habentem efficiat Dei gratum & amicum. Plena gratia omnium virtutum tam Theologarum, scilicet fidei, spei, & charitatis, quam Moralium, scilicet, Prudentiæ, Iustitiæ, Fortitudinis, & Temperantiæ, eum omnibus aliis eis attribuitur. Plena gratia septem donorum spiritus sancti, quorum supra ^x meminimus. Plena omnibus nouem gratiis, quas vocat gratis datas, enumeratas ab Apostolo, ^v quæ dantur, vt alius alium ad Deum adducat. Prima vocatur fides, quæ indit omnium

q Ioan. 1.

r Math. 3.

s Ioan. 13.

r In sermo. 7. col. 2. de Assumpt.

v Eccles. 24.

x In 11. concl.

y 1. ad Cor. 11. & Thom. ibid. & 1. sec. q. 111. ar. 4.

inuisi

inuisibilem certitudinem. Secunda, Sapientia quæ indit rerum dininarum cognitionem. Tertia scientia, quæ indit rerum humanarum cognitionem. Quarta gratia sanctorum, sanandi corpora per miracula. Quinta operatio virtutum manifestandi potentiam diuinam per miracula. Sexta, prophetia prænunciandi futura contingentia. Septima, discretio spirituum discernendi cordium secreta. Octaua, genera linguarum, noscendi idiomata. Nona interpretatio sermonum, interpretandi sensum verbis illorum inclusum.

³⁹ Præterea secundum vtrosque, est plena gratiis peculiari-bus priuilegio sibi donatis, ² per quas est mater Dei ma-ter omnium; porta cæli, Regina misericordiæ, resuscitata ante diem iudicii vniuersalis, ² & exaltata super omnes Angelos & Archangelos, Cherubin item & Seraphim. Quotus quisque erit igitur, qui aliquid horum animo voluens, postquam dixerit (*Aue Maria*) Domine tantis & tot gratiis illustratæ, non subdat alacriter, deuotè & reuerenter (*gratia plena?*)

²⁴⁰ VII. Quod in ea diximus nostræ Domine (*Dominus tecum*) non solum dominus filius, quem vestisti carne, sed etiam dominus pater, qui filium suum facit tuum, dominus spiritus sanctus, a quo, & cuius virtute id actum est, omnes tres, & eorum singuli, qui non sunt nisi vnus dominus, sunt tecum. Est tecum pater exercens suam omnipotentiam, est filius ostendens suam supremam sapientiam, est spiritus sanctus vtens sua immensa bonitate, sunt omnes tres personæ æquè potentes, ^b sapientes, & bonæ, faciendo in te opera potentissima, sapientissima & optima. Tecum & ex te omnes tres cōposuerunt gloriosum illud corpus, quod vniuerunt vni soli, & secundæ personæ sublimissimo illi filio Dei, qui vestitus carnem ventre tuo virginali egressus fuit talis, vt neque totus foret de tua substantia, neque totus de substantia diuina. In quo sensu est intelligendum illud, quod quidam deuotus tuus famulus ^c tibi dicebat, scilicet: Totus ipse est filius tuus, & totus filius Dei, quia non duo filij, sed idem & vnus solus amborum. Tecum sunt & fuerunt, vt magnificeris, & adeo splendidis beneficiis ornareris, vt verè dixeris ^d (*Fecit mihi magna qui potens est*) & (*beatam me dicent omnes generationes.*) Quin & verè dicere potuisti, maximis te beneficiis ornasse, teque vocant beatissimam Christiani, Turcæ, & Mauri, siue Sarraceni, & plerique hæretici.

z Quarum 11. ponit. Anto. post alios 4. na. tit. 15. 30. a August. Hieron. & alij recentiores in sermo. suis de Assumpt.

b In Symbolo Athanasij, & ca. firmet de summa Trinitate.

c Bernar. homi. 3. super Missus est col. 2. & explicat Tho. 3. p. 2. q. 35. ar. 8. d. Luc. 2.

Z

IX. Quia in ea nostram dominam vocamus benedictam ¹⁴¹
in mulieribus, cuius benedictiones neminem enarrare pos-
se ei quidam deuotus ^e per illa carmina testatur.

e Petrus
Comestor
author hi-
stor. eccle.

*Si fieri posset, quod arena puluis, & vnda,
Vndarum gutta, rosa, gemma, lilia, flamma,
Æthera, cœlicola, nix, grando, sexus uterque,
Ventorum prima, volucrum, pecudum genus omne,
Sylvarum rami, frondes, auium quoque penne,
Gramina, ros, stella, pisces, angues, & arista,
Et lapides, montes, conualles, terra, dracones,
Lingua cuncta foret, minimè depromere possent,
Qua sit, vel quant a Virgo Regina Maria,
Quæ tua sit pietas, nec littera, nec dabit atus.*

Benedicta enim fuit concipiendo sine iactura Virginei
pudoris, benedicta, quæ nouem mensibus fuit sine vlla gra-
uedine prægnans, benedicta sine vlla corruptione & dolo-
re pariens: Benedicta filia Euz olim maledicta, quæ tua
benedictione maledictione eius deleuisti, Benedicta virgo
Aue vocata, transpositis literis Eua, Benedicta es, quæ vt
nomine ita opere fuisti ei obuersa, iuxta illud cuiusdam ¹⁴²
tibi deuoti. ^f

f Baptis.
Mant. l.
Parchen.

*— Vulnus virgo, medicamina Virgo,
Contulit illa necis, dedit hæc primordia vita,
Illa tulit belli causas, hæc semina pacis,
Illa venenosa stygiis lactata Megere
Vberibus gelida conceptum pectore virum
Expuit in natos, nigraque efflata colubro,
In genus omne suum spumam eructauit Auerni:
Ista saluari totam se proluit imbre
Nectares fontis, vit alia pocula, dulces
Ambrosie succos plenis crateribus hausit,
& se in flumina vertit
Lactea, quæ semper plenis currentia ripis
Omne solum lustrant.*

Fiat ò Regina Diuum, vt aliquot guttæ tot & tam vasto-
rum fluminum, quæ de te scaturiunt, infundantur in eos, ¹⁴³
qui

qui hæc humiliter scribunt, & legunt ob reuerentiam &
amorem tantæ Mariæ, tantæque Virginis Mariæ, quæ non
solum super omnes mulieres, sed etiam super omnes pueros
viros, & super omnes Angelos & Archangelos, Cherubin
atque Seraphin est benedicta, & super benedicta Amen.

X. Quod in hæc selectissima oratione dicimus nostræ
Dominæ id, q̄ s. illa Elisabet Spiritu sancto illuminata &
accēsa, ei dixit, scilicet (*Et benedictus fructus ventris tui*) addito
ab Ecclesia illo dulcissimo nomine (*IESVS*) Quare si su-
mus Christiani, & libenter dicimus ei Benedictus in mul-
ieribus, æquè libenter & libentius dicemus. Et benedictus
fructus ventris tui *IESVS*. ac si clariùs ei dicemus: Magna
¹⁴⁴ & mirabilis est quidē tua benedictio benedicta Maria, lon-
gè tamē maior & admirabilis benedictio fructus v̄tris tui
benedictissimi *IESVS*. Benedicta tu, & benedictus ille. At nō
¹⁴⁵ benedictus ille, quia tu benedicta, sed tu, quia ipse, vt tibi
deuotissimus quidam ^s dicebat. Benedicta tu multis & ma-
gnis benedictionibus, at magis benedictus fructus tuus, qui
¹⁴⁶ omnes illas in eadē specie & forma, aut alia sublimiore, &
longè plures habuit. Benedicta quæ nunquam peccasti, eius
beneficio & gratia. ^h Sed magis benedictus ipse, qui su-
mer natura peccare nō potuit. Benedicta quæ prius sancta,
quàm nata fuisti, ⁱ & tã citò sancta ^k quàm cōcepta, non ta-
men tam sancta, ac postquam nata, & prius cōcepta quoad
corpus, quã quoad animã, prius infans sine iudicio ^l perfe-
cto quàm discretæ cum eo, magis tamen benedictus fructus
fructus v̄tris tui, qui tam sanctus fuit ^m in ipso puncto suæ
conceptionis, & iudicij, tam perfecti, quàm erat cum predi-
cabat. Nam secundum illam prophetiam Hieremi: ⁿ *Te-
mina circumdabit virum, tu circumdatur ventris tuo conti-
nuisti Iesum infantem quidem corpore, sed virum iudi-
cio, & perfectæ mente. Tu desponsata sancto illi Ioseph. ^o
Ipse desponsatus sanctissimæ ecclesiæ. ^p Tu virgo & ma-
ter, quia cum genuisti. Ipse virgo & pater, qui te, cæteraque
omnia creauit, quod magis est quam gignere, ^q imò &
quia iam natos renasci facit aqua & spiritu sancto, quod
plus est quàm creare. ^r Tu munda vt aer purificatus, & ipse
mundus vt aerem purificans, iuxta illud. ^s Candor est luc-
cis æternæ, speculum sine macula, imago bonitatis. Tu
quicquid te scire decebat sciuisti, ^t ipse nihil omnium
ignorauit, vclur in quo absconditi erant ab illa sua ineffa-
bili conceptione, ^v omnes thesauri sapientiæ & scientiæ.*

g Bernad.
in Rom. 3.
super Mis-
sur est. col.
2.

h Commu-
nis in 3. li.
sententiæ.
distin. 3. &
Tho. 3. par.
q. 27.

i Bern. in
epistol. ad
Canonico.
Lugd. col.
10. 2.

k Commu-
nis venerationis
in lib. 3. se. nr.
dist. 3. & cō-
sil. Basilli.
fest. 36.

l Thom. 3.
par. q. 27.
art. 3.

m Tho. 3.
par. q. 6. 34.
art. 2. ad 4.

& Magist.
cum com-
muni in 3.
sent. dist.
23. & 14.

n Hierem.
cap. 20.

o Luc. 1.
p. c. debitor
de Bigam.
q. Thom. 1.
par. q. 5. 45.

art. 5. Mag-
cum cōm.
in 3. sent.
dist. 1.

r lux. Tho.
1. sec. q. 113.
art. 9.

s Sapient.
7. & c. sane
de celi. br.
M. 11.

t Thom. 3.
par. q. 27.
art. 2. ad 3.
v. ad Col.
10. 15.

* Math. 7.

y Bernar.
hom. 3. su-
per Misus
est.z Psal. 44.
a 1. Pet. 2.
b Cantic. 1.
c Genea. 27.

d Cant. 22.

g Psal. 33.

tia Dei. Non minuitur tua benedictio, eo quod sua sit maior, quin potius crescit, quia tu es arbor^z, quæ dedisti talem¹⁴⁸ fructum, qui, ut ille ait^y, est colore, odore, & sapore benedictus. Colore, quia speciosus forma præ filiis hominum^z, in quem desyderant Angeli prospicere^a. Odore tam benedictus, ut in Canticis^b sponsa diceret. Trahe me post te, curremus in odorem unguentorum tuorum. Et Patriarcha Iacob typicè^c: Ecce odor filii mei, sicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus. Sapore item benedictus, ut qui eum gustauit, dixerit^d fructus eius dulcis gutturi meo, & alius qui dicebat^e, Gustate & videte, quia suavis est Dominus, beatus qui sperat in eo. O igitur ad eò benedicta, impetra nobis fauorem ad imaginandam rectè decoram pulchritudinem tanti fructus, & ad sentiendum illius suauem odorem, & gustandum lapidum saporem, quibus alia omnia illis contraria sordescant, faveant, & amarescant, illa verò super omnia dulcescant, placeant, & ut sunt super omnia benedicta. Amen.

XI. Loco moueant nos ad eam deuotè dicendam illa verba, quæ addit Ecclesia verbis Archangeli Gabrielis & S. Elisabethæ, scilicet (*Santa Maria mater Dei*) quibus eam¹⁴⁹ appellamus sanctam, Mariam, ac Matrem Dei. Ecquis non vocauerit eam sanctam, quam reputat sanctissimam? Quis non appellet Mariam, quam habet pro sua stella maris, pro sua luce ductrice, pro sua diuina gubernatrice, cum hæc omnia, ut dictum est, significet Maria? Quis non appellet magna cum reuerentiâ theotocon & matrem Dei eam, quæ Deum pro sua & omnium salute ex sanguine suo purissimo^f concepit? quem in suis visceribus nouem menses à 25. Martij in 25. Decembris portauit? quem sine dolore, non tamen sine pauperie, & frigore, peperit? quem natum reuerentissimè adorauit? quem pannis inuoluit, & fasciis constrinxit? quem denique suo purissimo lacte lactauit, cum à benedictis suis vberibus, ceu ab arbore fructus, penderet benedictissimus.

XII. nos moueat in idipsum colophon & finis eius, scilicet (*Ora pro nobis peccatoribus. Amen*) Tum quod hæc sola pars huius salutationis est propriè & specialiter oratio, cum illa sola sit petitio, & nihil, quod non sit petitio, sit (ut supra & diximus) oratio sic accepta: Partes enim priores potius sunt saluatio, & laudes ad conciliandam beneuolentiam & erigendam mentem, præparandamque viam petitioni, quæ

f Thom. 3.
par. 96. 35.
ar. 4. & Ma-
gister cum
communi
sa 3. dist. 4.g In cap. 1.
au. 12.

351 quæ propriè est oratio, quam hic finis continet. Tum quod per eius finem (quatenus petimus orari pro nobis) nos agnoscimus egenos, quod est iniquum quærendi aliquid, ut eius contrarium est causam nihil habendi, iuxta illud Bernardi. ^h Omnia desunt illi, qui nihil sibi deesse putat. Tum quod per eum recolimus catholicam illam veritatem auctoritate Saluatoris ⁱ firmatam, nempe vitæ nobis & necessarium esse orare. Illam item magis supra ^k declaratam, scilicet Sanctos pro nobis orare, eorumque orationem nobis vitalem esse. Tum denique, quod hoc sine agnoscimus nos peccatores, quod nostræ salutis initium est, quod etiam quidam Paganus asseruit. ^l

353 Cognoscamus igitur nostros defectus, cōsiderando cum beato Bernardo, ^m quod etiam si simus Papæ, & Reges, sumus tamen homines, nati pauperes, nudi & miseri. Nam & uti quidam Ethnicus in hæc verba dixit, ⁿ inter omnia animalia hominem tantum natura nudum, & in nuda humo natali die abiicit ad vagium statim & ploratum, nullumque tot animalium aliud ad lachrymas, & ad has protinus vitæ principio: Hominem ita natum (quæ ne feras quidem inter nos genitas) vincula excipiunt, & omnium membrorum nexus. Desigamus memoriæ id, quod idem ipse protinus subiungit. Heu dementiam ab iis initiis existimantium ad superbiam se genitos. Subeat etiam animum nostrum id, quod idem alibi dixit. ^o Miseret atque pudet æstimantem, quàm sit friuola animalium superbissimi origo, cum plerumque abortus causa fiat odor ac lucernarum extinctus. Hæc, inquam, Paganum nos Christianos superbientes alloquentem audiamus. Tu qui corporis viribus fidis, tu qui fortunæ munera amplexaris, & te ne alimum quidem eius existimas, sed partum. Tu cuius semper in victoria mens, tu qui te Deum credis, aliquo successu tumens tanto perire potuisti, atque etiam hodiè minoris potes, quantum serpentis ictus dente? aut etiam, ut Anacreon poeta

357 acino vix passæ, ut Fabius Senator prætor in lactis haustu vno pilo strangulatus? Hactenus ille. Memoria igitur nostros defectus, nostramque miseriam repetentes, & tantæ dominæ tantam felicitatem, tantisque felicissimos profectus ob oculos versantes, humiliter reuerentiæ mente dicamus, Ave, Salve, gaude & latere Maria, innumeris gratis plena, cum qua miris modis est Dominus, quæ miris modis es benedicta, inuere nos innumeris misere-

h Lib. 2. de
considera-
ad Euge-
niū. col. 5.
i Luc. 18.
k In c. 18.
nu. 18.l Seneca
epistol. 27.
Initium sa-
lutaris est non
vitia pec-
catorum.
m Lib. 1. de
considera-
ad Eugen.
col. 6.
n Plinius
lib. 7. pro-
cem. Natu-
ralis histo-
ria.o In cod.
lib. 7. ca. 7.

riis plenos, vacuos, aut certè dubios gratiæ gratum faciendis, multis modis à mandatis declinantes, ob idque totidem maledicta merentes, intruere, inquam, miseros, & ora pro nobis. Ora, inquam, & flagita pro nobis, vt misereatur nostri, & super omnia bona diuinam eius Maiestatem amâtes, saluemur tandem, ea semper fruituri, & tibi gratias acturi, & seruituri. Amen.

XIII. Conclusio.

Quòd licet prædictæ duæ orationes Pater noster, & Ave Maria sint excellentes, non tamen credenda sunt omnia, quæ illis aliquot libelli & tituli conscripiti maiore temeritate (ne dicam superstitione) quàm Christiana discretionem tribuunt, nempe, quòd qui toties recitauerit illas, vel earum alteram illo aut illo die, vel loco aut modo, erit bene fortunatus in contrahendo matrimonio, in gerendo negotia sua felicem habebit successum, non morietur subito, non occidetur infidiosè, apparebit ei virgo Maria, non peribit igne vel aqua, aut ante obitum apparebit ei Virgo mater, & alia id genus, quæ nulla scriptura authentica, nec ab ullo illustri, classicè auctore probantur. Non tamè est nobis mens dissuadendi cupiam, ne has vel alias preces faciat ad impetranda à Deo prædicta, vel alia similia beneficia, modò finis primarius eius tacitus vel expressus non sit bonum temporale, vt supra declaramus, & modò non credamus esse necesse, toties, & illis aut illis diebus, horis & locis eas facere, quòd illa impetrentur, neque quòd eas toties sic & sic recitantibus necessariò concedentur. Neque verò malum est, imò bonum, sperare Deum nobis elargiturum talia beneficia, si nostræ saluti conferant. Quòd duabus communiter receptis conclusionibus confirmatur. Quarum altera est S. Aug. ¹⁶² Sanctè nimirum petere nos posse à Deo bona temporalia in genere & specie, non velut finem & scopum, sed vt instrumenta, & auxilium transigendi vitam temporalem, & merendi vitam æternam sub conditione tacita vel expressa, si placuerit suæ Maiestati. ¹⁶³ Altera est, quòd etiam peccatores dubio procul impetrant postulatà à Deo, quatuor concurrentibus, scilicet, vt perant pro se, bona intentione necessaria ad suam salutem, & cum perseverantia debita, vt dixit Sæctus Basilius relatus à Thoma, ¹⁶⁴ & aliis, in hæc verba. Ideò quandoque petis, & non accipis, quia perperam postulasti, vel infideliter, vel leuiter, vel non conferentia tibi, vel

bi vel destitisti. Porro licet postulas scire possit, An sua oratio cõtineat duas harum quatuor cõditionum (pura quod petat pro se, & bona intentione) alias tamen duas, scilicet, An quod petit necessarium sit ad salutem suam, & an satis perseueret in eo petendo, non potest scire, & consequenter, licet credere possit quòd obtinebit, non tamen potest certus esse, quòd sit obtenturus ea, quæ multi tituli variarum orationum promittunt. Ex quo inferitur idem dicendum, & potiore iure, de oratione (*Obscrote: O intemcrata*) & de orationibus S. Brigida, & aliis id genus; quandoquidem hæc sanctiores sunt illis, & cæteris paribus, melius est quàm illas dicere. Id ipsum dicendum de reliquiis, imaginibus, & nominibus, quæ plerique adferunt, credentes quòd quamdiu ea gestant, non peribunt aqua, aut igne, nec sine confessione, aut fulmine, neque peste, aut proditione. Istud enim peri & sperari potest à diuina bonitate, & credi quòd largietur, concurrentibus quatuor prædictis conditionibus. Sed non est credendum vt euangelium, quòd aliqui malè faciunt, quandoquidem dubitatur de duabus postremis conditionibus.

¹⁶³ Videtur etiam nobis discretè vtendum esse indulgentiis maximis, quæ ignorantibus causas, ob quas à summis pontificibus interdum concessæ feruntur vel fuerunt, nimis videntur, vt quæ tenèdo in manu, vel penes se Rosarium, aut calculos precatorios ab eis benedictos, consequantur tantam, vel talem indulgentiam: Nã vt certus sum Pont. Max. multum posse circa peccatorum indulgentiam, ita opinor cum plerisque omnibus necessariam in id esse iustam causam, qualis non videtur recitatio tam paucarum orationum, ad eximendam (verbi gratia) quamlibet animam earum, quæ in Purgatorio cruciantur, licet sic ad liberandum aliquam, cui pauca essent purganda, esto plura essent, quàm quæ orationes tales per se solæ sine indulgentia Pontificia sufficerent omninò delere. Ego quidem per eiusmodi calculos precatorios recitare soleo. Non tamen id facio, nec faciendum consulo ad effectum omitendi preces, missas, & alia bona opera, pro anima eius, pro qua eratum est per calculos, pro certo habendo, quòd iam liberata sit à purgatorio, nec ad effectum non agendi penitentiam pro nostris peccatis. Ad hunc enim effectum, non videtur mihi facile credendum (saniori iudicio saluo) per ea quæ alibi ¹⁶⁴ lacius tradidi.

p in cap. 6. no. 15. et sequentibus. q Ad Probam, quæ sequitur Thom. 2. sec. qu. 87. artic. 6. & eodem in 2. dist. 17. & c. magna Cl. 1. de Reliq. & vener.

r Adlar. Quod lib. 5. artic. 1. d.

s 7. sec. q. 87. art. 15. & 16.

v In com. m. de In du in. 6. In leuiti. de Penit. di. 1. Not. 15. super glo. extra. 1. de Penit. & remiss.

Admonco etiam aliquos dixisse, quod quando iusti, & sancti dicunt in Pater noster (*& dimittit nobis debita nostra*) non petunt remissionem suorum peccatorum, sed alienorum, & propterea eos non dicere. Dimittite mihi debita mea, sed dimittite nobis debita nostra, qui eadem ratione dicere debebant, iustum quando dicit in Ave Maria, ora pro nobis peccatoribus, non dicere pro se, sed pro aliis. Quoru[m] verumque falsum est. Nam etiam iustus pro peccatis suis propriis orat, & peccatorem se censere debet, quam nimis iustus sit, ut recte in Concilio Aphricano ² determinatum fuit, ubi statuitur, quod sit excommunicatus, qui secus dixerit. Quod etiam condēnat ⁹⁴ eos, qui dicunt, iustum vocantem se peccatorem, aut penitentem remissionem suorum peccatorum in oratione Dominica, id est que humilitatis ergo, non autem quod res ita se habeat. Quis enim (ut dicebat Concilium) ferat orantem, & non hominibus, sed ipsi Domino mentientem, qui labiis sibi dicit, dimitti velle, & corde dicit, quæ sibi dimittantur debita, non habere.

<i>Pater noster & Ave Maria non finiuntur ut collecta.</i>	nu.	166
<i>Pater verbum duobus modis sumitur.</i>	nu.	167
<i>Oratio Collecta ad omnes & singulas personas diuinas fieri potest.</i>	nu.	168
<i>Oratio Collecta que per dominum, qua per eundem terminetur.</i>	nu.	169
<i>Oremus semper precedit Collectas, sed non &c.</i>	nu.	170
<i>Oratio Collecta, ut & quando in fine breuianda.</i>	nu.	171
<i>Orationes Collecte & hymni prælegenda in scholis ut olim.</i>	nu.	172
<i>Hymni laudati à quibus compositi, & declarati.</i>	nu.	173
<i>Antonius Nobrisensis vir doctissimus hæc fecit.</i>	nu.	173
<i>Orationes Collecte veteres pulchra arte facte.</i>	nu.	174
<i>Sacerdos non ferat Virgilium pro Euangelio.</i>	nu.	175
<i>Doctores qui parum callent ecclesiastica.</i>	nu.	176
<i>Ferdinandus Nunez de Guzman laudatus.</i>	nu.	177
<i>Oratio debita an dici queat in Missa debita.</i>	nu.	178
<i>Orat melius quis ex formula præscripta</i>	nu.	179
<i>Forma orandi præcellens Pater noster, Ave Maria, & Salve.</i>	nu.	180
<i>Exhortatio ad recitandam cum delectatione Salve.</i>	nu.	181
<i>Vallis quid, & quali hæc, quam inhabitamus.</i>	nu.	182
<i>Pater noster, Ave Maria, & Salve sufficientes forma orandi.</i>	nu.	183
<i>Salve</i>		

ca. 55. l.
tem. Cong-
ellorum.
y in ca. 33.
eod. tom.

<i>Salve cantatum ab Angelis ubi.</i>	nu.	184
<i>Exhortatio ad recitandum Pater noster cum deuotione.</i>	nu.	185
<i>Pater noster ut cæmentum, recollectio, & paries orationis.</i>	nu.	186
<i>Horæ canonicas debens ad consulta sic se habeat.</i>	nu.	187
<i>Orabit bene vtens antiquis formis.</i>	nu.	189
<i>Venite exultemus antiquum & nouum.</i>	nu.	190
<i>Hymni Primæ. 1. 6. & 9. noui, licet sint antiqui.</i>	nu.	191
<i>Novitatum auiditas non tollat gustum antiquitatum.</i>	nu.	192
<i>Barbarica nouitas explosa.</i>	nu.	193
<i>Oratio vetusta per tot sancta dicta redolet.</i>	nu.	194
<i>Orationes que vulgò intellectæ profunt, & quare.</i>	nu.	195
<i>Credo tam latino quam vulgari idiomate docere vtile.</i>	nu.	196
<i>Credo vetustas qua meditatione novatur.</i>	nu.	197
<i>Pater noster, Ave Maria, Salve, & Credo, semper & vbique congrua.</i>	nu.	198
<i>Forma qua orandi statis certis horis diei.</i>	nu.	199
<i>Crucis signum ut sciendum cum concordia opinionum.</i>	nu.	200
<i>Breuiarium Romanum S. Crucis an bonum inuentum.</i>	nu.	201
<i>Te Deum Matutina, Gloria, & Ite missa est Missæ commites.</i>	nu.	202
<i>Breuiarium Romanum nouum S. Crucis in quo ad minus emendandum.</i>	nu.	203
<i>Dispensatio sine causa nec petatur, nec detur etiam à Papa.</i>	nu.	204
<i>Breuiarij S. Crucis forma orandi non est canonica.</i>	nu.	205
<i>Dispensatio recitandi Romanè an contineat Breuiarium nouum.</i>	nu.	206
<i>Recitare per vnum Breuiarium ladii chorū vtentē alio.</i>	nu.	207
<i>Hora aliqua ordinari deberent pro omnibus.</i>	nu.	208
<i>Horis Breuiarij Sancta Crucis quid addendum pro non occupatis.</i>	nu.	208
<i>Prudentia Romanorum omnium maxima.</i>	nu.	209
<i>Breuiario S. Crucis vtens quid, & quando plus recitabit.</i>	nu.	210
<i>Breuiarium Pij V. multis, quæ optabantur, satisfecit.</i>	nu.	210
<i>Breuiarium per quodlibet recitare an sufficiat.</i>	nu.	211
<i>Recitare obligatus discere debet regulas in id necessarias.</i>	nu.	212
<i>Recitare vel orare iubet ius diuinum, licet non quid, aut quomodo.</i>	nu.	213
<i>Clericus ordinatus ad titulum patrimonij ut recitabit.</i>	nu.	214
<i>Pœnitere ut oportet non recitantem secundum regulam.</i>	nu.	215

- Recitat familiaris Cardinalis & Episcopi, vt ipse.* nu. 216
Recitare secundum aliud breuiarium quando non est peccatum. nu. 217
Legem transgredi non licet etiam cum iusta causa, citra superioris dispensationem, saltem quando non est manifesta, & differri potest. nu. 219

XIIII. Conclusio.



VO D orationes Ecclesiasticæ tam Missæ, quam omnium aliarum horarum Canoniarum, non terminantur communiter sicut Pater noster, & Aue Maria, in istis enim non dicimus (*Per dominum &c.*) in illis verò communiter sic, idque clarissima ratione, quod attinet, ad Aue Maria, & illos duos fines (*Qui vivis &c.*) & (*Qui tecum &c.*) quandoquidem in illa alloquimur Dominam nostram, quæ est pura creatura, & non creatrix, nec creator, cui soli rectè aptantur prædicti duo fines (*Qui vivis*) & (*Qui tecum*) Quod verò ad Pater noster attinet, ratio est, secundum doctorem quendam aetate neothericæ, sed doctrina veteris, quod in oratione Dominica non dirigimus verba ad solam primam personam Sanctissimæ Trinitatis, quæ est Pater, sed ad totam Trinitatem, Patrem, Filium, & Spiritum sanctum. Nam licet dictio (Pater) capta (vt aiunt) notionaliter, & personaliter ad discernendum vnâ personam diuinitatis ab aliis, soli primæ personæ illius conueniat, quia illa sola est, quæ ab æterno filium suum æternū generat, toti tamen Trinitati, & singulis illius personis conuenit, si capiatur (vt dicunt) essentialiter pro Deo, quatenus est pater creatione, iuxta illud Malachiæ: Nunquid non pater vnus omnium nostrum? nunquid non Deus vnus creauit nos? & quatenus per adoptionem offerret omnibus hominibus gratiam filiorum adoptionis, licet eam actu non recipiant, & ob alia multa: & in hac significatione sumitur in hac oratione. Verum hæc ratio non videtur sufficiens: Nam etiam multas orationes & Collectas, quæ ad Sanctissimam Trinitatem diriguntur, finit Ecclesia per (*Per Christum*) vel per (*qui vivis & regnas &c.*) vt illam (*Suscipe Sancta Trinitas*) quæ secundum Missale fœ. recor. Pij V. post Offertorium dicitur, & illam (*Placeat tibi Sancta Trinitas*) quæ post (*Ite Missa est*) dicitur.

a Sibt. in can. Missæ. l. c. 64. N.

b Tho. 1. par. qu. 10. art. 6. Commun. in li. 1. sent. dist. 29.

c Mal. c. 2.

d Alexan. Halen. 4. pa. qu. 27. c. Quæ scribit Canon. Missæ l. c. 64.

dicitur. Dixi (*Per Christum*) Nam per (*Per Dominum &c. filium tuum*) vel per (*Per Christum filium tuum*) nō possunt eius modi orationes terminari, quia Christus, qui est secunda persona summæ Trinitatis, non dicitur filius Trinitatis, sed tantum patris primæ personæ illius, vt colligitur ex Thoma communiter recep. f. Nec obstat quod oratio illa (*Omni potens sempiternæ Deus*) quæ in solennitate Trinitatis dicitur, finitur per (*Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum &c.*) vt post Thom. & diximus supra, h quia licet dicatur in die vel solennitate Trinitatis, non tamē dirigitur ad ipsam Trinitatem, sed ad solum patrem primam personam eius. Iraque aptius forrē dici possit id ecclesiam facere, ne operi tanti authoris, tamque perfecto videatur velle aliquid addere, & ne obuiet breuitati orandi, quam ipse Christus Author eius in eadem oratione condenda prætendebat, vt contextus Euangelij i significat, innuens eum voluisse dare breuem quandam formulam orandi ad petendum, quātum peti poterat & debebat. Alias tamen orationes præsertim Collectas instituit ecclesia, quæ nitens illa promissione eiusdem Domini k (*Quodcunque petieritis in nomine meo, hoc faciam*) omnes orationes communiter direxit ad Deum patrem, vt dixit episcopus Mimaten. l. & determinauit, nominando, & ponēdo pro intercessore ac supremo mediatore m Iesum, facta mentione Spiritus sancti. Circa quod dico primo, quod dicitur quæuales sūt Pater, filius, & Spiritus sanctus, h potestate, scientia, & bonitate. quandoquidem sunt vna & eadem substantia, & vnus & solus Deus; Ita nostra oratio dirigi potest singulis eorum, ob idque Ecclesia in Litanis, vt dicit, Pater de cœlis Deus, miserere nobis, ita quoque dicit filii redemptor mundi Deus, miserere nobis, & Spiritus sancte Deus, miserere nobis. Quod ipsum facit in pluribus hymnis, profis, & versibus, velut in (*Christe qui lux es & dies*) & in (*Iesu Christe, fili Dei viuis, miserere nobis*) & in (*Veni creator Spiritus mentes tuorum visita*) & in (*Veni Sancte Spiritus, reple tuorum corda fidelium.*)

II. Quod orationes, quæ vocantur Collectæ, quæque solus sacerdos dicit, ferē omnes diriguntur ad Patrem, & pauca ad totam Trinitatem, pauca item ad filium, & nullæ de antiquis ad Spiritum sanctum, ob rationes datas à Speculatore, o & aliis recentioribus: P Nā neque orationes festi Spiritus sancti, aut illius Octauarum diriguntur ad Spiritum sanctum, licet aliqui recentiores Instituerint aliquas Missas,

f 1. par. qu. 1. art. 1. & qu. 32. arti. 30.

g 2. sec. qu. 83. art. 17. h In s. c. j.

i Math. 6.

k Ioan. 14.

l In ratio. lib. 4. tit. de orat. col. 5. m Ad Hebr. 9. & 12 & ca. quoniam 10. dist. n ca. firmiter. de sum. Trini. & in Symbo. Athan.

o In d. lib. 4. & tit. de orat. p In lib. de modo orandi. pag. 14. & alij alibi.

nouè

nouè dirigendo orationes ad suam Maieſtatem, quod sine culpa fieri potuit, accedente ſaltem auctoritate legitima.

III. Quòd ad rectè terminandum orationem, vel Collectam, aduertere oportet, cui dirigatur illa, & quarum personarum diuinarum mètio fiat in eadem. Nam si dirigatur ad totam Trinitatem, rectè terminari potest per (*qui uiuit & regnat Deus, per omnia secula seculorū*) nulla nominata persona in fine & conclusione illius, ut sentit Episcopus Mimatensis. ¶ Potest etiam terminari, per (*per Christum D. N.*) nō facta mentione de filio: non autē per (*Per Dominum nostrum & c. filium tuum & c.*) ut proximè dictum est. Et si Collecta dirigatur ad Patrem, terminari debet per (*Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, qui tecum uiuit, & regnat in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia secula seculorum*) ut in illa oratione Prima (*Domine Deus pater omnipotēs, & c.*) aut per (*Per Christum Dominum nostrum*) abbreviarum. Et si oratio vel Collecta dirigatur ad filium, finis esse debet (*Qui uiuit & regnat cum Deo Patre in unitate & c.*) uelut in illa oratione (*Domine Iesu Christe, qui ex uoluntate patris & c.*) & in illa (*Perceptio corporis & c.*) quam ante communionem, & post (*Agnus*) dicimus. Quando uerò dirigatur ad solū Patrem, & in principio, uel medio orationis facta fuit mentio filij uelut in illa (*Deus, qui in filij humilitate & c.*) in fine addere debemus (*Eundem*) illis uerbis (*Per Dominum*) uel (*Per Christum*) & si in fine orationis facta est illa mentio filij, concludere debemus per (*Qui tecum uiuit & regnat in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia secula seculorum*) ut in illa oratione Completorii (*Visita quesumus Domine*) ¶ Adde hoc exemplum esse aptum, secundum Breuiaria, in quibus finis illius orationis est (*& lucem tuam nobis concede perpetuam, Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum*) non autem secundum Breuiarium scē. rec. Pij V. secundum quod finis est (*Benedictio tua sit semper*) Quare sit pro exemplo Collecta illa S. Mariz (*Deus qui saluta eterna*) quæ dicitur in festo Circūcisionis, & illa (*Da nobis*) quæ dicitur in festo S. Stephani. ¶ Dixi (quando oratio dirigatur ad solum Patrem) si enim dirigeretur ad Totam Trinitatem, & mentio filij fieret in fine concludendum esset per (*Qui uiuit & regnat cum Deo Patre*) & quando in oratione vel Collecta fit mentio Spiritus sancti quatuor que in parte fiat, in fine dicere debemus (*Eiusdem Spiritus sancti & non simpliciter Spiritus sancti*) ut quando non fit illius mentio, & quando fit mentio filij & Spiritus sancti, addere debemus (*eundem*) ad (*Per Dominum*)

q In 4. lib.
tit. de ora.

Dominum) & ad (*Spiritus sancti, eiusdem.*) * Est autem questio quotidiana. An cum dicuntur diuersæ Collectæ sub vna conclusione, & in vno illarum fit mentio de filio, & in alia de Spiritu sancto, conclusio sit facienda, ac si in vltima fieret de vtroque, & quid si in prima fiat mentio de vtroque uel de altero, & in secunda de neutro. De qua re nulla regula Missalis noui decernit, quamuis in casibus occurrentibus perindè concludat, ac si nulla mentio fieret in præcedenti Collecta. Quod videtur factum ad leuandum cura & studio missantem. Nam ratio, qua omnes illæ Collectæ habentur pro vna, & concluduntur eadem conclusione, suadere videtur, perinde concludendum, ac si in vltima fieret de vtroque, uel altero mentio. Quod ipse seruare soleo, paratus seruare contrarium, si declaretur id esse seruandum, quia ratio est anima, legis. † Nullatenus tamen id non facientes notandi.*

170 IIII. Quòd ante omnes ferè orationes & Collectas Missæ, & horas canonicas dicitur (*Oremus*) licet non (*Dominus uobiscum*) nam etiam ante Secretam, cuius finis est initium præfationis, dicimus (*Oremus*) non immediatè ante illam, ut aliqui (sed perperam) agunt, sed longè antea, scilicet ante Offeritorium, post Euangelium & symbolum, tunc enim dicimus vnū (*Oremus*) quo dicto, non protinus dicimus orationē, sed alia agimus, quibus actus dicimus Secretā abique alio (*Oremus*) Quod est responsum notabile ad quæſtionem sæpius mihi factam, & colligitur ex Episcopo Mimatensis.

171 V. Quòd quoties ferè omitimus (*Dominus uobiscum*) ante orationem, abbreviamus conclusionem illius per (*Per Christum Dominum nostrum*) loco (*Per D. N. Iesum Christum filium tuum, qui tecum uiuit & regnat in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia secula seculorum*) uel per (*qui tecum uiuit & regnat in secula seculorum*) loco (*Qui tecum uiuit & regnat in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia secula seculorum*) uel terminando in ipſomet uerbo (*filium tuum*) absque (*Per Dominum*) uel (*Per Christum*) uel (*Qui tecum*) ueluti in dicta oratione (*Deus qui saluta aterna*) Quin etiam quando oratio dirigatur ad S. Trinitatem, & uelimus concludere per (*Qui uiuit & regnat*) abbreviamus, dicendo (*Qui uiuit & regnat in secula seculorum*) loco (*Qui uiuit & regnat Deus per omnia secula seculorum*) iuxta uſum & consuetudinem Ecclesiarum rectè gubernatarum. Dixi supra (ferè) quia licet in postrema commemoratione Laudum & Vesperarum, non dicitur

r c. Mar-
chion l. q.
1. & c. vlt.
de Reg.
iur. lib. 6.

s In Ra-
tio. lib. 4.
de Inclia.
col. 3.

catur (*Dominus vobiscum*). conclusio tamen debet esse integra, velut cum dicitur (*Dominus vobiscum*). * Adde quod secundum morem Urbis in commemorationibus faciendis ad Vesperas & Laudes, omittitur conclusio, præterquam in vltima, sicut secundum morem Orbis omittitur conclusio in Commemorationibus Missæ, præterquam in vltima. *

VI. dico clausulam illam (*In unitate Spiritus sancti*) quæ in conclusione Collectarum ponitur, rectè (meo iudicio) exponi à Gabriele quicquid sentiat Speculator per identitatem, ita vt nolit dicere, quòd Spiritus sanctus est vnus, sed quòd filius & pater sunt vnum cum Spiritu sancto, licet non vna eadem persona.

XV. Conclusio.

QVòd sicut non sine magna causa, & ratione Christiani prædecessores, potissimum Hispani, & Galli introduxerunt consuetudinem prælegendi in suis scholis incipientibus discere latinè, orationes latinas, Hymnos, & Homilias sanctorum. Ita nunc quoque renouanda esset, saltem quod ad hymnos & orationes attinet. Tum quia iam scholæ nostræ (imitatæ in eo magis fortè quàm oporteat Italicas) cum risu & vilipendio eorum, velut in exilium illos ablegarunt, & professores erubescunt & horrent audire, quòd suis auditoribus hymnos & orationes prælegant. Tum quia nemo eruditorum dubitat, compositionem Hymnorum veterum Ecclesiæ, valdè sublimem esse, adeoque parum cedere Odis Horatianis, quod ad lanitatem & artem metricam attinet, quin & illis longè præcellere in sententiis, doctrinis, & exemplis necessariis, putà S. Ambrosij, Prudentij, & aliorum similium, qui fuerunt linguæ latinæ peritissimi. Tum quia multi viri linguæ latinæ illustres, non sunt dedignati suis Commentariis ornare hymnos Prudentij, in quibus etiam fuit Antonius Nerbisensis, qui primus ex altera Hesperia, siue Italia, in alteram Hesperiam Occidentalem, siue Hispaniam literas latinæ feliciter ante circiter centum annos induxit, & omnes hymnos ecclesiasticos scholæ se dignis decorauit. Tum quia compositionem orationum veterum Ecclesiæ adeò sublimem esse dixit quidam, omnium consensu Rhetoricæ artis cum paucis facile princeps, vt qui eas deiecerit, merito confundi debeat. Tum quia plerisque Scholares

res non discunt aliam facultatem, quàm latinam intelligendi & loquendi, & nonnulli eorum ob eam solam censentur sacerdotio digni, & si cum eam discunt, nil aliud eis prælegatur, quàm Virgilius, Terentius, Ouidius, alique auctores, Ethnici, plus imbibent Paganismi, quàm Christianismi, & succedit illud indecens S. Hieronymi: * Sacerdotes Dei ommissis Euangelis, & Prophetis, videmus comedias legere, amatoria, Buccolicorum Versuum verba cātare, tenere Virgilium in manibus, & id quod in pueris adest causa necessitatis, crimen in se facere voluptratis. Tum quia vt cecinit Horatius. Y Quo semel est imbuta recens seuabit odorem Testa diu. Sic anima scholastici, quæ ab in infante & puero imberit, tota vita redolebit ea: & contra, qui impia, & obscœna, diu eis scetebit. Adolescens nimirum iuxta viam ambulans, cum senuerit, non recedet ab ea, & quæ à teneris annis imbibuntur, tenacissimè hæere solent. Tum quia hæc ab initio audisse nil impedit, quò minus audiant auctores politiores & copiosiores, ad profundius latinam discenda, in quod vti nam assumerentur auctores Christiani, quorum selectissimorum, tam metro quàm prosa magna nobis suppetit copia. Tum quia quemadmodum audiens fabulas particulares Gentilium, ad audiendam Methamorphosin Ouidij afficitur, in qua illæ suse præscribuntur, ita qui audit particulares aliquas sacras historias, quales in hymnis, & orationibus tanguntur, afficitur desiderio videndi Biblia, in quibus illæ late describuntur, quod magnoperè conducit scholari cuius disciplinæ operam nauanti, & Christianè viuere & mori cupienti. Tum quia hoc est in causa, quare multi (proh dolor) legum, Medicinæ, & Mathematicæ doctores, imò & Canonum, qui solùm audierunt solas materias iudiciales & forenses, inueniuntur rerum spiritualium æquè ferè ignari, ac alij layci, quod valdè indecens & nocens est, ob multa, quæ hic taceo: quod non contingit iis, qui à teneris annis, & veluti cum lacte nutricis imbibunt suauissimum succum hymnorum, orationum, hystoriarum, & mysteriorum in eis contentorum. Mouit me ad hoc præter supradicta, autoritas illius eruditissimi, & cū primistorius Europæ in auctoribus Græcis & latinis profanis versatissimi, Ferdinãdi Nũnij de Guzmã, professoris cathedratici Rhetoricæ, & Plinij, in nobilissima illa Academia Salmaticensi, vbi tanquam hæc expertus, affirmabat expedire multum

x In c. Sacerdotes 37. distin. de sumpto ex epist. Hiero. incip. Beati tudinis. 3. To. epist. y Lib. t. epist. citatus a glo. c. Quibusdam. 19. x.

¶ Gabr. in can. Missæ in leg. 64. N. v. In 4. li. tit. de ora.

religioni Christianæ hymnos, & orationes ad Grammaticorum scholas de more antiquo redire.

XVI. Conclusio.

Quod recitans horas Canonicas, vel alias preces votas, vel à cōfessario, vel alias præceptas, vel cōsultas eodē tempore, quo audit Missam tam præceptam quàm consultam, satisfacit suæ obligationi, voto pœnitentiæ, aut deuotioni tam horarum, quas recitat, quàm Missæ quàm audit, vt latius suprà ² conclusimus: vbi disputando, & sequendo Parisienses, ² corroborauimus eorum opinionem aliquibus fundamentis à parte aduersaria confessis, que hic non repero, sed summatim dico primò, quod hæc conclusio est intelligenda de illo, qui in vtroque tantum, quantum necesse est, animum intendit, non autem de illo, qui saltem aduertenter tantoperè attendit in vnum eorum vt in aliud non attendat quantum est necesse.

² in c. missas. sup. ca. dist.
² Maior. in 4. disti. 22. q. 2.

II. Quod facile fieri potest, vt ad vtrumque quantum est necesse attendat, quandoquidem nemo tenetur de præcepto audire, aut intelligere, quod sacerdos canit vel dicit, vt ibi probō. Sufficit enim exterius assistere sacerdoti, qui pro omnibus loquitur & orat, & interius optare actualiter, vel virtualiter, vt Deus eum exaudiat, stectendo & leuando genua instar aliorum, cauereue de industria cogitare, dicere, vel agere quicquam, quod prædicto desiderio & assistentiæ repugnet, quale non est præcū recitatio, cum in eundem finem, in quem Missa, tendat.

III. Quod minus dubiè procedit prædicta conclusio in eo, qui ante, vel post Missam aliis operibus honestis impendit tempus, quod lucratur in vtroque simul faciendo, & non impendit frustra otiano, minus dubiè item procedit in eo, qui præfata recitat solùm tempore, quo non potest audire, vel intelligere sacerdotem, aut qui longè abest ab eo, vt quia submissè, vel secretò dicit, vel surdus est, aut aliàs impeditus. In eo etiàm, qui nō tenetur canere in choro, nisi partes Missæ, quæ in eo canenda sunt. Nam dummodo eas canat, & alios non impediatur, existendo vbi non debet, aut legendò alitè, aut alia faciendo alieno cum scandalo, tempore, quo canendum non est, sicut potest recitare Pater noster, & Ave Maria, ita poterit alias preces debitas vel indebitas: Minusque dubiè procedit in eo, qui sicut eodem

dem tempore vult implere duo præcepta, ita conatur duplo magis attendere, quàm attendisset, si solum alterum implere vellet.

III. Quod opinio contraria huic conclusioni procedere potest, quando volens implere duo præcepta, non attendit sufficienter nisi ad alterum, illorum ^b, talis enim non satisfacit, nisi illi, ad quod necessariam attentionem adhibet, & si ad neutrum adhiberet, neutrum impleteret.

V. Quod tertia opinio Cardinalis S. Sixti, ^c quæ habet eum, qui hoc agit, satisfacere quidem vtrique præcepto, vt habet prædicta conclusio, sed venialiter peccare, procedit in eo, qui nulla iusta de causa, sed vt postea otietur, vel antea fuit oriatus, vtrumque eodem tempore implet, non habita ratione respectuum supradictorum, quibus præfata conclusio minus dubiè procedit. Quæ omnia & singula nō probō hic latius. Tum vt finem imponam huic capitulo, quod plus quàm præcogitarā excreuit. Tum quia suprà ^d id feci.

^b Ang. ver. serg. 5. 46. Syll. verb. Miss. 2. ia fine.
^c In sum. verb. Dies festus, & la tius in 3. to mo. tit. de valore orationis.

^d In lectio ne ordinaria.

XVII. Conclusio.

Pro decima septima, & vltima conclusione dico primò, plurimū expedire vti nonnullis formulis orandi Deum scriptis, aut memoriæ mandatis, quod cepit facere ille seruus Dei Enoch, iuxta veriorē intellectum textus de eo loquentis ^e. Et quod omnium formarum optima est Pater noster, & prima, aut certè cum primis aliarum, post illam formam Ave Maria, de quibus suprà ^f dictum est. Et est valde sapida forma (*Salve Regina.*)

^e Gen. 4.

^f Eod. c. in conclus. 2. & conclus. 12.

II. Quod operæ precium fuerit tenorem illius hic inferere, & paucis partes eius tangere, quò ad eam sapidè pronuntiandam excitetur, simul nos misereat, pudeat, & pœniteat nostri, qui eam toties inspidè solis labiis, & lingua oris pronunciamus, sine vlla attentione, dantes (vt ille ait) sine mente sonum, cuius tenor est hic, iuxta puncta in eo signata pronuntiandus.

¹⁷⁹ (*Salve Regina, mater misericordie, vita, dulcedo, spes nostra flauē, Ad te clamamus exules filij Eue, Ad te suspiramus, gementes & flentes in hac lachrymarum valle, Eia ergo aduocata nostra, illos tuos misericordes oculos ad nos conuerte, & Iesum benedictum fructum ventris tui, nobis post hoc exilium ostende. O Clemens & pia, & dulcis virgo semper Maria.*) Quem enim non misereat, pudeat, pœniteatque incogitantæ suæ, qua desinit cogitare,

quando eam recitabat vel canebat, ea, quæ per verba eius significatur, cum vix vllus sit Christianus adeo duro, & infensili corde, qui, si cogitaret significata eius verborum, cum eam recitat, vel ruminaret eam, cum eam cantat; eo quod plus ad id faciendum orij habet, non sentiat multos sapes? Nonne multum saporis desert consideratio, quod Regna præpotens Cœlorum & Domina Angelorum benignissimè & gratiosissimè sua nos dignetur audientia, & audire à nobis (*Salve Regina, mater misericordie?*) Cui verò cor non ardeat amore, cogitando se tam sublimi & misericordì Reginæ obsequium præstare, dicendo ei (*Vita dulcedo, & spes nostra saluo?*) Quem non moueant ad agnoscendam suam fragilitatem, & miseriam illa verba præsius trutinata. (*Ad te clamamus exules filij Eua, ad te suspiramus gementes & flentes in hac lachrymarum valle?* Quandoquidem facient eum cogitare, hunc mundum esse laboriosum, & quandam profundam vallem duobus eminentibus collibus depresso, nempe illo alto paradyfi terrestri, à quo exulamus, & longè illo altiori paradyfi cœlestis, in quem tendimus, ea lege, vt nisi eò peruenerimus in inferni barathrum penas ibi semper daturi intrudamur. Equis hæc secum reputans non timeat, & tremens non clamet (*Eia ergo Aduocata nostra, illos tuos misericordes oculos ad nos conuerte?*) Quis non cum vehemēti desiderio videndi id, cuius visionem toties precatur, dicat illa dulcissima verba (*Et Iesum benedictum fructum ventris tui, nobis post hoc exilium ostende?*) Quis demum post hæc magno clamore non exclamat semel iterumque (*O clemens, O pia, O dulcis virgo semper Maria?*) Quin & citra bathologiam & inutilem repetitionem geminato feruore deuotionis, iuxta sanctam huius Ecclesiæ consuetudinem repetat, geminèque illa verba (*O clemens, O clemens, O pia, O pia, O dulcis semper virgo Maria*)

III. Quòd quando profundius expendo tenorem symboli siue Credo minoris (quod est firmissimum rectè orandi & meditandi fundamentum) sublimissimam illam orandi formam orationis Dominicæ, & sublimem Salutationis Angelicæ, & lapidam (*Salve Regina*) quam fama est olim in nostra Roncaualle sabbathis solitam ab Angelis cantari apud quædam fontem, quem ab eo tempore in hoc præsens Angelorum fontem appellant, quam, vt alij aiunt, Sanctus Bernardus audiuit ab eisdem alibi cantari, quàmque alij cantionem Nauticam vocant, eo quòd nautæ præsertim naufragantes magna cum intentione animi ea vtuntur.

Cumque considero vastam, & amplissimam contemplandi materiam, quam in his quatuor orandi formis contenta præstant, ferè mihi persuadeo, eas solas sine aliis nouis (quas tamen fateor esse vtilis) sufficere, quandoquidem hæc facile vlti esse possunt semper & vbique, nocte & die, in prosperis & aduersis, in locis sacris & profanis, & eas semel, iterum sæpiùsque repetitas, quoties opus fuerit, totam hominis vitam occupare posse; Et fastidium quod repetitio eiusdem rei generat, potest facillè tolli renouatione, & variatione contemplationis; nunc eorum, quæ vna pars repræsentat, nunc eorum, quæ alia: Nam & Abbas Isaacus, & qui cum refert Ioannes Cassianus, & asseruerunt, posse quem ingem & perpetuam orationem facere ex solo illo versiculo (*Deus in adiutorium, &c.*) nunc Deum, & quæ sunt eius innumera beneficia, & eius opem, & varia optulandi genera, nunc necessitates varias, quibus orantes & alij premimur, meditando, quod est optimum, & sapidissimum orationi attendendi genus, modo per id præcepta nõ omitatur oratio, quod etiam partim ex adiectis supradictis quatuor orandi formis colligipotest.

III. Quòd nihil tamen his obstantibus, optima fuit Ecclesiæ ordinatio, qua pro diuersis horis diuersos psalmos, hymnos, antiphonas, capitula, responsoria, versiculos, & orationes statuit, non quidem ad minuendam deuotionem Pater noster, Ave Maria, Salue, & Credo, debitam, neque vt contemptius, & incogitantius ea pronuncientur (quod pro dolor sæpè fit) sed quod mens recreata illa varietate eorum clarè prolatorum, deuotius, & sapidius has in silentio secretò recitet, & vt limitata sapore suauis, & saccareo ex harum in silentio secretò recitatione potius mentali, quàm vocali (vt fieri debet) concepto, reliqua omnia sapient, & dulcescant, quod fideli commendandum est memoria. Quare ò patres, & fratres, qui recitamus horas canonicas, per Deum, petamus opem ab eodem ad reputandum ex animo, orationem Dominicam esse omnium, quas recitamus, præcipuam, ideòque illi præcipue esse attendendum, & quòd non ideò iubemur illam in silentio secretò pronunciare, vt minus pausatam, minutèque intellectam, & ruminatam pronunciemus, sed vt tanquam rem grauiorem, maiore cum attentione, cura,

g Lib. 12.
de instit.
Monacho.
c. 23. & col.
10. c. 10. ubi
pra relati.

& religione (augente illam silentio) omnes & singuli totam, & singulas eius partes proferamus, licet psalmos & reliqua alternatim, vel particulatim, & dimidiata dicere sufficiat? Petamus, inquam, opem ad hoc reputandum ex animo, simul & ad perpendendum, quod illa oratio Dominica dicta in horæ principio, est cæmentum, siue fundamentum totius molis eius, & dicta in fine, tectum & colophon eam regens, & dicta in medio, paries eam sustentans. Simul consideremus, quod per nulla eorum, quæ recitamus, quicquam aliud petimus, quam quod in ea petitur, nec facimus aliud quam verbis specialioribus speciatim petere id, quod in ea generalioribus generatim petimus. Quod ipsum ferè cogitandum est de (*Aue Maria*) quoad horas Beate Mariæ. Neque verò quis mihi vitio vertat, quod ferè hoc ipsum bis supra commendavi. Nam, auctore Seneca, nunquam nimis dicitur, quod nunquam satis dicitur, & vti nam etiam quater repetitum esset mihi satis, ad satis superque id, quod alios admoneo, faciendum. Tanta est mea, & vt suspicor, aliorum fragilitas.

V. Quod qui tenetur recitare, vel canere horas Canonicas quotidie, meminisse debet eius, quod supra diximus, nempe illas, & Missam continere formas, & modos orandi omnium præstantissimos. Nam præter Pater noster, Aue Maria, Salve & Credo, continent alias orationes, lectiones, hystorias sacras, & formas ad laudandum & orandum aptissimas, & quod ideo, qui eas tenetur recitare, vel cantare maioris debet eas facere quam alias quasunque deuotiones voluntarias, maioremque conatum eis benè recitandis, vel canendis adhibere, quam illis, quibus eatenus vti debet, quatenus sibi profunt, & opitulantur ad deuotius recitandum vel canendum horas Canonicas, vel saltem ab id faciundo non impediunt. Quinimò, si animaduertit eas præbere ansam & occasionem dicendi præcepta, & obligantia minore cum gustu & attentione, & maiore præcipatione, & eo quod antea in illis se occupauit, vel postea se occupaturus est, debet eas omittere saltem diebus vel horis, quibus talem occasionem præstarent. * Quo fit, vt certè iam pridem quosdam viros pios admonerim, non satis rectè instituire discipulos suos, monendo vt horas Canonicas præceptas quam citissimè utcunque recitarent, quò sibi tempus suppeditare possent ad dicenda & facienda cum magna pausa, magnòque temporis spacio ea, quæ ipsi

ipsi illis dictabant, contemplanda & facienda, cum contrà monere debuissent vt illas grauitè, magna cum pausa, & attentione recitarent, hæc autem cum ea sola, qua sine illarum impedimento possent. *

188 VI. Quod non deberemus tam procurare nouas orandi formas, quam nouare nostram deuotionem & attentionem in antiquarum ruminacione, per quam nobis fierent admodum nouæ & sapidæ. Nam cui non fient noua (*Pater noster, Aue Maria, Salve, & Credo*) si attendens ad eorum significata, nunc conceperit aliquos respectus, nunc alios eorum, quos circa singulas partes earum respicere nos posse supra significauimus & alios, quos Spiritus sanctus pro sua benignitate suggeret ei, qui eis vti cœperit? Cui non magis ac magis renouabitur inuitū illud verustissimum horæ Matutinæ (*Domine labia mea aperies*) qui cogitans se, de se, insufficientem ad illa, vt decet, aperendum, præsertim ad rectè laudandum Dominum, vt illa sibi ipse, qui præsens est, aperiat? Cui non fiet nouum (*Deus in adiutorium meum intende*) qui nouè animaduertit, se ob necessitatem, qua premitur, petere auxilium à Deo imaginando eum (vti est) præsentem, & ponderauerit magnam, qua id sibi dari petit festinantiam? Cui non, si animum satis intenderit, innouabitur per Inuitatorium, & illum exhortatorium Psalmum (*Venite exultemus*) quo nos mutuò exhortamur, vt humiliter, & alacriter cum lachrymis amoris & deuotionis Deum laudemus, & ab eo beneficia postulemus, præsertim in eo versu (*Venite adoremus, & prociadamus ante Deum, ploremus coram Domino, qui facit nos: Quia ipse est Dominus Deus noster, nos autem populus eius, & oves pascuæ eius.*) Quot nouitates inueniet in huius psalmi vetustate, qui nunquam non germinat pampinos, & heros suauissimos ei, qui curauerit eos decerpere? Nam verò qui inchoat Primam, Tertiam, Sextam, & Nonam, attendendo in illarum hymnis contenta, quos nouos impulsus sentiet indes ad deuotè canendum psalmos frequentes? Quid autem dicet qui ex animo attentè conceperit ea, quæ psalmus ille h (*Beati immaculati*) diuisus in Primam, Tertiam, Sextam, & Nonam, continet de ipsius Dei amore, lege, æquitate, de suis viis, semitis, iudiciis, mandatis, & præceptis, quasi ore ad os familiarissimè cum ipso Deo colloquendo? Quid, inquam, dicet qui hæc attentè conceperit? Dicet profectò illud octonarij septimi eiusdem psalmi

h Psal. 118.

(*Dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo*) Et illud octo narij cœtaui (*Idc̄ dilexi testimonia tua super aurum & topazian.*)

* Quo fit, vt ob eius ad prædictas horas restitutionem, ita vt quoridie in eis recitetur aut canetur, magnæ profectò gratiæ sint agendæ sc̄el. rec. Pio V. ab iis, qui colloquio illo diuino, eodẽmque suauissimo libenter, & humiliter fruuntur: quamuis non damnem eos, qui in suis Breuariis vt solis Dominicis diebus ita diceretur, potestate in id iusta suffulti ordinauerunt. i * Fit etiam ex hoc & superioribus, vt par sit Christianum exhortari lectorem, vt Deum Opt. Max. etiam atque etiam quàm humillimè & obnixissimè oramus, vt qui est æternus, & sine vlllo principio antiquissimus, simul ad eò nonus ac vnquam fuit, fr̄anet & cœrceat nostros nonitatum appetitus, ita vt non pereat nobis sapor antiquitatis firmis radicibus nirentis, florentis, & maturos fructus ferentis, licet quibusdam, qui eam non certunt oculis se dignis, videatur eradicata, marcida, & infructuosa, & vt dignatus fuit finire nostro sæculo barbariem nouam, quam indocti & barbari, præsertim in Hispania, in literas antiquas inuexerant, ita dignetur hoc suo sancto œcumenicòque Concilio Tridentino k relegare & deportare nouitates, quas miserandi Lutherani, & alij eis peiores inuexerunt in modum maiestatem suam, suosque Diuos orandi, laudandi, eisque seruiendi, contrarias reuerendæ vetustati, ab ipsis Apostolis in hæc tempora per manus tot sanctorum deriuatæ: Simul vt faciat nos amare & colere formas recitandi & laudandi eum per ora innumerorum à tot sæculis sanctificatas, æstimantes (quanti par est) nouas à Catholicis compositas, non tamen tanti, vt ob has nobis forteant illæ, quæ compositæ à viris piissimis, eisdẽmque ipsi amicissimis, & à mille & amplius annis conseruatæ sunt, conseruatæ, inquam, illo condimento conseruatorio fidei firmitate, spei certitudine, & charitatis melle ac saccharo, & aceto pœnitentiæ, tot & tam piorum tecum regnantium confectò, ideòque longè suauius, quàm storax, nardus & muscus, redolentes iis, qui eas oculis in diuina defixis, mundi naribus olfaciant.

V II. Vtilissimum fore Christiano scire memoriter Pater noster, Aue Maria, Salue Regina, & Credo paruum idioma te vernaculo, Hispano nimirum Hispanico, Gallo Gallico, Italo Italico, & Germano Germanico. Per hoc enim fieri possent ei orationes mentales & vocales, ac magna pars do-

ctinæ,

ctinæ Christianæ, cum alioqui multis ferè solum sint vocales. Prodesset etiam multum consuescere non solum ad eas frequenter recitandum, sed etiam ad cogitandum, quàm magna, quàmque mira sint in eis contenta, ad consolandum se eis, quæ per se intelligit, & ad interrogandum doctiores ea, quæ per se non assequitur. * Quamobrem hoc in loco sermone Hispano ædito, non solum adiecit tenorem symboli Apostolorum siue Credo minus Latinum, sed etiam Hispanum, quod ipsum supra in suis locis fecimus de tenere (*Pater noster, Aue Maria, & Salue.*) Sed quia in hoc eodem latinitate præsertim in Italia donato, ineptum esset subiicere Hispanum magis, quàm Italum, vel Gallum, vel alium, curam id faciendi delegamus Curionibus siue Curatis, & pastoribus particularibus, contenti subicere sermonem latinum distinctum punctis, quibus dum recitatur est distinguendus (in quo non parum multi errant) qui est hic * (*Credo in Deum, patrem omnipotentem, Creatorem cœli & terræ, & in Iesum Christum, filium eius unicum, dominum nostrum. Qui concepitus est de spiritu sancto, natus ex Maria Virgine: Passus sub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus, & sepultus. Descendit ad Inferos, tertia die resurrexit a mortuis: Ascendit in Cœlum, sedet ad dexteram Dei Patris Omnipotentis: Inde venturus est iudicare vivos & mortuos. Credo in Spiritum sanctum, Sanctam Ecclesiam Catholicam, Sanctorum communionem, remissionem peccatorum, carnis resurrectionem, & vitam æternam. Amen.*) Adde, quòd idiota, qui idiomate Latino vel vulgari hoc solum memoria tenet, operæ pretium faceret dicendo Deo. Ego Domine firmiter hæc omnia credo, vnà cum omnibus, quæ illa cõsequuntur, vt credit S. Mater Ecclesia Romana, nec alia mihi opus est ratione, vel autoritate, quàm quod illa hæc docet. Adde item, quòd indices hoc solum non solum idiote, sed etiam docto nouum fieret, & eius vetustas nouaretur in eo, si postea solum memoria repeteret, & optaret scire, & si scit, actu consyderaret, qui, & quot composuerunt rem ad eò sublimem, magnam, sanctam, & compendiosam, & ex quibus ipsius verbis colligitur, quòd Deus est trinus & vnus, vnus in substantia, trinus in personis, Pater, Filius, & Spiritus sanctus, & sub quibus earum, & quomodo comprehenduntur duodecim articuli siue axiomata, secundum alios, quos, vel quatuordecim secundum alios, quæ sunt bases, & principia sacrosanctæ fidei Christianæ? & sub quibus comprehenduntur sex vel septem spectantes ad diuinitatem, &

i Arg. cap. Que cœtra dimitt. 8.

* Ideo post, exple rō hoc Cōcilium fit mentio de illo tāquā nondū expleto quia prope eius initium hoc dictū fuit in 2. litione prioris vulgari.

sub quibus aliæ sex septemue ad humanitatem, & quibus diebus ac festis anni S. Mater Ecclesia illa celebrat, & nobis suis dilectissimis filiis representat. Idemque operæ pretium faceret desiderando & conando nosse, & postea ruminando, quando, ubi, & post quos affatus & afflatus, gloriosa illa virgo permanens virgo concepit, & peperit: Vbi, quando, quomodo, & qua in arate ille innocensissimus, totiusque innocentiae author, filius innocentissima Virginis mortē pro nobis subiit acerbiſſimam. Quæ Erynnis furiae infernalis potuit persuadere maligno illi Præsidi Pontio Pilato capitalem ipsius damnationem. Quis, & quousque gestabat crucem, in qua erat clavis confingendus, & uribat cum ad illam ducebatur. Quæ verba, & quibus loquutus fuit in via. quor clavis, & quomodo eum confixerunt. Quanto cum dolore sua mater ipsum vidit euntem, utque gladio fuit transfixa, audiens icſtum malleorum, quibus quatiebantur clavi carnis ipsius cum ligno confururi. Quid, & quibus ipse tam crudeliter fixus cruci, adeoque afflictus tam benignè loqui dignatus fuit, præsertim Virgini suæ matri, quæ iuxta crucem itabat: Ut abstinuit à maledicendo & malfaciendo maledicentibus & malfacientibus sibi, & condonavit tam dirè ipsum tractantibus & crucifigentibus. Quid de vestibus eius actū, à quibus, & quomodo de cruce depositus. Vbi, & quomodo sepultus, & quando ac quomodo resurrexerit. An primò apparuerit suæ Matri, & id genus alia. Idem operæ pretium faceret optando, & conando nosse, ad quæ quatuor inferiorum animarum locorum descendit, & quos illinc eduxerit. Quid sibi volunt verba illa: Ad dexteram Dei patris, cum supra ¹ dixerimus, Deum, quatenus Deus est, non habere manum dexteram aut sinistram, & patrem naturam humanam non assumpſisse, ut filius assumpſit? Quare dicitur in hoc symbolo (Credo in spiritum sanctum) & non credo in ecclesiam, ^m sed credo Ecclesiam, in qua sanctorū consistit communio? Quare, & quomodo remittuntur peccata? Cur tantoperè dilacerat & angit timor mortis, cum certissimus nos resurrecturos immortales, nunquam amplius morituros: & id genus alia? quò id quod per se non assequitur, interroget temporibus & horis successivis, siue aliis negotiis non destinatis, doctiores, & ut instructus postea doceat ignorantēs, præsertim suam familiam eaque ignorantem, illis maxime horis, quas prævidet impensum iri murmuracionibus, obreſtacionibus, fabulis, ac hystoriis vanis vel obſcœnis.

VIII

298 VIII. Quòd, quia præfatæ quatuor orationes (*Pater noster, Ave Maria, Salve, & Credo*) quorum tenores supra scribuntur, sunt præcellentes precandi & contemplandi formulæ, omni tempori, loco, ætati, & sexui convenientes, visum fuit, cum hæc idiomate vulgari componeremus, adijcere septem modos orandi & precandi, miscendo his septem illas horas, quas Crucis vocant, omnibus etiam convenientissimas, quibus ipse sæpè soleo, cum vacat, uti nunc ad precandum, nunc ad contemplandum, nunc domi, nunc foris, nunc solus, nunc cum sociis aut familiaribus. Adieci, inquam, septem modos orandi & contemplandi, respondentes septem horis Canonicis, compositos ex prædictis quatuor orationibus, & horis Crucis ad hunc modum.

Ad Matutinum.

CREDO, Pater noster, Ave Maria, Salve Regina.)

Hymnus.

(*Patris sapientia, veritas divina, Deus homo captus est hora matutina, A suis discipulis citò derelictus, A Iudeis traditus, venditus, & afflictus.*) Vers. Adoramus te Christe nocte cõprehensum, & benedicimus tibi. *R.* Quia per sanctam crucem tuam redemisti mundum. Vers. Domine exaudi orationem meam. *R.* Et clamor meus ad te veniat.

Oremus.

(*Domine Iesu Christe, fili Dei vivi, pone passionem, crucem, & mortem tuam inter iudicium tuum, & animas nostras nunc, & in hora mortis nostræ, & semper largiri digneris vivis misericordiam & gratiam, defunctis requiem & veniam, Ecclesiæ tuæ pacem & concordiam, nobis quoque peccatoribus vitam & lætitiã sempiternam. Qui vivi & regnas cum Deo Patre in unitate spiritus sancti Deus, per omnia secula seculorum. Amen.*)

Ad Primam.

(Credo, Pater noster, Ave Maria, Salve) ut supra.

Hymnus.

(*Hora prima ductus est Iesus ad Pilatum. Et à falsis testibus multum accusatum, Colaphis percutiunt manibus ligatum, Vultum Dei conspuunt, lumen cæli gratum.*) Vers. Adoramus te Christe ductum ad Pilatum, & benedicimus tibi. *R.*

A a 5

¹ In cod. ca. iii. 13.

^m Tho. 2. sec. qu. 1. artic. 9.

Quia per sanctam Crucem &c.

Oremus.

(Domine Iesu Christe.) vt suprâ.

Ad Tertiam.

(Credo, Pater noster, Ave Maria, Salve.) vt suprâ.

Hymnus.

(Crucifige clamitant hora tertiârum,
Illusus induitur veste purpurarum,
Caput eius pungitur corona spinarum,
Crucem portat humeris ad locum pœnarum.) Vers. Adoramus te
Christe crucē portantem &c. Vers. Domine exaudi &c.

Oremus.

(Domine Iesu Christe. &c.)

Ad Sextam.

(Credo, Pater noster, Ave Maria, Salve.) vt suprâ.

Hymnus.

(Hora Sexta dominus Iesus est Cruci conclauatus,
Et cum latronibus pendens deputatus.
Praetermentis sitiens selle saturatus,
Agnus crimen diluē sic ludificatus.) Vers. Adoramus te Chri-
ste cruci conclauatum &c. Vers. Domine exaudi &c.

Oremus.

(Domine Iesu Christe &c.)

Ad Nonam.

(Credo, Pater noster, Ave Maria, Salve) vt suprâ.

Hymnus.

(Hora nona Dominus Iesus expirauit,
Eli clamans animam patri commendauit,
Latus eius Lancea miles perforauit,
Terra tunc contremuit, & Sol obscurauit) Vers. Adoramus te
Christe in cruce expirantem. &c. Vers. Domine exaudi. &c.

Oremus.

(Domine Iesu Christe &c.)

Ad Vesperas.

(Credo, Pater noster, Ave Maria, Salve) vt suprâ.

Hymnus.

(De cruce deponitur hora vespertina,
Fortitudo latuit in mente diuina,
Talem mortem subiit vite medicina,
Hæu corona glorie tacuit supina) Vers. Adoramus te Cris-
te de cruce depositum, & benedicimustibi &c. Vers. Domi-
ne exaudi &c.

(Domi

Oremus.

(Domine Iesu Christe &c.)

Ad Completorium.

(Credo, Pater noster, Ave Maria, Salve) vt suprâ.

Hymnus.

(Hora completorij datur sepultura,
Corpus Christi nobile spes vite futura,
Conditur aromate, complentur scriptura.

Ingi sit memoria, mors hac mihi cura.) Vers. Adoramus te Chri-
ste à matre sepulcrum &c. Vers. Domine exaudi &c.

Oremus.

(Domine Iesu Christe,) vt suprâ.

Equidem arbitror, hos septem modos omnibus doctis & indoctis inferuire posse. primò ad deuotè contemplandum in (Credo) articulos fidei, qui sunt totius rectè contempla-
tionis bases firmissimæ, & in (Pater noster) septem petiti-
ones eius, in quas omnia, quæ iustè peti possunt, reducuntur,
& in (Ave Maria) dulcia illa colloquia Virginis matris
cum magno illo Archangelo, & cum beata illa Elisabeth,
& multis eiusdem præcellentes tam animi, quàm corporis
dotes: & in (Salve) multostitulos triumphales Virginis
matris, vnà cum contrariis nostræ captiuitatis & miserix,
& de nostra, quæ illos consequitur, varia necessitate ad
ipsam & alios Diuos confugiendi, & cum vtili desiderio,
quod inde nascitur, videndi tandem Iesum Christum in
cælis regnantem. 2. inferuire possunt ad reuerenter oran-
dum, & petendum quæcunque conuenient saltem gene-
raliter, inferuire, inquam, possunt illis, qui sategerint
mente potius quàm ore dicere illas, magnificentes &
admirantes contenta in eis, iuxta ea, quæ suprâ circa
tenorem eorum consyderari posse diximus, & alia quæ
Spiritus sanctus id conanti pro sua benignitate inspiraru-
rus est. Inferuiant autem magis illis, qui principis præ-
missorum modorum præmiserint (Deus in adiutorium meum
intende, Domine ad adiuuandum me festina) mentaliter tan-
tùm, vel mentaliter & vocaliter, modò potius mente humi-
li & reuerente, quàm voce temeraria id faciant. Dixi
(temeraria) quia mentalis adiuta voce oportuna, ceteris
paribus, soli mentali præstat, vt suprâ dictum est. * Vt autem
magis inferuire possent ad prædictos effectus non callen-
tibus latinè, oporteret eas in linguam sibi notam vertere.
Ob quod ipse in æditione vulgari in Hispanam linguam,
quia

quia Hispanè scribebam, verti, gratiasque ob id à multis accepi. At nunc latinè scribentem don decuit vertere magis in vnam, quàm in aliam linguam, sed Curiones & Confessarii possent eas suis deuotis, quibus illæ placerent, in suam linguam versas tradere.*

Admoneo denique, quòd hi modi orandi multùm in seruire possunt, ad leuandum tedium itineris, vel otij, & ad excusanda vaniloquia, his, qui voluerint eis simul cum alijs vt, si vnus eorum factus Choraula, siue orantium ductor, vt exponit quædam glossa, ° ad Matutinum incipiat, & dicat (Credo) solus, & chorus (Pater noster) & Choraula, (Aue Maria), & Chorus, (Salue Regina) & omnes hymnum (patris sapientia &c.) & Choraula dimidium versuum (Adoramus te &c.) & (Domine exaudi) & (Oremus) cum Collecta, & chorus alterum dimidium versuum, Ad primam autem Chorus incipiat, & dicat (Credo) & Choraula (Pater noster) Chorus (Aue Maria) & Choraula (Salue) & omnes hymnum (Hora prima &c.) & Choraula dimidium versuum, & (Oremus) cum Collecta, & Chorus alterum dimidium versuum. Ad Tertiam verò incipiat, & dicat solus Choraula (Credo) Chorus (Pater noster) Choraula (Aue Maria) & Chorus (Salue Regina) & omnes hymnum (Crucifige &c.) & Choraula dimidium versuum, & reliqua vt supra. Ad Sextam Chorus incipiat, & dicat vt in Prima, & Choraula sequatur vt in ea, & omnes dicant hymnum. Ad Nonam incipiat Choraula, & sequatur Chorus. Ad Vesperas cõtrà incipiat Chorus, & sequatur Choraula. Ad Completorium incipiat Choraula, & sequatur Chorus.

Caret autem plurimùm Choraula, vt non solum ipse, sed & alij dicant suas partes cum debita deuotione, & attentione, per commata & cola, pausando & distinguendo, vt supra distinguuntur, iuxta illud Apostoli. P Cantantes & psallentes in cordibus vestris Domino, vbi ait Hieron. Corde, non voce cantandum, cui addit glossa (Non vos sed votum, non musica cordula, sed cor, Non clamor sed amor clamat in aure Dei) Quæ si procurauerit Choraula, maiorem frequenter in se attentionem experietur dicendo cum socijs, quàm si solus recitaret. Quod autem dixi de predicto Choraula, quòd debeat curare vt totus Chorus reuerenter, attentè, & cum pausa decenti distinctè suam partem dicat, idem & magis curare debet in recitandis & cantandis Missis, & omnibus horis Canonicis, quæ vt omnibus alijs dignitate præst

o c. legi.
16. q. 1.

p Ad Eph.
5. supra re
larum in c.
Cantantes
62. dist.

præstant, ita maiore cum attentione & reuerentia, quàm alia, dici debent. ¶

200 IX. Quòd inter omnes conuenit, debere nos cruce nosmetipsos signare, quod Hispani vocant (Santiguar) siue se crucis signaculo insignire, vt Hiero. ¶ loquitur, & quod id fit formando crucem tribus digitis, vel tota manu, deductis à fronte in pectus, & ab altero in alterum latus, quod interdum fit nullis verbis prolatis, vt ad (Deum in adiutorium meum &c.) ad finem (Gloria in excelsis) & ad (Benedictio super nos) Collectæ Completorij, & alijs sæpè. * & nunc in Missarum introitu, secundum ordinem Missalis bo. me. Pij V. * Et interdum inuocata expressè Sanctissima Trinitate, per illa verba (In nomine Patris, & filij & Spiritus sancti) nominato patre, dum frons tangitur, filio, dum pectus, & Spiritus sancto, dum ab vno ad alterum latus fit transuersio. Est autem magnæ quæstionis inter authores; An transuerio debeat fieri à latere sinistro in dextrum, quod glossa quædam s mihi singularis (quam quidam Cardinalis magnæ auctoritatis t sequitur) sentit. An contra à dextro in sinistrum, quod Archidiaconus, v Dominicus, & alius Cardinalis dicebat; Nobis tamen magis placet glossa, cuius ego doctrina vtifoleo, sicut & plurimi alij vtuntur, vt & ipse Archidiaconus sentit, quamuis nec reprobem contrarium, quia neutrum eorum vllo Iure diuino, nec humano inuenitur præceptum, aut veritum, & pro vtro quæ sunt fundamenta mediocritia, quæ super eadem glossa Salmanticæ Auditorio dictaui.

201 X. Quòd magnæ quæstionis est. An bona vel mala fuerit noua ordinario Breuiarij noui Romani, ab Illustrissimo Cardinali S. Crucis facta. Ad quam respondeo sequentia. Primò, Quòd multis grauissimis vixis displicuit. Tum quia magnam induxit nouitatem tempore, quo hæreticorum multa comminiscabantur. * Tum quia multa magni momenti abstulit, nempe officium minus B. Mariæ, Capitula, Responsoria, versiculos, preces, Dominus vobiscum, & officium defunctorum, psalmos penitèntiales, & Canticum graduum, quoad omnes ferè dies. Tum quia contra ius Y addidit omnibus ferijs exceptis Aduentus & Quadragesimæ. (Te Deum laudamus) & consequenter, videtur addidisse (Gloria in excelsis Deo) & (Ite missa est) in missis ferialibus, quandoquidem hæc tria coniunguntur. ¶ Tum quia abstulit (Pater noster) quod iure in fine cuiuslibet horæ dicendum est. ¶ Tum quia ab rogauit hymnos feriales horæ

q Argu. c.
fin. 92. dist.

r c. eccle-
siasticarū,
12. dist.

s In c. Nū-
quid de cõ-
sec. dist. 5.
t Ioan. de
Turrecr.
in c. Eccle-
siasticarū,
11. dist.
v In d. ca.
Ecclesiasti-
carum.

x cõtra c.
exparte cū
glo. de cõ-
sec. & ca.
Quis neci-
at 11. di-
stin. 1. in re-
bus. ff. de
leg.

y c. confi-
liū. de ce-
leb. massa.
z Arg. d. c.
Consilium
cum et an-
not. & ibi
dixi.

a c. Id sè-
per. de cõ-
sec. dist. 5.

horæ Matutinæ, & omnes hymnos laudum, cum tamen ij omnes essent vetustissimi, & possent poni hymni laudum in principio earum, vt præcepit suos dici in principiis aliarum horarum. Tum quia perturbauit ordinem psalmodiarum psalterij, non sine detrimento eruditorum, & eorum qui debent interesse choro aliquot temporibus, vel horis. Tum ob alia, quæ breuitatis causa omitto.

II. Quod his non obstantibus, probabilis mihi semper visa fuit. Tum quia ferè tota sacra scriptura legitur in eo singulis annis semel, & bona pars eius bis, & psalterium singulis septimanis semel. Tum quia abstulit multas leues historias ab hominibus indoctis compositas, & multas lectiones tam hystoriarum, quam expositionis homiliarum, ad eò breues, vt ridicule esset earum breuitas, quandoquidem vix singulas periodos continebant. Tum quia sustulit confusio nem nascètem ex recitatione de Sanctis anticipatis & postpositis. Tum quia ademit occasionem alienandi animum à Deo, quam præbet^b necessitas, de quo, vel quot, & quomodo faciendâ est commemoratio, & quærendi capitula, responsoria, versiculos, psalmos, quin & lectiones, quæ licet ex vna parte sua varietate renouent attentionem diligentibus, & arte recitandi versatis, aliis tamen ex alia non nihil vt plurimum nocet. Tum quia quicquid per illud recitatur est sacra scriptura, vel hystoria, vel expositio admodum grauis à grauiissimis viris composita. Tum quod literarum studiosis leuamini est & auxilio, quandoquidem recitando student, & plus orijs fit eis ad studendum, & sapientia cum religione coniungenda est, quoniam altera sine altera diu esse nequit, auctore Lactantio.^c Tum quod non parum subleuat concionatores, confessorios, & alios aliarum virtutum actibus & exercitijs addictos, & occupatos. Cum quod negari non potest, quin aliqua ex parte saltem parum deuotus, per varietatem in dies renouatam, attentionem auget, & ob alia, quæ prolixitatis vitandæ causa prætereo.^{*} Tum denique, quod sufficit ad tollendos scrupulos his, qui ventur, ne per illud satisfaciant, quod modus recitandi est humana lege inductus, & consequenter potest per Max. Pont. dispensationem mutari, & limitari etiam absque peccato, quando eam ex causa facit, quin etiam facta sine illa causa valet ad saluandum eum, cum quo dispensat, à peccato, licet aliquantisper sese maculet eo, iuxta à nobis alibi

b Quod vitandum est per c. Nostrum & ea quæ supra diximus in no. 26.

c In lib. In Rit.

alibi d. Iarius dicta.^{*}

203 III. Quod longè probabilior tamen esset, si quoad (Te deum, Pater noster) & hymnos laudum prouideretur, vt in additione posteriori prouisum fuit, quoad antiphonas, sine quibus prima reciderat.

204 IIII. Quod nemo sine causa deberet impetrare facultatem recitandi per illud, ad oneri suo satisfaciendum. Nam vt post quendam Cardinalem doctissimum^e dixi, & scripto respondi Salmaticæ, dispensans, licet sit Papa, & dispensatus etiam circa legem humanam sine iusta causa, peccat mortaliter vel venialiter, pro qualitate scādali magni vel parui, quod dat iis, quibus cum viuit, petendo vel dando dispensationem, imò & vtendo illa, nō quia contravenit legi humanæ, quam Papa bene vel male quoad illud laxauit, sed quia contravenit illi legi naturæ, qua turpis est pars, quæ nō conuenit suo vniuerso, & qua subditi iubemur conformare nos in bono iis, quibus cum viuimus, & præpositi non solum debent abstinere ab eximendo sine causa subditos à sua lege, sed etiam se subdere illi, quam aliis imponunt, iuxta illud: Patere legem, quam tuleris.^h iuxta item illud. Quod quisque iuris in alium statuerit, eodē ipse vtatur,^a citra vllam personatum acceptationē.^b Quæ maximè memoranda conclusio est,^{*} & opportunè alibi repetita.^c*

205 V. Quod qui sine dispensatione recitat per præfatū Breuiarium nouum prædicti Cardinalis S. Crucis, non satisfacit obligationi recitandi horas Canonicas. Horæ enim istius Breuiarij non sunt Canonicæ, nec pro talibus etiam num receptæ, & approbatæ, nisi eis, qui ad id dispensati sunt. & idēd, qui sine illa eas dicit, non recitat horas Canonicas, imò nec sufficit habere dispensationem recitandi simpliciter officium Romanum, sed oportet habere illam expressè, ad recitandum officium Romanum nouum per præfatum Breuiarium. Quinimò non sufficeret facultas expressa recitandi Romanum per Breuiarium nouum, ad recitandum per Breuiaria prima, quæ antiphonis carent licet nonnulli, sed malè, contrafaciant, si facultas facta fuit post additionem Breuiariorum habentium illas, vt super his omnibus non semel interrogatus respondi, per rationes, quas breuitatis ergo prætermitto.

206 VI. Quod ad continuandum cum deuotione chorū conformando se ei, magis nocet, quam prodest recitatio horarum per hoc Breuiarium, vt supra^d determinauimus.

Ideo

d In cōm. ca. non liceat. 12. q. 2. §. 3. nu. 8. & Iarius in Manuali Conf. præ. lud. 9. à numero 11. e. 1. sec. 96. ar. 5. Vbi speciatim de dispensatione agit. f. Super c. Iustum. 9. diff. g. cap. quæ contra mores. 8. diff.

h cap. cum omnes. de constit. l. digna vox. C. de legi. a. doto. tit. ff. quæ quisque iuris, & c. b. Deut. 1. & c. nouit. de iudic. c. in nostro Manuali Conf. præ. lud. 9. à numero 11.

d In c. 10. nu. 17.

Ideoque, sicut nemini consulerem, ut horas, quas cum choro est dicturus, dicat prius extra eum, ita recitanti per hoc Breuiarium Ro. nouum consulerem, ut non curaret de illo diebus, quibus dicturus est in choro, praeterquam quod legeret, vel audiret ab alio lectas tres illas lectiones, quas adeo selectas habet, tempore prandij, vel à prandio, aut alia quapiam hora decente. Per magna siquidem esset deuotio illius, qui postquam semel recitauit suas horas per hoc Breuiarium nouum, vel aliud, posset deuotè sequi Chorum, tota die se illi conformando, quandoquidem etiam alij, qui satisfaciunt suae obligationi, recitando, vel canendo cum choro, non sine cura & sollicitudine id bene agere possunt.

VII. Quod æquum videtur, ut Concilium hoc œcumenicum Tridentinum iuberet, ut easdem horas Canonicas saltem maiores omnes ad eas obligati recitaremus, ob multa, quæ in id adduci possunt, diluendo faciliè ea, quæ à contraria parte stant: & quia horæ huius Breuiarij videntur nimium breues, quoad religiosos, imò etiam quoad clericos non studentes, neque in prælegendo, prædicando, vel confessiones excipiendo occupatos, nec alia officia spiritalia magnæ occupationis exercentes (Quod meo iudicio est in causa, cur prudentia Romana, quæ mea sententia super alias, difficilius in hoc dispensat cum religiosis, quam cum sæcularibus: hi enim communiter pluribus sunt negociis districti quam illi) Ideò (licet ex hac formula omnibus recitandum foret) adderet pro his, qui non sunt prædictis modis occupati, saltem minus officium Beatæ Mariæ pro certis diebus, & pro alijs etiam horas defunctorum, aut psalmos pœnitentiales, aut Canticum graduum, aut ad recitandum, vel canendum eas simul in choro, aut extra illum separatum, ut expedientius videretur, aut quod singulis horis diebus singulis ultra ipsas horas, audirent vel legerent ex sacra scriptura, vel alia materia spiritali, aliqua, quæ mentes eorum in Deum vel diuina subleuarent.

* VIII. Quod iam præfata ex parte cessant, & ex parte illis est satisfactum per æditionem Breuiarij noui à sæcl. record. Pio Quinto æditi, quoad terras illas, in quibus præfatum Concilium Tridentinum (cuius rogatu illud compositum fuit) receptum est, & etiã quoad alios omnes, eo quod Sanctissimus Dominus Noster præfatum Pium Quintum sequutus, nulli penitus faciat facultatem recitandi per præfatum

per præfatum Cardinalis S. Crucis Breuiarium. * de quo etiam aliquid infra d.

211. IX. principale, quod est etiam quæstionis quotidianæ. An quicumque tenetur recitare horas canonicas, satisfaciat recitando eas ex quouis Breuiario alio quam sui Episcopatus: Ad quem iam ter in Cathedra ^e, & extra eam sæpè interrogatus latius respondi, nunc autem latiore disputatione posithabita, breuiter respondeo primò, S. Antoninum, f & nonnullos alios & viros doctos recentiores tenere partem affirmatè, adeò quòd quidam eorum dixerit, ^h quòd etiam qui mutat officium pro suo libibito, dicendo, hodiè ex vno, cras ex alio, & de Sancto, cum recitare debet de feria, nõ peccat mortiferè, quamuis id agat, ut dicat officium breuius loco alterius prolixioris, & quòd D. Antoninus dicens huiusmodi fraudatorem peccare grauius, intelligit de peccato veniali, & non mortali, licet recentiores ⁱ non se satis declarent.

II. Dico fundamenta horum adeò celebrium vitorum (meo iudicio) esse admodum debilia. Quidam ^k enim mouentur ad hoc dicendum, quia indecens est, quòd vir doctus, qui nouit modum vnum recitandi, alium ab indocto discat, omissa prælectione, vel concione, & quòd Roma est patria communis, ^l ob idque ad minus ex Romano quemlibet posse dicere. Quibus responderi potest primùm, neminem esse tam doctum, qui quòd nescit, & scire debet, discere non debeat ab eo, qui illud melius ^m nouit, licet alia minus nouerit, & qui tenetur recitare, tenetur etiam recitandi regulas nosse, uti determinauit quidam Card. ⁿ Deinde, quòd ob id non oportet omittere prælectionem, vel concionem, cum horis alijs subsecutis siue vacuis, & alijs negotiis non destinatis, & à prandio vel cœna facile addisci possint. Tertiò, quòd Roma est quidem communis patria quoad alia, non tamen ad eximendum à legibus suorum Episcoporum eos, qui extra eam viuunt. Quarto, Quòd Papa non instituit officium Romanum ut ubique & ab omnibus recitandum. Alij mouentur quodam dicto Cardinalis Florentini, ^o qui secundum illos dicit, recitare quidem esse præceptum, non tamen recitandi modum, id est, Quòd licet sint præcepta obligantia ad recitandas horas Canonicas, non tamen ad recitandas has vel illas. Ad quod responderi potest, quòd licet præfatus Cardinalis Florentinus sibi ^p hoc significet ^q tamen se declarat, allegando

d c. 21. cor. 18.

e Bis in Clem. 1. de celeb. Mis. & semel in c. dolentes cod. tit. f 3. par. tit.

h c. 4. §. 5. g Maior in 4. disti. 12. q. 6. Sylue. verb. Horz in princ. & clarius. q. 12.

i Sylue. & Maior ubi supra & satis Caic. in summa verbo. Hora-

rum. §. 1. i. 10. Tabla. verb. Hora-

ra. nu. 10. & 16.

k Maior in d. q. 6.

l I. Roma. §. 2. Municipal. m Arg. c. si habes. 24. q. 3. c. glo.

& l. apud Iulianu. ff. de fideic. m. ff. lib. n Alexad. in c. de his 12. dist.

o D. Anto. in d. §. 1. & Sylu. in d. q. 1. & Ca-

ier. in sum. verb. Hora-

rum. §. 3. p in Clem. 1. q. 6. 7. de cel. b. Mis. q. in Cl. 2.

not. 6.

f In c. con-
nedit infra.
diff. j.
s Direct.
lib. 1. tit. 8.
t. cap. cum
nullus. de
temp. ord.
lib. 6.

v cap. 1. de
Maior. &
obedi. per
notat. in c.
Quod sup
his. e. tit.
v. Per ca
quæ tradit
Pano. in
consil. 47.
vol. 2.

x Ioan. de
Ligna. in
rep. Clem.
1. de celeb.
diff. col. 2.
post Ste-
phani quæ
sequit Car-
din. Florè.
& 10. Imol.
Bonifa. n.
19. & 73.
ibidem di-
cences. id-
ipsum. re-
nuisse. Ze-
nel. & Ar-
chidia. Do-
minic. cū
vtrorū Car-
din. in ca.
de his. 12.
distict.

y In Quo-
lib. 1. ar. 13.
quæ sequit
Henri.
in ca. Pen-
nitios. de
Cele. Miss.
& Colmas
in Pragm.
ticu. Qua-
liter horæ
in glossa. 2. col. 4. z In capi. de his 12. dist. 2. Quod ponitur in dict. capi. de his 12. Argu. eorum quæ ad culpam venialem defendam posuit gloss. proñij lib. 6. in verb. Benedictionem. c. Clem. 2. de Celeb. Missar.

seipsum in illo loco, & non dicit quod illi ei imponunt, sed solum, quod iure diuino vel naturali tenentur clerici recitare, licet non quid vel quantum, aut secundum hanc vel illam regulam: Sed non ait nos iure humano ad illud non teneri, imò potius contrarium, & textus quem allegat S. Anton. ^r dicit quidem id quod ipse, nempe aliquos recitare vno, alios verò alio modo, sed non, quod nulli teneantur recitare certo modo, quin potius statuit, vt omnes seruent id, quod Ecclesia Romana antiquitus seruabat.

²¹⁴ Dico III. ab omnibus haberi pro certa opinionem eius, ^s qui dixit quod clericus secularis ordinatus ad titulum sui patrimonij, non habens beneficium, potest dicere horas secundum regulam & Breuiarium sibi beneplacitum; mihi tamē non videtur vsquequaque vera. Tum quia licet non habeat beneficium, est tamen subditus Episcopo sui domiciliij, & originis, adeò vt non possit ordinari ab aliis sine licentia alterius illorum. ^t Tum quia leges Synodales Episcoporum, quæ subditos eorum obligant, ^v tam comprehendunt non habentes beneficia, quam habentes, quoad ea, quæ illa non concernunt, cuiusmodi est recitatio, quod æquè pertinet ad ordinatum ordine sacro sine beneficio, ac eū illo. Tum quia iura, quæ directè vel indirectè præcipiunt recitare hoc vel illo modo, non distinguunt inter habentem, & non habentem beneficium. Tum quia multi habent beneficia, præsertim Præstimonja, quæ non obligant habentes illa ad recitandum in societate aliorum, neque in Ecclesia, plusquam ordinatos ad titulum patrimonij.

III. dico, contra opinionem supradictorum tenere alios plerosque diuersis in locis, ^x & verius quidem. Tum quia S. Thom. ^y ait, parum refert quoad Deum, dicere (*Dixit Dominus*) vel (*Laudate pueri*) dummodo seruemus statuta superiorum, & ita definit dicendum esse id, quod statuitur. Tum quia expressè ait Cardi. Alexand. ^z peccare mortaliter eos; qui non sequuntur formulam sui Archiepiscopatus. Tum quia Concilium Tolosanū ^a secus facientem præcipit sex mensibus à communione suspendi, & culpam lacrymis abluere, quæ ambæ sunt penitentia; culpæ mortalis, non autem venialis. ^b Tum quia quedam Clem. ^g

indul

²¹⁵ indulget clericis familiaribus Cardinaliū, & Episcoporum, vt se conformare possint eis in modo recitandi. Quod necessarium nõ fuisset, si quod relati in primo dicto asserunt, verum foret. Quia & textus ille, si bene expendatur, probat ad id quamlibet causam non sufficere; quatenus probat oportuisse id indulgeri, & tamen suberat causa satis grauis, vt se familiaris conformaret domino in recitando, cum certum sit Sacellanum alicuius Cardinalis, vel Episcopi magnam causam habere conformandi se suo modo recitandi, si cum eo recitare debet, imò & si cum eo non recitet, de quo etiam intelligitur Clem. Vt rectè ibi post alios declarauit bonifacius. ^d Illa namque conformitas potest esse causa, vt sibi melius afficiatur suis heris, quòdque vno aliò die recitet cum eo, aut cum iis, qui cum eo recitant, quandoquidem in vna morantur domo. Et non parum expedit ad conferendum dubia circa id occurrētia. Tum quia indies impetratur à Papa præuilegium recitandi Romanum non solum ex hoc Breuiario nouo Card. S. Crucis, quod nondum est approbatum nisi pro dispensatis, sed etiam ex antiquo, & frustra præcibus impetratur, quod iure communi conceditur. Tum denique quod multa iura ^f iubent, vt certus in hoc modus & regula seruetur.

²¹⁷ V. Quod non obstantè quavis responsione, & apostilla super hoc hætenus à me data, resolutoric dico nunc primo, non esse peccatum mortale, neque veniale, vno vel alio die, quandoque aliqua de causa, quæ viro docto & iusto videretur æqua, recitare secundum aliam regulam, vel Breuiarium, aut de vno sancto loco feri, & absente superiore, qui possit dispensare, & quod iusta mihi videtur causa necessitas repentina studendi, concionandi, prælegendi, iuuantia ad recitandum vno die vel altero aliquem infirmum, aut prælarum, vel amicum defessum, imò & obliuio, & inaduertentia inculpabilis, & alia similes, per supradicta. ^g 2. Quod qui est de Episcopatu, cui nec Archiepiscopati cui subicitur, est vllū Breuiarium speciale, possit vti Breuiario Romano antiquo, per quendam textum ^h sic à Ioanne de Lignano ⁱ intellectum. 3. Quod cum dispensatione Papæ, quilibet possit iuste sumere officium quod ei liberit, au cum dispensatione sui Episcopi aliud applicatum, iuxta quandam celebrem glossam, ^k dummodo illa, siue detur à Papa, siue ab Episcopo, iuxta de causa dictam, iuxta dicta supra in fine questionis præcedētis. ^l 4. Quod recitare

d in dict
Clem. v. n.
72.

e cap. 1. de
Rescrip. &
l. 1. ad Mu-
nicipal.

f c. Conue-
nit de Co-
sec. dist. 5.
cap. de his
12. dist. Cl.
2. de Cele-
missar.

g In c. 10.
& in hoc.
19. in fine
uonæ con-
cilius.

h In 251.
Cōnu. n. k
infra di. c.
i In dicta
Cl. 1. col. 2.

k In Prag.
2. ar. tit.
Qualiter
horæ doce.

l 2. col. 2.
allegata.
supra in c.
11. um. 8.

m In hoc
eodem ca-
p. 109.

B b 2

interdum ex alio Breuiario, vel ex suo, de sancto, cum debet recitari de feria, vel contra sponte, sine vlla causa iusta, est peccatum, sed non mortale, modo citra contemptum legis, & adeo raro fiat, vt viro prudenti & docto non videatur notabilis audacia; non quidem ratione Caietani, ^m quæ per superiora refutari potest, sed quia huiusmodi mutatio tam rara, non videtur ita notabiliter contraire mentis institutoris Breuiarii, vt ad culpam mortalem perueniat. ^y Quod qui sine dispensatione in id sufficiens frequenter mutat modum, recitando aliquot dies ex vno Breuiario, & aliquot ex alio pro suo arbitrio ita quod viris doctis & pijs videri possit nimium, siue sit beneficiarius, siue non, peccat mortaliter, vt dixit Angelus, ⁿ etiamsi ordinatus sit ad titulum patrimonij. Tum quia licet sequeremur Directorium, quod hic posset eligere modum recitandi Romanum, aut alium, non tamen ob id posset iuste tot mutationes facere. Tum quia supra monstratum est, inter hunc & alios quoad hoc, nullam esse differentiam. Quod ipsum dicendum est de beneficiario, religioso, vel sine beneficio ordinato, qui omittit vel multo tempore mutat suum Breuiarium, & regulas sui Episcopatus vel ordinis sine dispensatione. Hoc enim est planè contra præceptum posituum, quo iubetur quisque secundum suam regulam recitare. Neque sufficit subesse iustam causam dispensandi cum eo, si res patitur dilationem ad recurendum ad superiorem pro ea. Siquidem ad contraueniendum legi etiam humanæ, non sufficit iusta causa dispensandi, nisi actu dispenseret per superiorem, saltem cum causa non est manifestè iusta, secundum communem opinionem, quam subtilissimè prosequutus est quidem Cardinalis ^o, neque est ²¹⁸ consuetudo contraueniendi legi ex tali causa sine alia dispensatione, vt sentit B. Thom. ^p 6. Quod inter beneficiarios sacris initiatos ad titulum sui patrimonij, & religiosos non est quoad hoc alia differentia, nisi quod beneficiarius tenetur recitare secundum regulam sui Episcopatus, si habet specialem, alioquin secundum regulam Metropolitanam, & religiosus secundum modum suæ regulæ per Pontificem approbatæ, & si ea nil præcipit secundum regulam Episcopi, cui subest, si exemptus sit, secundum vsum Romanum, quandoquidem Papa est Episcopus exemptorum, iuxta gloss. receptas ^s.

Cap. xx

in sum.
verb. Hora
sum. 9.

verb. Ho
sa. 9. 16.

in 3. sec.
quæst. 147.
art. 4.
p. 2. sec. q.
147. art. 4.
q. 1. in 12.
dist.
r. c. de his.
12. dist.
s. Glo. c. au
toritate in
verb. sedis
de Priuil.
lib. 6. & in
Cle. 1. ver.
Monaste-
rij. de reb.
Eccl. quas
cõmendat
Panor. in
confl. 56.
lib. 6.

Cap. XX. Conciliat nonnulla Doctoris Medinæ, & authoris.

<i>Doctor medinæ laudatus.</i>	nu. 1
<i>Oratio vt est actus intellectus, & vt voluntatis.</i>	nu. 2.
<i>vt duarum virtutum.</i>	nu. 3
<i>Rogans cur rogatum dicitur honorare.</i>	nu. 4
<i>Orans an licite temporalia pura pet. t.</i>	nu. 5
<i>Orando quæ bona pure peti possunt.</i>	nu. 6
<i>Pauper an possit esse liberalis, vel magnificus.</i>	nu. 6
<i>Fortis an possit esse debilis.</i>	nu. 6
<i>Orari potest omne, quod fieri potest, non contra fieri omne, quod orari.</i>	nu. 7
<i>Oratio qualis ad Spiritum sanctum dirigatur.</i>	nu. 8
<i>Purgatorij animas non esse a viuis orandas.</i>	nu. 9
<i>Purgatorij pœna maiores sunt, quàm huius seculi.</i>	nu. 9
<i>Oratio an ad sanctos viuos dirigi possit.</i>	nu. 10
<i>Purgatorij animas pro viuis minimè orare.</i>	nu. 10
<i>Animas purgatorij pro viuis orare cui vtile credere.</i>	nu. 11
<i>Peccator qualis audivit à Deo, & quæ pia opera operatur.</i>	nu. 12
<i>Obstinatus non est omnis, quem non satis pœnitet.</i>	nu. 12
<i>Opera omnia peccatorum etiam infidelium non sunt mala.</i>	nu. 12
<i>Dæmones proprie orare possunt, sed non bene.</i>	nu. 13
<i>Horas non esse necessario tam clarè dicendas, vt eas alij audiant.</i>	nu. 14
<i>Oratio publica non semper publicè dicenda.</i>	nu. 14
<i>M. sa semper publicè dicenda.</i>	nu. 14
<i>Horas quis consentiens reservationi fructuum dicere tenetur.</i>	nu. 15
<i>Commenda vt est titulus, ita obligat ad horas.</i>	nu. 16
<i>Cappellania quæ ad horas Canonicas obligant.</i>	nu. 17
<i>Coadiutor anteneatur ad horas, & ad quas.</i>	nu. 18
<i>Coadiutoria non est beneficium, sed sufficit ad ordinandum.</i>	nu. 18
<i>Regularis omni chorum professus tenetur ad horas Canonicas.</i>	nu. 19
<i>Pater noster, Ave Maria, Credo quo iure tenemur memoriter scire.</i>	nu. 20
<i>Orare an teneamur pro egente nostræ oratione.</i>	nu. 21
<i>Elemosynam diues teneat dare pauperi, sed non cuique.</i>	nu. 21
<i>Orandum semper vt intelligendum.</i>	nu. 22

B b 3

<i>Oratio interdum mala ex sola in instantia persone.</i>	nu.	23
<i>Oratio licet re fiat in vano, quod sane illo fieri potest.</i>	nu.	24
<i>Oratio aliqua peccatori obliuio bona.</i>	nu.	25
<i>Oratio sine qualibet deuotione mala, cum discordium cordia.</i>	nu.	26
<i>Actus simplex non sufficit, ubi requiritur qualificatus.</i>	nu.	26
<i>Oratio etiam voluntaria sine attentione mala.</i>	nu.	27
<i>Attentio in finem orationis quando non sufficit.</i>	nu.	28
<i>Orationem per malam re satisfactio precepto.</i>	nu.	29
<i>Finis precepti non precipitur.</i>	nu.	29
<i>Virtutis actus solus precipitur, sed non re virtuosè fiat.</i>	nu.	29
<i>Horas dicens sine animo satisfaciendi non satisfaciit.</i>	nu.	30
<i>Hora qua sine attentione & deuotione ducta iteranda.</i>	nu.	31
<i>Recitans ita malè re teneatur iterare, perdit fructus.</i>	nu.	32
<i>Lex penalis in utilitatem publicam, vel animam lata extenditur.</i>	nu.	32
<i>Valor orationis proprie & aliena tractatur.</i>	nu.	33
<i>Oratio triplex, viua, mortua, mortifera.</i>	nu.	33
<i>Orationis valor triplex.</i>	nu.	33
<i>Oratio viua auget gratiam, satisfaciit, & impetrat tribus adfectibus.</i>	nu.	33
<i>Oratio nulla in charitate, facta est mortua.</i>	nu.	34
<i>Gratia & charitas non sunt idem, sed semper concurrunt.</i>	nu.	34
<i>Oratio mortua, sed bona, qua via prodest ad hac, & alia multa.</i>	nu.	35
<i>Bona opera mortua ad quid & qua via profunt.</i>	nu.	35
<i>Oratio mortifera vel prodest etiam de congruo, etiam ob bonitatem mixtam, etiam de mandato bono Ecclesie, vel alterius facta, nisi ad summum quoad effectum ex opere nascentem.</i>	nu.	36
<i>Obstetrices Aegyptie non meruerunt mendacis.</i>	nu.	36
<i>Romani quibus actibus meruerunt imperium.</i>	nu.	36
<i>Cato gloriam contemnat.</i>	nu.	36
<i>Orationum quot Cleri perditio descendit.</i>	nu.	36
<i>Orator quid iuste pro sancto, & an eis prodest.</i>	nu.	37
<i>Orari an iuste possit pro anima infantis mortui iam baptizati.</i>	nu.	37
<i>Oratio pro damnatis non prodest eis, & nocet oranti.</i>	nu.	38
<i>Oratio nulla anima limbi prodest, purgatorij vero sic fieri omnes.</i>	nu.	39
<i>Ecclesie minister ad orandum quis dicitur.</i>	nu.	40
<i>Oratio qua ex opere operato prodest, & qua tantum ex opere operanti.</i>		

<i>operanti.</i>	nu.	40
<i>Oratio aliena pro viuis an sit utilis illis. n. 41. & in quid.</i>	nu.	42
<i>Oratio in quid prodest anime Purgatorij & in quid non.</i>	nu.	43
<i>Oratio quo iure mortuo & viuo prodest, etia via iustitia.</i>	nu.	44
<i>Oratio nulla, excepta Christi, prodest de iustitia alij quoad gratiam.</i>	nu.	45
<i>Oratio aliter via iustitie, aliter via liberalitatis prodest.</i>	nu.	46
<i>Deus qua ratione potest dici obligatus.</i>	nu.	46
<i>Oratione vnus datur de liberalitate alij gratia maior merita.</i>	nu.	47
<i>Oratio pro multis, ceteris paribus, prestat orationi pro paucis.</i>	nu.	48
<i>Oratio pro amico melior, quam pro inimico, ceteris paribus.</i>	nu.	48
<i>Amare amicum de se melius, quam amare inimicum.</i>	nu.	48
<i>Oratio generalis pro multis an prodest vt singularis.</i>	nu.	48
<i>Oratio facta pro alio quid illi, & quid facienti prodest.</i>	nu.	49
<i>Oratio pro se orante solo facta prodest alio.</i>	nu.	50
<i>Oratio & omne aliud opus meritorium triplicem valorem triplici hominum speciei applicandum habet, & vt id sit faciendum.</i>	nu.	51
<i>Orantium intentio in applicando vt exprimenda.</i>	nu.	52
<i>Missa in Memento quid memorandum remissiuè.</i>	nu.	52
<i>Communio bonorum fidelium qua ratione mittitur.</i>	nu.	53
<i>Christus caput Ecclesie.</i>	nu.	53
<i>Ecclesia Christi corpus, Christiani eius membra.</i>	nu.	54
<i>Excommunicatus quod maximum damnum incurrit.</i>	nu.	55
<i>Comparentitas, & patria que Christianorum optima.</i>	nu.	56
<i>Confratres multarum fratrum honorificatum infelices, si fratria Christiana sunt expertes.</i>	nu.	57
<i>Deuotio quid, quot, & qua eius causa.</i>	nu.	58
<i>Deuotiores cur sœmina, ægroti, & afflicti, quam alij.</i>	nu.	59
<i>Vota plura sunt tempore necessitatis, quam prosperitatis.</i>	nu.	60
<i>Deuotio: is impedienda occasio cur interdum scientia.</i>	nu.	60
<i>Religiosus cur nõ suo non inè indignus, eo quod orationem mentalem voluntariam quocidie non agit.</i>	nu.	61
<i>Oratio mentalis voluntaria sine preiudicio precepta scienda.</i>	nu.	61
<i>Deuonendi nos Deo causas, que supertres, hac tria nominata suggerent.</i>	nu.	62
<i>Deuotionem qua Dei beneficis, & qui nostri defectus suggerent.</i>	nu.	63

Sacramento quo regenerantur, quo conseruantur, & quo respicimus.

nu. 64

Dei Castra quis pro diaboli deserit, & Deum quadantenus tenuit.

nu. 65



Um contenta in præcedenti cap. XIX. im-
merentur, allatum est ad me ex Medina Cam-
piid, quod super quarto libro Sententiarum
elegantè & elaboratè composuit vir ille,
ingenio præcellenti, & doctrina resoluta orna-
tus, Doctor Medina, Cathedrarius insignis Academiæ Com-
plutenfis, quem ego plurimum amo, obseruo, & colo mul-
tis de causis, & in his, quod me primo gradu literarum do-
nauit. Quoniam igitur præfatus celeberrimus Doctor tra-
ctat in quadam parte illius libri de oratione, de qua hîc ego
etiam tracto, proferam hîc in medium nonnulla, quæ ipse
tangit & non ego, & alia quæ ambo tangimus, sed diuer-
so, vel contrario modo. Primum quidem rationis definitio-
nem dedit ille ^z verbis longiorem, ego ^a verò breuiorem,
non tamen minus claram, nec sensu minus amplam.

^z De ora-
tio. qu. 1.

^a capit. I.
num. 14.

^b Ille in
prima qu.
nos in ca.
1. num. 11.
c ubi sup.
in princip.
2. quæst.

^d In capi.
2. num. 16.
e In 2. se.
q. 83. ar. 2.
& in 4. di.
15. quæ. 4.
artic. 5.
f Leâ. 61.
col. 8. su-
per canti.
missæ.

^g Caier. 2.
sec. qu. 83.
art. 1.

^h 2. sec. q.
25. art. 3. &
in 4. disti.
85. q. 4. n. 1.
i ca. 1. nu.
21. & 25.

^k In 2. se.
q. 10. ar. 4.

II. Significationem huius vocis (*Oratio*) ambo ^b tracta-
mus, ille breuius, ego fusius, quia plura tango, & non mi-
nus diligenter.

III. Ille ait, ^c orationem esse actum voluntatis, ego ^d
verò ^d esse actum intellectus, sequutus in hoc S. Thom. ^e
Gabrie. ^f & Communem, qua in re ille multum moratur,
ego verò parum, quia parui refert quoad animæ vel corpor-
is vel fortunarum salutem, vtra opinio teneatur. Quamob-
rem non respondeo hîc ipsius considerationibus, quæ li-
cet sint subtiles, possunt tamen eneruari, aut cum nostris
conciliari per id, quod in hoc considerauit quidam Cardi-
nalis doctissimus, ^g dicens: Quod cum oratio sit actus rati-
onis practicæ, eamque moueat voluntas, potest attribui
oratio vtrique potentia, intellectui scilicet, & voluntati.
Intellectui quidem immediatè, voluntati verò mediatè, &
vni argumèto, quod ipse postea format, satis respondet ip-
semet S. Thom. ^h nec contra solutionem, quæ ex eo colli-
gitur, replicat Medina.

III. Ego ⁱ dico cum S. Thom. ^k communiter recepto, ^l
orationem esse actum virtutis Latriæ siue religionis abso-
lutè, ipse verò cum distinctione, nimirum esse quidè actum
latriæ eam orationem, qua petitur aliquid in Dei honorem,

elle

esse verò actum charitatis illam, in qua petitur aliquid ob
amorem eius, vel proximis non tamen ob id recedo à com-
muni. Nam vt nullus est actus virtutis qui non possit ex va-
riis virtutibus nasci, vt alibi diximus (¹ inferendo ex hoc
quendam modum, ad valde compendiosè multas virtutes)
adeò quidem, quòddixit S. Thom. ^m Ieiunium, quòd sua-
pè natura palam est actum esse temperantiæ, interdum esse
sacrificium, & consequenter actum Latriæ ratione finis.
Qua eadem ratione oratio, licèt suapte natura sit actus La-
triæ, facta tamen ob amorem, quo Deum, nos, vel prox-
imum prosequimur, sit actus Charitatis ratione finis, vt sub-
tilissimè declarauit S. Tho. ⁿ Ideò autem oratio ex suapte
natura est actus Latriæ, quia rogare Deum suapte natura, si
non referatur ad alium finem aliarum virtutum, dicitur per
4 tineri ad Latriam, quæ incitat ad honorandum Deum. Quo-
niam rogare est honorare, & rogari honorari, quatenus per
id significatur potestatem iuuandi inesse rogato, & necessi-
tatem auxiliij inesse roganti, vt nos alibi tangimus, vt fusius
tradidit quidam Cardinalis. ^o

5 V. Ambo P sequimur frequentiore opinionem, quæ
habet, posse homines licèt petere à Deo bona temporalia,
siue sint corporalia, cuiusmodi sunt vita, salus, integritas
membrorum, pulchritudo, agilitas, siue honorabilia, vt
sunt honor, fama, & gloria, siue pecuniaria, vt diuitiæ, dū-
modò illa petant hæc adhibita conditione, si Deo placuerit,
& conferat ad suam salutem, aliàs secus. Cui ego addidi, ^q
non esse necessarium semper exprimere hæc conditionem,
sed sufficere tacitè intelligi, quòdque ea sit intentio peten-
tis illa, quod etiam ipse postea dixit. ^r

6 VI. Ambo etiam sequimur communem dicentem, posse
nos petere absolute aliqua sine conditione, sed ego solum
expressi ea, quæ Deus nobis iubet petere, cuiusmodi est gra-
tia & gloria æterna, & liberatio à peccato potissimum mor-
tali, sequutus doctissimum, eundemque piissimum Adria-
num, non tamen negando alia peti posse. Ipse se extendit
expressè ad omnia, quæ de se sunt bona, qualia sunt omnes
virtutes, ob quod necesse visum fuit ei limitare suum di-
ctum, ^s vt non haberet locum in iis virtutibus, quæ sine bo-
nis temporalibus haberi non possunt, de quarum numero
dicit esse liberalitatem & magnificentiam, quas dicit non
posse actu haberi citra bona fortunæ, & fortunæ bellis-
cam, quam inquit non posse acquiri citra arma & vires, &

B b 5

¹ In capi.
6. nu. 17.
de penit.
dist. 5.
m 2. sec. q.
85. art. 3.

ⁿ In 2. se.
q. 83. ar. 15.

^o In 2. se.
q. 83. art. 3.
p Ipse in
q. 3. Nos
in ca. 10. n.
56. & 160.
& in ca. 6.
nu. 35. sub
fin.

^q Vbi sit
num. 56 &
num. 160.

^r In quæ.
12. §. 4.

^s quæst. 3.
col. 3.

castitatem coniugalem, quam dicit sine vxore haberi non posse. Ratio tamen præfata huius limitationis non videtur eam concludere, quia multi non habentes bona pecuniaria, possunt, & solent sapius habere voluntatē dandi quod, quando, quantum, vbi, & vt oportet, si eis abundarent: & multis magnis viribus carentes, & non habentes arma possunt & solent velle iustē pugnare, occidere, & mori in bellis iustis in debitum finem, & quantum oportet, si possent, & hi actus sunt proprij liberalitatis & fortitudinis, & consequenter possunt eas gignere, quia illæ sunt habitus, & habitus generatur, & augetur ex suis actibus frequentatis, vt post Arist. docet Tho. communiter receptus. * Sed quia disputatio hæc parum est utilis, satis fuerit hæc insinuasse. * Admonemus tamen Lectorem, quod in Commentario de eleemosyna, v̄ probauimus etiam pauperimos teneri quædamque de præcepto ad eleemosynam mentalem, id est ad volendum eleemosynam realem facere, si possent. Quod ipsum dici potest de viro fragili, & infirmo, vidente Rempub. in extrema necessitate defensionis aduersus inuasores suos, præsertim infideles, videlicet, quod teneretur ad defensionem mentalem, hoc est ad volendum ipsam defendere si posset, quod constat esse virtutis fortitudinis actum, & consequenter non solum possunt pauper & debilis habere actum liberalitatis & fortitudinis, sed etiam tenentur aliquando illum habere, vel inchoare. *

x In dicitur
q. 3. col. 1.

y In c. 19.
nu. 75. imò
ipse ita o-
raui. ca. 6.
num. 50.
z Ipse in
quest. 4. §.
c. 10. & nos
in cap. 19.
num. 168.

a Vt vide-
re est. in c.
18. nu. 23.
& 24. & 27.
& 31. & alii
bi.

VII. ille * dicit, posse nos sanctè orare Deum vt occidat hæreticum, vel alium infidelem sub conditione, si tandem se non sit emendaturus, imò & sanctum sub conditione, si diutius viuendo damnandus sit. Quia vt & nos ipsos occidat, si nostræ id saluti conferat. Quod ipsum ego Y dico breuius, & addo resolutionem illam, quod quicquid fieri aut desyderari potest, oratione peti potest, non contrà, quicquid desyderari vel peti potest, fieri potest.

VIII. Ambo ² dicimus, quod toti Sanctissimæ Trinitati & singulis trium personarum dirigi potest oratio. Ille insinuat Erasmus asserere, quod non potest dirigi Spiritui sancto, ego verò id non admonui. Quia licet ab aliis nonnullis ipsius opinionibus, ³ quarum ille non meminit, recedam, hanc tamen non inueni in eo assertà. In meo namque libro non aiebat Erasmus, non posse dirigi orationem ad Spiritum sanctum, imò dicebat Ecclesiam dirigere ad ipsum multis in hymnis, profis, antiphonis, & versibus, licet nullam

nullam earum, quas vocamus Collectas, quod antequam illud, id dixit Speculator, vt fusius trado b.

9 IX. ait, nos orare posse animas Purgatorij, quæ sunt Deo amice, vt eum pro nobis orent: ego verò id negaui, d. sequutus S. Tho. & Communem, à qua etiam nunc non recedo, non quod nequeat vtrunquē citra S. Fidei Catholicæ præiudicium disputando defendi, sed quod non videam rationem, aut textum, cur recedere ab itinere regio & communi debeam. Tum ob rationes sibi adductas. Tum quia Ecclesia hæctenus nullam vnquam orationem in id instituit. Tum quia videtur inhumanum, & à misericordia alienum, imò & quædam crudelitas, vt quis petat auxilium ab eo, qui eo tantopere indiget, & tam excrucietur, cum ipse longè minus egeat, miris que patitur, cum que sciat indigentiam, necessitatem, & tormenta animarum in Purgatorio existentium multum excedere tormenta viuorum.

10 X. Ille dicit, ^c quod pios ac sanctos viuentes possumus orare, ego verò ^e contrà, sequutus Tho. contrà tenentem, licet, meo iudicio, conciliari possunt eo, quod ego tibi dixi, nempe, quod viuos rogare possumus loquendo, aut scribendo illis, vt pro nobis aut aliis intercedant apud Deum, sed id non appellari orationem à vulgo, quod ipsum S. Tho. sentit. Qui tamen illam rogationem voluerit orationem appellare, vt præfatus vir doctus, non est dicendum errare, modo confiteatur alia reuerentia debere orari Diuos ambrosia illa diuinæ visionis, cum securitate nunquam ea carenti, fruente, alia verò rogandos sanctos viuos, qui nesciuntur etiam à se esse boni (licet sint tales) sine priuilegio specialis, & esto sint boni, quotidie possunt fieri mali, nisi fuerint in gratia confirmati, quorum nullus, aut rarus, aut certe ignotus est lege communi numerus. ^f

11 XI. Ille ait, ^h etiã animas in purgatorio existentes orare Deum pro viuentibus, ego ⁱ verò contrà, cum S. Thoma, & communi sententia, à qua discedere nolui, licet Gabriel, ^k & alius quidam doctor neotericus (quem Medina non citat, & ego sic, vt potè virum mihi peculiari ratione admodum obseruandum, cuius virtutes & eruditio, postquam illud edidit, fuerunt illustrata magno illo Episcopatu Calaguritanensi, quem optimè pro meruit) sequantur illius opinionem, discedere inquam, nolui, quia nullus est textus qui id probat, nec ratio, quæ nequeat facile confiderationibus Thomæ solui. Quas tamen fateor parum con-

b In dicitur
cto. c. 19. n.
168.
c In 4. q.
5. De ani-
mabus.
d In ca. 19.
nu. 4.

e Vbi sup.
q. 4. in 2.
ne.
f In c. 19.
24.

g Iuxta de-
clarationē
Concilij
Trident.
post hæc
scripta fa-
ctam scilicet.
6. c. 9. cano-
9. 12. &
seq.
h In q. 6.
vbi supra
j In c. 19.
29.
k In Ca-
non. Mit-
ter. 12. 16.
c. 9.

conclu

cludere contra eum, qui nouam hanc tenere voluerit opinionem. Nam contra eum nullus est textus, nec villa ratio, quæ necessario concludat. Quare consulerem, ut illæ nouæ huic opinioni adhereret, quem magis moueret ad orandum pro animabus Purgatorii spes, quod per preces earum in illis grauissimis pœnis ad Deum emissas iuaretur, quam moueret misericordia & compassio, quam de illis habet, vnâ cum spe, quod ille ab illo carcere liberatæ sint, pro eo (sententia omnium) oraturæ. Nemo tamen existimet eos posse cognoscere id, quod agitur in hoc mundo, vt cognoscunt beati, qui teste Gregorio, Deum videntes hoc sciunt, quamuis coniecturis & relatu aliorum, qui eo accedunt, diuinâque reuelatione, & Angelica monitione multa eorum, quæ hic fiunt, norint. Verum quia illa eorum magna miseria, & desiderium iis subueniendi eis (mea quidem sententia) plus nos mouere deberet ad orandum pro illis tam afflictis, quam spes antidotalis recompensationis faciendæ ab eis, in nobis subueniendõ tempore, quo cruciantur, assentior opinioni D. Thomæ.^m

XII. Amboⁿ dicimus peccatores orare posse. Ille tamen ait primò, quod obstinati non propriè orant. Secundò videtur in obstinatorum numero ponere omnes eos, qui peccata sua non ita agnoscunt, nec curant exire ab eis. Tertiò inquit, quod his suæ preces non profunt. Quartò, quod orando peccant. Quintò, quod nullus eis bonus, & pius potest esse affectus. Quæ omnia, meo iudicio his sequentibus sex dictis temperanda sunt. Primum, quod obstinati orare possunt saltem malè, etiam accipiendo propriè vocabulum orare. Nam etiam propriè accipiendo significat petere rogâdo, quod tam facit qui malè, quam qui benè orat, vt efficaciter S. Tho. probat, ^o cuius nescio an meminert præfatus Doctor, cum hoc scripsit, quem etiam, vt credo, oblitus fuit Caietanus P. id alibi tangens, quem suprâ citauit. ¶ II. Quod tres sunt species peccatorum, duæ suprâ dictæ, & tertia eorum, qui proponunt exire à peccato aliquando, quamuis impræsentiarum non exeant, aut suo iudicio satis exeunt, licet verè coram Deo non exeant, quorum magnus est numerus, vt clarè colligitur ex his, quæ communis habet opinio. ^r & ex eo quod ipse alibi ^s scribo, & etiam ex eo quod idem Doctor. 19. conclusionibus, & locis alterius tractatus, ^t imò & in hoc ipso tractatu ^v de oratione ad aliud propositum, magnam posuit differentiam inter

hos

hos & obstinatos. Quamobrem non ascribo obstinatorum numero, nisi eos, qui sua peccata decreuerunt continuare vsque ad mortem, aut nunquam eorum penitente. ¶ III. Quod peccatoribus etiam obstinatis suæ bonæ preces possunt prodesse ad omnia illa, ad quæ profunt sua bona opera ipsi, qui peccato mortali sunt infecti, eadem enim ratio in virtutibus inuenitur, vt etiam ipse Medina alio in loco ^x inquit. ¶ IIII. Quod peccatores obstinati facere possunt multa opera mortaliter bona, sed non meritoria gratiæ, vel æternæ vitæ, vt Ioan. Chryso. ^y apertè ait in hæc verba. Non potest malus in omnibus esse malus, sed habet aliqua bona. Et Hierony. ^z in illa. Virtutibus Romani meruerunt imperium. Et S. Tho. ^a ab omnibus receptus concludit, non solum infideles non peccare in omnibus, quæ faciunt, aut dicunt, sed etiam nonnulla opera mortaliter bona exercere, quantò magis fideles, licet sint obstinati, possunt eadem, imò maiore ratione benè orare, quia non sunt ad eò mali, ac infideles, qui etiam mori in peruersa sua opinione sectæque sunt parati. Nec obstat id, quo præfatus Doctor mouetur, videlicet obstinatos non posse habere affectum vel desiderium pium erga Deum. Tum quia licet id verum sit, intelligendo per pium meritorium gratiæ, vel gloriæ (qualem nullus etiam alius mortifero peccato infectus habet) non tamen est opus, vt talem affectum habeat. ad hoc, vt aliquod eius opus sit mortaliter bonum: Alioqui enim in peccato mortali existentes peccarent in omnibus, quæ agerent, quæ propositio falla est, ^{*} & hæretica, iuxta Concilium Tridentinum. ^b ^{*} Tum quia, si intelligas per pium bonum mortaliter, vt accipi debet hoc loco (quemadmodum hoc eleganter declarat quidam card. ^c quodque sentit S. Tho. ^d) falsum est id, quo Medina mouetur. V. Quo d hoc consequitur, obstinatos non solum posse habere aliquod pium desiderium, verum etiam multa bona opera, & colloquia. VI. Quod Deus sæpè solet audire pro sua liberali benignitate, etiam ad bonum eorum factum temporale, & ad omnia alia, ad quæ opera bona facta in peccato mortali prodesse possunt, ^e licet eos non peniteat peccatorum, & sint obstinati, vt exaudiuit Saulem, aliò que plurimos Reges peruersos populi Israelitici, & ætate nostra audit Saracenos, Iudeos, & Turcas. Probantur hæc ex iis, quæ sæpè dixi ^f per communem opinionem contra Adrianum, ^g scilicet, quod ecclesiastici cum

¶ In Moral. quem sequitur Th. 1. par. q. 89. Quæ Card. Caieta. perdoctè ibi limitat.

¶ In dicto ar. 8. ad primu. n. Ipse in q. 5. §. de viatoribus Nos in ca. 6. nu. 82. & aliis multis & in c. 8. nu. 42. & seq.

¶ In 4. dist. 15. q. 4. ar. 4.

¶ In 2. sec. q. 83. ar. 4. q. c. 1. n. 21. r. In 4. dist. 14. s. c. Perfectione de Pœ. dist. 1. t. De Penit. v. In q. 12. §. 1. & melius §. 2.

x In q. 89. §. 1. y c. Quid ergo de Penit. dist. 3. z c. omnes 24. q. 1. a 2. sec. q. 10. ar. 4.

b Sess. 6. Can. 7. & sess. 14. can. 5. c Caiet. 2. sec. q. 83. ar. 14. d In dicto ar. 14. & 15. & 16. illius q. 83. e Quod olim diximus post gl. c. Quod quidam de penit. & remiss. & in §. penult. de penit. dist. 3. & Card. in c. Nihil de C. 6. dist. 5. & Adria. quod lib. 8. pag. 11. f In c. 6. nu. 24. g Quodli. 8. & postea in prima q. sine argumentis.

cum mortali peccato sunt infecti, recitantes horas, non solum denuo non peccant recitando, sed etiam præcepto recitandi satisfaciunt. Quod ipsum ipsemet Medina alibi affirmat. ¹ Confirmatur etiam eo, quod supra dixi, ¹ nempe orationem peccatoris etiam obstinati prodesse etiam alteri, quando eam agit alicuius boni rogatu, aut tanquam minister Ecclesiæ.

XIII. Ambo ² dicimus contra Communionem, Dæmones, & damnatos orare posse, licet non bene. Sed ille dicit hoc verum esse, capiendo verbum hoc large pro orare, sed non proprie. Ego vero dico, quod sic, etiam capiendo proprie. Proprie enim orare & rogare dicitur non solum, qui bene orat & rogat, verum etiam, qui male, ut probat efficaciter. S. Thom. ¹ cuius memoria fortassis Medina & Caietano non occurrit, ut antea dixi.

XIII. Ille ait, ^m quod qui tenetur recitare horas Canonicas, non satisfacit præcepto Ecclesiæ, recitando eas submissè inter dentes, nisi tam clarè recitet, ut assistentes eas audire, cessante alio impedimento, queant. Cui rei, quia quotidiana est, paulò plus oris impendam. Pro eo facit primum Concilium Basiliense, ⁿ in illis verbis. Non in gutture, neque inter dentes, seu deglutendo, aut syncopando &c. I. I. quod ut supra dixi, S. Tho. ^o dicit, quod oratio publica non solum requirit vocem, sed etiam altam vocem. III. quod ipse post Caietanum ^p supra ^q dixi, peccare dicentes Missam adeò submissè, ut eam non possint audire circumstantes. Ego autem non obstantibus his, dico sufficere formare verba intra labia, ita ut illa ipse audire, vel intelligere queat, qui non tenetur dicere ita, ut populus, aut alij audientes audiant. Tum quia id seruant doctiores & pietiores, qui recitant audiendo Missas, aut manendo in sacellis, aut choris, vel cubiculis, vel proficiscendo cum aliis, ubi si tam altè & clarè recitent, ac ipse dicit, alij alios impedirent, & aliorum perturbatores censerentur, quales habentur quotidie, qui tam clarè recitant. Tum quia magna pars Missæ, & horarum Canonicarum pronuntiatur, & debet pronuntari secretò, & tam submissè, ut non audiant circumstantes. Tum quod alioquin innumeri sacerdotes & pij & eruditi, tenerentur restituere magnam partem fructuum suorum beneficiorum, quia innumerè sapissimè recitant submissè in præsentia dominorum, amicorum, & aliorum ex vibrantate, & ciuitate, & ad fugiendam hypocrisis

poctis speciem. Tum quia Cardinalis quidam ² prudenter, dixit quod oratio publica de præcepto, quidè debet esse vocalis, sed clara & alta solum de decencia, quæ tamen decencia cessat, cum ad non impediendum vel offendum alterum, decentius est illam submissè dicere. Tum quia cum eas pronunciant ad se tantum mouendum, & mente & corpore Deo seruendum, sufficit, quod formet verba, illaque audiat & intelligat, saltè quoad forum interius, licet quoad exterius, non posset probare se illa dixisse. Tum denique etiam sustineri posset disputando, licet ipse non consulerem, quod, ea, quæ iubentur dici in Missa & horis Canonicis secretè, sufficiat dicere mentaliter, ponderando quoddam priuilegium à Leone Papa X. fratribus Minoribus concessum, & supra ⁵ in id perpensum. Non obstant pro contraria parte adducta. Ad primum enim responderi potest, quod Concilium Basiliense per verba illa. Non in gutture, vel inter dentes, seu deglutendo aut syncopando, &c. noluit significare, necesse esse illa tam altè dicere, ut alij audire possint, sed ne dicantur in gutture, & inter dentes, deglutendo, aut syncopando, ita ut neque sibi ipsi pronunciet distinctè. In quod pondero illam coniunctionem, seu, quæ diuidit voces, & coniungit significata: ^t & quod coniunctio, aut, videtur capi pro, seu, cum duobus illis gerundis, deglutendo, aut syncopando, quæ denotant verbum deglutendo referri ad in gutture, & syncopando ad inter dentes. Pondero item quod inferius dicit. Sed reuerenter, verbisque distinctis peragat, insinuans quod non requiritur necessariò vox alta, sed euitatio confusionis, & imperfectionis verborum per pronunciationem distinctam, & articulatam. Ad secundum, videlicet dictum S. Tho. respondendo, intelligendum esse de oratione, quæ non solum est publica, verum etiam publicè aliis dicenda, nec sufficit dicere etiam clarè in camera aut angulo Ecclesiæ, nemine audiente. Ad tertium videlicet dictum Caietani, ^v quem sequor, respondeo, Missam non solum esse orationem publicam, sed publicè coram aliis, qui eam audiant, dicendam. ^v Debent enim eam audire duo, vel saltem vnus si haberi potest, ut in lectione ordinaria alibi ² dixi: Horas vero Canonicas dici posse priuatim, quando non debent dici coram aliis, ut eas audiant.

X V. Ambo ² concordamus contra quosdam alios, quod qui recepit aliquod beneficium, consentiendo alteri

omnes

In q. 22.
§. 1 & 2.
In c. 19.
num. 39. &
seq.
K ipse in
qu. 6. col.
pen. & fin.
Nos in c.
2. nu. 27.

In 4. dif.
§. 9. 4. 21.
§. 9. 2.
m. quæ. 7.
col. 3.

In seff.
21.
2. sec. q.
§. ar. 12.
p. in d. ar.
32.
q. in dicto
c. 7. nu. 41.

Cajet. 2.
sec. q. 83.
ar. 12.

In c. 19
nu. 26.

In x. gl.
memorabi
lem in l.
Ad prote
gendum.
C. de In
lit. dand.
turo. & gl.
c. Ludouic
cus 63. dif.

v 2. sec. q.
83. ar. 12.
x In c. 3.
nu. 41.
y In cap.
Hoc quo
que sup.
ead. dif.
z In co
dè ca. Hoc
quoque.
a Ipse in
q. 7. col. 3.
Nos in ca.
7. nu. 30. &
suprà eod.
c. 15.

omnes fructus loco pensionis, tenetur dicere horas Canonicas, verum ipse se fundat in eo, in quo etiam olim ego me fundabam, puta quod habet titulum, & quia per eum fiat, quò minus percipiat fructus, eo quod consensit, vt alteri referuarentur, & quod vnus eorum tenetur recitare, sed non pensionarius, ergo ipse. Ego verò me nunc fundo etiam in alio, quod non solum habet titulum beneficiarium, sed etiam quia potest recipere, si velit. Nam si velit, potest per se seruire beneficio, velut ipsius dominus, alius verò tenetur ipsi dare tantum, quantum dandum est illi, qui seruit, quantumcunque fuerint ipsi referuati omnes ^b fructus. Quæ tamen ratio mea noua cessat in eo, qui recipit beneficium, consentiendo, vt Papa referuet non solum fructus, sed etiam seruitium, omnemque obligationem & administrationem, & ideo antiquior ratio, cui soli adheret ipse, generalior videtur & firmitior. * Quia verò prudentia, liberalitate, & integritate Sanctiss. eorundemque Max. Pont. Pij V. & Gregorij xiii. nunc regnantis, prædictæ insolentes referuationes iam exularunt ab Aula, nec in eam (Deo propitio) redibunt, omitto tractare hic quædam corollaria subtilia, & paradoxa, quæ ex eis, & prædictis antehac intraleram. *

XVI. Ille dicit, ^c & quidem optimè, quod is, cui commendatur beneficium, tenetur recitare pro tempore, quo ei fuerit commendatum, ego id non attigi. Quia de eo non dubitavi, quoniam titulum beneficiarium habet, & fructus percipere potest. Quandoquidem, vt ait glo. recepta, & Commenda beneficiaria est titulus canonicus, cuius contrarium præsupponit prædictus Medina, licet excusari possit, meo iudicio, intelligendo per titulum id, quod multa iura intelligunt, puta ius, ob quod beneficium sit habitus illud, quale non est Commenda, præsertim cum non est perpetua.

XVII. Ille ait, ^e obligari ad recitandum habentem Cappellaniam collatiuam, quod ego speciatim non tango, licet sæpius Salmanticæ, & hic Conymbricæ id ipsum responderim, & palam est ita esse respondendum, quandoquidem beneficiarius omnibus potens recipere aliquos fructus ex suo beneficio, ad id est obligatus: & Cappellania collatiua est beneficium Ecclesiasticum, vt ex beneficii diffinitione à nobis alibi ^f data probari potest. At verò difficilius est determinare, quæ Cappellania dicatur collatiua, & quæ non.

Ad

Ad quod respondeo, quòd illa, quæ auctoritate Apostolica, vel ordinaria instituta est, vt sit ius spirituale consequenter, & perpetuum in se, saltem quoad habentem. Nec refert an dari debeat per meram collationem, an per electionem, vel confirmationem, an præsentationem & institutionem. & Vnde sequitur, quòd Cappellaniæ institutæ à solis testatoribus, vel donatoribus, citra auctoritatem Papalem, vel Episcopalem, non sunt collatiuæ, neque obligant suos possessores ad horas Canonicas.

XVIII. Ille ait, ^h Coadiutores non esse obligatos ad recitandum diebus, quibus non suppleunt vices illorum, quorum sunt Coadiutores, quibus verò supplet sic. Quæ conclusio videtur iusta, sed facit contra eum, quatenus præsupponit, quòd Coadiutor non semper tenetur recitare. Primò quidem, quòd titulus Commendæ obligat ad recitandum iuxta supradicta, ⁱ & quòd titulus Coadiutoriæ non videtur esse minor, quam titulus Commendæ, cum etiam virtute illius capiatur possessio Coadiutoriæ, sicut virtute tituli Commendæ, capiatur possessio Commendæ. Secundo, quòd obligatio recitandi non nascitur ex suppletionem officij alieni, sed ex titulo & iure, quo ad id habet. Tertio quod ratione illius percipere potest vitæ necessaria, ^k & consequenter fructus. Quarto, quod videtur posse quæ ad titulum Coadiutoriæ ordinari. Etiam contra eandem conclusionem, quatenus habet Coadiutorem esse obligatum ad quandoque recitandum, facit, quòd Coadiutoria non est beneficium Ecclesiasticum, quia non cõuenit ei definitio beneficii, quam latè alibi ^l tradidimus, & proximè summarie retulimus, & quòd ratione vnus beneficii non debent obligari duo ad recitandum, & quòd eorum alter non habet ius in re, sed ad rem, vt alibi dixi. ^m Per hæc omnia videtur resoluendum, quòd Coadiutor tenetur facere omnia, & sola illa, ad quæ datus est Coadiutor, licet cõstituat in totum futurus successor, & ita si datus sit Coadiutor ad dicendum omnes horas nomine alterius, tenebitur ad omnes illas, si verò ad aliquas solas, ad eas duntaxat, & si solum ad canendam, ad id tantum, & si omnibus diebus, tenebitur illis, & si aliquibus, iis solis, quia causa limitata limitatum producit effectum. ⁿ Et fortè mens præfati Medinæ hæc fuit, quæ singularis declaratio est. Ad diluendum autem argumenta, fautores Coadiutorem nunquam teneri ad recitandum ratione beneficii, vt concludunt vltima argumenta, quandoqui-

Cc

^g Colliguntur hæc ex Calderino cons. fina. de iure Patron. & ex aliis quos recitat recentior. in c. ex parte 2. de refer. h in d. q. 7. col. fin.

ⁱ In præcedenti dicto.

^k In c. 3. de cler. agrot. ca. grandis. de supple. negl. Prælat. lib. 6. Io. Andr. & omnes i. c. si. de cleric. agrot. l. in rubr. de Præb.

^m In Prælect. cap. si quado. de Rescriptis. pag. 59. & 60.

ⁿ l. in agris. ff. de acqui. rer. dom. c. 1. d. audit. de Decretis.

^b Argu. l. fructus. ff. Solutio matrimon. & eorū quæ litius. Citum. in c. Grauis de Res. spol.

^c In dist. 9. 7. col. 1.

^d c. Nemo de Electi. lib. 6.

^e In dist. qu. 2. col. penul.

^f In Rubr. de Præb.

dem nullum beneficium neque in titulum, neque in Commendam habet, & licet ratione iuris, quod habet, possit accipere possessionem illius iuris, quod est Coadiutoria, non tamen beneficij, quod est aliud ab ea, sicut & Pensionarius potest accipere possessionem iuris recipiendi pensionem, non autem beneficij, super quo illa est constituta. Et quavis ei debeatur sustentatio, & ordinari possit, si sit Coadiutor, & futurus successor, non tamen ratione beneficij possessi, sed alterius iuris, quo sustentari potest. quale sufficit ad ordines suscipiendos, sicut etiam Pensionarius perpetuus. Et etiam obligatio recitandi patrum aut multum, hoc vel illud, procedit à Coadiutoria per eum suscepta, & sicut procederet ex voto, vel ex pacto, si per illa se obligasset ad illud.

XIX. Ille ait, P Religiosos vt tales non obligari ad horas Canonicas, nihil in illius confirmationem allegando, in quo credo eum sequutum Caietanum, q dicens non reperiritextum, vel rationem id probantem. Ego verò dico, qd quod quicumque religionem ad seruendum in choro professi sunt, ad id obligantur, & pro ratione adduco non illam Paludani, q quam confutat Caietanus, sed rationem Antonini, q ex quo infero v postea multa quotidiana.

XX. Ille ait, * Nos non obligari scire memoriter (Pater noster) & (Credo) ego dico quod sic, etiam (Aue Maria) sed ipse intelligit de obligatione contenta sub precepto diuino, iuxta quod tenemur quidem scire, quod contenta in oratione Dominica petenda sunt à Deo, sed non memoriatenere petitiones eo ordine, quo in ea scripta sunt, sicut etiam tenemur scire articulos parui symboli, licet non tenere memoria eo ordine, quo in eo describuntur, vt recte declarant Angel. Sylus. & Ioan. Tabi. ¶ Ego intelligo de obligatione nascente ex humano iure communi, vel particulari scripto, vel consuetudine introducto, quod saltem obliget ad peccatum veniale, vt sentit Palud. q Quod confirmat textus à me ibi allegatus, q & alia Concilia, b & generalis consuetudo, quin & constitutiones synodales aliquorum Episcopatum (vel vsus Archiepiscopatus Brachatenfis), c quae iubent vt parochi stans diebus doceant (Pater noster, Credo, & Aue Maria)

XXI. Ille praesupponit d, licet nihil in id alleget, nos obligari iure diuino ad orandum pro nobis, & pro iis, qui extremè, vel magnoperè egent nostra oratione. Ego verò allego

o Arg. ca. Qualiter de pactis. & l. ff. de cōst. pecunia & l. j. ff. de pactis. p Vbi sup. q. 7. col. ii. q In summa. verb. Horarum. §. j. r In ca. 7. col. 4. s In 4. dist. 25. quaest. 5. col. 3. t In 7. part. tit. 14. ca. 5. §. j. v In dicto ca. 7. nu. 21. & conseq. x Vbi sup. q. 10. y In suis sumis ver. scientia. z In 4. dist. 15. quaest. 5. col. 2. a c. vos ante. de cōst. dist. 4. b Tolctan. 4. & 9. & melius Cōcilium Remense. c. 2. c Quae in ordine est 34. d Vbi sup. in pri. q. 3.

allego. q & sequor plerosque viros illustres contrarium tenentes, nisi cum non se offert aliud remedium. Facile tamen cuiquam videri potest nos posse conciliari, intelligendo eius dictum de eo, qui commodè citra iacturam propriam orare potest, nostrum autem de illo qui commodè id facere non potest. Pro quo faceret, quod videtur distingui de obligatione faciendi eleemosynam, videlicet, quod ei, qui necessitate extrema premitur, tenetur eam facere, qui habet superfluum naturae, id est ultra necessaria vitae, & ei, qui non in extrema, sed in notabili necessitate constitutus est, tenetur facere is, qui habet superfluum non solum naturae & vitae, sed etiam personae, siue ultra decentiam sui status, iuxta S. Thom. f declaratum à Cardinali Turrecremata §, & defensum, ac illustratum à Caietano in tractatu, quem super eo composuit h. Sed aduertendum est, quod non ait Thom. eum, qui habet superflua vitae & personae, teneri ad erogandam eleemosynam cuiuslibet pauperi in magna necessitate constituto, sed quod habens eiusmodi superflua tenetur facere eleemosynam alicui in tali necessitate constituto, quem rationabiliter ad id elegerit, vt colligitur ex praedicto Caietano i, & sic eius dictum à simili non videtur concludere, teneri nos ad orandum pro quolibet constituto in magna necessitate nostrae orationis, etiam si eam absque iactura nostra facere possemus.

XXII. Ille ait k, Illud Euangelij (Oportet semper orare) non esse Christi, sed Euangelistae, & nouè illud commentatur. Ego l sequor eos, qui illud commentatur velut dictum Christi, & vt ipse non negat in se veros esse intellectus, quos ibi refert, & deligo, ita fatcor eius intellectum esse rationi consonum, puta verbum illud (Semper) idem valere quod instanter, & importunè, intelligendo, tamen per importunitatem id, quod intelligit D. Paulus, m declaratur per B. Grego. n & non vt fiat quando, vbi, & quomodo non congruit, deficiente aliqua circumstantia: Id enim peccatum foret, vt ambo alibi tradimus. o

XXIII. Ambo tradimus, orationem multis modis fieri malà, quod ego longè fufius quàm illi xxv iij. corollariis explico: a Ipse verò breuius, quia tradit radices nudatas tamis, ego verò vestitas eis, Corollariis scilicet admodum quotidianis, quibus oblit b fui addere vnū valde notabile, quod ipse adduxit, puta, orationem nonnunquam fieri malam sola circumstantia personae, qualis est oratio concubinarij, vel

c In ca. 5. nu. 9.

f 2. sec. q. 32. ar. 5. g In c. singulis. 86. dist. h De praecipis eiee mo syna. 3. tom.

i In multis locis praefari tractatus praeterim ck c. 3. & 5. k In dict. q. 11. l dicto c. 5. nu. 6.

m 2. ad Ti moa. n In c. 5. re dor. sub n. 41. dist. o Ipse in qd. 12. cor in c. 5. a cap. 6. nu. 1.

alius peccatoris publici facta publicè in Ecclesia tanquam ab eius ministro, ob scandalum, quod præbet.

XXIII. Ego dixi salutem esse quærendam per media naturalia, & non per supernaturalia, & miracula, omitendo per incuriam naturalia. Ille verò extendit illud optimè ad quæcunque alia bona, asserens orationem fieri malam incuria & negligentia petentis, quando per eam perit, vt Deus sibi det aliquid, & non vult vt medijs naturalibus, vel alijs ad id institutis à Deo, vel hominibus, siue perat gloriam æternam, siue scientiam, siue salutem, siue alia quæuis bona.

XXV. Ambo asserimus P cum omnibus alijs, orationem priuatam non fieri malam, eo quòd orans solùm sit in peccato mortali, imò neque publicam, Q & horas Canonicas, licet in hoc contrà teneat Adrianus. R Limitat tamen ipse hoc nõ habere locum in peccatore obstinato, S neque in eo, qui non abstinet, T nec proponit abstinere à peccato, ob magnam irreuerentiam, quam committit petendo ab eo, cui non vult obedire. Que quidem limitatio non videtur nobis bona. Tum ob illa, quæ supra V in aliud propositum allegauimus. Tum ob alia, per quæ, I si otium suppeteret, monstrarem eandem ipsam rationem, quæ locum habet in peccatore non obstinato, sed non satis penitente, etiam secundum suam conscientiam, habere locum quoad hoc in obstinato, qui neque benè, neque malè penitet X, quando quidem vterque est in peccato mortali, & vterque nouit, aut nosse debet suum prauum statum, & quòd non obedit ei, à quo petit, & quem orat & rogat. Tum quia vt defectus propositi abstinendi à peccato, ita voluntas peccandi & perseuerandi non repugnat voluntati recitandi, & honorandi Deum, imò se mutuo compatiuntur, sicut actus virtutis comparitur sibi peccatum mortuale Y, ad eò vt non semel viderim publicos concubitarios impænitentes ex animo, & deuotissimè recitare horas canonicas. Tum quia secundum eius opinionem, innumeri sacerdotes, & beneficiarij, & religiosi deprehenderent innumera peccata nondum à se confessa, & nullus infidelis posset benè petere à Deo quicquam quod est contra Cõmunem. S. Tho. Z & aliorum.

XXVI. Ille ait^a, orationem non desinere esse bonam, vel meritoriam gratiæ, & gloriæ, ob defectum deuotionis & feruoris, quòdque sufficit habere talem voluntatem,

quæ

quæ nos inducat ad orandum, quamuis non oremus cum deuotione & feruore. Tum quia ad implendum alia præcepta sufficit tanta voluntas, quæ nos inducat ad agendum in iis iussa, licet non sit feruens, secundum omnes, iuxta Euangelicum illud: b Si vis ad vitam ingredi, serua mandata, nulla facta mentione feruoris, Tum quia ieiunans voluntariè satisfacit præcepto ieiunandi: licet cum feruore c non ieiunet. Tum quia etiam qui amat Deum super omnia, satisfacit præcepto amandi, licet cum feruore eum non amet. Nam licet scriptura d præcipiat amare Deum ex toto corde, non tamen intelligendum est, quòd eum amemus tanto feruore, quanto possumus sed quòd amemus eum solum, non amando aliud nisi propter ipsum, aut quòd non amemus aliud contrarium eius amori, secundum S. Thom. f Tum quia etiam secundum communem opinionem, g quam alibi h pertracto, sufficit quòd nobis verè displiceat peccatum ob amorem Dei super omnia amati, licet displicentia non sit intensa & feruens, vt colligitur ex S. Io. Chrysost. h Tum denique quòd ad peccandum non est necessarius feruor, & Deus magis est ad indulgentiam, quam ad vindictam pronus. i Contra tamen hanc conclusionem tenuit Adrianus, k quem cur non allegarit Medina ignoro, cum retulerit omnia sua fundamenta, quæ etiam ipse supra retuli, l allegando eundem pro opinione, quòd qui sine debita attentione orat, peccat quamuis oratio non sit præcepta, sed consulta, quia deest ei circumstantia necessaria, puta attentio debita: Ego vero, licet ibi potuissem inferere hanc conclusionem, eam tamen attingere nolui, eo quòd dura mihi videretur opinio Adriani, nec minus durum in re tam seria & quotidiana recedere ab ea, à qua tamen nunc ferè decreueram recedere, partim vt vitarem desolationem, quam concipio de amicorum desolatione, quam illius opinio in animos eorum poterat inducere, partim ob prædicta fundamenta, & auctoritatem doctissimi huius auctoris, partim quia ferè omnia Adriani argumenta diluuntur respondendo, eius argumenta intelligenda esse de oratione, cui deest circumstantia aliqua necessaria, conclusio verò Medinæ de oratione, cui nihil eiusmodi deest, licet ea non redundet deuotione vel feruore, quæ vtilia quidem sunt, sed non necessaria, per infra dicenda, & quòd non dicitur tepidum, quòd non feruet, si caleat, neque voluntas, quæ est causa operationis, dicitur tepida, sed

b Math. 19

c Vtomnes sentiunt in 4. dist. 15. in materia ieiunij. d Deuter. 4. & Math. 22.

e In 2. sec. q. 4. ar. 4. f In 4. dist. 14. g In c. Perfecta. de penitente. dist. 1. h In c. 12. l. de penit. dist. 6. i c. quia diuinitatis. pen. dist. 1. k In quod lib. 8. c. l. In ca. 136. nu. 39.

p Ipse in q. 6. 12. Nos in ca. 8. nu. 42. & c. 19. nu. 59. q Ipse in dicta q. 12. §. 2. Nos in dicto c. 8. nu. 42. r Quodlib. 8. A. & po. stea in 4. q. sine argumentis. s q. 5. §. 5. t In dicta q. 12. v In hoc c. 10. n. 12. x Ergo idè de vtroque iudicandū l. ff. illud ad l. Aquil. ca. dudū 2. de elect. y Nõ enim repugnant sibi mutuo per ea que tradit D. Tho. 2. sec. q. 2. ar. 12. Pro quo textus in c. Pius. de penit. dist. 3. z In 2. sec. q. 10. ar. 4. & in 2. dist. 41. ar. 2. & ad Roma. 14. a In 7. 17. p. 8. rotam.

in Apoca.
cap. 3.

calida, licet non ferueat. Respondendo item quod illud Apocalip. ^m Vtinam calidus, aut frigidus esses, sed quia tepidus es &c. & alia id genus, non significant tepidum esse eum, qui cum feruore non implet præcepta, sed eum, qui non implet ea, vel ita negligenter implet, cum non feruat omnes circumstantias ad bene implendum ea necessaria. Significare autem vult eum esse calidum, qui facit id, quod ei iussum est, tali amore, qualis sufficit ad implendum, licet non sit feruens. Is autem ibi dicitur frigidus, qui saltem metu implet mandata, & tepidus, qui per incuriam non implet ea, aut non cum circumstantiis debitis. Contra tamen dictum Medinam, cuiusque opinionem facit Decretum cuiusdam Concilij œcumenici, ⁿ cui nescio cur non respondeat, nec illud ibi citet, quod tamen, vt statim postea dicam, allegauit in alia questione. ^o & non parum eum implicuit. In quo Decreto expressè statuitur, vt officium deuotè dicatur, & vti quid dicitur ita fieri, non sufficit, vt voluntariè fiat, si ea voluntas non sit prompta & feruens: quandoquidem, vt probat D. Thom. ^p receptus, deuotio est voluntas prompta submittendi se Deo, quæ promptitudo addita voluntati actuali, nil aliud esse videtur, quam intensio & feruor eius, ergo cum voluntate intensa, & feruida sunt dicenda horarum, & consequenter deuotè. Præterea contextus illius Concilij tam clarè, imò clarior præcipit deuotionem, quam attentionem, in hæc verba. Districte præcipimus in virtute S. obedientiæ, vt diuinum officium, nocturnū pariter & diurnum, quantum eis dederit Deus, studiose celebrent, pariter & deuotè. Et ipsæmet Medina per eundem textū asserit, ^q quod qui horas præceptas recitat sine debita attentione, peccat. Igitur etiã peccabit, qui eas dicit sine deuotione. Confirmatur hoc, quod, vt ait quidam Cardinalis, ^r ante illud Decretum præcepta erat recitatio horarum, ^s & quia non recitabantur deuotè & attentè, in eo statutum fuit, vt sic recitentur, non autem videntur posse deuotè recitari, nisi promptè recitentur, quod sine intentione & feruore non videtur fieri posse, vt dictum est. Nec iuuat Medinam dicere, textum illum non esse iuris diuini, sed humani, & potestatem humanam non se extendere ad iussionem, vel prohibitionem actuum interiorum animæ, ^t cuiusmodi est deuotio. Nam vt alibi ^v probamus, & ipse Medina alio in loco ^x fatetur, hoc non esse vsquequaque verificatum, & tenendum est, saltem vt ipsemet tenet, ^y & præfatus Caietanus, ^z

Quod

z. In capl.
Delecti
de celebr.
Missar.
o. qu. 16.
art. 2.

p. 2. sec. q.
57. art. 1.

c. 1. in dicit.
qu. 16. art.
2. sub finè.
r. Caiet. in
suma ver.
Horarum.

s. In ca. 1.
de celebr.
Missar.
t. c. Cogni-
tionis de
Pœnit. dist.
2. vbi latè
super hoc,
s. no pig-
ritio fieri
pmissus.

v. In d. ca.
Cogitatio
nis.

x. In q. 15.
§. Hic ta-
raen.

y. In dicta
qu. 15. pro-
p. finem.

z. Verbo.
Horarum
§. 4.

Quod licet lex humana directè, & immediatè non se extendat ad actus interiores, mediatè tamen, & ex consequenti sic, id est, quod iubendo vel vetendo actus exteriores, mandatur etiam & vetatur id, quod est necessarium ad interiores ad agendum actus exteriores præceptos. Ad omnia verò fundamenta præfati Medinæ responderi posset, quod in præceptis per eum allegatis præcipitur actus nudus, in hoc verò qualificatus. & cum in quippiam requirit cum certa qualitate, non sufficit illud sine ea. ^a

Pro resolutione igitur omnium prædictorum dicendum primò, quod sicut recitans sine proposito actuali, vel virtuali sufficiente ad attendendum ad suas horas, peccat, ita eas recitans sine proposito actuali vel virtuali dicendi eas deuotè, vt asserunt prædicti Adrianus, ^b & Caietanus. ^c II. Quod sicut ad recitandum cum debita attentione non est opus semper durante recitatione attendere, licet sic semper habere propositum actuale vel virtuale attendendi, vt supra clarius & fusius cæteris declaramus, ita ad deuotè recitandum, non est opus toto tempore, quo recitatur, habere deuotionem & voluntatem præptam & feruentem, affectamque obsequio diuino, sed sic propositum actuale, vel virtuale eam talem habendi, purè deuotam, affectam, & promptam. III. Quod, meo iudicio, nemo est, qui cum proposito sufficienti attendendi sufficienter incipiat, vel continet cum proposito sufficienti dicendi eas cum deuotione satis intensa, & feruente: Licet namque attentio spectet ad potentias cognoscendi, purè intellectum & sensum, & deuotio ad voluntatem, secundum S. Thom. ^d receptum, velle nihilominus attendere etiam pertinet ad voluntatem, & qui vult attendere, vt decet, ad horas, vult ei deservire cum aliqua promptitudine voluntatis, & consequenter cum deuotione aliquantum intensa. Ex quo sequitur IIII. Quod communiter solum & semper quis peccat eo quod non recitet cum deuotione, vel proposito illius, quum peccat, eo quod non attendat, vel non habeat propositum attendendi, quod quando sit peccatum vel non, supra ^e clarè & fusè dictum est, & quidem per hæc duo vltima dicta possemus vtrumque conciliare, dicendo, quod deuotio illa, quæ sufficit ad bene attendendum, sufficit etiam ad bene recitandum, nec est necessaria maior, vt ait Medina, nec sufficit minor, vt ait Adrianus.

a ca. licet
causam de
Probat. cū
ei ann. gl.
memorab.
& recept.
in c. Noti-
ficasti 33.
quæst. 5.
b In dicit.
Quodlib.
8. C.
c In sum-
ma verbo.
Horarum
§. Quod ad
3. post. me-
dium.

d 2. sec. q.
83. artic. 2.
& 2.

e In c. 23.
num. 14. &
seq.

f Ipse in qu. 13. nos in cap. 13. num. 39. g Caiet. 2. sec. qu. 81. articl. 3.

XXVII. Ambo dicimus f contra Gabrielem, quod orationibus licet non sic praecepta, facta sine attentione est peccatum, & consequenter, quod licet quis non teneatur orare, tamen cum orat, tenetur bene orare, quod eleganter dixit quidam Cardinalis. §

XXVIII. Multa, & valde quotidiana & particularia dico de intentione, & attentione horis & orationi debitis. Ipse verò dicit pauca, & in iis vnam declarationem, quam licet omnes probeant, nemo tamen eam ita specificè tractavit ac ipse, parà illud, quod communiter tenetur, scilicet sufficere, quòd is qui recitat, attendat ad verba sola, vel ad significata eorum, vel ad Deum, qui oratur, intelligendum esse, dummodò dicens orationes praeceptas cogitet, quantum oportet de verbis, ne errat, dicendo aliud vel aliter, quam quod, vel quomodo ei praeceptum est, & quòd etiam ipse qui orat de consilio per verba, quae ipsemet componit, tenetur advertere, ne dicat verba contraria, vel inepta suae intentioni, qua in re suspicor nonnullos, qui sese valde orationi mentali dedunt, nonnunquam errare.

h Ipse in qu. 16. Nos in Re per. cu. Inter verba nu. 382. pag. 112. i Ipse in dicta q. 16. Nos in Re per. cu. Inter verba nu. 388. k In dict. Reper. & num. 228. l In 1. Maior. In 3. dist. 17. qu. 1. m In 2. d. 16. qu. 1. col. 42. n In cap. Quod quidam de Penit. & Remissi. o In cap. 7. num. 1. p C. Non semper. c. Si dominus cap. Iulianus. 11. q. 3. q C. venereabilibus. §. fin. de sct. excomm. l. 6.

XXIX. Ambo dicimus, h quòd recitans suas horas, licet peccet dicendo illas, ob defectum alicuius circumstantiae, loci, temporis. vel finis, alteriusve similis, non tamen tenetur eas repetere. Nam, ut ambo efficaciter probamus, i impleri possunt mandata tam divina quam humana, ad effectum evitandi novum peccatum, citra obligationem iterum illa implendi per opera, quae ob defectum alicuius circumstantiae necessaria, praesertim finis boni vel apti, sunt peccata. Quod ampliò ab ipse k etiam ad peccata mortalia, imò mortalissima, iuxta Parisienses, l qualia sunt largiri eleemosynam praeceptam ad provocandum in amorem illicitum, & dicere horas praeceptas ad provocandum in amore illicitum, vel in opinionem haereticam, & hanc esse communem omnium opinionem dixit Iacobus Amayn. m Idque sentiunt Io. Andreas & Panor. n Nunc verò omnibus addo ex hoc sequi, quòd qui sic peccatum recitat, non est obligatus ad restitutionem fructuum, sicut esset si non recitaret, per Concilium Lateranense, quod supra o allegamus & declaramus. Nec obstat dicere, quòd Ecclesia non praecepit nisi bona opera, adeò quòd si praeceperet mala, eius praeceptum non valeret, neque obligaret, p nec excommunicatio ob id lata, q & quòd per consequens, per mala non possunt impleri eius praecepta. Responderi enim potest, quòd

quòd aliud est, quod praecipitur, quod est actus de se bonus, aliud finis, ob quem, & intentio, qua praecipitur, quae non praecipuntur, ut subtiliter determinavit S. Tho. r à Caietano s Paludano & aliis, t * & postea per nos in Manuali Confessariorum, v * communiter receptus, inferendo ex eo, quòd, licet opera quae nobis praecipuntur, sint actus virtutis, non tamen praecipitur, quòd ea virtuosè agamus, quae est mens & finis praecipientis, ut etiam alibi scripsimus. x

30 XXX. Ambo dicimus, y quòd recitans suas horas debitas citra animum satisfaciendi suae obligationi, causa devotionis, recreationis, vel alia simili, non satisficit, & tenetur eas repetere. Ille autem addit, z obligatum ad id etiam esse eum, qui non recordatur se eas dixisse, sed hoc intelligendum est de illo, qui neque recordatur, nec vlla probabili coniectura, vel ratione ducitur ad credendum se eas dixisse, quia in dubio tenetur eligere partem tutiorem. (c. si quis autem de poenit. di. 7.) ut multis rationibus fuisse probò, a allegando ibi Parisienses, b qui antea hoc asseruerunt, * & id, quòd post quandam Cardinalem scripsi alibi. § de peccatis, quorum non recordatur homo, an confessus sit necne, & sufficienti coniectura credit quòd sic. c

31 XXXI. Ille d multum sudat in quaerendo, an recitans sine attentione & devotione, teneatur repetere necne, & tandem dicit, quòd non licet obicere. Ego verò (licet optarem hanc opinionem, quae antea fuit Hostiensis, e & S. Antonini f esse veram) non tamen ausus sum eam supra g amplecti. Tum ob ea, quae ibi allego: Tum quia non facit id, quòd praecepit Ecclesia, quae non solum praecepit simpliciter recitare, sed qualificatè, h scilicet studiose & deuotè, ut supra diximus. Tum quia opinio communis, quae habet hunc peccare mortaliter sic recitadum, fundatur in eo, quòd is non magis implet praeceptum Ecclesiae, quam si non recitaret. Non enim agit quòd illa praecepit, & per consequens, idem est iudicandum de isto, ac de non recitante. Quia parratio par ius parit. i Tum quia expressè sic determinat Paludan. k & Gabriel, l allegando in id Sancti Tho. m & Gersonem. n Nec obstat quòd Medina dicat S. Thom. hoc non dicere, quia licet non dicat expressè, dicit tamen tacitè, quatenus ait eum peccare mortaliter: sentit enim per hoc, eum non

r 1. sec. qu. 100. art. 9. & faris. ar. 10. & qu. 96. articl. 3. ad 2. & 2. sec. qu. 44. ad primū & ad 8. s Ibidem. t In 2. lib. sent. dist. 37. qu. 1. col. 3. v cap. 11. x c. Inter verba. 11. qu. 8. y Ipse in qu. 16. col. 5. Nos in capitu. 13. num. 16. z In qu. 16. col. 4. m. 6. a In dist. ca. 13. n. 12. b Maiori. in 4. dist. 11. col. 2. c In Manuali Confess. c. 21. num. 4. & 42. d In qu. 26. §. de sciendo & §. de tertio sub finem. e In c. Dolentes de cele. Miss. f 3. par. §. 11. cap. 4. g In ca. 17. n. 14. & 18. & 20. cum sequi. h c. Dolentes de cele. Missar. i c. Dudum de electi.

l Illud. ff. ad leg. Aquil. k In 4. dist. 15. qu. 5. l In Canon. Missae lect. 62. m In 4. dist. 15. qu. 4. art. 1. qu. 4. n Qui id tenet. 3. par. alphab. 71 F. vers. orationem.

o Maior. in 4. disti. 12. q. 7. col. penult.
 p In ca. 13. num. 27.
 q Quod. lib. 8.
 r Caieta. verb. Hora rum art. 3. s eod. tit. num. 36.
 t ca licet. causam si ei annota. de probat. v Clem. 1. de iure pa tron. verb. inhiber.
 x In capi. 13. nu. 2. & in cap. 19. num. 31.
 y In d. ca. 13. num. 2. & in c. 19. num. 31.
 z Cuiuste noram po no supra c. 7. num. 32.
 a c. Poenae de poenit. disti. 1. l. fi de inter pretatio ne ff. de poenis.
 b l. Quaed modum C. de Agrico. & celi. lib. 11.
 c c. Sciant cuncti de elect. li. 6. d arg. cca. de iureiur. e Arg. ca. Dolentes de elebr. Miss. & eo rum quae paulo ante dixim.

satisfacere praecipio Ecclesiae, & consequenter, quod teneatur repetere saltem donec effluerit dies, in quo repetendo potest implere praecipium, & eo elapso agere id, ad quod tenetur is, qui eas non recitauit. Idem quoque tenent expresse Parisienses, licet autem nonnulli, quos supra P citavi, teneant etiam non peccare hunc, Adrianus tamen (qui expresse est nostrae opinionis) late eos confutat, & post eum breuius, sed non minus efficaciter quidam Card. qui non obscure hoc ipsum sentit. Porro contra responsiones, quas Medina dat argumentis contra se factis, sunt virgines replicae, quas non refero, existimans aduersus illas sufficere axioma iuris infra allegatum. Quod cum aliquid requiritur cum aliqua qualitate, non sufficit illud sine illa. Ius autem requirit recitationem comitatam attentione & deuotione. Neque hic locum habet responsio, quae colligi potest ex quadam glo. v singulari, ob respectus, quos breuitatis gratia sileo. Saluo tamen contrariam opinionem, vt tantum solum & semper habeat locum, quando obligatus ad recitandum non peccat magis quam venialiter, ob defectum iustae attentionis & deuotionis. Nostra vero communis locum habeat semper, & solum, quando ob hunc defectum peccatur mortaliter. Quando vero peccetur mortaliter vel venialiter, & quando non, clarissime colligi potest ex his, quae duobus in locis supra dixi. *

XXXII. Ille non loquitur de restitutione fructuum, quos percipit is, qui tam male recitat, ego vero dico v eum tene ri ad illam non secus, ac eum, qui eas nullatenus dixit. Nec obstat quod lex illa Concilij Lateranensis, qua praecipitur restituere fructus is, qui horas non recitat, non loquitur de male dicentibus, sed de nullatenus eas dicentibus, & quod est poenalis, & consequenter, non debet extendi extra proprium casum. Non inquam hoc obstat. Tum quia est ius commune, & compositum in utilitatem publicam, & ideo potest extendi, iuxta doctrinam Bart. b Tum quia est facta in salutem animarum recitantium, & eorum, pro quibus recitatur, & ita est extendenda, iuxta quandam glossam receptam. c Tum quia non dicitur recitasse, qui sic recitat, vt se ab onere recitandi non liberet, d & recitans sic non liberatur ab onere recitandi. e Tum quia ius interpretans, vel corroborans aliud, intelligendum est in omnibus & solis illis casibus, in quibus est

iur

ius interpretatum, iuxta glossam receptam, f & corroboratum. Pro quibus textus in Authentica. g At cap. praefatum Dolentes factum in Concilio Vniuersali, ad cuius interpretationem, & corroboracionem, vel suppletionem, factus fuit ille. h Concilij Lateranen. i locum habet in male recitante, qui teneret iterum recitare, vt dictum est, ergo & praedictus. j. habebit locum in illo. Tum quia constitutio quamlibet poenalis extenditur de vno casu ad alium, in quo subest eadem ratio, & includitur sub significacione saltem larga verborum constitucionis poenalis iuxta communem resolutionem Antonij, i Dominici, k Perusini & aliorum, quos hoc anno alibi l allegauimus. At sic male recitans includitur sub significacione saltem lata verbi non recitans, & in eo subest eadem ratio, quae in non recitante, ergo includitur in lege poenali, disponente de non recitante. Nec obstat dicere, quod in vtroque casu non reperitur eadem ratio, eo quod non videtur peccare tantum recitans saltem male, quantum nullatenus recitans. Nam si res satis expendatur, inuenietur magis peccare tam male recitans, vt remaneat obligatus ad recitandum, quam non recitans bene, neque male. Peccat enim omissione, & commissione, omissione quidem, quia censetur non recitare: Commissione autem, quia peccat sic male recitando: non recitans vero solum peccat omissione, omittendo scilicet bene recitare.

De Valore Orationis.

33 XXXIII. Ambo m loquimur de valore orationis propriae & alienae, post Adrianum, n & alios. Quorum omnium summa consistit in his sex breuibus conclusionibus de oratione propria, & septendecim erotematis, siue interrogationibus, super oratione aliena.

Prima Conclusio, quod tres sunt species orationis, o nimirum viua, mortua, & mortifera. Viua est, quae fit bene siue virtuosè, absque vilius circumstantiae defectu, ab eo, qui est in statu gratiae. Mortua, quae est virtuosa quidem siue bona moraliter, facta ab existente in peccato mortali. Mortifera, quae est mala siue vitiosa, & peccatum, ob defectum alicuius circumstantiae. Sub hac specie includo etiam illam, quae tantum est peccatum veniale, non quia

f In ca. v. circaverbe Appellari & c. 12. & c. fi. C6. promissarius & ca. Procurator & capi si cui de ele. lib. 6.
 g De fili. ante dot. Instr. nat. coll. 3.
 h c. Statu mus citatus supra in d. c. 7. no. 32.
 i In c. 6. de Cofue. k In c. 1. de temp. ord. lib. 6. vbi etiam Perusinus.
 l In c. poena de pecc. dist. 2.

m Ipse in q. 17. Nos in c. 8. per totum & in c. 19. nu. 160.
 n Quodlib. 8. K.
 o arg. ca. Caritas 2. de poen. dist. 2.

quia mortem inferat, sed quia in illam disponit, vel vitam æternam differt, eo quod apta nata est priuare aliquo tempore gloria. P

Secunda Conclusio, quod ad tria valere potest de iustitia gratiæ, vt supra q̄ dictum est, viua scilicet ad merendum gratiæ augmentum, ad satisfaciendum pro peccato, & impetrandum postulata. Valorem merendi non inest ei ex sua natura magis, quàm aliis bonis operibus, sed ex gratia, & charitate, in qua est orans, secundum omnes, licet ex gratia sola non dependeat magis vel minus mereri, vt bene declarat Medina, * contra Ioannem Gersonem: Satisfacere verò inest ei, ex eo quod sicut promissit Saluator noster remunerare bona opera, ita promissit in satisfactionem debitorum ipsorum peccatorum recipere bona opera pœnalia, vt alibi † probamus. Oratio autem est actus pœnalis, quia fatigat, & humiliat orantem, quod Medina ait esse contra naturam, & contra omnem inclinationem naturalem, cui in hoc non accedo, quandoquidem virtutes, licet nobis non insint à natura, non tamen sunt contra naturam, nec contra eius inclinationem. Quinimò sunt secundum naturam, & vitia sunt ei contraria, vt rectè probauit, & declarauit S. Thom. v̄ receptus, & iura * dicentia homines esse pronos ad malum, intelligi debent, quatenus est sensibilis, siue sensualis, & participat cum brutis, vt subtiliter sensit Papa Ioannes xxij. Y non autem quatenus est rationalis, vt rectè dixit S. Thom. ⁂ neque credo aliud intellexisse Medinam, attento quod eius verba sunt generalia, in vtraque partem flexibilia, itaque dici potest orationem esse satisfactoriam, quia pœnalis est, & humiliat hominem contra inclinationem sensilem & sensualem. Valor autem impetrandi postulata inest ei, ob promissiones nobis factas à Redemptore multis in locis, ⁂ quod scilicet daturus est nobis postulata, concurrentibus conditionibus supradictis, b quibus Medina addidit aliam putà, non omittere procurare media humana instituta ad id impetrandum, sed hoc includit deo ipso, quod dicitur, quod oratio sit actus bonus, qualis non esset, si istud amitteretur, per supradicta, c vt & ipsemet Medina rectè declarauit. d

III. Conclusio, quod oratio viua propria semper de iu. 34 stitia meretur augmentum gratiæ, & gloriæ æternam, & de iustitia satisfacit pro peccatis, quin & de iustitia impetrat postulata, concurrentibus supradictis c quatuor conditionibus

p Arg. l. ff. de c. dimi. & l. i. ff. de publ. iudic. q In c. 8. nu. 2.

r In d. q. 17. col. 3. s In 3. par. Alpha. 76. de valore orationis litera & t In c. Satisfactio de Pœnit. dist. 3.

v 1. sec. q. 63. ar. 1. & q. 71. ar. 2. x Gene. 8. & ca. Omnis 21as. 13. q. 1. y In proœmio Clem. 2 In d. q. 71. ar. 2.

2 Matth. 7. Petite & accipietis: & Iob. 16. & I. Io. c. fin. b In c. 19. nu. 161. c In c. 16. nu. 50. & in hoc ca. 20. n. 30. d quæ. 12. post principium. e In c. 19. nu. 161.

tionibus, licet non, nisi de gratia & liberalitate, iis non concurrentibus. Oratio mortua non mereatur gratiam de iustitia, secundum omnes, nec etiam satisfacit de iustitia, secundum omnes, nec etiam satisfacit de iustitia, secundum opinionem S. Tho. & eius sequacium, de quorum numero est etiam præfatus Medina, licet aliter sentiat Scotus, & eius sequaces, in quibus sunt non solum Franciscani, verum etiam alij, quos allego alibi, c̄ dicendo hanc videri veriorè, licet opinio Thomæ sit vtilior. f Licet autem oratio mortua moraliter bona non mereatur gratiam, nec satisfaciat de iustitia, secundum Tho. ⁂ impetrat tamen secundum omnes, non quidem de iustitia, quæ peccatoris perentis merito nitatur, sed quæ in promissione Dei, ex misericordia promittentis à se postulata præstare, fundatur, secundum eundem Thom. b

III. Conclusio, q̄, mea sententia, Medina, vir alioqui diligentissimus, per incogitantiam videtur sibi cōtrarius. Nā in vna parte dixit, q̄ nos modò & suprà h̄ diximus cum cōi, scilicet, q̄ oratio mortua impetrat de iustitia cōcurrentibus certis cōditionibus, & in alia parte † pro vna earum ponit, q̄ dicatur cū fide, spe, & charitate, siquidem loquendo de oratione mortua, præsupponit, q̄ loquitur de oratione non existentis in statu gratiæ, & charitatis, & postea dicendo cum ea concurrere debere fidem, & charitatem, præsupponit se loqui de oratione existentis in statu gratiæ, & per consequens de viua, & non mortua, quandoquidè charitas & gratia sunt vnum & idem, aut saltem earum vna nō reperitur absque altera, secundum duas opiniones relatas à glosa quadam singulari. k Quarum prior licet multò tempore verior mihi visa fuerit, & eam teneat Scotus, l & alij multi, quos puto esse plures, quàm contrarios, postquam tamen in id ponderaui quandam Clement. n semper sequor S. Tho. ⁂ qui tenuit secundam, quæ mihi probari videtur in textu illo facto in Concilio generali.

35 V. Conclusio, q̄ oratio mortua, quæ de se est bona, prodest ad multa, sicut alia bona opera mortua, non de iustitia, sed de liberalitate diuina, quorum tria ponit S. Tho. o & quatuor glosæ, p quibus addunt alij neoterici q̄ alia: è quibus præcipuū est, quod ob ea Deus inspirat suis auctoribus

e In c. r. in princip. n. 46 & conseq. & latius in §. Sacros n. 27. cum sequen. de Pœ. dist. 6. f vt dixi. c. 19. n. re. a In 4. dist. 16. b 2. sec. q. 83. ar. 16. g In q. 17. sub finem. h In c. 19. n. 161. i In q. 18. k In clem. 1. §. fin. de sum. Trin. verb. Informans. l In 2. dist. 16. & 27. vbi multi eū sequuntur. m Cle. 1. de Sū. Trin. §. fin. n In 1. sec. q. 100. ar. 1. & in 2. dist. 26. & in 4. dist. 1. quæ sequuntur sui in cap. charitas 2. de pœnit. dist. 2. & in ca. Sacrificiū de con. sec. dist. 1. & 1. d. Clē. 1. §. fin. de sum. Trin. & fid. Catho. o In 4. dist. 15. q. 1. ar. 3. q. 4.

p Glo. in c. Quod quidam de pœnit. & glo. in §. Quod autem de pœnit. dist. 3. q Adri. quod li. 8. Syll. verb. Charitas §. 8. & Rosa aurea ca. 1. & Card. in c. nihil de pœnit. d. 7. vbi etiam scripsimus nos & latè diximus in d.

aliquæ

Cap. Quod
quidā est
in d. 5. q. 8.
autem.

In 3. par.
Alphab.
76.
3 In q. 17.
col. 1. n.

In hoc c.
num. 17.
Quodlib.
8. ar. 1. 8.
In Rhe.
in locis
Enthim.
y Apud gl.
magnum
Elem. 1. de
reliqu. &
venerat.
colla. 2. &
Tho. 2. sec.
q. 3. ar. 16.
2. libr. de
civitate Dei
c. 89.

Exo. c. 3.
b. Cas. in
dec. 1. exo.
c. In Quo-
lib. 8. ar. 1.

aliqua, quæ disponant & præparent eos ad consequendam suam gratiam grati facientem, & amicitiam. Aliud est euitatio noui peccati, quod committeretur, si oratio debita non diceretur. Aliud consequutio precum sanctorum, qui videntur in Deo, speculo suo purissimo eos, qui se ipsi commendant, mouentur ad rogandum pro eis, præsertim Angelus custos qui etiam aliter videt. Aliud consequutio salutis, honoris, diuitiarum, & aliorum bonorum temporalium. Aliud assuetudo in bonis operibus, & resistentia contra malas inclinationes. Aliud sunt effectus boni, quos oratio Dominica & aliarum instituitur ab ecclesia vniuersali, de se, & (vt auiunt) ex opere operato pariunt, vt dixit Gerson, cui suffragamur Medina⁶ & ego post Gabrielem.

V I. Conclusio, quod oratio mortifera vel mala non prodest de iustitia, nec de liberalitate, quin porius nocet. De iustitia namque meretur poenam, licet in malum orantis sapius audiantur, secundum omnes. Quibus tamen addo, eam prodesse ad satisfaciendum de iustitia præcepto, quod ad dicendum eam obligat dicentem, per supradicta, contra Adrianum ibi allegatum, v^o & cum Aristotile, * & B. Augusti. V^o dico, sapius eam exaudiri à Deo in malum eam facientis, imò & secundum Adrianum, in bonum temporale ipsius, ob admixtam bonitatem, quod probat primò ex eo, quod hac ratione meruerunt, secundum S. Gregorium, obstertrices Aegypti domos, quas eis edificauit Deus propter mendaciam, quibus se excusarunt, ne occiderent filios populi Israelitici. II. probat ex eo, quod etiam Romani suum imperium meruerunt, secundum, S. Augusti. ob iniustitiam, quam faciebant ex vana gloria, licet ea mala esset, vt potè malo sine facta. Cui tamen in hoc non accedo; Tum quia non videtur iustitiam diuinam decere largiri cuique mercedem ob opera mala punitione digna; Tum quia Deus non prosperauit præfatas obstertrices ob mendaciam, quibus liberabant infantes, ob quæ merebantur puniri, sed ob merum, & reuerentiam, quam erga suam Maiestatem habuerunt, quæ erant opera bona, vt exprimit textus, ^a & declarant ibidem Lyranus & recentiores, ^b quicquid Adrianus^c dicat: Tum quia etiam Romani non meruerunt suum Imperium ob iustitiam, vel alia opera, quæ ob malam vel vanam gloriam faciebant, sed ob illa, quæ vnà cum illis bonè, siue virtutè se faciebant eo sine, quod essent virtuosæ, vel rationi consona, qualia infideles agere posse asserit Sancti Tho.

Thom. d^o & sentit B. Hierony. vt supra f^o dictum est. Tum quia iidem Romani multò minus, mea sententia, meruerunt illud ob religionem suam execrandam, & cultum sacrilegum, quo dæmonibus tribuebant honorem Deo debitum. Licet vir quidam spectatæ eruditionis & pietatis, qui fuit Cathedralis celeberrimus huius Academiae, & amicus meus plurimum obseruandus, in insigni illo suo Speculo Principis Christiani, fortè mentè suam in proposito principale eleuata, incidenter hoc dicit, addendo, quod idè imperium eis ademptum fuerit, quia cultum illum ab se abdicarunt, iuxta S. Augusti. 8 qui meo in libro neutrum dicit. Quinimò contrarium sentit in illo cap. h^o & aliis, i^o asserendo, quod non obstante hac idololatria, ob alias virtutes, quas vanæ gloriæ studio adducti exercebant, Deus ipsis beneficia illa temporalia largitus est, & ad id allegauit cum Adrianus. k Quamuis, vt dixi, dicere possumus, magnum illum Augustinum non intendisse, quòd in mercedem eorumdem operum mala, vel vana gloria factorum, Deus ipsos beneficiis illis prosequeretur, sed in remunerationem eorum, quæ huic admixta, bono sine actuali vel virtuali faciebant, vt ipse significat^l aliquibus in verbis, præsertim verò in iis, quibus ex Catone refert causas, ob quas Respub. Romana magis superiori sæculo quam suo florebat, & in illis Salustianis^m ab eo citatis, quibus insinuat, quanto perè vilipendebat gloriam magnus ille Cato. Idem sensu insuper Augusti. ⁿ quatenus ait, quòd salutem suam pro priam anteponebant saluti Reipubl. quòdque una de causis, cur Imperium eis Deus concessit, fuit, vt punirent alias gentes se peiores, eo quòd neque ob gloriam, neque ob alium finem abstinebant à malis.

Ex quo videtur inferri, nullas horas & orationes sacerdotum, religiosorum, aut laycorum, dictas cum aliquo defectu mortali vel veniali attentionis, vel deuotionis, aut alterius circumstantiæ, quicquam prodesse, quia sunt peccata, nisi ad summum, vt iis satisfiat præcepto recitandi, quod etiam non impletur, si defectus sit mortalis ratione attentionis vel deuotionis vt supra^o dictum est. Quod sanè pro certissimo habeo in iis, qui eas faciunt, quatenus sunt suæ licet dubitari posset pro ea parte, qua sunt Ecclesiæ, & sunt eius nomine p^o & mandato, nihilominus tamen videtur, quòd etiam pro illa parte non profuit, nisi ad summum, quoad effectum, quem ex

d 2. sec. 69
10. ar. 4.
e In c. Om
nes. 28. q. 1
f In hoc
c. 10. nu. 129

g In libr.
de ciuita.
Dei.
h In lib. 9.
cap. 12. in
prin. & si-
ne.
i 15. & 18.
& 16.
k In di.
Quodlib.
ar. 1. 8.
l In di.
ca. 12. post
mediū ibi
Nolite & c.
m Scripsit
per eundē
Augusti. d.
c. 12.
n In sine
c. 12. & in
ca. 15. post
mediū.

o In hoc
c. 10. nu. 2.
& 3.
p Propter
ea que suo
in cod. ca.
diximus.

quere

opere operato operantur: Tū quia omnes absolute dicit, 9 orationem infectam malicia, aut defectu debite bonitatis, esse malam, nihilque prodesse, & non distinguūt inter eam, quæ dicitur nomine alieno vel proprio. Tum quia communiter magis prodest oratio eam facienti, quam alteri: Tum quia nemo contrariū dicere potest, quin confiteatur vnum & idem opus esse bonum & malum, diuersis respectibus, quale esse impossibile supra ^v post S. Tho. ^s & communem dictum est. Tum quia non obstat dicere, quod eleemosyna iussa bene fieri ab hero, ei profit, licet minister eam dando peccet, secundum Gerfonem ^t receptum. Herus enim meretur, quia bene mandat, vt eam det, & non quia minister eam malè dat. Atque ita concedi posse videtur, Ecclesiam quidem mereri bene præcipiendo, quod recitetur vel oratur, sed non per malam recitationem suorum ministrorum. O conclusionem stupendam, ex qua sequitur, quantum laboris perdamus ecclesiastici, non solum nobis sed etiam Ecclesie, & quanto magis prodest vox aliqua rauca & submissa in choro eius, qui vt debet recitat & canit, quam ceterum clara & resonantes eorum, qui vt minimum venialiter peccant recitando vel canendo. Et quam sanctura & tremendum fuerit nuncium illud, quod de celo vel aère, in Ecclesia celebri Lugdunensi fertur intonuisse in illa verba. Solus raucus auditur, canentibus multis cantoribus excellentibus cantum organicum, & ægrè ferentibus, quod raucus ille senex cum eis simul caneret. Quod quidem in causa fuisse dicitur, quod in hodiernum vsque diem non fuerit in ea vsus cantus organici, qui quantum liceat, supra ^v dictum est. Aduertendum tamen, quod licet aliquis peccet venialiter vel mortaliter, dicendo versiculum vnum, vel psalmum, vel aliquam partem Missæ, vel alterius horæ, non ob id recitatio totius horæ, aut totius Missæ erit peccatum, & nullius meriti, sed solum recitatio vel dictio mala illius partis, quæ est conclusio plena consolationis & digna memoria. * Quam in vtilissimum propositum, monemus in tractatu de Indulgentiis, quem nuper addidimus*. * Quare enitendum est, vt cum primū aduertimus peccare nos mortaliter vel venialiter, recitando aliquam partem, statim nos emendemus, ne defraudemus ecclesiam, & eos pro quibus recitamus fructum nostræ orationis, quæ si fuerit bona, eis proderit, licet non prodest nobis ob alia nostra peccata.

XVII.

XVII. Erotemata, sive rogationes super orationis alienæ valore.

37 Prima rogatio, quid oratio aliena profit alteri iam existenti in paradiso? Respondeo quod nihil, quoad augmentum gloriæ essentialis, neque quoad satisfactionem pro suis peccatis. Imò peccaret, qui quoad hæc, oraret pro eo, quem sciret ibi esse, & oratio eius esset mala, & peccatum. Orare enim pro sancto, est iniuriam ei facere, vt decreuit Innocent. III. ^v Dixi (quoad augmentum gloriæ essentialis &c.) Quia quoad augmentum gaudij accidentalis eueniens sancto, eo quod videt in verbo diuino cognatos, & amicos eius sui meminisse, & quoad honorem ipsius apud homines amplificandum prodesse potest, iuxta illam orationem, quam post abluionem manuum in medio Missæ ad Sanctissimam Trinitatem proferimus (*Suscipe S. Trinitas hanc oblationem quam tibi offerimus, ob memoriam*) & infra (*& in honorem B. Mariæ semper Virginis*) & infra (*& omnium sanctorum, vt illi proficiat ad honorem, nobis autem ad salutem &c.*) Magis autem prodest oranti. Tum quia non solum ei prodest ad augmentum gratiæ & gloriæ essentialis, sed etiam ad hoc vt ipse sanctus reddat antidota, orando Deum pro orante per se. ^z Tum quia, vt alibi ^a ait Thomas, verba Collectarum, quæ significant nostra sacrificia & festorum celebrationem prodesse illis ad gloriam, non sunt intelligenda ita, vt significant gloriam sanctorum crescere per illa, sed quod nos crescimus illos glorificando, sicut ex hoc quod Deum cognoscimus vel laudamus, & sic quodammodo eius gloria in nobis, crescit nihil Deo, sed nobis accrescit, vt singulariter idem subdit ibidem. ^b Qui verò putat, non tamen certus est illum esse beatum, pro quo orare vult, agat id, quod supra ^c dixi. Ex quibus inferitur responsio interrogationis, cur quadam Ecclesiæ Collectæ habent (*Proste, vel proficiat, domine, huic vel illi sancto hæc oblatio ad gloriam & honorem, &c.*) Est enim illa quod in his non orat Ecclesia, vt honor & gloria essentialis, quibus fruatur in celo, quoad Deum augeatur, sed vt magis magisque honorificentur & glorificentur in terra ab hominibus, quod est magnus ei fructus, vt declarat vbi supra ^d Innocent. Est ne igitur peccatum celebrare, aut curare celebrari Missas pro infantibus morientibus baptizatis? Respondeo quod non quia officia illa defunctorum, quibus inhumantur, magis

D d

q Præfer-
ti. Adrian.
vbi sup. O.

f In ca. 6.
num. 33.
s In 2. lib.
dist. 40. q.
3. ar. 4. fa-
cit c. Cum
renuncia-
tur. 32. q. 1.
r 3. par. Al-
phab. 36.
H. de valo-
re oratio-
nis col. 2.

v cap. 16.
sum. 38.

x In §. In
Luitico
de poenit.
dist. 1. nota
46.

y In c. cum
Martha. §.
Tertio de
celeb. Mis.
Aug. apud
magistrum
in 4. di. 45

z Arg. 1. si
nō fortem
§. libertus.
ff. de cond.
indeb. c. cū
in officijs.
de Testam.
a In 4. dif.
45. q. 2. art.
2. q. 4.

b d. q. 4.

c In c. 19.
nu. 65.

d In dicto
c. Cū Mar-
tha. §. Ter-
tio. de ce-
leb. Mis.

e In d. ca. 19. nu. 95. f In 4. dist. 4. in expo. sic. literz. & in d. ca. 19. nu. 65. g In 4. dist. in. 15. q. 1. col. 5. h cap. 19. nu. 65. i c. 22. missella. 8. k In c. 19. nu. 64. l In c. Placuit. 23. q. 5. & ca. pro nobilitibus 23. q. 1. glo. c. ex parte x. de Sepul. m In q. 19. §. lxxp.

n In c. j. in prin. n. 45. & in c. sacerdos. nu. 28. de poenit. dist. 6. o Per sup. allegata.

p In ca. 19. nu. 73.

infra Missella.

fiunt ad agendas Deo gratias, quam ad orandum pro eis, ut ibi dictum est post S. Tho. f & idco nulla oratio singulariter est eis applicanda, dicendo (*animam eius*) aut (*pro animabus seruorum*) vel alia similia, vt recte tradit Paludanus §. Sed quia in hoc aliquot, mea sententia, vt supra h dixi, errant, idco videtur nobis institutam esse in vrbe formulam, quam infra i subiiciemus.

I I. Erotema, sue rogatio.

Vtrum oratio aliena quicq̄ prodesse valeat damnatis in Inferno? Resp. minime, vt supra k dictu est, imo per concilium Bracharense l, & alia iura probatur, quod pro morientibus in peccato mortali, & impoenitentibus non est orandum, nec eoru corpora sepelienda in loco sacro. Nonne saltem prodest quoad liberatione poenaru, quas patiuntur pro peccatis remissis, aut condonatis, quas perperit deberent in Purgatorio, nisi iterato peccassent mortaliter? Resp. nequaquam, vti recte defendit præfatus Medina m. Quod verum mihi videtur, etiam tenendo opinionem Scoti, contra S. Tho. & Communem, scilicet quod poena debita peccato mortali, quoad culpam condonato, potest deleri aboleriq; non condonato mortali, cui obnoxius est: quam sequutus fui alibi n, dicendo quod licet hæc verior mihi videretur, credebam tamen vtilius fore seruare contrariam. Quibus addo, quod orationes factæ pro damnatis pro talibus habitis, nocent eas facientibus, peccant o enim. Et si ignorantes eorum damnationem eas faciunt, non quidem peccant, sed nec profunt eis, & nocere possunt, ad augendo eis poenâ accidentariam, si aliquo modo id nouerint, eo quod vident se adeo infœlices, quod preces bonorum sua malitia sibi prodesse nequeant. Non tamen planè inutiles erunt: Proderunt enim aliis defunctis, vt supra p post S. Thom. dictum est. Quin & orans meretur sibi gratiam & gloriâ, si est in statu gratiæ. Vnde non videtur absurdum, quod Medina ait, putâ, ne quidem Papam ipsum posse largiri indulgentias pro damnatis, etiam quoad poenam debitam peccatis mortalibus condonatis. In quorum omnium confirmationem sufficiat illud S. Augustini: Si scirem patrem meum esse in inferno non magis orarem pro illo, quam pro diabolo. Si enim vlla ratione ad ipsos damnatos posset peruenire vllus fructus orationum ipsorum viuorum, id non dixisset vir ille doctissimus, iuxta ac sanctissimus.

III. Erotema, sue rogatio.

39 Vtrum oratio aliena possit prodesse animabus in lybo, vel purgatorio existentibus? Respond. quod non existentibus in lybo; existentibus autem in purgatorio multum. Idummodò, vt supra m dictum est, orans sit in statu gratiæ: vel eius oratio sit Missa, quæ secundum omnes ex opere operato, & de se absque respectu meriti operantis, vel iubentis operari, virtutem habet: vel sit Pater noster, vel alia oratio Ecclesiæ vniuersalis, quæ secundum aliquos n habet virtutē & efficaciam ex opere operato, eo quod sit ab ipso met Deo composita, vel ab Ecclesia sua dilectissima sponso, eo approbante, aut eas dicat rogatu, vel iussu alicuius existentis in statu gratiæ, vel sicut minister Ecclesiæ vniuersalis, quæ semper est iusta & sancta, vt declarat recte Tho. o ex quo eliciuntur corollaria, quæ supra p valde quotidiana intulimus.

III. Erotema, sue rogatio.

40 Quis dicitur minister Ecclesiæ ad hoc, vt oratio eius, quæ aliâ non prodesset, profit, & valeat tanquam facta à ministro Ecclesiæ? Resp. quod est questio à nemine, quem, viderim, pro dignitate tractata, & (mea sententia) sunt tales omnes religiosi professi, & etiam Nouitij, sunt omnes clerici etiam prima duntaxat tonsura insigniti; Omnes Donati, & Donatæ tam Ecclesiarum secularium, quam regularium. q Quid verò de aliis, qui de horum quidem numero non sunt, at tamen recitant orationes institutas ab Ecclesia, veluti septem psalmos, horas defunctorum, nostræ Dominiæ, aut ipsa met horas Canonicas? Resp. quod, meo iudicio, dici possunt quoad hoc ministri Ecclesiæ, si illius nomine, & tanquam compositas ab ea illas dicant, licet enim expresse supradictos solos habeat pro talibus, tacite tamen instituendo orationes illas, vt nonnulli eas cum obligatione dicant, & omnes volentes, eas dicere possint ex deuotione, videtur facere facultatem r illas suo nomine dicendi. Quin etiam arbitror illos, qui eas dicunt, tãquam res institutas à S. Matre ecclesia, dicere virtualiter nomine ipsius, velut suos procuratores, aut negotiorum gestores. E diuerso vero, recitantes alias orationes, quæ non sunt ab ea institutæ, licet sint clerici, & religiosi, nō videntur ea recitare tanquam eius ministros. Erit ne ergo securius dicere Missas,

l. Machz. 13. ca. Anim. m. 13. q. 2. Tho. in 4. dist. 45. q. 6. l. art. 1. cum omnibus aliis ibid. m In c. 19. nu. 62. & tradit pulchre Tho. in 4. dist. 45. q. 1. art. 2. q. 3. n Gerton; Gabr. Medina supra per nos citati in ca. 19. n. 62. & in hoc ca. nu. 64. o In 4. dist. 45. q. 1. art. 1. q. 3. p In d. ca. 19. nu. 59. & 62.

q Arg. 12. q. 1. c. duo sunt genera hominū & c. Nō dubit. de sen. ex communi. & c. religiofus. co. tit. lib. 6. r Arg. c. si Apostolice de Præbe. lib. 6. l. 2. C. de vere. iur. enucl. sibi omnia nostra faciunt. quib. nec ita in partem au. 8.

quàm alias orationes pro defunctis, & orationem Dominicam, quàm alias, & institutas vel approbatas ab Ecclesia vniuersali, quàm alias, & per ministros ipsius, quàm per alios, & per bonos, quàm per malos? Resp. multò securius: Oratio enim, quæ per se ipsam prodest, dicta per bonum ministrum Ecclesiæ, prodest triplici respectu. Nimirum ob meritum proprium orantis, ob meritum Ecclesiæ, cuius nomine dicitur oratio, & ob virtutem ei inherentem. Aliæ autem non nisi duplici, aut vno solo, vel nullo.

v Arg. cap. si quis autem de penit. dist. 7. ibi Tene, certum, relin que incertum. & ca. ad audientiam. de hom.

V. Erotema, siue rogatio.

Vtrum oratio aliena utilis sit viuus? Resp. esse, quando recitans, & is, pro quo recitatur, sunt in statu gratiæ, imò & quando solus orans, quin & quando vterque est in malo statu, si orans recitat orationes, quæ habent virtutem ex opere operato, vel recitat nomine Ecclesiæ, aut rogatu, vel iussu alicuius in bono statu existentis, vt supra dixi de recitantibus pro animabus in purgatorio existentibus, imò & quando eas recitat suo proprio nomine, licet nõ æquè, quia non de iustitia.

e In tertiâ rogatiõ.

v Tho. in 4. disti. 45. q. 2. arti. 1. q. 3. adi.

VI. Erotema, siue rogatio.

Oratio aliena quoad quid prodesse potest viuus? Resp. quòd quoad omnia illa, quoad quæ mortuis, & præterea, vt Deus illis impertiat, vel augeat gratiam, largiatur salutem, scientiam, honorem, diuitias, aliâque bona spiritalia, corporalia, vel exteriora, nõ via iustitiæ legalis debita, sed via cuiusdam liberalitatis, vel decentiæ, suæ diuinæ bonitatis.

x In hoc eo. l. ca. nu. 9 & seq. y c. Animo & c. pro obediens bus. 13. quæst. 2. Tho. in 4. disti. 45. q. 6. s. arr. 2. z c. qualis. 25. disti. & 2. ad Corin. 5. ibi oēs nos, & c. & Apocal. 17. ibi Beati, & c. & Tho. in 4. disti. 45. q. 1. art. 1. cum.

VII. Erotema, siue rogatio.

Ad quid prodest oratio aliena existentibus in purgatorio? Resp. quòd prodest eis primò, quoad consolationem, quam recipiunt, quando sciunt modis supradictis pro se orari. Secundo ad satisfaciendam in totum vel in partem pro pœna, y ad quam ibi satisfaciendam sunt damnati. Non potest tamen prodesse, vt ibi augeatur eis gratia vel gloria cœlestis in paradiso, tales enim illum ingredi debent, quales hinc discesserunt.

VIII. Ero

VIII. Erotema, siue rogatio.

44 Quali via oratio aliena prodest alteri viuò vel mortuo, An via iustitiæ & obligationis, an verò solius liberalitatis & voluntatis diuinæ? Resp. quod ad vnũ solum via iustitiæ, ad alia vero via liberalitatis. Quod est illud vnũ? satisfactio pro pœna temporalis sufferenda in purgatorio tota, vel parte ob peccatum veniale, vel mortale condonatum debita, secundum Communem dicentem, quòd ita quis liberatur à pœna, quam subire debet, subeunte eam alio pro ipso, sicut liberatur quis à debito, soluendo illud alio. Non obstat quòd Medina dicat, non reperiri textum id probantem in sacra Scriptura, & quòd nõ est efficax illatio à debito ciuili ad criminale, quia fundatur in eo ipso, in quo fundatur indulgentiæ, & earum cõcessionis, de quo per Cad. & alios, & in multis aliis iuribus, quæ certè præsupponunt remitti dictam pœnam ob orationes, & bona opera aliena, quod non esset, si maneret ex liberalitate, & voluntate sola diuina nudata omni lege, & obligatione, & in aliis cõsiderationibus, quas breuitatis gratia omitto.

a Thom in di. dist. 45. q. 6. art. 1. q. 1. c. Omnia nter rece plus pro quo, est lex soluendo. ff. de nego. gest. l. 3. c. de sol. b In q. 19. col. 12. c I. si quis id quod. ff. de iurid. omni iudi. l. j. si b fin. ff. de pen. adu. c. c. Odeard. de solut. & tr. de cessione bonorum. ff. & c. d De quo in 4. disti. 20. & tradi mus in tra. 8. ar. de indulg. super 5. in Leuitico. de penit. dist. 1. not. 8. n. 4. e In Clem. j. de reliq. & Panor. in c. quod aut. & ca. ex eo. de penit. & remit. f c. animæ. & c. Pro obediensibus. 13. q. 2. g Arg. ca. 45. Hier. ibi si Heterit Moyses & c. Thom. communiter receper.

IX. Erotema, siue rogatio.

45 An sanctus aliquis Ecclesiæ triumphantis, quæ est celestis paradysus, aut militantis, quæ est congregatio fidelium viuorũ, mereri possit de iustitia alteri, rogando Deum pro eo gratiam, vel augmentum illius? Resp. quòd non, & neque etiam omnes simul, excepto Max. illo, & optimo Iesu Christo. D. N. ex sua anima benedictissima, ob rationem, quam in id dat S. Thom. receper. neque salutem, alacritatem, aut aliquod aliud bonum spirituale, vel corporale. Estne igitur maioris virtutis via iustitiæ oratio propria quam aliena? Maioris quidem: Propria enim via de iustitia mereret gratiæ augmentum & gloriam: imò etiam mortua, quæ non est mortifera vel mala, de iustitia quadam nitenti promissioni Dei ex misericordia factæ, de præstando à se postulata, vt supra (cod. c. nu. 134.) dictum est impetrat postulata, concurrentibus conditionibus supradictis. Aliena verò de iustitia solum potest satisfacere, quod etiam nolunt omnes confiteri. Est tamen oratio aliqua propria, quæ non prodest oranti, licet eidem profit aliena, scilicet existentis in purgatorio, iuxta supradicta.

in 4. disti. 45. q. 1. art. 1. q. 1. & 1. sec. q. 114. art. 6. h In d. q. 114. i Tho. comuniter receper in 1. sec. q. 114. art. 1. & in 2. disti. 28. ar. 4. ad Hebr. 6. lect. 3. col. 2. k c. l. nu. 134.

X. *Erotema, siue rogatio.*

An sit idem iudicium de via liberalitatis, quod de via iustitiae? Resp. minime: Quomodo enim, qui fodit in vinea Regis, via iustitiae certum quid meretur, qua via precēs Reginae non possunt ei mereri aliud tantundem, via tamen decenti liberalitatis, & magnificentiae, potest ei plus mereri Regina vno verbo, quam ipse centum dierum operis: Ita licet via iustitiae quisque possit magis sibi perse mereri, quam p̄ alios, via tamen decentiae, & magnificentiae, saepe plus per alios, quam perse meretur. At, inquires, quomodo praesupponis Deum nobis posse debere, & obligari, cum Dominus seruo non possit obligari, aut ei quicquam debere? Resp. Deum quidem vera obligatione non obligari nobis, neque etiam alia nobis quicquam debere, sibi tamen sic: ita vt ex sua diuina bonitate, & veritate adimpleat promissa, & quae procedunt de labiis suis, non faciet irrita; iuxta quam declarationem intelligendum est illud dictum celebre Bald. Deum sua promissione obligari, relatum à multis, & in his à Decio, quod puto crassius quam oporteat à compluribus intelligi.

XI. *Erotema, siue rogatio.*

Vtrum Deus det gratiam vel augmentem illius via liberalitatis alicui non merenti illam, vel illud de iustitia, aut aliquid plus quam merenti ob preces aliorum? Resp. esse qui dicant, quod non, sed quod ob preces inspirat ei pro sua munificentia talia, & largitur tam efficacem opem ea acceptandi, & in effectum deducendi, vt mereatur via iustitiae illi gratiam vel incrementem illius, pro quo alij implorantur eius benignitatem, sicut contingit aliquando, quod aliquis Magnas petit à Rege nonnullos aureos pro aliquo benemerito, & Rex ei dat via munificentiae aliquod munus, vel officium praclarum, quod via iustitiae illos & plures merebitur & lucrificet. Alij dicunt, quod licet peccatori, qui se non preparat saltem sufficienter ad merendam gratiam illam, non det Deus rogatu cuiusquam, ei tamen, qui se sufficienter preparat, dat rogatu alieno quodamque plus, quam daret absque illo. Quae secunda opinio, quia magnificat magnificentiam diuinam, & non est contra aliquam legem suam, vt rectè ostendit Medina, gratior nobis est, & quod opinio Adriani restringatur, & intelligatur

tur iuxta hanc secundam, & non tam largè, quam nonnulli voluerunt malè intelligere, quandoquidem fundamenta partis contrariae optimè dissoluntur ac diluuntur, eo quod ait S. Thom. scilicet Deum nemini facere iniuriam, dando vni magis quam meretur, precibus suorum seruorum; Pro quo est parabola illa, in qua dicitur, tantum dè datum fuisse his, qui laborauerunt parum, quantum his, qui multum.

XII. *Erotema, siue rogatio.*

An oratio facta pro multis sit melior & magis meritoria gratiae & gloriae, quam facta pro paucis? Resp. maxime, & cõ magis, quò pro pluribus fit, ceteris paribus, vt supra dictum est, magis enim extenditur charitas. Dixi (ceteris paribus) aliam enim saepe melior est ea, quae fit pro paucis, vel quia fit maiore cum seruire, vel maiore cum difficultate, quae merito augeat. Ex quo infert Medina, maioris meriti esse orare pro inimico, quam pro amico, cuius contrarium assero ego, sequurus conclusionem illà S. Tho. defensam à multis, potissimum à quodam Card. scilicet melius esse amare amicum, quam inimicum. Ex quo inferebam ego, melius esse orare Deum pro suo bono Rege, quam pro Turca, ceteris paribus. Nunquid tamen tanto magis impetrat, quato pro pluribus fit? Nequaquam, quandoquidem effectus merendi est alius, quam effectus impetrandi, & ita sunt pleræque preces optimae, quibus quis merendo multum, non impetrat postulata, vt supra dixi, referendo quinque effectus illius. Neque pro multis orans quoties impetrat, omnibus impetrat, sed nonnumquam aliquibus, vel alicui duntaxat, secundum omnes. Admonendi autem sumus, quod qui oratione priuata rogauerit Deum pro salute omnium, facta expressa mentione fidelium, & in fidelium, amicorum & inimicorum, non parum accipiet animi solatium, ob quod, & quia, secundum omnes, eiusmodi oratio multum meretur, & grata est Deo, ea expedit interdum vt. Dixi (priuata) quia publicæ institutæ ab Ecclesia pro meritis suis non sunt applicandæ infidelibus, & excommunicatis, vt dictum est supra. Num autem facta pro multis tantum valet, & prodest singulis eorum, ac si pro singulis singulæ orationes fierent? Resp. Minime, secundum Communem, vt alibi fuse ostendi, detereminando sacerdotem non pos-

sanor. & Communis in c. fraternitatem. de sepult. g In c. visum, infra eadem. & c. non mediocriter, infra d. 4. & breuius in Manu, cap. 25. nu. 92.

In 4. dist. 45. q. 1. art. 1. q. 1. ad 4. r. Math. c. 20. relata à gl. 9. 1. inf. de iustit. & iure.

In c. 19. num. 96. & latius. nu. 110. post. ad d. 1. quodlib. 3. ar. 3. x Thom. 1. par. 96. 97. art. 4. & in 2. dist. 29. art. 4. y In q. 20. col. antep. z In ca. 19. nu. 96. a 2. fec. q. 27. art. 7 & in 3. dist. 10. b In dict. dist. 30. c Cal. t. in dicto 7. ar. d In d. c. 2. 19. nu. 96. e In ca. 13. num. 3. f Qd colligit ex Sco to quodlib. 20. Parisiæ, dist. 45. q. 2. Adrian. quodlib. 3. ar. 3. Inan. in c. pe. u. Ne prelat. Imol. in c. significatiu de preb. Alex. in c. factosi. 2a 2. dist. Ca. de cele. br. Miss. 3. tom. 96. 2. Ioan. And.

1 Arg. 2. ad Timoth. & 10. 4.

m Argu. 1. placet. ff. de acquir. her. l. vi. ff. de iudic. l. le. ca. ff. de reb. cre. n. Dcut. 32. & Tradit. Tho. in 2. sec. q. 114. ar. 1. ad 2. o In l. ff. de pac.

p In ca. 1. nota. 1. de probat.

p In quib. D. Tho. 1. sec. q. 114. ar. 6. & in 4. d. 45. ar. 1. q. 1. & in 5. dist. 19. p. 1. ar. 2. q. 3. q. In q. 19. col. 10. r Quolib. 5. ar. 1. A.

se vna missa satisfacere vni vel pluribus quibus debet singulas citra suum consensum, neque parochus vnius loci vel populi ea, quam ei debet, potest alteri satisfacere, nisi forte aliqua constitutio, aut rationabilis consuetudo, vel consensus eius rei potestatem ei faciat, nisi quadam ratione, quam nonnulli^h ponunt, quam hinc neque probo, neque reprobo, referendo me ad ibi dicta.

^h Caietta. ubi supra.

XIII. Erotema, siue rogatio.

An oratio facta pro alio profit eam facienti necne? Resp. prodesse. **Quantum?** Tantum, vt omne lucrum totius gratia & gloria, quam de iustitia ob bonum opus suum meretur, remaneat apud eum, neque eam, licet velit, potest alteri communicare. ⁱ Quid igitur alteri prodest? multum: Ei enim applicatur via liberalitatis valor impetrandi beneficium a Deo petitur, quem sua oratio habet, quin & valor satisfaciendi pro suis peccatis, si ei applicetur. Potestne igitur orans prodesse sua oratione alteri, manente apud eum omni eo, quod illa de iustitia meretur? Potest, imò penè omnes pro viuus orantes sibi seruant illud. Non enim communiter intendunt communicare, & applicare eis valorem satisfactorium, sed valorem ipsum impetratorium, licet orantes pro mortuis non solum valorem impetratoriū verum etiam satisfactorium communiter eis applicent. Quin & rogantes pro viuus possunt eis applicare hos duos valores, licet meo iudicio, id communiter non faciant nisi ij, qui dicunt certum numerum Missarum, vel aliarum orationum, propitiantis vel elemosynis ob id datis, & acceptis.

ⁱ Thom. in 4. dist. 45. qu. 2. art. 1. qu. 6. communiter recept.

XIIII. Erotema, siue rogatio.

An partis orationis alicuius pro se solo facta alij participes sint necne? Resp. esse bonos & iustos, vt & ceterorum bonorum operum pro se vel aliis factorum. Per quem textum per illud psalmi, ^h qui penè quotidie canitur ad Tertiam. Participem me fac omnium timentium te, & custodientium mandata tua, & per illum articulum Symboli: Credo Sanctorum communionem, qui iuxta B. Tho. ⁱ nos docet omnes, & singulos bonos participes fieri omnium, & singulorum suorum meritorum, & bonorum operum: Nemo

^h Psa. 118. in 4. octonario q. incipit Memor esto. I in 4. di. 45. q. 2. art. 1. quæst. 1.

mò tamen hinc inferat, tantum valere bona opera aliena alteri iusto, quantum illa facienti, quia id non est verum: ⁵¹ enim declarauit subtilis Doctor^m communiter receptus, ⁿ omnis actus meritorius tres in se continet valores, generalem, specialem, & medium. Generalis prodest omnibus Ecclesie membris, specialis illum facienti, medius ei, cui applicatur, siue vnus, siue multi sint, ita quod omnes iusti participant in tertia parte valoris, omnium bonorum cuiuslibet iusti, & solus ipse faciens in altera tertia, in alia verò solus ille, vel illi, cui vel quibus illa speciatim applicatur: quam suam tertiam partem alteri applicabilem potest faciens sibi soli, vel alteri, quibuscunque volet, applicare, imò & potest valorem, quem habet ad impetrandum, applicare vni, & valorem satisfactorium alij. Qui tamè dicit Missam, aliamue orationem ex obligatione teneret applicare hanc tertiam partem illi, pro quo recitat vel dicit. Missam, licet neq; sibi, neq; alteri applicare debeat tertiam partem, quæ est totius Ecclesie, & in qua coeunt oēs iusti. Et licet varient doctores, ⁿ nihilominus iuxta id, quod mihi alibi ^o visum fuit, potest suam tertiam partem alteri applicare, saltem quoad virtutem impetrandi petitur, & gratiam via liberalitatis, licet non via iustitiæ. Quandoquidem nulla pura creatura potest illam ea via alteri mereri, vt supra ^p post S. Tho. ^q communiter receptum dixi. Admoneo autem id, quod alibi ^r scripsi, & sapius respondi, scilicet, intentionis eorum, qui dicimus Missas, horas publicas, aliàsue orationes pro nostris officiis & beneficiis, pitantiis, promissis, mandatis, aut precibus iustis, esse debere, applicare istos tres valores, cui & quomodo debent, & licet non videatur mihi necessarium verbis exprimere hanc intentionem, esset nihilominus admodum vile ^s id agere, & eo utilius, quo sapius fieret, præsertim in Memento, cum dicimus Missas, & in principio aliarum horarum, & orationum, his vel similibus verbis. Tu, mi domine Deus, nosti valorem huius Missæ, horarum, vel orationum, nostique cui quantum, & quomodo, & quo in gradu debeatur, supplico tibi, vt propter temeripsum suppleas meam ignorantiam, incogitantiam, & defectum. suscipias partes huius, vel harum orationum debitarum aliis, eo modo, quo conscientia mea exonerationi, & intentioni eius qui eas dicere curat, conuenit, & partem mihi contingentem applices mihi, aut N. & N. &c. totam,

^m Scot. in Quol. 20. n. In 4. di. 45. & per Adri. Quo lib. 8. H. & Gab. le. 26. super Canon. Miss.

ⁿ Scot. enim in dicto Quol. 20. negat posse. Paris. sic. & vvedelinus in 4. dist. 45. contradicunt.

^o In c. vi. sum infra eadem & c. 166 medio critter infra dist. 5. p. In eod. c. num. 45. q. 114. art. 6. & in 2. d. 27. artic. 3. & in 14. di. 45. q. 1. art. 1. quæst. 1. r. In c. vi. sum infra ead. dist. 5. Ex mente Scoti. Quodlib. 20. art. 2. Gabr. in Canon. Missa. le. 25. col. pe. & Paris. in 4. di. 45. q. 2. coll. fin. & pulchre p. Gerlon. 3. par. alp. 77. A. de valore orationis ver. Quisquis.

c. Psal. 44.

v In capi.
penult. in-
fra ead.x ca. 25. n.
92. & lati
ana. 111.

vel illam, aut illam partem. Quæ expressio (quia molestiæ & tardio foret in cuiusque actionis initio repetere) fieri potest ineunte die, quoad omnia illo die facienda, vel ineunte hebdomada, mense, vel anno, quoad omnia in eis facienda. Nam iuxta illud psalmi : ¹ Dico ego opera mea Regi, potest quis omnia opera sua bona facienda in Deum vtilissimè referre. Quoniam verò modos ordinandi Memento Missæ, & pro quo Rege, vel Domino, ac pro quo Episcopo vel Prælato orandum sit ab exteris, vel exemptis, aut orantibus in locis exemptis, cum aliis multis peculiaribus applicationis istorum valorum, scripsimus ^v in lectione ordinaria huius distinctionis, plura hinc non referam, quandoquidè supradictus modus applicationis sufficit quoad id, quod de necessitate in ipsis Memento dicendum est. * Summatim tamen, sed fufus quàm alius, tradimus in Manuali Confessi. latino. * *

XV. Erotema, siue rogatio.

v In expo
sit. symbo-
lii opuscu-
6. Super il-
la parte,
Sanctorum
communio-
nem. col.
24.

2 Rom. 12.

a Ephe. 1.

b Psal. 118.

Qua ratione innititur ista communicio bonorum operum? Resp. quòd illa optima, quam omnificus ille Tho. ^v tangit in hæc verba; Sicut in corpore naturali operatio vnius membri cedit in bonum totius corporis, ita in corpore spiritali, scilicet Ecclesia, & quia omnes fideles sunt vnum corpus, & singuli alter alterius membra, bonum vnius alteri communicatur. ² Vnde & inter alia credenda, quæ tradiderunt Apostoli, est, quòd communicio bonorum sit in Ecclesia, & hoc est quod dicitur (*Sanctorum communionem*) ⁵⁴ Inter alia verò membra Ecclesiæ principale membrum est Christus, quia est caput, iuxta illud Apost. ³ Ipsum dedit caput super omnem Ecclesiam, quæ est corpus ipsius. Bonum ergo Christi communicatur omnibus Christianis, sicut virtus capitis omnibus membris. & hæc communicatio fit per Sacramenta, in quibus operatur virtus passionis Christi, quæ operatur ad conferendam gratiam, in remissionem peccatorum, & paulò inferius. Sciendum est etiam, quòd non solum virtus passionis Christi communicatur nobis, sed etiam meritum vitæ Christi, & quicquid boni fecerunt omnes Sancti, communicatur in charitate existētibus, quia ⁵⁵ omnes vnum sunt, iuxta illud psalmi ^b Particeps ego sum orantium timentium te, & indè est, quòd qui in charitate vivit, particeps est omnis boni, quòd sit in mundo.

mundo. Sed tamen specialius illi, pro quibus specialius fit aliquod bonum. Nam vnus potest satisfacere pro alio, sicut patet in beneficiis; ad quæ plures congregationes admittunt aliquos. Sic ergo per hanc communionem consequimur duo: vnum scilicet, quòd meritum Christi communicatur omnibus, aliud; quòd bonum vnus communicatur alteri. Vnde excommunicari, per hoc, quòd sunt extra Ecclesiam, perdunt partem omnium bonorum quæ fiunt; quòd est maius damnum, quàm damnum alicuius rei temporalis. Est etiam aliud periculum, quia constat, quòd per huiusmodi suffragia impeditur diabolus, ne possit nos tentare; vnde quòd quis excluditur ab huiusmodi suffragiis, diabolus facilius vineit eum. Et indè est; quòd in primitiua Ecclesia cetera quis excommunicabatur, statim diabolus verabatur eum corporaliter. Hæc ille. Ex quibus colligitur, quòd Deus Opt. Max. instituit quandam confratritiam, siue confraternitatem charitatis, in qua omnes boni simul inuicem communicant sua bona spiritalia, idque non abs re, quandoquidem vni soli Domino seruiunt omnes; omnes morantur in vna domo, quæ est Ecclesia, omnes regenerantur vno fonte omnes vna fide viuunt, & vno amore se diligunt. ^c O felicem societatem, o excellentem confratritiam, siue confraternitatem, expertem vitiorum, ornatam virtutibus, in qua nulla inuidia, ambitio, hypocrisis, præsumptio, vel alia actio mala saltem mortifera inuenitur. In qua clerici & layci seculares, & religiosi, diuites & pauperes, coniugati & soluti, Citramontani, & vltromontani, Hispani & Galli, domini & serui, heri & famuli, omnes demum accumbunt vni mensæ, omnibus propinantur idem cibi, licet aliquot eorum abundantius aliis quàm aliis. In qua pluri sit cor conscissum dolore peccatorum, quàm vestis lacera, & sordidè refecta, & calcus fenestratus, licet & hæc sincera mente gesta multum eam ornent, pluri præcordia charitate etiam vsque ad inimicos extensa, quàm vestes holosericæ, panneæue pretiosæ solum verrentes, quamuis & hæc, cum rationi consonant, eam decorent. Infelices profecto, & ignominiosi fuerimus, qui in multis confratritiis, siue confraternitatibus, & societatibus honorificis descripti, imò & probatas religiones professi, quos coronæ rase, barba refecta, vestes diuersæ tacite clamitant in ea constitutos, si ab ea sumus exclusi. Cum tamen in ea inueniantur multi milites

c. c. loquatur 24. o. 1.
ad Ephes.
4. Can. 6.
c. firmiter
§. 6. de sū.
Trinit.

militēs armati, negociatores diuites, coniugati mille curis distracti, agricolæ suis ligonibus fessi, & alij mechanici suis artibus noctes & dies exercendis dediti, imò & serui contumeliis dominorum nunquam non affecti.

XVI. Erotema, siue rogatio.

Quo opus est vt ingressi hanc generalem omnium iustorum confratriam, & confraternitatem, conseruemur in ea, & vt oremus, recitemus, & cætemus, vt decet, & necesse est? Resp quòd sacræ deuotionis condimento. Deuotio autem est voluntas promptè Deo famulandi, vt docet Thom. d quæ, vt idem ibi ^c addit, nascitur ex triplîci fonte, nempe ex Deo tanquam ex causâ extrinseca, iuxta illud Ambrosij super Lucam. ^f Deus, quem vult facit religio sum, & ex meditatione diuinæ bonitatis eius, quæ est prima causa intrinseca, quæ gignit amorem, iuxta illud psalmi. ^g In meditatione mea exardescet ignis, qui generat promptitudinem feruendi ei, & ex consideratione defectuum naturæ & culpæ, quæ est altera causa intrinseca, quæ impellit recurrere ad Deum, vt eos deleat, & supleat, iuxta illud psal. ^h Ad dominum cum tribularer, clamaui &c. Ex quo tertio fonte hauritur ratio, qua scemina vt plurimum sunt deuotiores viris, & Ecclesia sexum femininum appellat deuotum. Est enim, quòd sceminæ plus considerant fragilitatem, & defectus naturæ quos habent maiores quam viri, qui habent minores, & contra viri plus considerant vires & robur, quæ habent maiora illis, quam fragilitatem, & defectum, quos habent minores quam illæ: & ita scemina magis perpendunt necessitatem suam, quæ maior est recurredi ad Deum, quam viri, quæ est mens S. Thomæ. ⁱ Ex quo subinfero, eas sceminas, quæ sunt fragiliores, & pluribus bonis deficientes, esse vt plurimum deuotiores alijs, quæ minores defectus habent, & contra, eos viros, qui sunt fortiores, & bonis abundantiores, esse vt plurimum minus deuotos illis, qui sunt debiliores, & egentiores. Hinc cernere licet multos nobiles, potentes, diuites & robustos parum deuotos, quia occupati in considerando ea, quæ habent, scilicet nobilitatem, potentiam, diuitias & vires, parum perpendunt ea, quibus carent, & necessitatem quam habent ad Deum refugiendi. Hinc videas tam sceminas, quam pauperes, afflictos, & ægrotos, vt plurimum esse deuotiores illis, qui non

d 2. sec. q.
82. ar. 1. &
c
e Ibidem
ar. 3.
f cap. 9.
g psal. 38.

h psal. 119.

i 2. sec. q.
82. ar. 2.

non ægrotant, & affliguntur, & easdem personas tam feminas, quam mares, vt plurimum esse deuotiores tempore, quo sunt pauperes, afflicti, & ægroti, quam tempore, quo sunt diuites, prosperi, & sani. * Hinc etiam fit, vt quotidie in sacræ Pœnitentiæ pretorio petantur dispensationes super votis emissis in periculis magnis maris, fluminis, itineris, laronum, præliorum naualium & terrestrium, carceri, & ægritudinum, ac aliorum mortis articulorum, & non super votis tempore prosperitatis emissis, quia cum in illo plus recurratur ad Deum, quam in hoc, plura vota emittuntur in illo, quam in hoc. In quod facit illud Plinij. Tunc maxime vororum locus est, quando spei nullus est. Hinc fit etiam, quòd multi ignari & simpliciores sunt deuotiores, quam aliquor perspicaces, & eruditi. Cui consonat illud Apostoli. * Scientia inflat. Non tamen ex hoc inferitur, quòd sint oprabiliora simplicitas, ignorantia, & carentia aliorum bonorum supradictorum, quam perspicacitas, scientia, & alia bona supradicta, eo quòd sunt occasio indeuotionis. Quia, vt eleganter sentit ille Aquinas, ¹ hæc, & omnia alia bona per se sunt meliora, quam defectus & carentia illorum, licet per accidens abutenti eis fiant occasio indeuotionis, & aliorum malorum. Qui enim suam perspicacitatem & scientiam, imò & nobilitatem, & potentiam, prosperitatem, sanitatem, robur, & vires, agnoscit humiliter esse dona Dei, & habere se illa ab eo, iuxta illud. Quid habes quòd non accepisti? & quòd est obligatus ad reddendam ei rationem de illis acceptis, non tumescet, nec desinet agnoscere suam necessitatem, quam habet, refugiendi ad Deum, imò cognoscet se habere maiorem ad id faciendum, vt illa sibi conseruet, & opitulerur ad rectè vtendum eis, & vt eo fiat humilior, quo ad reddendum de illis rationem est obligatior: sic enim considerata non solum non impediunt ei deuotionem, imò eam augebunt, quamuis interdum (& vti nam non vt plurimum) personæ tam sceminæ, quam mares perspicaces, & eruditi, & alia supradicta bona habentes, non satis considerantes à quo acceperunt illa, & quanta eius ope sit eis necesse ad conseruandum ea, & quanta ad benè vtendum eis, negligent animaduertere maximam, quam habent, necessitatem refugiendi ad Deum, & ita sunt parum (quæ magna miseria est) deuoti. Deuotio autem, & meditatio etiam voluntaria ad eò quibusdam egregie doctis ac pijs videntur necessaria, vt dixerint

k 1. ad Cor.
rint. 8. re.
lati in ca.
Nisi de re.
nunciat.
l In diu.
q. 82. ar. 3.
ad 3.

m 1. Co.
rinth. 4.

dixerint non esse suo nomine dignum illum religiosum, qui suam quotidie mentem saltem semel, omissa multiloquio orationis voluntariae, ad huiusmodi meditationes non transfert. Quod tamen non videtur verum. Tum quia nullo iure id probatur: Tum quia suo muneri satisfacit, qui satis studiose & deuote ea, quae sibi praecipuntur, recitat vel cantat, mentem pie & humiliter illis applicando. Tum quia consiliorum omissio non facit quem religiosi nomine indignum, ¹¹ vt etiam in specie dixit S. Thom. ^o in hac verba: Religiosus non tenetur ad omnia exercitia, quibus ad perfectionem peruenitur, sed ad illa, quae determinate sunt ei taxata secundum regulam, quam professus est, haec ille. Quibus addit Caieta. quadam, ex quibus colligitur contrarium huius sententiae. Quod non dixerim, vt retraham quaequam à tam utili meditatione (qua vti nam vteremur) sed vt liberem scrupulis eos, qui aliquot dies haec omittunt, & à peccatis, quae contra conscientiam erroneam omittendo admitterent, praeseruem. Admoneo tamen, quod praefata meditatio tunc est digna laude, cum fit sine orationis praecipuae prauiudicio, prauiudicat autem illi (omnium sententia) cum ob eam illa praetermittitur, imò & mea, cum festinantius; & minus reuerenter & attentè, quam oportet, praecipua recitat aut canit, vt post illam vtrunque actam, ad praedictam meditationem consultam; & non praecipuam accedat, vt insinuauit supra, referens quosdam nouè, sed parum prudenter id docentes. Nam rectè arguitur de toto ad partem, in qua est eadem ratio. ¶ Cum ergo attentio, reuerentia, & mora bonae orationis necessaria, sit pars eius, consequitur eum, qui eas omittit, peccare, sicut & qui totam, licet non tantum. Quando ergo tam necessaria est deuotio, & illa est haurienda ex triplici fonte, nempe Deo, vt causa extrinseca, & ex duabus causis intrinsecis, scilicet meditatione bonitatis & beneficiorum eius, & consideratione defectuum naturae & culpae, oremus supplices ipsi summet Deum Opt. Max. vt suo nos dono potentissimo suae bonitatis, suorumque erga nos beneficiorum agnitione, ac nostrae miserimiae defectibusque plenae conditionis perpenfione, suo famularui, & seruitio approximet, adiciat, & omnino addicat. Amen.*

X VII.

In Reg. ca.
si. 4. distin.
o. 2. sec. q.
§ 86. art. 2.

P. I. Quae
de vota ff.
de rei ven
dic. c.
q. Pastora
alis §. Itē
cum resti
de offi. de
leg.

XVII. Erotema, siue rogatio.

- 62 Quae nam pauca ex innumeris, quae ad praedictas tres causas deuotionis pertinent, possemus deligere ad eam (quae pretiosissima est Margarita) consequendam? Resp. Aliis alia fore conuenientiora, mihi verò satis congrua haec tria videri.
- 63 Primum quidem, quam supplicissimè, quamque obnixissimè orare, & flagitare Deum Opt. Max. vt nos sua benignitate efficiat deuotos, siue volentes promptè suae Maiestati seruire. Secundum, leuare mentes nostras in eius bonitatem & benignitatem indicibilem, qua nos amat, qua nos miseretur, & innumera tam particularia, quam communia beneficia praestat. Communia quidem creando, conseruando, gubernando, & à manu Cacodæmonis sanguine vnigeniti filij sui proprio redimendo, & interius exteriusque perse, & alios docendo, simul instituendo Baptismum, quo generamur. Eucharistiam qua sustentamur, poenitentiam qua reparamur, & alia sacramenta, quibus ad alia vnanimur, & singulis quibusque nostrum singulos Angelos tutelares, qui nos defendant, doceant, & gubernent, assignando. Particularia verò beneficia quamplurima, in quibus sunt mille bonorum inspiratio, à mille periculis corporis & animae praeseruatio & liberatio, donorumque ac dotium animi, & corporis, honorum & fortunarum largitio. Tertium considerare, reputareque nostros naturae culpaeque defectus generales & particulares, in quibus sunt continua poenae, laboresque concatenati, quibus ob peccatum primorum parentum & nostrum, omnes, & singuli quique in suo statu affligimur: perpensio item, & inclinatio nostrae sensualitatis ad à via Domini deuiandum, & ad bonis, quae ab eodem suscipimus, abutendum, pugnaeque carnis aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem, prauaque consuetudo malè cogitandi, peius loquendi, & pessimè agendi, & illa, que nunquam non laboramus, instabilitas cordis, & molesta mentis euagatio, peregrinatio praeterca, & exilium à conuersatione Dei, Diuorumque illa dulcissima, in quo plagis malitiae, & liuoribus ignorantiae foedati, manicisque ac compedibus quadantenus nexi, magna cum difficultate operamur decentia, imò & praecipua: super omnia verò, illa insignis ingratitude, qua Deo Opt. Max. intus & foris, perse, & alios rectè monenti minimè paremus. Quin & mortiferè peccando fuimus rebelles, & hostes

q iuxta il-
lud Apof.
ad Philip.
3. Quorum
Deus ven-
ter est.
r Ad Ga-
lar. 5.
s Ad Ro-
man. 1.
t relatum
à gratia. in
c. Quam
præpoſite-
rñ. 13. q. 2.

hostes, à suisque piissimis castris in impiissima Luciferi transfugiendo, signisque illius *Euophorus* & viuificis, relictis, huius mortifera sequendo, imò (quod vel dicere horrendum est) quadantenus, vt quidam eruditè ait, eum pro Deo habere renuendo, nunc substituendo ei gastrimargiam, & gulam, ⁶⁵ nunc philargiriam & auaritiam, quæ iuxta eundem, idolorum seruitus ^r est, nunc Xenodochiam siue vanam gloriam, per quam, iuxta eundem, ^s dicentes nos sapientes, stulti firmus. Denique, quòd vitam hanc terrestrem, & parum duraturam, tot malis afflictam, vix volumus nisi coacti relinquere, iuxta Cyprian. ^t nec nisi exiliter eam pro cælesti & perpetua his malis carente, & bonis omnibus redundante, commutare. Hac triplici consideratione & reputatione satis ruminata, & prout cuique Spiritu sanctus dederit extensa, arbitror posse nos concipere magnam nostram fragilitatem, & maiorem ad refugiendum ad Deum necessitatem, & maximam ipsius potentiam, & ad nos iuuandum clementiam & bonitatem, & consequenter, reddere nos benè affectos ad volendum ei promptè seruire in timore, exultare ei cum tremore (quod est deuorum esse) & vt quàm humillimè, quamque obnixissimè ei supplicemus, vt nos à tot & tantis malis, & præsertim à morte perpetua liberet in hoc sæculo per suam gratiam, & in futuro per gloriam. Amen.

Cap. XXI. tractans 47. concordias inter Sotum & Authorem.

<i>IOANNES à Medina laudatus.</i>	nu. 1
<i>Dominicus Sotus laudatus, qui, & author, Doctores & Cathedralij primæ functionis Salmaticenses fuere.</i>	nu. 1
<i>Clericus cur oportuit insinuat.</i>	nu. 2
<i>Horas dicendi & Deo laudando debuisse constitui tempora, horarum, templa, hymnos & psalmos.</i>	nu. 3
<i>Theologi & Canonista munera sic differunt.</i>	nu. 4 & 5
<i>Horas Canonicas esse octo, graues Doctores tradunt.</i>	nu. 5
<i>Horas aliqua de causa iuste interpolari, & omitti.</i>	nu. 7
<i>Ordinati minoribus an teneantur ad certas preces lege humana, vel consuetudine, sicut diuina ad incertas.</i>	nu. 8
<i>Præsumptum ad nil aliud quam horas obligat.</i>	nu. 9

Perſo

<i>Pensio ad horas minores S. Mariae obligat.</i>	nu. 10
<i>Beneficium paruum cur pro nihilo non habendum.</i>	nu. 11
<i>Beneficium etiam fructu unum reservato obligat ad horas.</i>	nu. 12
<i>Breviarij defectus vt excusat ab horis.</i>	nu. 13
<i>Horis à dicendis que impotentia excusat.</i>	nu. 13
<i>Cæcus & caligans vt tenentur ad horas.</i>	nu. 14
<i>Horarum pars à ministro omiſſa an supplenda.</i>	nu. 15
<i>Organo cæcatum quomodo suppletur melius.</i>	nu. 15
<i>Infirmus que sine prædico excusat ab horis.</i>	nu. 16
<i>Horas dicat excommunicatus, irregularis, et degradatus.</i>	nu. 17
<i>Excommunicatus magis debet vitare, quam vitari.</i>	nu. 17
<i>Excommunicatus alios (quod malè seruat) vitet.</i>	nu. 18
<i>Monacha ad chorum professæ tenentur ad horas.</i>	nu. 19
<i>Monachos ad chorum professos qui potest facere Conuersos, qui, nec nonij tenentur ad horas.</i>	nu. 20
<i>Religio potest institui sine choro.</i>	nu. 21
<i>Horis obligatus tenetur docere officium Sanctæ Mariæ, & quicquid suum Breviarium omnibus præcipit.</i>	nu. 22
<i>Breviarium pro libito nemo iuste mutat.</i>	nu. 23
<i>Breviarium Card. S. Crucis cur author colorat.</i>	nu. 24
<i>Mariæ matris hora minores ab Urbano I I. præceptæ.</i>	nu. 25
<i>Mariam in matrem deuotio antiquissima.</i>	nu. 26
<i>Mariæ matri desunctæ statim dicatur templum.</i>	nu. 27
<i>Mariæ nondum natæ à paganis dicatur sacellum.</i>	nu. 28
<i>Hieronymus Oforius Præsul laudatus.</i>	nu. 28
<i>Clerus ci edat horarum onus esse sibi primum.</i>	nu. 29
<i>Horarum præposterationem non esse mortiferam.</i>	nu. 30
<i>Missam ante Matutinam minimè dicendam.</i>	nu. 30
<i>Missæ iure communi, vt dici potest post meridiem.</i>	ne. 31
<i>Horas etiam priuatim dicendas in loco sacro.</i>	nu. 32
<i>Attentio & deuotio propriè dicta vt differunt.</i>	nu. 33
<i>Deuotio impropriè dicta vt differt à propriè dicta.</i>	nu. 33
<i>Attentio triplex, secundum omnes: Prima et tertiâ omnibus communis, secunda solis doctis, sed etiam non Theologus contra Sotum</i>	nu. 34
<i>Attentionis tertiæ, que optima est, materia propria Deus, ad id quod etiam in humanitate Christi non est omnino sistendum.</i>	nu. 35
<i>Attendendo non tam errat plebs vt putat Sotus.</i>	nu. 36
<i>Orationis quinque effectus diuersi.</i>	nu. 37
<i>Attentio quatuor in qualem effectum necessaria</i>	nu. 39

E e

<i>Oratio omnis etiam Layci sine attentione mala.</i>	<i>nu.</i>	39
<i>Attentio cur magis quam bonitas orationis exigitur.</i>	<i>nu.</i>	40
<i>Oratio voluntaria mala cur non omittit mortifera.</i>	<i>nu.</i>	41
<i>Actus sine qualitate requisita non sufficit.</i>	<i>nu.</i>	41
<i>Non entis non sunt qualitates.</i>	<i>nu.</i>	42
<i>Lex non omnis preceptiva etiam nature mortifera.</i>	<i>nu.</i>	42
<i>Attentione necessaria non debemus esse contenti.</i>	<i>nu.</i>	43
<i>Constitutio c. Commissa de elec. lib. 6. non includi Episcopum.</i>	<i>nu.</i>	44
<i>Lex interpretans terminis interpretati continetur</i>	<i>nu.</i>	44
<i>Ecclesiam parochialem capiens animo certo non promovenda, tenetur restituere fructus, nisi ex mutato promoveatur. num. 45. & 46. & tunc non restituet antea perceptos.</i>	<i>nu.</i>	50
<i>Conditione deficiente deficit dispositio.</i>	<i>nu.</i>	46
<i>Restituere debet fructus non promotus etiam ante sententiam.</i>	<i>nu.</i>	47
<i>Pœna regulariter non debetur ante sententiam.</i>	<i>nu.</i>	47
<i>Pœna quid sit definitur.</i>	<i>nu.</i>	48
<i>Conditio & modus valde diversa.</i>	<i>nu.</i>	48
<i>Pœna quæ in foro Dei debita.</i>	<i>nu.</i>	49 & 54
<i>Beneficium parochiale capientis poena non extenditur ad capientes alia, qui tamen peccant, si non capiunt ordines eius annexos, vel laycaliter vivant.</i>	<i>nu.</i>	51
<i>Beneficium retinens nolendo sacrari an peccet.</i>	<i>nu.</i>	52
<i>Pensio perit matrimonio, sed non vitæ layca.</i>	<i>nu.</i>	53
<i>Ecclesia parochialis proprie non est prebenda.</i>	<i>nu.</i>	55 & 57
<i>Beneficium in ipso iure privatus non potest spolari.</i>	<i>nu.</i>	55 & 57
<i>Beneficium capiens ut fiat presbyter, in quo dissimili capienti pecuniam, ut aliquid faciat.</i>	<i>nu.</i>	56 & 57
<i>Restitutio ob horas missas iuris humani est.</i>	<i>nu.</i>	58
<i>Dispensat Episcopus in hoc cum Parochotantum causa studij.</i>	<i>nu.</i>	59
<i>Consilium Lateran. iudicare fuisse circa horas partim nimis laxum, partim nimis strictum nimium liberum.</i>	<i>nu.</i>	60
<i>Intellectus. & Statutum Concil. Lateran. sess. 9.</i>	<i>nu.</i>	61
<i>Concilij Lateran. lex de omnibus horis servanda.</i>	<i>nu.</i>	62
<i>Concilium Lateran. suspiciendum non despiciendum.</i>	<i>nu.</i>	62
<i>Intellectus dicti Paludani de se absentante ab horis.</i>	<i>nu.</i>	63
<i>Absentanti se principaliter ab horis hæc non obstant.</i>	<i>nu.</i>	64
<i>Beneficiarius male vivens an restituat fructus.</i>	<i>nu.</i>	65

SICUT



ICUT, candide Lector, in prima huius libelli additione adiecitur capit. xx. ceu quoddam auctarium, quod quædam placita de oratione, & horis Canonicis, eruditissimi, iuxta ac piissimi D. Ioannis à Medina, qui eodem tempore, quo ego, de illis sicipit nostris assertis conciliareremus: Ita in hac additione visum est addere, hoc cap. xxj. seu simile auctarium ad conferendum cum nostris assertis quædam, quæ scripsit ^a Domini cus à Soto, vir vnde quaque doctissimus, gratissimus, & probatissimus, Illustreque Illustrissimi Predicatorum ordinis ornamentum, posteaquam ego Salmantica (quæ nos ambos, me prius, & cum posterius doctoratu insigniuit, & Cathedra primæ functionis illum Theologia, me Canonum ornavit) Conybricam duorum Monarcharum rogatu obnixo coactus migravi: & in ea hunc libellum ædidi.

Imprimis ergo inueniet, qui sua cum nostris contulerit, cum, omiſſa, rei de qua tractamus, diffinitione, & diuisione, ante omnia vtiliter quinque magno apparatu probasse.

1. Primum quidem, decens, & necessarium fuisse instituire clerum, qui inter Deum & populum esset medius ^b, qui quotidie populi nomine Deum laudando psalleret, quique curaret gratiam Dei & precando, & administrando sacramenta in populum deriuare, & vicissim gratias eiusdem nomine Majestati suæ rependere: & merito, quia cum hoc munus omnium Reipu. sit maximum, & ad alia omnia certos habeat ministros deputatos maiore profectò ratione ad hoc debuit aliquos deputatos habere.

3. Secundum, non solum debuisse institui personas, quæ Deo laudes canerent, sed etiam designati tempora, dies & horas, quando id facerent.

Tertium, oportuisse constitui loca, & templa, in quibus id fieret, vasa item & ornamenta administrandis sacris oportuna.

Quartum, debuisse præscribi psalmos, hymnos, orationes, & preces, per quæ gloria, laus, & honor tantæ Majestati deferretur, & gratiæ pro humana fragilitate agerentur.

Quintum, septem horarum Canonicarum institutionem esse antiquissimam, decentissimam, & congruentissimam. inueniet item, qui eadem contulerit, nos contra, definitione & diuisione præmissis, ^c horum quinque probatione præsup-

^a Lib. 10. q. 5. arti. 1. de iustitia & iur.

^b S. Tho. 3. part. q. 6. 22. arti. 1. & q. 26. arti. 1.

^c In ca. 1. vbi definitur & dicitur oratio & cap. 7. vbi definitur hora Canonica.

posuisse potius, quam probasse, simul dubitare poterit, qua de causa id contigerit. Cui responderi potest facile, illi ceu Theologo fuisse animum confundendi haereticorum statuta, Ecclesiae probatissima probando: Mihi vero ut Canonistae fuisse mentem eadem Canonum regulis declarandi, extendendi, & vsui Catholicorum, quibus iam probata erant, accommodandi.

c In dicto
lib. 10. q. 5.
art. 1. sub ff.

II. Qui praedicta eius placita cum meis contulerit, aduertet eum nemine citato, & quasi contempnim decernere, non esse audiendos, qui octonarium horatum Canonicarum numerum ponunt. Nos vero multis, eisdemque grauissimis auctoribus, qui neruosa ratione nituntur, citatis, illum olim posuimus, & in hac aeditione lectori admonuimus, ipsum, si satis illa perpendisset, minime ita decreturum.

d vbi sup.
art. 2.
e cap. 16. a
nu. 39.

III. Ipse magno apparatu probat, licere tantum psalmodum, horarum Canonicarum, & officiorum Ecclesiasticorum. Nos vero breuius idem facientes, latius id praxi, & vsui accommodauimus. Quia ut praedixi, ille ut Theologus pugnans contra haereticos, iam probata Catholicis, probat eis. Nos vero ut Canonistae, id iam probatum Catholicis eorum praxi accommodamus.

f Ille in d.
q. 3. ar. 3. &
nos in c. 8.
nu. 6. c. 11.
nu. 14. & c.
13. nu. 9. &
nu. 37.
g In c. 16.
h num. 70.

III. Conuenimus ambo, in asserendo totum clerum persuadere sibi debere, munus hoc horas dicendi esse ipsi praecipuum & genuinum. Ex quo infert ille, nullam Canonicam horam vlllo genere negotij, etiam literis studendi, gubernandi, praelegendi, vel praedicandi, esse interpoladam. Nos vero diximus multis de causis posse quem interpolare, & interrompere horas Canonicas, ita ut cessante causa, non oporteat a capite repetere, sed solum ab eo loco, vbi fit interruptio aut interpolatio, imò & nunquam totas vno die vel altero ob negotiorum magnitudinem penitus ommittere. Nec obstat quae eum ad id mouit, ratio certe memoranda: nempe quod (Deo ita disponente) subtractio temporis ad eas dicendas necessarii nil impedit, quò minus alia negotia bene expediantur. Non, inquam, hoc obstat, quia licet ut plurimum ita se res habeat, praesertim in exemplis, quae ipse subiungit, studendi, praelegendi, praedicandi, & gubernandi, frequenter tamen occurrunt aliqua ira vrgentia, ut nullatenus, vel saltem non sine maioris praeccepti transgressione, bene fieri possint, sine talis temporis subtractione, qualia sunt exempla à nobis ibi proposita, quae gratia breuitatis hic non repetimus. Quin & ipsemet alio in loco ait, causa infirmo

i In dicta
q. 6. ar. 3.
col. 4.

infirmorum, & ob aliqua alia impedimenta interdum posse illas omitti. Admonuimus autem modum, quo absque studij, & alio rum huiusmodi negotiorum iactura horae praedictae possint recitari, quodque nemo deberet dispensationem à Sede Apostolica, qua ab eis dicendis excusaretur, impetrare. Quin & alio in loco addimus, Reges, Principes, iudices, etiam laycos, imò & ferè omnes artifices etiam mechanicos, sine suae artis & officij notabili iactura eas per aliquot Breuiaria posse recitare.

i cap. 16.
nu. 71.

V. Ambo dicimus, neminem ratione ordinis, qui non est sacer, teneri ad recitandum horas Canonicas, neque Cantici Graduum, quod Breuiarium Pij quinti Psalmos Graduales appellat. Ille autem addit, quod nulla est lex, neque consuetudo, quae etiam ad Canticum Graduum obliget, & quod neque Episcopus obligare potest. Nos autem diximus, nullam quidem esse legem communem, quae ad id obliget: Sed an alicubi sit huiusmodi consuetudo, dubitamus. Meminimus enim, ante circiter 70. annos morem fuisse in Regno Navarrae, ut insigniti quatuor minoribus, quos vulgus ibi gradus ordinum appellat, praefatum Canticum Graduum, & qui prima tonsura tantum erant insigniti, psalmum (*Miserere mei*) quotidie dicerent. Diximus etiam, quod esto Episcopus auctoritate sua sola nequeat huiusmodi minoribus ordinatos nolentes, ad aliquid certum recitandum obligare, ut ille ait, posset tamen de eorum consensu id facere, cum iure naturali conuentiones & pacta, quae duorum vel plurium consensu constant, obligent ad peccatum, praesertim in foro conscientiae.

k Ille in
dict. art. 4.
col. 2. & e-
go in cap.
7. a nu. 12.
& in Ma-
nuali C. 6.
c. 25. n. 96.
& 108.

l Ut dixi-
mus in di-
cto Manua
li c. 25. nu.
108.

Addidimus item, quod licet praedicti nullo humano iure vel consuetudine teneantur dicere praedicta, iure tamen naturali & Diuino teneantur ad aliquas preculas, vel gratias Deo Opt. Max. maiores, quam layci agendas, ob beneficium clericatus, & ordinum ab ipso acceptum, saltem dum clericali priuilegio gaudent.

m Ut in di-
cto n. 108.
paulolati
diximus.
n l. j. ff. de
pact.
o cap. j. de
pactis.
p Arg. ca.
iuramentij
22. q. 5.

Adicimus etiam modum nouum eas persoluendi, vbi nulla lege, consuetudine vel facto sunt determinatae, & quod obligatio praedicta gratias agendi, iudico nostro, non obligat ad plus, quam veniale, vbi non sunt determinatae.

VI. Ille ait, & rectè quidem, teneri ad horas Canonicas eum, qui habet praestimonium, seu beneficium quod vocant praestimoniale. Nos autem in hoc libro id non expressimus, sed satis fuit dixisse, omnem beneficiarium

q In dicto
ar. 3. col. 3.

r In conf.
47. vol. 2.

s In dicto
cap. 25. n.
108.
t vbi sup.

v In dicto
ar. 3. col. 3.
x In d. ca.
7. num. 27.

y fest. 25.
cap. 6.

z c. Epif-
copus & c.
Tuis de
Præben.
a 4. Ethic.
& glossar.
quæ apca
in id iura
citatur in c.
Suf. verb.
Modestiz
de Pœnis.
b Ad Ro-
ma. 13.
c c. Admo-
ner & c.

Quod in
dubis de
Renunciat.
d vbi sup.
e In dicto
cap. 7. nu.
30. & in c.
20. nu. 15.

beneficij Ecclesiastici teneri ad eas, cum inter omnes conueniat, & efficaciter probet Panorm. ^r eiusmodi præstimoniam esse beneficia Ecclesiastica, licet nullam in eo residendi, nec ei seruiendi per se, vel per alium, obligationem vel onus habeant, expressi autem id in Manuali Confess. ^s

VII. Inter ambos conuenit, ^t Pensionarium non teneri ad horas Canonicas. Nos autem in hac additione addimus nouam foel. record. Pij Quinti constitutionem, qua obligauit eos ad officium Beatae Mariæ minus dicendum. ^{xo}

VIII. Ille ^v ait, non obligari quem ad horas Canonicas ratione beneficij valde exigui, nos ^x verò multis nostram partem confirmando, & partis aduersæ fundamenta soluendo contradiximus. Quibus nunc addo primò, quòd ipsemet confitetur beneficium octo ducatorum obligare: quod tamen certum est non sufficere ad sustentationem habentis illud: ergo non oportet ad hanc obligationem inducendum, vt beneficium valeat etiam exiliter sustentare beneficium. Secundò, quòd etiam ipse ait illud debere esse adeò exiguum, quod pro nihilo reputetur, quale tamen nullum est. Tum quia post Concilium Trident. ^v omnis clericus etiam primæ tonsuræ tantum, habens beneficium Ecclesiasticum quamlibet exiguum, gaudet priuilegio fori, etiam quoad crimina, quoad quæ non gaudet etiam insignitus quatuor minoribus, si beneficium careat, quod est magni momenti, & facit vt non debeat pro nihilo reputari. Tum quia habens beneficium etiam exiguum, licet potest sine alio patrimonio ad ordines sacros promoueri, ^z ad quos tamen non potest sine beneficio, vel patrimonio sufficienti admitti, quod etiam est magni ponderis. Tum quia ratione qualiscunque beneficij accedit beneficiario aliquis honor, & præminetia, præ non habentibus simile in Ecclesia, cuius est beneficium; & honor est bonum præstans, quia præcellit alia pecuniaria, iuxta philosoph. ^a & iuxta illud Apost. ^b Cui honorem, honorem. Tū quia non potest renunciari absque superioris auctoritate. ^c Tū quia non deerit, qui voluerit illud renunciatum acceptare cum onere horas recitandi, ob prædictos respectus.

IX. Ille ait, ^d non teneri ad horas Canonicas beneficium, cuius fructus sunt per Papam alteri referuari; nos verò contradiximus. ^e Tum quia Papa non referuat fructus sine consensu beneficiarij, & consequenter per eum stat, quo minus eos recipiat, cum eius consensu facta sit referuatio. ⁱⁱ

uatio. Tum quia obligatio recitandi principaliter extitit beneficij, quam ex perceptione fructuum descendit; per eius enim collationem & acceptionem ante fructuū perceptionem, beneficiarius Ecclesiæ, & Ecclesia beneficiario quandantenus desponsatur, iuxta Innoc. III. ^f Tum quia nihil iuuat eum suum illud fundamentum, scilicet, quòd Papa referuando fructus alteri, præsumitur vel abfoluere illum ab onere recitandi, quoniam nullo iure talis præsumptio nititur, cum de ipsius consensu referuet, per prædicta. Tum per alia, quæ vbi supra, ^g referendo sententiam doctissimi Ioannis à Medina nostræ conformem, prædicimus, Quamuis sententia Soti seruari posset in eo, qui succedit in beneficio, cui omnes fructus, & administratio tota referuata fuit ex præcessoris sui consensu: huiusmodi tamen reservationes deserunt fieri fix. rec. Pio V. & S. D. N. Gregorio XII. clauum Ecclesiæ vniuersæ tenentibus, vt ibidem adicitur.

13 X. Ipse ^h carpit Paludanum, dicentem excusari quem à recitandis horis defectu Breviarij, quia typographiæ artis beneficio facile & vili haberi potest. Sed per facile defenditur Paludanus. Tum quia non fuit ei mens excusandi eum, qui mediocri cura potest habere illud, & non habet, sed tantum eum, qui cura tali adhibita, non potest habere illud saltem pro illo die, quo non recitat horas. Tū quia vt quis excusetur ab horis hodiè dicendis, non oportet quod nec hodie, nec heri, nec nudius tertius, quartus, aut quintus potuerit quærere illud, neque quòd non dederit causam, ob quam hodie non potest illud habere: sed sufficit quòd toto hoc die non potest. Sicut ad excusandum quem ab hodierno ieiunio, non requiritur quòd hodiè, heri, nudius tertius, quartus & c. non potuerit ieiunare, imò neque quòd heri, vel nudius tertius non dederit causam, cur hodiè non possit, etiam si illa impotentia sua culpa ei euenerit, ⁱ vt supra ^k dictum fuit.

14 XI. Ambo ^l excusamus cæcum, aut oculis ita caligantem, vt legere non possit, ipse autem excusat illū simpliciter, nos verò cum limitatione, nisi possit illas cum socio recitare, & esset qui vellet, & posset eum iuuare gratis, aut pretio, si haberet redditus Ecclesiasticos sufficientes ad se alendum, & illam ad id conducendum. Obligamus item eū ad recitandum eam partem, quam memoriter tenet, si earum pars maior fuerit, licet non habeat socium, nec habere teneatur,

Ec 4

f c. Nisi cū
pridem de
Renunc.

g In dicto
c. 20. nu. 15.

h In dicto
ar. 1. col. 3.

i Arg. ca.
Quadiuer
sitate de
Concesso.
præbyr. &
cap. venies
de spōsal.
k cap. 11.
num. 21.
l. Ipse in
dict. ar. 3.
col. 4. Nos
in ca. 11. n.
11. & 14.

Quod etiam ipse Sorus sub dubio fortè satis affirmat.

XII. Ille excusatur in specie ab interruptionis horarum culpa eos, qui ex choro mittuntur ad thurificandum, quo tempore (*Magnificat*) vel (*Benedictus*) ab eo canuntur. Ego^m vero generaliter excuso ab illa culpa omnes, qui ex eorū choro ad aliud officio necessarium peragendum, non tamen excuso eos à supplendo post, vel antequam id fecerint, ea quæ omittunt. Ille verò sic, ea ratione, quòd non tenentur memoriter illa scire, & quòd satis videtur ab eis dici, quòd eis in aliis occupatis chorus omnium nomine recitat vel cantat. Ego autem non fui ausus extendere tantum, tamen non audeo eos ob omissam supplementationem arguere peccati, quin & rationi satis consonum videtur id, quòd ille subdit, nempe illum, qui organorum pulsu choro responderet, excusari à recitanda antiphona vel alia parte, quam organus pulsatur: tamen si (quòd ille non tangit) non audeo excusare chorum totum, nec singulos eius à supplendo tacite id, quòd organus pulsatur: & magis laudo modum illum supplendi, quo chorus submissa voce, & singularim supplet singulos versus ab organo pulsatos post singulos à se cantatos, quàm illum, quo chorus supplet vnico contextu, dum primus versus ab organista psallitur, totum canticum, vel psalmum à choro & organis vicissim canendum, eo quòd attentionem & deuotionem magis conseruat & auget, magis que occasionem vagandi mente, & colloquendi verbis tollit, & valdè laudabile est id, quòd ad hoc incitat.ⁿ

XIII. Ambo excusamus à recitando infirmos, ille breuius, ego verò latius: Ambo requiritur vt infirmitas sit talis, quæ legitimè ad non recitandum pariat impedimentum: Ille autem ait, quòd si manifestum est infirmitatè parere tale impedimentum, auctoritate propria potest quis horas omittere. Si autem est dubium, consilium medici, & auctoritatem Prælati esse requirenda, vt in ieiunijs, iuxta doctrinam Thomæ, licet ipsum ille nō citet. Mihi verò prouisum fuit satis esse consilium medici, modò ille sit prudens, Deum timens, & præcepta Ecclesiæ obseruans, ob quoddam notabile Ambrosij⁹ elogium. Nullibi enim ferè consuetudo Cleri, exceptis ad summum monachis, habet, vt super hoc Prælati consulatur. Cùm & rarò, & à raris super ieiuniorum omissione consulimus Prælatos, & ex Tho.¹ colligitur, eiusmodi consuetudinem satis esse iustam.

XIIII.

XIII. Inter ambos^s conuenit, nec excommunicatum, neque irregularem, nec depositum, neque degradatum ab horis dicendis excusari. Quia nemo ex improbitate sua debet repositare commodum. Ille autem exprimit, & quidem rectè, irregularem, depositum, & degradatū licite posse suum pensum persolvere simul cum alijs in choro, excōmunicatum autem minimè. Admonco autem lectorem, vitio typographiæ ipsius verba in meo libro significare, excommunicatum non teneri antequam denunciatur vitare alios, quòd longè fuisse à mète viri doctissimi iuxta ac piissimi, constat ex eo, quòd paulò antè prædixit, excommunicatum solitariè eas dicere debere, & quòd non ignorauit Canonem^x singulariter disponentem, quòd excommunicatus magis tenetur ad vitandum alios, quàm alij ad vitandum eum. Quòd (proh dolor) malè seruant multi ob occultam culpam à iure vel ab homine excommunicati, & præsertim super beneficijs, quæ possident, condemnati, qui antequam denunciarentur, & per schedas siue cedulones in valuis Ecclesiarum, & quadriuis affixos publicentur excommunicati, non verentur illa administrare, & diuinis se ingerere, & distributiones quotidianas recipere, quin & (quòd horrendum est) militare, & pro missis Pirantias accipere, imò & querere, nisi eo modo, qui adicietur infra.^a

19 X V. Inter ambos^y conuenit, quòd monachi & monachæ, ad chorum deputati vel deputatæ, iam professi vel professe, etiam carentes ordine sacro, & beneficio Ecclesiastico, tenentur ad pronuntiandas horas Canonicas. Ille autem late nititur confirmare contrariam sententiam Caietani (à qua tamen discedit) dicentis nulla lege neque consuetudine, quam ipse sciat, neque vlla efficaci ratione communem sententiam probari. Nos verò quàm breuissimè eam asserimus, insinuata ex D. Antonino efficaci ratione, quam tandem ipse Sorus deligit, & potuit à nobis mutare, & mutatum fuisse satis significant allegata per eum, quæ sunt ipsa eadem, quæ nos ante omnes alios ad confirmandam rationem citauimus.

20 X VI. Conuenit etiam inter nos, quòd nec monachi nouitij, nec professi ad munia layca, vel secularia à Choro psallendi aliena, siue sint viri, siue femine, tenentur ad prædictas horas pronuntiandas, sed tantum ad preces alias per sui ordinis regulam & statuta sibi sub pœna peccati ventia-

Ee 5

m cap. 16.
num. 66.

n Arg. ca.
ex parte
de consue.
tu. & l. Cō
uenire ff.
de pa. do-
tal.
o 2. sec. q.
247. art. 4.
p capi II.
num. 4.
q c. Con-
traria de
confe. d. 5.
r vbi sup.

s illum in
dica coll.
4. & me in
ca. 7. n. 17.
t iuxta g.
adificta do-
ctrina Ar-
chi. Card.
Alex in c.
Presbyte-
rum 28. di.
v l. teaq;
sullo ff. de
fur. ca. le-
gi adiuna-
ta prima
glō. 16 q. 1.
x c. 11. ad
de cler. ex
cō. minist.

y cap. 22.
miscella. 2
z illum in
d. ar. 3. col.
4. 5 & 6.
& me in d.
ca. 7. n. 4.

lis, vel mortiferi, aut alia temporali præceptas. Ipse tamen addit, posse Prælatos ordinum dimouere monachos etiam professos, ordine sacro nondum insignitos, & monachas etiam profensas ad chorum, & spiritualia munia, ab obligatione exercendi ea, & deputate laycis muniis, & consequenter absolueri illos ab obligatione pronuntiandi horas, eo quod Max. Pontif. ab initio institutionis religionum hanc facultatem mutandi eorum Præfectis concessit. Ego autem ea tunc tacui, & nunc minimè probo. Tum quia nunquam alibi legisse memini, Summos Pontif. eiusmodi potestatem præfatis Præfectis fecisse. Tum quia receptum est, eos non posse suis monachis facere facultatem transendi ad laxiorem & minorem religionem: ² & constat statum ad layca munia professi minorem, & laxiorem esse, quam sit status ad spiritualia munia professi. ³ Tum quia hoc consequeretur, monachum nondum sacro ordine insignitum ob sua demerita ab ordine perpetuè in triremes, vel in laycam, vel clericalem vitam eiecitur, ab onere recitandi horas absolui. Cuius contrarium supra ^b definimus, & satis colligitur ex his, quæ in tractatu de voto paupertatis ^c scripsimus. Tum quia pars principalis voti solennis profertis ad chorum est, inseruiendi spiritualibus, & ita videtur, quod cum solus Papa possit dispensare in voto solenni, ita solus ipse possit illam partem principalem relaxare. ^d Tum quia licet viderim aliquos monachos ad layca profensos in statum professorum ad chorum euectos, neminem tamen hæcenus vidi ex professis ad chorum ab alio, quam à Pontifice Maximo, de ordine professorum ad layca mutatum, nisi forte ob sua delicta, ob quæ etiam ab ordine penitus eiici posse in præfato tractatu ^e probauimus, per quam penam ob delicta impositam, nullatenus credimus eum ab onere pronuntiandi horas absolui, quum, vt & ipse ait, nemo ex sua improbitate commodum reportare debeat. ^f Fateor tamen potuisse Pontificem Maxim. ab exordio religionum, imò & nunc posse facultatem prædictam iusta de causa facere, sed non credo eam hæcenus factam. Non enim satis placet id, quod ipse religionis alicui colentissimus insinuat, nullam religionem ad munia layca sine choro, & spirituali Dei cultu sustententia, institui posse vel debere. Tum per illud. ^g Religio munda, & immaculata apud Deum & homines hæc est: Visitate pupillos & viduas in tribulatione. Tum quod hæc

aucto

auctoritate nifus, definit Tho. sanctè in vno loco ^h posse institui religionem aliquam ad opera vitæ actiue tantum, & in alio, ⁱ quod etiam ad militiam armatam in proximorum defensionem ad obsequium Dei exercendam.

22 XVII. Inter ambos ^k conuenit, clericos ordine insignitos iure naturali & diuino teneri quidem ad maiores preces, & laudes diuinas, quam laycos, substantiam autem, speciem & quantitatem earum non esse iure diuino, sed tantum humano determinatam, & idè varias apud varios esse horarum dicendarum formulas, vt Canones censent. ^l Ipse autem latius spaciatur circa varias variarum Ecclesiarum, & ordinum horarum Canonicarum formulas, & circa obligationem, quam illè inducunt. Ego ^m autem breuius & generaliter concludo, quod omnes, qui præcipimur dicere horas Canonicas, tenemur ad dicenda omnia, quæ præcipit dicere forma Breuiarij, secundum quam obligamur eas dicere, & consequenter officium B. Virginis, defunctorum, Litanias, psalmos Pœnitentiales, Canticum graduum, siue psalmos Graduales, & commemoraciones, & trinam orationem ante Matutinum, & ante Primam, & post Completoriam, & quicquid aliud, quod illa forma præcipit esse dicendum ab omnibus generaliter secundum eam formam recitaturis. Dixi (omnibus generaliter) quia si præcipiat aliqua dicenda illis vel illis, illo vel illo loco tantum, solum illi & in illo loco dicentes ad ea tenerentur. Dicens autem, quod tenemur dicere id, quod præcipimur, intelligo sub pœna peccati mortiferi, quia non parere præcepto mortiferum est, ⁿ nisi rei paruitas, vel alia causa à tanto malo excuset, ^o iuxta ea, quæ in Manuali Confessar. ^p resoluiimus. ^q

23 XVIII. Vterque ^r nostrum ait, non licere obligatis ad horas Canonicas deligere pro libito formulam, seu Breuiarium dicendi illas, etiamsi ad titulum sui patrimonij, sine vllo beneficio sint ordine insigniti, contra Directorium, & eius sequaces: Ille verò ait non audere contradicere omninò Caietano ^s dicenti id licere, sed solum quoad culpam venialem: Ego arbitror ^t contradicendum illi etiam quoad culpam mortalem, quoniam transgredi præceptum, quo iubemur omnes recitare illas, secundum formulam Breuiarij, quam sequi præcipimur, tamen excusaremus à culpa mortifera eum, qui vno vel altero die, etiam sine vlla causa id faceret, & etià à veniali, si qua

h 2. sec. q. 188. ar. 2.
i cad. qu. ar. 3.
k Ilum in lib. 10. q. 5. ar. 4. col. 2. & me dicto. cap. 7. nu. 2.

l c. In die de consec. dist. 3. & c. Nouit. ca. De his ca. Placuit ioc. dist. m cap. 10. nu. 4.

n §. Quod præcipitur. 14. q. 1. §. si. 4. dist. o cap. 11. p. Ille in d. col. 2. Ego autem in ca. 19. a nu. 217. q. In sum. ver. Horarum §. 2. r In c. 13. nu. 211.

z Gl. in c. Cum singu. 12. §. fin. verb. Canonice de præb. lib. 6. & Tho. 2. sec. qu. 5. n. par. 8. Panor. & alii in cap. licet de regularar.
2 Arg. ca. Illud & c. Solite de Maior. & obedienc. b cap. 7. num. 20. c Super c. non dicatis. 12. qu. 1. num. 65. d Arg. 1. Quæ de voto 1. de rei vendit. ca. Pastoralis §. Item ceterum de offic. d. ic. e super c. Non dicatis an. 67. f Itaque fultio ff. de furt. c. legi ad hanc gl. 16. q. 1. g Ita est.

(licet non omninò iusta) causa concurreret.

s Ille in d.
art. 4. co. 3.
ego in 1. 19.
a nu. 201.

XIX. Vterque ^s nostrum adducit multa, quæ suaderent ²⁴
Breuiarium bon. memor. Cardin. S. Crucis, aut esse tollend-
um, aut reformandum, aut saltem in choris nullatenus
iuxta eius formulam recitandum & canendum: Et ipse qui-
dem nulla ratione inuentionem eius colorat. Ego verò
multis, quò excusarem & Pontifices Max. eius formulam
recitandi per frequentes dispensationes probantes, & in-
numeros clericos, præsertim sæculares, & in his etiam sum-
mates, (qui tanto applausu illud susceperunt, vt etiamnum
deplorent ablatum) à facilitate commutandi vetera per tot
sæcula Canonibus probata.

t Ille in
dat. 4. co-
lu. 4. & e-
go in 5. 10.
num. 3.

v in prag-
sanct. Gal.
in ci. Quo.
diuin. off.
verb. Di-
guri.

x Baptif.
Mant. lib.
3. Parcen
Marianæ
versus si-
nè qui om-
nia hæc
decepifif-
se videtur
ex Hiero.
Sermo. de
assumpt.
Maria,
quæ Tho.
Vbal. re-
feres in c.
13. à nu. 6.
de sacra-
mentis. ca-
dem asse-
uerat, ex-
cepto eo,
quod de
sacello
lit.

XX. Vterque ^t nostrum ait, omnes, qui tenentur ad ho- ²⁵
ras Canonicas, teneri ad horas minores Virginis Matris
illis diebus, quibus forma Breuiarij, ex quo recitamus, præ-
cipit dicendas. Sed ipse cum communi ait, nullonos ad
id præcepto scripto teneri: Ego autem contra, securus
eruditissimum Cosmam Guimiel. in quadam sua gloss. v
asserentem Virbanum I I. cum in Concil. Claramon. bellum
sacrum decerneret, præcepisse, vt singulis diebus illè di-
cerentur ab eis, qui ad horas Canonicas obligantur, quas
Sanctissimæ Virginis horas minores per præfatum Card.
S. Crucis Breuiarium sublatas omninò fuisse, vt merito
doler ipse Sotus (qui ad scilicet sæculum, antequam Pij
Quinti Breuiarium prodiret, migravit) ita ego plurimum ²⁶
gaudeo, eas per illud restitutas. Nemo autem suspicetur
virum illum, quem nouimus Virgini Matri deuotissimum
per illa verba, quæ de illa subdit (*Ante Bernardi tempora,
& ordinum mendicantium institutionem, non increbuit tanta Virgi-
nis deuotio*) sensisse deuotionem Christianorum in Virgi-
nem esse nouam. Nouit enim vir eruditissimus, iam inde
à tempore, quo ipsam filius suus *beatus* cruci affixus
Ioanni commendauit, maximum fuisse omnium Christi-
colarum in ipsam reuerentiam & deuotionem, quod præ-
ter alia multa, eademque antiquissima (quæ breuitatis
gratia omittimus) argumenta, demonstrant luculentif-
simè illa maxima, pulcherrimâque vbique terrarum in eius
honorem dedicata templa: Quin & statim audito ipsius
in caelos transitu, constructam in honorem eius in monte
Carmelo Basilicam, quidam ei egregiè deuotus ²⁷ his versi-
bus prodidit.

It

*In vidua deserta domo rerum indiga virgo,
Coringe defuncto, nati que in regna recepta,
Ducebat tristi vitam mæroe iacentem. Et infra.
Palladia collem dederant cui nomina sylua,
Et loca que curare magis quondam ille solebat,
Assidue tanquam prolem visura petebat. Et infra.
Hinc igitur si quando quies, vacuumque negoti
Tempus erat, veniens curas lenibat, & ipsa
Maiestate loci largè oblectata redibat:
Propterea montana viri Spellaa colentes,
Audito illius fato, sublime sacellum
Apricis posuere iugis primi, atque quotannis
Sacra instaurantes, Hymnos, & thura ferebant.*

28 Quin & antequam ipsa nasceretur, dedicarunt ei Carnu-
ti (quæ Galliæ Lugdunensis ciuitas celebris est) Druides sa-
pientissimi Aram sub terram profundè cauatam cum hoc
titulo. VIRGINI PARITVRÆ. Quem locum postea
fideles magnificentissimè ampliatum sub terra, & super ter-
ram, in amplissima Ecclesiâ Cathedralem exerunt.
Sed & eruditissimus, idemque pientissimus Hieronymus
Osorius, iam pridè scriptor clarissimus, nunc autem etiam
Præfatu amplo Reuerendissimus, in vita gloriosissimi Lu-
sitaniæ Regis Emanuelis, tradit ostensu fuisse Duci eius præ-
cellenti, eidemque comiti & Admiralo Illustrissimo Gamæ,
in Indiâ cum nauu classe misso, Sacellum intra quoddâ ma-
gnum templu, sub nomine (*Marien*) religiosissimè ab anti-
quissimo tẽpore à paganis cultum. Quin & mihi hæc scri-
benti verbo asseruit, se postea quâ illa scripsit, & typis excudi
fecit, accepisse à viro erudito, & fide digno ab India reuer-
tente. q̄ in vetustissimis Calicutij Regni annalibus inueni-
tur, Regem Calicutij, fuisse vnũ, aut certè primariũ socium
trium Regum Magorum, quos ad adorandũ Christum ab
Oriente itella ductos fuisse Math. ² testatur, qui reuerfus in
suum Calicutium, præfatum templum, quod nunc visitur,
extruxit, & intra illud præfatum sacellum, & in eo Aram, ad
quam per multos gradus ascenditur, in quam nullis aliis
quàm adituus est aditus, & in qua est sculpra imago Augu-
stissima Virginis Matris Mariæ suum filium vnus suis am-
plecten

a Math. n

plectentis, & summa religione à paganis cultæ. Quæ omnia fufus, fuauis que sua illa Ciceronianaphrafi, vir eloquentiffimus, magnū que totius Lusitanæ ornamentum & decus, propediem traditurus est in ædicatione, quam parat, secunda præfari Emanuelis vitæ, quâ plurima scitu & memoratu dignissima, quæ intus & foris lectorem affatim instruant, amplectentis. Quin etiam mihi nunc hæc prælo sufficienti allatum est cuiusdam eruditi testimonium, quo affimat Constantinū Lascarim, virum eruditione præstantem transtulisse è Græca in Latinam epistolam quandam breuē, iam ab alio antea ex Hebræa factâ Græcam, qua ipsa Virgo Mater amantissimè in suam protectionē suscepit ciuitatem Messanam, quæ à B. Paulo Apostolo edocta ipsam adhuc viuenter per suos Legatos reuerenter visitauerat.

Subdubitatio autem eiusdem Soti de officio defunctorum, An clerici seculares non fruētes decimis, & beneficiis Ecclesiasticis, teneantur illud recitare, parū placet cum absque alia curiosa indagine sit firmè tenendum id, quod prædixi, nēpe omnes ad horas Canonicas obligatos teneri ad dicendum omnia, quæ formula sui Breuiarij iusta superioris auctoritate compositi omnibus generaliter præcipit. Dixi (præcipit.) Quia ea, in quæ solum exhoratur (qualia sunt multa multis extra chorum recitantibus in præfato Pij V. Breuiario) non sunt necessariò dicenda. ^a Nec aliud de Litanis in Breuiariis præceptis censendum est, quàm de officio defunctorum & B. Virginis, quicquid ille nitens ordinis sui formula (quæ tamen excusare potest) subdubitet, cum iusto superioris præcepto parere oporteat. ^b

XXI. Conuenit inter nos, ^c quod horæ Canonicæ, quæ ²⁹ in choris debent dici publicè, sub pœna peccati mortiferi, sunt horis statis dicendæ. Illæ verò, quæ priuatim extra chorum dicuntur, sub pœna venialis peccati, si absque iusta causa id fiat, quod ambo ea ratione (quam omnium ad eas recitandas obligatorum animis inculcari, & validis clauis insigi percipiendum est) confirmamus, scilicet, quòd hoc munus est maximè illis proprium, & ideo aliis negotiis anteferendum, nisi iusta in id causa contrarium suadeat. Ego autem id latius exemplis amplio, quamuis id in horis priuatè dicendis à paucis, aliorum collatione, seruari videam. Ambo ^d item affirmamus, satius esse præponere quam postponere illas, quando alterum etiam ex causa facere oportet.

XXII.

30 XXII. Conuenit inter ambos, ^e non esse peccatum inuertere ordinem horarum iusta de causa, nempe recitare Tertiam ante Primam, nonam antè Sextam, Completoriam antè Vesperas, & quòd etiam si per negligentiam, aut incuriam, imò scienter id fieret, non esset plufquam veniale, nec induceret obligationem iterandi horam iam dictam ordine propoftero. De ordine item Missæ ad alias horas satis conuenimus, in asserendo, quòd facere illam ante Primam recitatem, non est peccatum, quamuis ego addam nunquam me hæctenus ausum fuisse id facere, neque alij, vt id faceret, consulere, & etiam ipse dicat decere multum, vt dicturus Missam post horam Primæ deputatam, antea illam reciter: Dissentimus tamè in eo, quòd ille contra Communem ait, non esse mortiferum sed solum veniale, missare ante Maturinam recitatem: Ego autem sequor opinionem communem, limitando eam, ne procedat, quando aliqua de iusta causa id fieret. Mouetur ille primò, quòd nulla lege id videtur caueri. Secundo, quòd Missa non est de horis Canonicis, vt dictum est supra, ^f post quandam gloss. singularem, ^g & ita nullus ordo videtur inter Missam & horas seruandus, sed quòd hæc dicantur horis sibi statis, & illa in sibi stata. Tertio, quòd si soluere nocturnum officium Sexta, aut Nona hora diei non est mortiferum, à fortiori missare ante nocturnum non erit tale. Quibus tamen non obstantibus, mihi seruanda videtur cõmunis, nisi cum, vt ibi dixi, scandalum, vel nimia retardatio Missæ vel alia similis causa cõtrarium suadeat: Tum quia omnes, & etiam ipsemet Sotus, fatentur consuetudine antiqua id seruari, & quod ei contrariè saltem veniale fuerit peccatum. Tum quia etsi expresse sacrosancta Mater Ecclesia id nondum decreuerit, tacitè tamen videtur decreuisse, partim per vniuersalem consuetudinem, cuius magna est auctoritas, & vim legis habet, vt ait Imperator, ^a & neruosa ratione probat Iureconsultus, ^b partim statuendo, vt Maturina diceretur tempore nocturno, & Missa diurno, partim maiorem attentionem & præparationem exigendo ad Missam faciendam, vt hoc ipsum Capitulum probat. vt notatur supra, ^c & ita significando, vt horæ saltem nocturnæ essent quædam eius præparatio. Nullam enim aliam præparationem præfixit faciendam. Tum quia ipsius opinio præbet occasionem valdè indecenter, & indeuotè recitandi nocturni, vel maturinū officium interdiu, etiam post prandia & meridiè, quæ

f c. 3. n. 29.
g Clem. 1.
De celeb.
Missa.

a l. 2. caps.
Quæ sit
long. con-
suetu.
b In l. De
quibus. ff.
de legi-
bus.
c c. 2. & 15.

merito

a arg. 5. ff.
4. dist. cū
simil.

b ca. 2. de
maior &
obed. 6.
Quod præ-
cipitur. 14
q. 1.
c Illud d.
4. col. 5. &
me in c. 3.
num. 39.

d ubi sup.
e Illud in
d. ar. 4. col.
12. pen. &
me in c. 3.
num. 30.

meritò impedienda est. ^d Non obstant ea, quibus ille mouetur, non primum: Tum quia licet nulla id lege scripta caueatur, consuetudine tamen vniuersali, eademque sanctissima id seruatum est: Tum quia videtur id statutum esse tacite. Nam ordinando vt Matutina diceretur, nocte vel mane, & Missa die, tacite voluit vt per matutinam fieret ad eam præparatio, & alia proxime dicta. Ad secundum respondetur, concedendo Missam non esse de horis Canonicis. Sed negando consequentiam illam: Ergo nullus est inter eam & eas ordo, sicut est neganda illa. Archidiaconus Ecclesiæ Cathedralis carens Canoniam non est de Canonicis: Ergo nullus ordo est seruandus inter illum & eos, cum in sedendo, & aliis multis sit seruandus. ^e Ad tertium respondetur, negando illam consequentiam. Quia fit à separatis, & ita inualidè, ^f sicut & malè inferret, qui sic argueret: Dicens Matutinam post prandium non peccat mortaliter, Ergo nec dicens Missam, ^g per quales consequentias non sunt inducendæ nouitates contra ueritatem, eandemque reuerendam in tanta re consuetudinem.

^d c. ex. par. re. de consuet. l. conuenire. ff. de pact. do. xli.

^e Argu. ca. cum olim. & ei anno. de re iudi. ff. Papinianus exuli. ff. de min. c. ad audiētiā. de decim.

^f Contra c. liquido. de consecr. dist. 2.

^g Illud in d. artic. 4. col. pen. & me in Manual. Consecr. ca. 25. nu. 85 & 1e uis supra c. 3. nu. 42.

^h In c. 1. de celeb. Miss. a. d. ca. 25. nu. 86.

XXIII. Conuenit etiam inter nos, & Missas esse horis ³² sibi statim dicendas, sed ille ait Missas solennes, siue maiores dicendas esse post tertiam dici horam in festis, & post sextam in profestis & post nonam in ieiuniis, priuatas autem qualibet hora, præterquam antelucana, & pomeridiana, in quibus ait sine privilegio non esse dicendas. Nos autem aduertimus primò quandam in uerbis eius repugnantiam, nempe quòd Missa solennis & maior debeat dici post sextam in profestis, & post nonam in ieiuniis; & quòd Missa priuata nò possit dici post meridiem, cum palàm sit horam sextam finiri meridiem, & horam nonam incipere à secunda pomeridiana in uere, & à quarta in æstate, per ea quæ latè diximus supra, ⁱ cum item constet Missas priuatas à fortiori dici posse post meridiem, si post illum dici possunt solennes. ² quòd non obstat quòd etiam (vt in d. Manual. ² diximus) Io. Andr. quem ipse non citat, communiter recepit. & dicat, illicitum esse celebrare post præteritam notabiliter horam sextam. quæ finitur meridiem, quia nostro iudicio, minus bene dicit; Tum per proxime dicta, quæ satis efficaciter probant contrarium. Tum quia non est textus, neque ratio, quæ prohibeat ieiunio, ubi sine scandalo potest, facere eam ante Nonam: Tum quia est oblatio & sacrificium incuruentium, à sacerdote in persona Christi oblatum, & idem quod

e4

ea hora ab ipso met Christo fuit oblatum cruentum, quòd quædam prima Missa fuit, vt latius alibi ¹ probo. Tum denique quòd præfatus Io. Andr. non ait simpliciter illicitum esse post meridiem celebrare, sed còmuniter esse illicitum id facere post præteritum meridiem notabiliter. Quòd ea ratione dixisse videtur, quòd aliquid scandali còmuniter ingreditur ex celebratione tantum dilata, sine aliqua, quæ appareat, causa, cuius hanc esse mentem colligitur ex eo, quòd non damnat celebrationem, quæ statim post meridiem inciperetur, & ex eo quòd consuetudo Urbis & Orbis habet, quòd quando Missa maior ob còncionem, processionem, vel aliam causam durat, vt sæpissimè durare solet, vsque ad primam, & aliquando secundam pomeridianam missam priuatam dicuntur post præfationem eius finitam.

Itaque sine vilo scrupulo tenemus, nullo iure communi, neque vllæ ratione efficaci probari, Missas priuatas necessitate scandalo nò posse à ieiunio fieri post meridiem vsque ad nonam, imò neruosa ratione contrarium suaderi & etiam post nonam in ieiuniis, per Canones ad id aptos, quin & consuetudine esse satis receptum. vnde nos sæpè consulimus, quòd clerici iusta de causa diebus festis iter facientes, & nò potentes Missare in loco, vnde exunt, nec penitent ante meridiem ad locum prandio destinatum, possunt in eo post meridiem Missare, quo ipsi sui que familiares præcepto de audiendo Missam satisfaciāt, quòd ipse frequenter sine vilo scandalo, imò magna cum ædificatione, & deuotione populi iam pransi ad id concurrentis, & exemplo non omitendi Missas diebus festis etiam propter itineris faciendi necessitatem, fecisse memini.

³² XXIII. Vterque nostrum ait ^m, quòd horæ publicæ, cum publicè dicuntur, dici debent in Ecclesia, & loco sacro sub pœna peccati mortiferi. Ipse autem ait, nihil peccari dicendo eas extra locum sacrum, cum priuatim dicuntur, etiam à beneficiariis. Nos ⁿ verò contra, secuti Innoc. communiter recep. ^o dicent: m mortiferè peccare beneficiarios sine iusta causa id facientes, cuius dictum efficaciter probatur per quoddam Concil. P quatenus præcipit eos deponi, & depositio non fit nisi ob peccatum ^q graue.

Limitamus tamen dictum eius, quatenus ait eos mortaliter peccare, vt tantum procedat, quando per contemptum, aut contra præceptum particulare prælati hoc facere omittit, aut cum ob suam absentiam cultus diuinus dam-

¹ In d. ca. solenn.

^m Ille in d. arti. c. 4. col. fi. ego in ca. 5. nu. 11.

ⁿ In d. c. 5. num. 14. o In c. j. de celeb. Miss. p. c. 5. 92. distin.

^q Per ea. quæ notā. in c. Apotolus. 15. d. & i. sum. 15. q. 8. & c. cum non ab homine de iud.

F f

f. Caleta. in summa. verb. Horar. vers. quoad 5. s. verb. hora. q. 10. t. eo. c. 6. cordat. 20. & c. j. num. 39. v. quod est validi ca. addi in s. de elec. l. illud. ad leg. Aquil. ff. x. c. confu. luiti. 2. q. 4. cap. qui peccat 33. quist. 4.

a. Illum in d. lib. 10. q. 5. ar. 3. col. 3. de iustit. & iure. & me in cap. 20. b. In regul. canonico. c. 2. sec. q. 22. art. 1.

d. Illum in d. art. 5. co. 3. me in c. 13. num. 4.

num notabile patitur, eo quod ob id officium in Ecclesia aut non dicitur, aut saltem non cum debita solemnitate, quia sine illo, alij eam præstare nequeunt, ut limitavit quidam Cardinalis, ^f & ante illum id sensit Syluest. ^g quorum tamen uterque ait eos graue veniale peccare, quod ipse limio, quando sine causa id faciunt. Nam quemadmodum recitare sine causa aliis horis quam statur est peccatum veniale, & id facere cum causa nullum, ut supra ^e dictum est, sic arboritur, quod licet recitare extra locum sacrum recitandis horis statum est peccatum saltem veniale, recitare tamen cum illa est nullum, argu. à simili. ^v Quod verò ipse ait recitantes extra ecclesiam debere habere Oratorium aliquod ad id in sua domo deputatum, potest procedere de decetia & honestate, non autem de præcepto, etiam sub poena peccati venialis (licet in hoc inclinare videatur) quia quod nullo iure præcipitur non est pro præcepto habendum, & nullo iure præcipitur clericis ut extra ecclesias priuata Oratoria habeant, neque quod in eis suas horas recitent, licet illa habeant, imò ferè omnium consuetudine contrarium est receptum.

XXV. Conuenit inter nos, ^a quod attentio & deuotio ³³ propriè dicta longè differunt, quoniam attendere est habere animù præsentem, id est, qd vt in sua regula ait Aug. Id versetur in corde, quod versatur in ore. Deuotio propriè dicta, vt diffinitur à Tho. ^c est voluntas tradendi se promptè Dei famulari: Ipse ^v verò addit, & rectè quidem, deuotionè improprietè dictam esse aliam ab vtraque, puta spiritualè dulcedinem reficientem animam, quæ ab vtraq; illarù procedit. Nò autè video, cur dicat hanc vulgus appellare deuotionè, cum constet tam indoctos quàm doctos appellare deuotos eos, qui ad Deo famuladum sunt prompti, quicq; attentè famulantur, etiamsi neciant eos præfata spirituali dulcedine frui, cumq; tam docti quàm indocti se, aliòsq; appellè Pont. Max. & aliis multis deuotos qui tamè huiusmodi dulcedine minimè fruuntur, cùque omnes, qui vtrunque latinè callèt, etiamsi aliora ignorent, nouerint deuotionem deriuari à deuouo, quandam magnam rei deditioem significante.

XXVI. Conuenit inter nos, ^d triplicem esse attentio- ³⁴ nem, qua orationi vocali attenditur. Prima ad verba tatum, quæ est infima, altera ad eorum sensum, quæ est media, tertia ad orationis finem, quæ est optima. Ipse autem addit non posse habere primam qui idioma eorum, quæ recitat,

non

non callet, & ideò clericos omnes esse debere Latinos, quæ tamen non videntur nobis satis expensa; Tum quia attentio illa principaliter consistit in aduertendo, vt verba rectè suòque ordine pronuncientur, quod etiam idiotæ possunt facere, & passim faciunt, imò & secundum omnes sufficenter attendunt, & vtuntur attentione prima, si cauent ab errore pronuntiandi verba, dum recitant Credo, Pater noster, Aue Maria, Salve, Rosariù, Paterium & Coronà Virginis Maris, latina, quorum verborum significationè ignorant, alioqui bona pars Christianorù, quæ idiotarum est, quasi semper peccaret, & nūquam ferè mereretur gratiam, neque indulgentias ob ea querendas, cum attentione secunda, siue media vti nequeat, & tertia rarius quàm oporteat, vtatur, vt experientia (quæ rerum est magistra ^e) docet, cumque is qui absque aliquo trium attentionum orat etiam voluntariè, peccat, vt mox dicitur: Tum quia sufficit clericis græcè callere, quo suas horas Canonicas idiomate græco rectè pronuncient vt infra ^a tangetur. Addit item ipse secundam attentionem non congruere omnibus latinis, sed solum Theologia peritis, quod gratis, & contra omnes, quos ego legerim, videri dictum. Tum quia palàm est peritos iuris, Philosophiæ moralis, & naturalis, & Medicinæ & aliarum artium liberalium, imò & omnes medicorum latinè callètes verba orationum litinarum tã Canonicarum, quàm aliarum sine tali Theologia intelligere posse, & modum attendendi secundum in intelligendo verborum significata consistere, nec aliorum mysteriorum cognitionem exigere: Tum quia eius dictum cõsequeretur, nullis idiotis primam & secundam attentionem seruire posse, & solis Theologis secundam, quod absurdum est, & ita non dicendum. ^f

35 XXVII. Conuenit etiam inter nos, & quod vt præfatarum trium attentionum præstantissima est tertia, ita suprema tertiæ attentionis materia vel obiectum, est ipsemet Deus, & sua Deitas, ad eò quod non debemus etiam in attentione, & contemplatione ipsius Reuerendissimæ Christi humanitatis omninò subsistere, nec vltimum attendendi finem ponere, sed potius eam facere gradum, & medium ad ascendendum in altiore attentionem ipsius Dei, & eius Deitatis. Ipse autem speciatim exprimit plebem indoctam spissimè errare in attendendo, cum orat Diuos, etiam virgi nem sacram, in effque sistendo gradum, & suæ orationis scopum. Quod nobis videtur non intelligenti.

e. c. quam sit. de elec. lib. 6.

a. c. 22. Mi. scella. 11.

f. Luam quod absurdum. ff. de bon. li. c. d. d. de præb. lib. 6. g. Illud. d. art. 5. col. 3. & me in d. ca. 13. à nu. 33.

dum de illis solis, qui nec actu seu actualiter, nec virtute seu virtualiter illam in illis attentionem faciunt gradum, vel medium perueniendi ad attentionem in ipsum Deum, quales videntur esse rari, cum ferè omnes, si interrogarentur, An attentionem & deuotionem, quam habent ad Virginem matrem, & alios Diuos, tanti faciant, & eam tam vltimam esse velint, quod ea contenti nolint altius ad attentionem & contemplationem ipsius Dei ascendere, responderent, quod minimè. Exprimunt item, & quidem verè, aliud, nempe quod licet temporalia, quæ à Deo petimus, possunt esse attentionis tertiarie obiectum, non tamen diutius eis immorandum, ne Deum ipsum ad ea referamus, cum nec in ipsis (quæ maximè optabilia sunt) spiritualibus, videlicet gratia & beatitudine æterna, finis orationis sit constituentus. Quia & ipsa sunt diligenda & querenda propter Deum quod sit amoris beneuolentia, & amicitia, quo diligendus est Deus, & non Deus propter ipsa (quod est amoris concupiscentia, quo minimè diligendus est Deus, vt alibi ^h fusius tradimus.) Dixi hæc eum verè dicere, quæ tamen non satis aptè dicuntur. Tum quia aliud est attendere ad aliquid, quod est cogitare de ipso, vel mente concipere ipsum, & aliud constituere vel ponere finem in illo. Et in proposito ambo loquimur de orationis attentione, & modo ad eam attendendi, & non de orationis fine, & de modo illum ei constituendi, & ita id quod spectat ad finem, torquet ad attentionem. Tum quia certum est maius periculum esse in modo constituendi finem, quam modo attendendi, cum iustæ orationis iusta materia attendendi possit esse etiam peccatum, non tamen iustus finis etiam minus principalis iustæ orationis, vt alibi ⁱ tradimus. Verum tamen & aptum est id, quod ex eo colligitur, cauendum esse, ne adeo vehementer attendamus ad temporalia, quæ petemus, vt finem principalem nostræ orationis ea faciamus. Quia nullum bonum temporale potest esse iustus finis principalis alicuius virtutis etiam minimæ, vt monstrauimus vbi supra, ^k quæto minus orationis, quæ est actus virtutis religionis, quæ est omnium moralium maxima, secundum Thom. ^l communiter receptum. Ex eisdem quoque colligitur, cauendum esse, ne vltimum finem in gratia & gloria, quæ sunt res creatæ, ponamus, Deum ob eas principaliter diligendo, & colendo, & aliàs eidem seruiendo, quoniam solus Deus Optimus Max. est noster verus finis vltimus, cuius gratia

^h In commento de si. Humano- rum act. su per c. cum minister. 27. q. 5. nu. 4.

ⁱ In c. inter verba. 11. q. 3. & in d. c. cum minister. 27. q. 5. nu. 3. & c. 6. nu. 12. ^k In d. ca. inter verba. & in d. c. cum minister. & c. 6. sup. eod. à num. 11. ^l 2. sec. q. 2. art. 6.

gratia sunt omnia bona facienda, vt latius alibi, ^m tradidimus. Est item verius, quam oportet illud aliud, quod ipse insinuat, nempe multos ad eò ardentem ea, quæ à Deo petunt, cupere, vt potius Deum ad suum bonum, quam se ad illius gloriam referant, quod nonnullis exemplis supra ⁿ amplificamus.

37 XXVIII. Conuenit inter nos, ^o in plurimis aliis attentionem concernentibus, quæ nos fusius tractamus, ille verò contractius, & quasi nostra (quæ longè antea ædita essent videre potuit) in summam redigendo. Conuenimus autem præsertim, quod ambo sequuti communem, ponimus ^p tres effectus orationis, nempe mereri, impetrare, & consolari, seu reficere animum. Ego verò addo quartum, scilicet effectum satisfaciendi præcepto, & quintum satisfaciendi pro pœna temporaria in purgatorio luenda, secutus Scotum ^q quem etiam alibi ^r secutus fui. Addo item, quod quemlibet horum effectuum potest producere oratio, non producendo alios. Est enim oratio, quæ solum operatur primum effectum, scilicet merendi, qualis fuit illa Pauli ^s petentis sublationem stimuli carnis. Et est, quæ solum operatur secundum, scilicet impetrandi, qualis fuit illa populi Iudaici, petentis Regem ^b. Est etiam, quæ operatur tertium effectum, scilicet, consolandi, qualis est oratio voluntaria eius, qui mortifero peccato infectus, magna cum animi dulcedine precatur. Est & quæ solum operatur quartum effectum satisfaciendi præcepto, qualis est omnium, qui in statu mortali, & interdum peccando mortaliter vel venialiter, sine refectione illa animi recitant horas præceptas. Est & quæ operatur solum quintum effectum, qualis est illa, quæ benè moraliter & voluntarie oratur Deus à mortali peccati infecto, pro venia pœnæ peccati condonari luendæ in purgatorio, sine prædicta consolatione animæ.

38 XXIX. Ambo (ille quidem breuius, ego verò fusius) asserimus aliquam prædictarum trium attentionum requiri, & sufficere ad effectum primum orationis, qui est merendi de condigno vel de congruo, & ne oratio solo attentionis defectu sit vltatenus mala vel peccatum, & ad effectum secundum, qui est impetrandi, in hunc sensum, quod dicturus horas vel alias orationes siue præceptas, siue voluntarias, debet habere, & sufficit quod habeat à principio propositum actuale, vel virtuale attendendi vno trium

^m In d. c. cum minister. num. 4. & 6.

ⁿ d. rap. 6. à nu. 16. ^o Illum in d. q. 5. toto ar. 5. & me in toto prædicto. c. 13. num. 1. ^p Ille in d. q. 5. col. 2. ego in d. c. 13. nu. 3.

^q In 4. dist. 15. quæ Gabr. & maior sequitur. ^r In c. in principi. de pœni. dist. 6. nu. 45. ^a 2. Corin. th. 12. ^b Reg. 1. c. 8. c. Auda. Ger. 8. q. 7.

prædictorum modorum orationi vsque ad finem, licet postea in prosecutione per humanam fragilitatem, vel cædemonis infestationem, vel somitis carnis, vel habitus in alia inclinationem, desinat ei vel alicui eius parti etiam notabili vilo modo attendere. Ego autem addo, idem esse dicendum de sufficientia & necessitate attentionis bene orandi, quoad effectum quattuor satisfaciendi præcepto, & quoad quintum satisfaciendi pro pena condonati peccati luenda in Purgatorio, quos duos effectus ego addo, & ille tacet. Ambo item asserimus, quod ad effectum tertium orationis, scilicet consolandi & reficiendi animam, non sufficit huiusmodi propositum attendendi à principio conceptum, sed requiritur, quod committitur oratione tota secunda vel tertia attentio, in hunc sensum, quod recitatio illius vel partis eius, sine secunda vel tertia attentione nõ consolabitur, nec reficiet animam dulcedine illa suavi, quæ ex attentione & deuotione, vt supra dictum est, nascitur.

XXX. Ambo ex prædictis expressè vel tacitè inferimus, orationem non solum præceptam, sed etiam voluntariam absque vlla trium attentionum prædictarum factam, esse malam & peccatum. Quia oratio est actus virtutis, & non qualis qualis, sed religionis, quæ maxima est moralium, vt prædictum est, auctore Thoma communiter recepto, & consequenter, nisi fiat eo modo, quo oportet, erit vitiosus & malus. Quia omnis actus humanus, siue deliberatus, cui deest aliqua circumstantia requisitarum, est vitiosus, iuxta doctrinam Arist. præceptum ab omnibus præsertim à Thoma. Inferimus item inter voluntariam, & præceptam hoc distare, quod hæc absque attentione facta est mortifera, quia per eam non fit satis præcepto, illa verò venialis: Inter autem clericos & laycos nullam esse in hoc differentiam: Quia etiam laycos qui voto, præcepto, vel alia lege tenetur orare, vel aliquas preces facere, nisi eas attentè fecerit, mortifere peccat. Quod autem dicatur propositum virtuale attendendi quod prodest, & propositum virtuale non attendendi quod obest, vti rem per necessariam, latius quam ille supra describimus. Ratio verò cur audiens Missam, vel pronuncians horas corrupto, vel malo animo, satisfacit præcepto de audiendo Missam, & de pronuncians horas, non autem qui absque attentione missam audit, vel preces præceptas pronunciant, illa est, quod non præcipimur audire Missam, nec dicere horas mentoriè

4 In hoc eod. capit. a. num. 37.

e. a. sec. q. 2. art. 6.

f. 2. & 3. Ethic. g. i. sec. q. 7. & 2. & 4. 18. art. 3.

h In dicto cap. 13. nu. 18.

ritoriè, neque mortaliter bene, siue virtuosè, sed sic audire, vel dicere attentè; & is, cui præcipitur facere aliquid cum certa qualitate, non satisfacit præcepto absque illa, & quamuis alicui videri possit prædictum Sorum ponere in hoc aliquam differentiam inter præceptum de audienda Missa, & pronuncians horas, nulla tamen est, nec eam vir doctissimus sensisse censendus est. Nam & supra recepta sententia constituimus, audientem Missam præceptam absque attentione, non satisfacere præcepto.

41 XXXI. Conuenit inter nos, quod ratio, quare oratio voluntaria sine attentione facta non est mortifere mala, præcepta tamen sic, illa est, quia cui præcipitur dicere aliquas preces, videtur præcipi etiam attentio ad eas, eo quod est qualitas ob naturam actus necessariò ei ad hoc, quod bona sit, accedens, vt colligitur ex Decreto hoc, quod bona sit, accedens, vt colligitur ex Decreto Innoc. III. m & Clement. V. n & Ioan. XXI. o. Ei autem, qui voluntariè præcipitur, cum non præcipiatur id facere, minus præcipitur attentè facere, quia non entis non sunt qualitates, p quamuis quia facit, debet illud bene facere, ex lege illa generali, qua quicumque facit aliquem actum, debet illum bene facere, alioqui malè facit, & peccat saltem venialiter. Quia nullus actus humanus inuenitur indifferens, siue qui non sit bonus vel malus indiuiduo, vt ex professo alibi diximus, post vtrumque Thom. Sed neuter nostrum, nec, alius, quem meminerim, soluit argumentum, quod contra hoc formari potest, neruosum, nempe quod licet quis non præcipiatur orare, si tamen orat, præcipitur id attentè facere, & adeò quidè, quod alioqui peccaret, vt habet hæc conclusio, & supra dictum est. Ergo, omnis qui orat etiam voluntariè, præcipitur id attentè facere, quia nullum est peccatum, nisi quod sit contra præceptum. & consequenter peccat mortaliter, quia contrauenit præcepto. Solui tamen potest respondèdo, quod qui orat de præcepto, duplici præcepto præcipitur attendere: Illo scilicet speciali, quo præcipitur orare, quod obligat ad mortale, & illo generali, quo quicumque facit aliquid, tenetur id cum omnibus suis circumstantiis ad bonitatem eius requisitis facere: quod præceptum generale ex se, non concurrente alio speciali non obligat ad mortale. Alioqui enim omnis actus vitiosus & malus esset mortifer, quod est falsum & hereticum. Qui autem voluntariè sine attentione orat, solo prædicto præcepto generali præci-

i iuxta pñ solenn. & recep. in c. notificasti 33. q. 5. & c. licet cau. fa. de probati. cum multis ei a feli. & a Decio adicis. k c. 9. n. 9. l. Argu. c. accessorii de reg. iur. lib. 6. & l. cum principalis. ff. eod. m In c. do lenes. de celeb. Miss. n In Cle. i. de celeb. Miss. o In Extra nag. 1. de dig. & hō. cleric. p. l. si seruū §. i. ff. de actio. empt. & ca. cum Paulus. l. quæst. 1. q. In Man. Confessio. pralud. 7. nu. 77. r. l. sec. q. 18. art. 9. s. eod. cap. t. c. qui peccat. 23. q. 6. 4. & c. nam de consir. v. c. quod præcipitur 4. q. 1. x dicto ca. quod præcipitur.

pirur attendere: Et quia hoc tantum ad veniale obligat, so-
 lum venialiter peccat, quæ est solida, & memoranda solu-
 tio. Ex quo colligitur quotidianum & pulchrum exemplum
 illius singularis conclusionis, quam singulariter fundat Caietan.
 ¶ Videlicet quod sunt aliquot leges præceptivæ etiam
 iuris naturalis, quæ contravenientes non irretiunt mortife-
 ro peccato. Talis est enim prædicta, quæ præcipit, ut qui-
 cunque agit aliquid, agat illud cum omnibus circumstantiis
 ad bonitatem actus, quem facit, requisitis, quando quidem
 est præceptiva, & nisi cum ea concurrat alia præceptiva for-
 tior, ex se neminem ad mortale obligat.

XXXII. Concordes sumus etiam in eo, quod licet ad
 excusandum nos à peccato, sufficiat nobis, ut supradictum
 est, orationi attendere, non tamen debemus esse hoc solo
 contenti, præsertim clerici & Monachi, quibus manus &
 onus orandi pro se, proque toto populo Christiano gene-
 ratim, & pro ipsos alente spectatim, est maxime proprium,
 genuinum, & gravissimo præcepto impositum, ut prædi-
 ctum est. Sed porius omnibus nervis conari, & obnixè à
 Deo petere operam, quò totam orationem comitemur atten-
 tione actuali secunda, vel tertia. & anima resecta suavitè
 inde nascente, impleamus illud maximi ferventissimè, que
 orationis eiusdem Regis Davidis 2^a mandatum. (*Delectare
 in Domino. & dabit petitiones cordis tui.*) Nec nos rei difficul-
 tas ab ea dehortetur, cum ad eam hortari, impellere, imò
 & compellere debeat consideratio, & reputatio, quòd sit
 res in se præciosissima, nobis utilissima, & Deo, Angelis,
 & Sanctis eius gratissima, quòd que eam assequendam à Ma-
 tucine initio id petimus & flagitamus per (*Domine labia
 mea aperies*) & ab eiusdem, & omnium aliarum horarum prin-
 cipio per (*Deus in adiutorium meum intende*) & per (*Domine
 ad adiuvandam me, presta*) que utinam initia humiliter, atten-
 dè, & reuenter dicta, ut plurimum ad id assequendum ad-
 iunare possunt, ita pietatè Dei adiuuent. Amen.

XXXIII. Ambo tractamus de restitutione, ad quam
 tenerur qui horis præceptas non recitat. Circa quòd dixit
 incidenter, quòd Decretum Bonifacii VIII. c^o quo decre-
 vit eum, qui accipit Ecclesiam parochialem, non intendens
 ad sacerdotium promoveri, debere restituere fructus per-
 ceptos, comprehendere Episcopum, Quod nemo viderur
 ante eum dixisse, nec eum rectè dicere apparet. Tum quia
 Canonem pœnalem, statuentem pœnam contra Parochum
 Eccle

In tract.
 de obliga.
 præcept.
 tom. I.

a sup. co-
 dem ca. &
 alijs locis
 ibi citatis.

a Psal. 36.

b Ille in
 dicta quæ-
 ar. 6. c. 1. i.
 ego in ca.
 2. num. 11.
 c. c. Com-
 missar. de
 elec. li. 6.

Ecclesiæ parochialis, extendit ad Episcopum regentè Epi-
 scoparum, contra omnia iura statuentia, ne leges pœnales
 de vno casu ad alium extendantur. d Tum quia ipsemet app-
 robat glossam e prædicti Decreti, quæ ait, illi Decreto non
 esse locum in Ecclesia Collegiata. Tum quia prædictum de-
 cretum est quoddam auctarium alterius Decreti Gregorij
 X. f cui non est locus in Prælati Ecclesiarum parochialium
 Collegiarum saltem secularium, iuxta aliud Decretum
 Bonifacii VIII. g & à fortiori non erit locus in Episcopis,
 qui ab eiusmodi pœnis plus quàm alij eximuntur. h & lex
 interpretans & addens aliquid alteri legi, intelligenda, &
 terminanda est iuxta terminos legis interpretata. i. Nec
 obstat id, quo ipse mouetur, quòd est similis ratio. Tum
 quia ratio similis non sufficit ad extendendam legem pœ-
 nalem, per iura prædicta, imò nec eadem, nisi concurrat
 aliquid ex quindecim, quæ perit Dominic. k vel decem &
 septem, quæ pœnit ibidem Philippus Francus. quem nullum
 occurrit in proposito. Tum quia nec est eadem, nec si-
 milis ratio propter multas circumstantias, quæ possunt con-
 siderari in Episcopo, quas non inuenias in parochialis Ec-
 clesiæ simplici parochi. Tum quia etiam non obstat, quòd
 pœnus facit Episcopus accipiens Episcopatum, non intendens
 consecrari, quàm parochus non intendens presbyterio sa-
 crari; quia multò minora crimina iure humano acius puni-
 untur, quàm maiora, ut percussio clericis magis punitur
 iure humano, quàm hæresis mentalis, quia ob illam excò-
 municatur quis ipso iure, l ob hanc autè minimè. m Licet
 iure Diuino secundum mensuram fiat plagarum modus. n

XXXIII. ait ipse a eum, qui capit Ecclesiam paro-
 chialem sine proposito absoluto assumendi presbyterium,
 etiam si accipiat eum proposito dubio & conditionali assu-
 mendi illud, nisi aliud conuenientius sibi offeratur, peccare,
 tenerique ad restitutionem fructuum, quia inquit de crea-
 tum illud requirere, ut intendat accipere presbyterium ab-
 solutè, ad hoc, ut excusetur à peccato & restitutione, quòd
 tamen videtur nouum & durum, cuius contrarium alibi b
 tradidimus. Tum quia Petrus ab Anchar c expressè ait il-
 lud Decretum intelligendum de illo, qui à principio, eum
 accipit Ecclesiam, habet animum non assumendi sacerdotium.
 Tum quia illud loquitur expressè de illo, qui fraudu-

d c. pœna-
 de pœnit.
 disti. j. l. ff.
 de interp-
 ratione. &
 l. præf. ff.
 de pœnis.
 e. Glof. in
 verb. pro-
 chialis p. g.
 fati. c. com-
 missi.
 f. calicec
 canon. de
 elec. l. 6.
 g. c. statutu
 de electio-
 lib. 6.
 h. ca. quia
 periculo-
 su. de sent.
 excò. li. 6.
 i. Auth. ob-
 structo q.
 incusat q.
 unde vers.
 in illis col-
 las. & cla-
 re sentie-
 glo. quia
 parat sing.
 Card. ibi
 oppositi. in
 Cl. m. ha-
 turus ver-
 bo. Cofue-
 tudine. de
 electio.
 k. In c. de
 temp. ord.
 lib. 6.
 l. Arg. c. ff.
 qui suadè-
 te. 17. q. 6.
 m. c. cogi-
 tationis. de
 pœnit. dist.
 j. & tradi-
 mus in Ma-
 nu. l. Con-
 fess. ca. 27.
 num. 66. &
 alibi sepe.
 n. Quæ snt
 verba. ca.

17. Deuter. & probantur in cap. non afferamus. 24. quest. 1. a In dicto art. 6. col. 2.
 b In Manual. Confess. cap. 25. num. 180. c Ibid. not. 6.

lenter, vt lucretur fructus anni dati ad assumendum presbyterium, accipit illam, vt expressè verba illius habent, & per ea id notant Archid. Io. Mon. Io. And. Domini. Anchar. & Perusius. Tum quia ex eo sequeretur, quòd frater minor, cui debetur primogeniū fratre maiore sine liberis mortuo, non posset acceptare sine peccato parochiale Ecclesiā cum proposito conditionali non assumendi sacerdotium, si frater moriatur, & alioqui sic, quod etiam ipse asserit. Quod cōsequitur, ferè omnes clericos nobiles, imò & ignobiles totius orbis, qui sunt fratres minores, expectantes successionem fratrum maiorum, suscipientes Ecclesias parochiales, peccare mortiferè, & in statu damnationis manere, nec ab solui posse, nisi eas resignauerint. Idemque dicendum esse de his, qui eo animo actuali vel virtuali sunt, vt propter assequendas nuptias ditissimarum coniugum, vel donationes amplissimas Regum & Principum, vel alios honorificentissimos euentus, relinquerent suas parochiales Ecclesias. Quod est durum, & contra consuetudinem totius Orbis Christiani generalem, & contra prædictum Ancharan. ibidem ^d decidentem contrarium in fratre minore, cui euenit successio primogenij, mortuo fratre maiore, quod & nos vbi supra ^e firmauimus. Tum quia Decretum illud disponit de nullo modo intendente à principio assumere presbyterium, quia disponit de non intendente, & negatiua totū, quod post se inuenit, destruit, & contrarium eius quod sequitur ponit, ^f & consequenter non de intendente saltem conditionaliter, quia etiam intentio conditionalis est intentio, cum dispositio conditionalis sit etiam vera dispositio, licet non tanti effectus, quanti est absoluta, ^g & ita Decretum poenale loquens de nullo modo intendente assumere presbyterium, non debet extendi ad eum, qui aliquo modo honesto, & rationabili intendit assumere, ^h præsertim quia non est eadem nec similis ratio in vtroque, cum palam sit, longè magis peccare, qui cū absoluta intentione non se promouēdi accipit, quā qui cū intentione conditionali rationabili id facit. Tū quia cōtextus ipsius in illis verbis (*mutata voluntate*) clarè significat, agere illud de illo, qui absolute non vult assumere presbyterium, sed solū frui beneficij redditibus, donec in minoribus tantū cōstitutus illud retinere poterit. Nam, vt prædictum est, loquitur tantū de illo, qui fraudulenter accipit Ecclesiā, vt fructus anni ad promouendū sibi dati ex ea percipiat, & ita de illo est intelligendus, ex mēte omnium

^d In dict. notab. 6. e In dict. Mann. 37. nu. 118.

^f Intra gl. singu. in c. Cum dilectus de consuerm. ^g s. Omnis in situ. de verb. obli. & capit. si pro te de rescript. ^h Arg. ca. Poenæ de poenit. di. 1. & l. hōc interpretatio. ff. de poenit.

omnium commētantium ab Anchar. expressa, & non de alio, qui sine tali fraude accipit Ecclesiam, animo saltem conditionali assumendi presbyterium, nisi eueniat sibi aliquid, quod videbitur sibi magis, quā Ecclesiam conuenire. Pro quo præter prædicta facit, quòd alioqui omnes accipientes beneficia etiam simplicia, quibus est annexus ordo sacer, animo conditionali non assumendi ordinem sacrum, si quid conuenientius sibi offeratur, peccarent, & essent in statu damnationis, imò etiam omnes, qui acciperent alia beneficia, quibus nullus ordo sacer est annexus, si acciperent animo relinquendi illa, & redeundi ad vitam laycam, si quid eis conuenientius offerretur. Nam licet poena dicti Decreti, ⁱ restituendi fructus non haberet locum in istis, quia de parochiali tantū Ecclesia loquitur, haberet tamen locum quoad peccatum, quia eadem ratio naturalis, quoad illud, militat in istis, quā in illis. Ex quo inferri à fortiore, non fore locum illi Decreto in eo, qui post acceptam Ecclesiam cum voluntate absoluta se promouēdi, incipit dubitare, & fluctuare, quicquid ille dicat, quæ res frequentissima est.

⁴⁶ X X X V. subdit ille, ^k circa idem Decretum Bonifacij viij. ^l aliud nouum simile proximo dicto, nempe è quòd accipiens Ecclesiam parochialem animo non assumendi presbyterium, teneret restituere fructus perceptos durante illo animo, etiam si postea illo mutato assumat illud, ea ratione, quòd secundum ipsum prædictum Decretum, quatenus habet eum, qui voluntate mutata assumpserit presbyterium, non teneri ad restituendos fructus, est restringendum ad fructus post voluntatem mutatam, & non ante perceptos, quod non est tenendum. Tum quia lex simpliciter & generaliter loquens simpliciter & generaliter est intelligenda, ^m & prædictum Decretum à cōtrario sensu simpliciter & generaliter probat, huiusmodi voluntate mutata, promotum non teneri ad restituendum fructus perceptos. Tum quia Archidiaconus, & omnes alij super eodem Decreto ⁿ sentiunt expressè contrarium, dum norant ex illo, fraudem quandoque purgari, sicuti & mora interdum purgatur, ^o & non censentur purgari, si fructus temporis fraude durante percepti deberent restitui. Tum denique quòd Decretum prædictum condemnat recipientem ecclesiam animo non se promouendi, sub conditione, si mutata voluntate non fuerit promotus, ergo, si mutata voluntate fuerit promotus, deficiet conditio, sub qua obli

ⁱ d. c. C6. missa de elec. lib. 6.

^k In d. ar. 6. col. 2. ^l d. c. C6. missa de elec. lib. 6.

^m l. Depre tio ff. de pub. in re act. & c. poliz de maior. ⁿ d. c. C6. missa.

^o l. Interdum ff. de v. erb. obli.

p dicto §.
 onis insti.
 de verb.
 obli. & l.
 Cedere
 diem ff. de
 verb. signi.
 q. c. d. Co-
 missa.
 r. c. Frater
 nitas. 12. q.
 2.
 s. 2. sec. q.
 62. art. 4.
 t. c. Peni-
 tentia in
 2. de pen.
 dist. 3.
 v §. sequēs
 insti. de
 act.

o. c. fin. de
 rescript.
 lib. 6.

p Per no-
 ta. in d.
 c. n. & toto
 tit. de cle-
 ric. non re-
 sidente &
 c. significa-
 tum de
 preb.
 q. Le. ale-
 ge C. de
 codi. ob
 caus. & l. 1.
 per locū à
 special. C.
 de don.
 quz sub
 modo : &
 tradit Sali-
 cer. post a-
 lios in d. l.
 ea. oppo.
 14.

r in d. ca.
 Commiss. §.
 Ceterum.
 s in d. §.
 Ceterum.
 t l. 2. & l.
 bona fidei
 ff. d. ac-
 quir. rerū
 aumin.

obligatur restituere, & consequenter obligatio restituendi, quia deficiente conditione cessat dispositio. P

XXXVI. Ille ait circa idem Decretum Bonifacij viij. 47
 quòd accipiens Ecclesiam parochialem fraudulenter, ani-
 mo non se promovendi ad sacerdotium, tenetur restituere
 fructus non expectata Iudicis condemnatione, quamvis
 regulariter non debeat pena, nisi sequuta illa. Pro
 quo est glossa singularis, ^r cui concordat Tho. ^s licet ipse
 illam, neque illum citet, quæ sententia nobis placet, sed
 non ratio, primò, quatenus ait illud Decretum non esse
 pœnale. Tum quia id est contra mentem omnium super
 eo scribentium. Archidiaconus enim, cui nemo contra-
 dicit, hoc sentit, dum contextum illius inducit ad purga-
 tionem moræ & pœnæ. Tum quia pœna ab Augustino de-
 finitur esse lætio puniens delictum commissum, ^t cui con- 48
 sentiant annotata, ^v quæ definitio convenit prædictæ re-
 stitutiōni, ut patet. Tum quòd ipsemet paulò inferius di-
 cit, illud esse odiosum, & non extendendum, quod nulla
 ratione alia niti potest, quàm quòd sit pœnale. Displicet 2.
 eius ratio quatenus ait eum, cui confertur beneficium, cum
 obligatione illud vel illud faciendi, perdere illud, & teneri
 ad restitutionem fructuum perceptorum. Tum quia omne
 beneficium datur propter officium, ^o non tamen perditur
 eo ipso, quòd non facit illud. Non enim perditur eo ipso,
 quòd quis omittit dicere horas, vel facere residentiam,
 vel missare, quando & quoties tenetur. P Tum quia inter
 legatum & donatum sub conditione ex vna parte, & dona-
 tum & legatum sub modo ex altera, hoc distat, quòd illa
 non quaruntur ante consequentiam conditionem, hæc verò
 sic ante completum modum. Tum quia donatarius & Le-
 gatarius sub modo, licet possint compelli ad implendum
 illum, non tamen ipso iure perdunt legatum vel donatum
 regulariter, non adimplendo illum. ^q Displicet etiam 3.
 ratio, quatenus ait prædictum non intendentem promoveri,
 non querere sibi fructus, licet ei concordet Philip. Franc. ^r
 quia contra sentit Dominicus, ^s & quia habet titulum legiti-
 mū, secundum omnes, imò & secundum eundem Sotum, qui
 cum omnibus aliis affirmat, eum non indigere nouo titulo
 ad continuandā possessionem, & querendum sibi fructus, si
 mutata voluntate fuerit promotus, & fructus quaruntur le-
 gitimo domino rei, ^t & ipse est legitimus dominus Eccle-
 siæ eo modo, quo quis dicitur dominus beneficij, quia, ut
 dictum

dictum est, habet legitimum titulum, & quia Decretum il-
 lud non priuat eum titulo, sed solum punit pœna restituti-
 nis fructuum. Ratio autem, qua tenetur restituere non ex-
 pectata sententia, est illa, quòd licet regulariter, non teneat-
 ur qui ad soluendum pœnam ante sententiam, Secundum
 communem, ^v fallit tamen quando ipsa imponitur ipso iure,
 & mens imponentis est, quòd debeat in foro cōscien-
 tiæ, ut alibi ^x resoluimus, & q. in casu huius Decreti mens
 authoris fuerit talis, colligitur satis ex ipso contextu, & ex
 eo, quòd pœna priuationis, qua promotus ad Ecclesiam pa-
 rochiam perdit illam per illudmet Decretum, si non fiat
 sacerdos intra annum, habet locum in illo foro, secundum
 communem doctorum mentem, ut mox dicitur. ^y

XXXVII. Ipse ait ^z eum, qui accipit parochialem Ec-
 clesiam animo non assumendi sacerdotium, teneri ad resti-
 tuendum fructus perceptos, antequam mutet voluntatem,
 etiam, si ea mutata fuerit promotus, quod nobis non vide-
 tur tenendum. Tum quia omnes in prædictum Decretum ^a
 comminantes contrarium sentiunt. Tum quòd glo. Ar-
 chidiaconus, & omnes aiunt fraudem adhibitam in princi-
 pio purgari per promotionem subsequutam. Tum denique
 quòd, ut supra tactum est, illud Decretum est conditionale
 obligans ad restituendum, si voluntate mutata non fuerit
 promotus, & si promouearur, deficit conditio, & conse-
 quenter dispositio. ^b Arbitror etiam, quòd glossa illius
 Decreti, ^c quatenus habet eum, qui à principio bono ani-
 mo accipit Ecclesiam, & postea mutato animo retinet il-
 lam, teneri ad restituendum fructus perceptos post illā mu-
 taram, non est vera. Tum quia legem pœnalem extendit
 de vno casu ad alium. Tum quia non est similis ratio, quic-
 quid illa dicat. Quia longè magis peccat, qui ab initio frau-
 dulenter accipit Ecclesiam animo non se promovendi, quàm
 qui post eam animo mutato illam retinet. Nam ille gran-
 dem fraudem & dolum committit, hic autem nullum, vel
 certè non tantum. Tum quia plurimum refer, An quis ab-
 sque vilo titulo capiat possessionem beneficij, an post tita-
 lum perditum ipso iure retineat illud. Nam priore casu ma-
 lè, iniuste, & incoloratè possidet, posteriore autem coloratè,
 ut alibi ^d tradimus, probantes efficaciter, quòd amit-
 tens possessionem beneficij iuste quæsit per renunciatio-
 nem, vel aliàs, ipso iure non perdit colorem possessionis,
 quominus restitutionem petere possit, si spoliatur, licet ac-
 ci-
 piens

v Quæ ten-
 net prædi-
 cta gl. fin.
 in c. frater
 nitas 12. q.
 2. & Tho.
 2. sec. q. 62.
 ar. 4.

x In cōm-
 ca. non li-
 ceat 12. q.
 2. §. 1. & in
 d. c. frater-
 nitas & in
 nostro MA-
 nuali latio-
 n. c. 25. n.
 118.

y Infra
 codè c. cō-
 cor. 39.
 z dicto ar.
 6. col. 2.
 a In d. ca.
 Commiss.

b Arg. pre-
 fari §. om-
 nis insti-
 de verb. ob-
 lig. & l.
 cedere die
 ff. de verb.
 signific.
 c super
 verb. non
 intēdens.

d In repe-
 c. Accepta
 de resti-
 tu. spol. opp.
 7. per to-
 tam

incipiens à principio possessionem beneficii sine titulo colorato, non possit petere illud si spoliatur, iuxta communem.^c

e Quæ tenet gloss. Singu. in Clem. 1. de causa possessionis. f dicitur ar. 4. col. 2.

g Arg. ca. Quia non nulli ad summo ca. Melati de clericis. nõ refid. h d. c. Cõmiss. 5. Ceterum. i c. Põnã de pccat. dist. 1. & l. Præses ff. de pccat. k l. Idem juris. ff. ad l. Aquil. c. Non est putanda. l. q. i. l. Clem. 2. de vit. & hone. cler. m d. ar. 6.

n c. 502. tenet c. Diverfis fallacis de cler. con. iug.

XXXVIII. Ipse f addit circa prædictum Decretum, 51 & rectè ac vtiliter quidem, quæ ego (quia proposito meo crant extratia) non tetigi. Primum est, quod prædicti accipientes parochiales Ecclesias, non intendendo assumere sacerdotium, non solum tenentur ad restituendos fructus, sed etiam ad relinquendas illas, vel mutandam voluntatem sub pœna peccati mortiferi. Quod ideo videretur mihi rectè dictum, quod qua ratione iniustum est accipere eo animo Ecclesiam parochialem, eadem est etiam iniustum eam retinere. § II. quod Decreto prædicto h non est locus in intendentibus accipere alia beneficia, quàm Ecclesias parochiales, sine animo assumendi sacerdotium, vel alios ordines, etiam si iure communi, vel statuto essent eis annexi, quod ea ratione videtur nobis iustum, quod lex pœnalis non est extra suum casum extendenda. i I I I. Peccare illos, qui accipiunt illa beneficia, non intendentes assumere ordines i lis annexos, imò & intendentes non vivere clericaliter, licet nulli ordines sint eis annexi.

Quod ea ratione fundatur, quod tam naturali & divino quàm humano iure, qui accipit aliquod munus, & debet esse, vel certè curare, ut sit habilis ad illud exercendum. k I I I I. Peccare item etiam mortiferè illos, qui accipiunt beneficia nullos ordines præter primam tonsuram requiruntia, etiam si sint Præstimoniam, animo vivendi laicè, & non clericaliter quod nobis videtur satis probari auctoritate Concilij Viennensis, l & ratione in eo expressa. 52

XXXIX. Addit præterea ipse m quintum, nempe etiã peccare mortiferè, licet non teneantur ad restitutionem, eos, qui capiunt, & retinent beneficia etiam nullos ordines præter primam tonsuram requiruntia, animo transeundi ad statum conjugalem. Quod tamen nobis non videtur sufficere ratione probari, modò eo animo accipiant & retineant illa, ut velint eis sufficienter inferuire, viventes clericaliter, donec uxores ducant, & eis ductis relinquere. Nullo enim iure naturali, divino, nec humano id evinci potest, & Canones liberum concedunt eis ad conjugia transitum, modò beneficia relinquunt. n Addit sextum de pensionariis ecclesiasticis, quod hi non peccant seculariter vivendo, & videntur præsupponere, posse illos etiam postquam fuerint conjugata

iugati, suas pensiones retinere: quorum posterius non est verum. Quia vt omitam alia, secundum stilum Curia, qui facit ius, o per matrimonium extinguuntur ipso iure, perindè ac vacant beneficia Ecclesiastica, super quibus constituuntur, vt latè tradunt recentiores. P Prius autem etfi forte sustentari posset, eius tamen contrarium æquius videtur, præsertim postquam scè. rec. Pius V. 9 statuit, vt officium minus B. Mariae teneatur recitare. Quin & memini videre in Hispania quendam pensionarium sub pœna excommunicationis à suo Episcopo monitum, vt tonsuram, & habitum clericalem gestaret. Arbitror autem non perdi pensionem ipso iure propterea solum, quod non vivat clericaliter, quia nullo iure cautum video, & non est dicendum pœnam aliquam ipso iure incurri, nisi id iure ca- 54 ueatur, iuxta communem. f

XL. Addit ipse præterea s circa idem decretum Bonifacij vij. t quatenus habet accipientem Ecclesiam parochialem ipso iure perdere illam, nisi intra annum fiat presbyter. Addit, inquam, id procedere etiam si non præmonetur vt id faciat, teneatque ad relinquendam illam absque sententia iudicis, quorum vtrumque (licet sint qui posterius negent) videtur nobis iustum, non quidem per rationem ipsius, quæ confutatur eo modo, quo ratio alia similis fuit paulò superius v confutata: Quia negari non potest iustè, prædictum decretum in hoc esse pœnale, per ibi dicta, licet ipse nouè neget illam esse pœnalè, & nouius appellet eam conventionalem, & vt puto, incogitanter. Tum quia licet omnes doctores diuidant pœnam in legalem & conventionalem, nemo tamen vnquam diuidit legem in pœnalem & conventionalem. Tum quia si illa pœna esset conventionalis, consequeretur collationem talis Ecclesie esse simoniacam, cum collationem beneficii omnis conventio faciat simoniacam. * Vnde per contextum cuiusdam decreti Inno. I I I. V in illud comminantes, cõcludunt non esse beneficiũ vacans conferendum alicui cõ modo, & onere aliquid faciendi vel dandi, quia id esset simoniacam, licet possit Episcopus cum suo capitulo beneficio vacanti imponere aliquem modum vel onus, & postea illud sic onustum, vel modificatum, sine vlla conventionione alicui conferre. Quamvis hæc ratio dilui posset ab eo, qui responderet id, quod dicti cõmentatores aiunt, procedere quidem in conferente, qui addit modum vel onus nouum, quod iure cõs. vel specia

o ca. Quæ graui de Cri. falsi. p Giga in tract. de Pensionib. q 53. n. 4. 5. q In ex- traug. re- lat. 8. supr. c. 7. n. 3.

e Quæ tenet gl. re- cept. c. si. de iure pa- tronat. s d. ar. 6. t d. c. Cõmiss. 5. Ceterum.

v eod. ca. cõcor. 38. x c. Quam pio. l. q. 2. vt ca. l. vt ecclesiasti ca benef. sine dimi. conferatur.

2 In Ma-
nu. Cōfess.
capi. 23. n.
101.
a Cōsigni-
ficati de
elect. & gl.
quam ibi
ornat fely.
in cap. Ad
audientia.
2. de Resc.
b Cōc. 36.
c In Man.
Confess. c.
25. nu. 118.
d In cōm.
ca. Frater-
nitas 12. q.
2. & in Ru.
de Pōnis.
& alias se-
p̄.
e Sup gl.
verb. Adii-
ciens in c.
Raynald.
de testam.
f Ut tetigi
in ca. non
licet. 12.
q. 6. & la-
rius trado
in c. frater-
nitas. 12. q.
2.
g d. art. 6.
col. 3.
h In d. ca.
comm. ff. de
electi.
in c.
i In rubr.
de p̄bē.
k c. u. con-
suetudinis
vbi glo. &
Io. And. de
consuet. &
l. in rebus.
ff. de legib.
l. In repet.
c. accepta.
de rekitu.
spoli. op-
pos. 7. & 8.
m In c. li-
cet. 2. de
p̄ben.

vel speciali non inest ei, non autem in eo, qui modum vel
onus ille iure aliquo inharens exprimit, vt alibi traditum
est: quia expressio eius, quod tacite inest, non inducit simo-
niam. Sed ita respondentem replicari potest, quod eius-
modi expressio sicut non facit collationem simoniacam, ita
non facit etiam conuentionalem, & consequenter nullatenus
potest dici conuentionalis, quali nemine nemo ante
illum eam appellauit. Ratio autem vera, & germana & noua
est illa, quam tetigimus supra, b & reddidimus alibi, c
in hæc verba. Nec obstat quod continenter soleam tenere
& tenui. d Quod poena temporalis etiam ipso iure in cursa
non debetur in foro cōscientiæ, quia id non procedit, cum
contrarium constat de mente legislatoris, vel cum non im-
ponitur propriè vt poena, sed vt quadam conditio, vel mo-
dus rei tradita, vt cum testator relinquit aliquid alicui, vt
quippiam faciat, aliàs perdat legatum, iuxta Panor. com-
muniter receptum, e & in proposito constat ex stylo, men-
tem Pontificum statuentium, vt illo vel illo casu vacet bene-
ficiū ipso iure, esse, vt peccet, qui illud ita perditum reti-
nerit. Et quod beneficia conferantur quodammodo sub
illo modo, vel conditione tacite vel expresse. f Hæc ibi.

XL I. Ipse, g prosequens declarationem præfati decreti
Bonifacij VII I. h dicit alia tria. Primò non semel appel-
lat ecclesiam parochialem præbendam, quod & si forte de-
fendi possit ea cōsideratione, qua nos pridem alibi, i in
hoc eam ponderando, diximus, omne beneficium posse ap-
pellari præbendam, accepto generaliter nomine, non expe-
dit tamen id facere, cum sine vlla utilitate non sint nouita-
tes inducendæ. k II. ait eum, qui perdit ipso iure ecclesiam
parochialem, eo quod intra annum non est factus presby-
ter, posse inauditum spoliari, quod nullatenus est verum,
quia imò si spoliatur, ante emata est restituendus, vt nos
alibi l latè tradimus, & inrefragabiliter conuincitur per
aliud decretum eiusdem Bonifacij m quo expresse cauetur,
beneficiū, quod vacat ipso iure, per ademptionem alterius,
quidem con ferri alteri à superioribus, ad quem pertinet colla-
tio, non citato detentore. non autem tradit ei possessionem
illius, nec tolli detentorem, ante quam audiat, & condemnetur.
III. quod probat summa præfatum dictum, comparan-
do eum, cui confertur Ecclesia parochialis eum onere, vt 56
fiat presbyter, ei, qui caput aliquam pecuniam ab alio cum
obligatione faciendi aliquid, in quo bis errat. Primò qui-
dem

quidem, quod accipiens Ecclesiam, nō accipit illam ex con-
uentione, vt probatum est accipiens autem pecuniam sic
2. quatenus significat, accipientem pecuniam, vt aliquid
faciat, posse compelli ad reddendam illam sine iudicis sen-
tentia, si non præstiterit illud, in quod accepit, quod omni-
nò falsum est, cum auctoritate sua nemo possit etiam rem
suam ab alio possessam recuperare. n Nec mirandum, quod
vir Theologus doctissimus, & in his, quæ pertinent ad for-
rum interius versatissimus, in illis quæ pertinent ad exterius,
57 & ad ordinem iudiciarium, interdum hallucinetur. Quare
tria hæc ipsius dicta, ne quem offendant, temperanda sunt.
Primum quidem, quod appellatione præbendæ, nec in iure
Pontificio, nec in literis Apostolicis communiter continetur
Ecclesia parochialis, licet secundum significationem
grammaticam, & generalissimam comprehendere possit. Se-
cundum autem, quod habes parochialem Ecclesiam, si non
fiat presbyter intra annum perdit eam ipso iure, ita quod te-
netur relinquere illam in foro cōscientiæ sine iudicis con-
demnatione, non potest tamen sine vlla possessio ab eo au-
ferri. Tertium, quod recipiens pecuniam, vt aliquid faciat,
si id non fecerit, tenetur quidem in foro cōscientiæ red-
dere illam, vel soluere interresse, non expectata sententia
Iudicis, sed in foro exteriori absque illa non potest ad id
compelli, per prædicta.

58 XLII. Conuenit inter nos o, quod beneficiarius omittens
dicere horas tenetur ad restitutionem fructuum eo-
modo, quo statuit Cōcilium Literanen. p à Iulio II. ac-
ceptum, & à Leone X. continuatum. Discordamus autem
in eo, quod ipse ait iure naturali & diuino etiam ante dic-
tum Concilium, fuisse obligatos ad aliquam restituti-
onem, ego autem sequutus Communem q dixi, non fuisse
ad id obligatos. In quod præter ea quæ ibi adduxi, pos-
test ponderari verbum (statuimus) in dicto Concilio posi-
tum, quod est argumentum & signum inductionis iuris
noui, iuxta glossas communiter receptas. r Nec argumen-
ta per eum adducta probant plusquam ea, quæ Cardinal.
& alij, sententiam contrariam Communi tenentes, addu-
xerunt. Est pro nobis irrefragabile argumentum, quod et-
iam post Concilium non tenentur restituere quicquam
propter omissionem semestrem à beneficio accepto, à quo
non excusarentur si iure naturali, & diuino fuissent ad id
obligati, vt palam est.

n Ibi quis
in tantam.
C. ynde vi
& cap. se-
p̄, & toto
tit. de reb.
spoliat.

o illum in
dict. art. 3.
col. 3. & me
in ca. 7. su-
pra cod.
p in fest. g.
q. statui-
mus.
q. in d. ca.
j. de celeb.
Miss.

r In ca. vt
litigantes.
de offic.
ord. lib. 6.
ver. statui-
mus & c. j.
vt lite pen-
dente, eo.
lib. 6. Cle-
fin. de pre-
fati. in co-
verbo.

XLIII. Ipse ^s ait circa prædictum Decretum Bonifacij 59 viij. ^f quod idem Bonifacius ^v statuit, vt Episcopi possent dispensare cum accipiente Ecclesiam parochialem causa studij, ne teneantur promoueri ad presbyterium vsque ad septennium, modò intra annum promoueantur ad Subdiaconatum, & quidem rectè, sed id quod subiicit, nempe nunc temporis quacunque de causa dispensari, non est intelligendum de dispensatione Episcopi, sed Papæ. Episcopi enim solum possunt dispensare ex causa studij, quia hoc solum permittitur eis, quod non possunt alij inferiores, vt glossa percepta ^x determinat. Quamuis Vicarius generalis Episcopi, & Capitulum sede vacante id possint, quia eandem iurisdictionem, quam Episcopus habet, exercent, vt notat Felin. ^y & Rebuff. ^z

^x In d. ca. cum ex eo ver. Episc.

^y In c. cum olim. q. 8. de maior. ^z In praxi benefic. de deuolut. nu. 64. ^a d. art. 6. col. 4. ^b c. Maior. res. 24. q. 1. c. 7. n. 32.

^d Argum. c. cui plus. de reg. iur. lib. 6.

XLIII. Addit ipse ^a tria. Primum, quod nimia ratio fuit illa, qua Concilium liberat à restitutione non dicentes in primo semestri ab acceptione beneficij, quod ego veritus fuisset dicere. Tum quia Concilium generale, cuius omnia statuta sunt suscipienda ^b id edixit. Tum quia id ipsum placuit scè rec. Pio. V. vt ex sua Extrauaganti, quæ incipit (*Ex proximo*) supra ^c relata constat. Tum quia cum nec iure naturali, nec diuino debeatur restitutio omnium fructuum, etiam secundum ipsum Sotum, potuit Concilium modificare obligationem restituendi, quam nouè inducebat. Secundum, quod addit, est, nimis arctasse beneficiarios ad restituendum pro rata ob horas omittas post sex menses, quia obligauit eos ad id etiam, si vno vel altero die eas omitterent. Quod nimium liberè videtur dictum, ob easdem rationes, ob quas idem Pius declarauit, quod etiam vniam horam omittens teneatur restituere pro rata, nec absere, quoniam etiam secundum ipsum Sotum peccat mortifere, & consequenter perdit gratiam, & regnum coeleste & qui perdit quod est plus, non debet mirari quod perdat id quod est minus. ^d Tertium, quod verba Concilij vt iacent, ^e minimè sunt intelligibilia, & idè loco verbi (*post*) reponendū esse ait (*per*) ita quod sit sensus, restitutionem esse de bicà ob horas omittas ante & post sex menses, sed ob omittas post sex priuationem à beneficio faciendam. Quæ profectò nullatenus sunt admittenda. Ad cuius rei confirmationem, quia est maximi momenti, & in foro conscientie quotidianum, subiciam primum totum tenorem prædicti §. statimus, vt est in Concilio, & vt ipse eum refert, cuius

cuius partem, quia proposito meo non infernicbat, omni si supra ^e refert, & mox monstrabo planum, verum & communem intellectum eius esse illum, qui supra, ^f & in Manualij Conf. ss. §. positus est. Tenor prædicti Concilij est hic. (*Statuimus & ordinamus, quod quilibet habens beneficium cum cura vel sine cura, si post sex menses ab obtento beneficio diuinum officium non dixerit, legitimo impedimento cessante, beneficiorum suorum fructus non faciat suos pro rata omissionis officij & temporis, sed eos tanquam iniuste perceptos in fabricas Ecclesiarum huiusmodi beneficiorum, vel pauperum elemosynas erogare teneatur. Si vero ultra dictū tēpus in simili negligentia obiuuauerit permauerit, legitima monitione precedente beneficio ipso priuetur, cum propter officium deitur beneficium. Intelligatur autem officium omittere quoad hoc, quod est beneficium priuari posse, quod per quindecim dies illud bis saltem non dixerit.*)

^e In d. ca. 7. num. 33. ^f d. c. p. 7. nu. 33. ^g c. p. 25. nu. 125.

62 Tenor Concilij, cuius verba sunt clara & facile intelligibilia, habet enim duas partes: secundam ibi (*Si vero*) & prioris quidem sensus directus clarus est sic, quod beneficiarius omittens horas post sex menses non faciat fructus suos, pro rata temporis omitti, & teneatur restituere illos. Indirectus autem sensus, qui à contrario colligitur, est, quod beneficiarius omittens horas intra primos sex menses faciat fructus suos, & non teneatur eos restituere. Posterioris autem partis sensus est, quod beneficiarius omittens horas post sex menses contumaciter, monitus vt eas dicat, & non dixerit, saltem bis intra quindecim dies, ipso beneficio priuetur. Cui modo intelligendi fauent verba illa prædictæ extrauagantis Pij. V. simulque tollunt, extorem; qui putant sensisse Concilium, non peccare illos, qui omittunt horas intra primos sex menses. Verba, inquam, illa (*Item ille qui primis sex mensibus officium non dixerit, nisi legitimum impedimentum ipsum excusauerit, graua peccato intelligat se admisisse.*) Hæc enim verba clarissime sonant, beneficiarium, qui absque legitimo impedimento, primis sex mensibus omiserit horas, grauitè quidem peccare, sed non teneri ad restitutionem, vt palam est.

XLV. Ipse addit, ^h statutum prædicti Concilij Laceranensis ⁱ hodiè nõ obligare. Nos autem eius dictum damnari à prædicto Pio V. in sua Extrauag. supra ^k diximus. Addit & alia quadam, quæ quadantenus cleuare, & extenuare videri possunt auctoritatem & grauitatem præfati Concilij, nisi ea pie, pro magna illius vni in Deū pietate, & notissima

^h d. art. c. col. 5. ⁱ d. §. Statuimus tot sine g. ^k In d. ca. 7. nu. 32.

in Concilia & sanctam sedem Apostolicam obseruantia molliantur, puta, quod Concilium illud fuit nimis prolixū, & contineat quaedam, quæ non sunt tanti momenti, & partim nimis laxū, & partim nimis rigidum: & quod restitutio non sit iubenda vno vel altero die horas omittenti: cum tamen etiam omittenti vnam solam vnius diei sit iubenda, per declarationem Pij. V. supra¹ relatarū: Et quod per Bullas Cruciatæ, quæ dant facultatem absoluedi ab horis malè recitatis, huiusmodi omittens possit liberari. Quod nullatenus est dicendum, quia Bullæ ille faciunt quidem facultatem absoluedi à peccato malæ recitationis, non autem ab obligatione restituendi ob peccatum incursum, & quod ægrè ferre videatur, quod compositio super huiusmodi restitutione, quæ dicit iure naturali & diuino fieri posse cum Episcopis, fieri debeat cum Papa post illud Concilium, cum tamen illud eam sibi non referuer, nec facile dici debeat, iure naturali & diuino tantum astricto, eam fieri posse cum Episcopis, cum etiam vix fieri posse cum Papa, nisi iusta de causa, quidam defendant. Et quod ab vna parte appellat ommissionem horarum vnius vel alterius diei paruum negligentiam, & minutias indignas, ad quas Concilium respiceret: & ab altera mortiferam Dei offensam, quæ etiam ob vitam conseruandam non est admittenda.^m

m c. sacris.
de his que
vi citant.
32. q. 5.
n ille in
di. art. 6.
col. 5. ego
vero in c.
3. nu. 20.
o In 4. dif.
35. q. 5.

XLVI. Vterque nostrū^m tangit illud singulare dictum Palud.^o supra^o latius relatarū: quod in summa habet, statutum Ecclesiæ, vt absens ab horis certis diebus vel horis, lucratur distributiones, non excusare eum, qui abest vt oritur, ludat, aut aliis rebus vanis aut malis intendat, licet in foro exteriori non debeat ei detrahi sua portio. Quod ego dictum simpliciter sequor, ille verò videtur refellere, concludens in hæc verba. Vbi non est manifesta statuti peruersitas, quicumque choro iuxta tenorem institutionum suæ Ecclesiæ inseruiens, bona fide, & conscientia fructus facit suos, neque ad vllam restitutionem tenetur. Sed cōtra eum facit, quod videtur secum pugnare, quatenus in sensu directo ait, quod prædicta suæ conclusionis verba sonant, & in sensu indirecto à contrario, quod sit iniustitia statuti est manifesta, vel bona fide, & bona conscientia non credit illud esse iustum, tenetur restituere. At manifesta videtur iniustitia statuti, si intelligatur dictare, quod absentia causa otandi, aut vanè vel malè versandi excusat, non potest bona fide & bona conscientia credere illud statutum esse iustum

stum in illo sensu: Ergo sensus directus & indirectus suæ conclusionis sibi mutuo repugnant. Quare amplectenda videtur Paludani conclusio, imò & à concionatoribus inculcanda. Quia nec ipse Sotus negat eos peccare, nec Paludanus, & ego dicimus eos cogi posse restituere in foro exteriori. Addo autem quiddam, quod plurimos cōsolari & saluare potest, nempe, quod qui principaliter accipit diem, hebdomadam, mensem, vel menses statuto concessos ad peregrè proficiscendum, ad visendos cognatos vel amicos, vel ad alia iusta negotia successiua, etiam intra ciuitatem, vbi est Ecclesiæ, vno vel multis diebus, gerenda non peccat, nec tenetur restituere illa, quæ secundum formam statuti lucratur absens ab horis, licet multis horis, in quibus hora dicuntur in choro, ipse intendat ludis, vel aliis rebus vanis vel malis. Tum quia quod principaliter intenditur est attendendū, P & dies, & menses prædicti accipiuntur principaliter ad iustas occupationes. Tum quia nec minus principaliter vplurimum accipiuntur ad illa vana, & mala, licet, illa incident, & occurrant intendenti principaliter bonis & iustis negotiis. Hæc tamen est consequens, quod qui principaliter ad hæc vana vel mala acciperet prædictos dies, peccaret quidem coram Deo, & in foro conscientiæ restituere teneretur, licet in foro exteriori sua portio non posset ei denegari, vt ait Palud. vbi supra.^q

65 XLVII. Conuenit inter nos^t contra Angelum,^s & Adrianum,^t quod beneficiarius vitam malā & corruptam viuens, non tenetur restituere fructus sui beneficij, modò suas horas præceptas recitet eo modo, quo præcepto eas dicendi satisfaciatur. Sed ille tribuit hanc opinionem Adriano, dicens nullum eam colorem habere, licet sic forsitan apud cospiam Iuriconsultos, qui ex sancto Zelo potius, quam ratione consulta philosophantur. Nos autem tribueremus eam ante ipsum Angelo à Clauasio. ^v Qui duo, & si Theologiam & leges egregiè calluerunt, plus tamen illam quam has coluerunt, & ille hanc nostram (quæ vera est) opinionem sibi soli de more Theologorum tribuit. Nos vero antea de more nostro, quo sua quibusque reddimus, eam tribueramus Summæ Rosellæ & Syluest.^x & ille munit eam aliquot, rationibus ex longinquo peritis: Nos vero ex ipso iurium fonte haustis. Primò quidem quod nulli ipso, iure ponitur hæc pena clerico malè viuenti: Et quæ pena expresso iure non ponitur, non est

p. si quis
nec causa.
ff. de reb.
cred. cum
multis ibi.
p. DD. præ
sertim Ias.
congestis.
& multis
aliis p. nos
adductis I
comment.
c. cum mi
nister. 230
q. 5. & sup.
c. 6. à n. 14.
q. In 4. dā
fin. 15. q. 5.
r. illum in
d. artic. 6.
col. fin. &
me indicā.
Manuali.
c. 25. n. 153.
s. In verb.
clericus 80.
§. 5.
t. In 4. de
restitu.
v. In dicto
verb. Cle
ricus 8. §. 9.
x. In verb.
Clericus.
q. 24.

f. Iux. glo. que putatur singular. in c. fin. de iure patro nat.

dicenda ipso iure posita. Y Deinde quod ille. §. (Statusmus) id approbat irrefragabiliter, quatenus habet, beneficium, qui suas horas recitare omittit, non teneri ad restituendum, quod primis sex mensibus a consequuntione beneficii accipit, & manifestum est illud male, & in statu malo vixisse.

Cap. XXII. Quædam de oratione Miscellanea complectitur.

Hoc ultimum Capitulum adiicimus, ut aliquot de oratione quas omnibus nobis propositis respondeamus, & quia tam illa, quam resolutiones earum sunt varia. Miscellanea vocavimus.

- Orationi tributorum multa elogia moderanda. nu. 1
- Oratio non virtus sed actio virtutis primæ moralium. nu. 2
- Virtutum omnium Princeps Charitas, nec prima fides nu. 3
- Intellectus illius, Non est in unum similis illi. nu. 3
- Maxima quæ ratio e minor minima. nu. 3
- Oratio strictè, largè, & largissime sumitur. nu. 4

Primum quod sunt qui magis pietatis zelo, quam digesta doctrina ducti, multa orationi tribuunt elogia, quæ sunt ita mollienda & declaranda, ut receptæ, eidemque veræ Doctorem Classicorum de oratione doctrinæ non repugnent. Sunt enim imprimis qui eam frequentissime appellent virtutem, & tanta operantem, ut vulgo videri possint eam facere omnium virtutum Principem. Cum tamen oratio non sit virtus, sed actus virtutis, ut post & ante alios classicos auctores tradit Thom. recept. Cùmque non sit actus principis, & maximè omnium virtutum, quia est actus virtutis quam Græci Latriam, & Latini appellant religionem, quæ licet sit omnium virtutum moralium maxima, ut tradit Thom. recept. b inter omnes tamen convenit, quod est minor Theologis, fide scilicet, Spei, & Charitate, quæ præcellunt omnes morales, quorum de numero est religio, ut præsupponit Thom. c Cùmque non solum falsum sit, sed & hæreticum, tribuere primatum virtutum orationi & religioni, imò & fidei, & spei, quia illum habet charitas, per illud: d Nunc autem manent fides, spes,

a. In 4. lib. sent. dist. 15. q. 4. art. 1. & 2. sec. q. 3. art. 3. b. In 2. sec. q. 81. art. 6. c. 1. sec. q. 61. per totum & post & ante a. hos in 3. di. dist. 21. q. 1. art. 4. q. 1. d. 2. ad c. 0. math. s.

spes, charitas, loco autem horum est charitas, reatum à Tho. quodam loco e per quod ipsum in alio f concludit, charitatem esse omnium virtutum maximam: quod multis eisdemque elegantibus verbis confirmat Prosper reatus à Gratiano, & subiiciens. Apostolum b iam excellentiorem viam appellare. Nec obstat quod ipsemet Thom. alibi i dicat, fidem per se esse primam inter virtutes, intelligendo per virtutes Caietano k authore tam Theologas, quæ morales: Non, inquam, id obstat, quia multa sunt priora, quæ tamen sunt minoræ, & imperfectiora, ut embrio est prior, sed minor & imperfectior se ipso posteriore anima rationali aucto, & fides informis frequenter est prior, sed semper minor & imperfectior se ipsa formata, ut & ipsemet Tho. colligit. l Quarè & omnia priora dicta, quibus eam appellant virtutem, intelligenda sunt per tropum, & figuram Metonymiam, quæ effectum pro causa, vel contra causam pro effectu frequenter accipimus. Et ea quibus illam aliis omnibus præferre videntur, excusanda sunt per hyperbolem, aut accipiendo dicta simpliciter pro dictis secundum quid, ut illud desumptum ex Ecclesiastico, m (Non est inuentus similis illi, qui conservaret legem excelsi) cui libet sancto Cõfessori applicat Ecclesia, intelligendum est secundum quid, siue quod quemlibet alium sanctum ei collatum aliqua ex parte excedit. Sicut & in simili Tho. n exponens illud Apostoli: o (Superiores vos inuicem arbitrantes) ait posse quemlibet etiam maximum arbitrari, se aliqua ex parte à quolibet sibi collato superari, quod vtinam omnes tam verè arbitrarentur, quam multi significamus. Sunt item qui dicant orationem esse actionem siue actum, sed talem, qui complectatur omnes actiones vitæ contemplatiuæ, puta fidei, spei, & charitatis, & religionis, quæ consistunt in credendo & meditando Deum, & sperando, & confitendo in eo, amando eum super omnia, & fruendo eo iucundè, tranquillè, & pacificè, honorando item, laudando, benedicendo, & quomodolibet aliàs eum colendo, quod intelligendum est de oratione, non assumendo eam specialiter, ut strictè, ut communiter accipiunt auctores de oratione disputates, sed generaliter, siue largè, ut supra p diximus, sicut & dicta eorum qui omnem bonam, & in Deum directam actionem vocant orationem, intelligenda sunt de oratione generalissimè, siue largissime sumpta: quæ, iuxta etiam supra posita, q comprehendit omnem bonam actionem.

e. d. q. 68. art. 4. f. 2. sec. q. 23. art. 6. g. In cap. Charitas 2. de pœnit. dist. 2. h. 2. ad Corinth. 13. i. In 2. sec. qu. 4. art. penult. k. Ibidem.

l. Ibidem in eodem artic.

m. Ca. 44.

n. 2. sec. q. 161. art. 2. o. Ad Phil. 1. q. 8.

p. capit. 3. num. 9.

q. In dist. cap. 7. n. 8.

<i>Hæretici excommunicati notorie cur non vitandi.</i>	nu. 5
<i>Intellectus Extravag. Martini V. Ad evitanda.</i>	nu. 5
<i>Lex vsu non recepta non ligat.</i>	nu. 5
<i>Hæretici curi damnare & denunciare non idem.</i>	nu. 6
<i>Excommunicatus parochus potest suis parocis sacra eis debita ministrare, sicut & alia debita aliis solvere.</i>	nu. 7
<i>Excommunicato communicat, qui idem cum illo audit.</i>	nu. 8
<i>Excommunicandi potestas iure divino data est Ecclesie, sed non omnis forma & effectus vitandi.</i>	nu. 9
<i>Hæreticus iure divino excommunicatus.</i>	nu. 9

f In c. 19. à num. 67. i In ca. 7. num. 16. t cap. 27. num. 35. v c. 28. 6. mnicam^o es hereti. & c. i. Bul. le. Cana. Dombi. que deca. 14. in 152. cap. 27. a nu. 51. x ca. 27. num. 2. y In q. di. 22. q. 4. z c. 27. a. In Prag. mu. Sanct. G. llic. tit. de excom. non vit. b ceptum sub Julio II. & sub Leone X. fess. 2. c. 6. leger. 4. disti. vbi Domin. & Curd. Ale. id norant & gloss. re cepta & re putata fin. & ibi late dilata a fely. cap. 1. de Treug. & p. ac.

SECUNDUM, quòd ultra illa omnia, qua supra r de non orando pro excommunicatis scripsimus, & ultra modum, quo tenetur excommunicatus orare admonuimus, s admonemus etiam primò, quòd in Manuali Confess. r in sinuimus ratione, qua possunt excusari à peccato quidam Monarchæ, & alij Principes, & priuati homines, etiam Ecclesiastici, qui permittunt Legatos, vel alios manifestos hæreticos intrare secum in Ecclesias, & eis presentibus orant, & Missas audiant, vel faciunt, licet notorij hæretici sint, & consueuerit notorie excommunicati. v Licet item extravagans ad evitanda, quam referimus in Manuali Confess. x excommunicatos, denunciatos & notorios æquiparet. Ratio. n. insinuat ibi est, quòd non tenemur vitare nisi duplex genus excommunicatorum, videlicet denunciatorum specialiter, & percussorum clericorum notiorum, quòd etiam post nos tenuit Sotus. y Non sufficit tamen illa eius ratio, qua dicit Martinum V. & Concilium Constantiense, non iussisse euitare omnes notorios excommunicatos, sed solum illos, qui essent tales ob percussorem clericorum notoriam, & quòd non est curandum de extensione, quam fecit Concilium Basiliense, z receptum per Bituricense, a non, inquam, sufficit hæc ratio, quia Concilium Lateranense, b contra quòd nihil potest obici, eandem extensionem nouissimè expressè facit. Est ergò alia ratio, quam ibi reddimus, quamque ipse innuit, quòd vsus nò recepit prædictam extensionem, & lex vsu non recepta non ligat. c

Admonemus secundò, quòd licet non teneamur vitare hæreticos notorios, nisi fuerint denunciati, videtur tamen Sorò sufficere vt sint declarati, vel denunciati hæretici per Iudicem, eò quòd denunciatus hæreticus videtur ei denunciatus excommunicatus, quòd & si quandam veritatis speciem

elem habeat, non tamen videtur de rigore iuris verum. Tum quia non est formaliter, vt palam est, idem. Tù quia multi ignorant hæreticos esse ipso iure excommunicatos, & ita licet sit iuris notorium, non est tamen notorium facti, & ideo præsupposita præcedenti conclusione, quã ipse quoque tenet, nempe quòd non sufficit quem esse notoriù hæreticum, vt debeat euitari, iustius videtur dici, non sufficere quem esse denunciatum hæreticum, vt euitetur, nisi expresse denunciatur excommunicatus. Non enim rectè fit à separatis illatio, d præsertim in pœnis, e saltem quando non est in vtroque omnino eadem ratio, f qualis non est in hoc casu, per prædicta.

Admonemus tertio, visum fuisse cuidam viro cum primis erudito, cauendum esse ab alia conclusione præfati Soti, g nempe parochum excommunicatum occultè licitè posse conferre sacramenta suis parocis, siue parochianis, quibus iurè tenetur conferre, motus ea ratione, quòd creditor potest ab excommunicato suum debitù petere & ille illi absque illo peccato soluere, h & quòd prædicta Extravagans nil fauer excommunicatis, & quòd faueret eis, si non possent ad id compelli parochi, & quòd concessa parocis facultate sumendi sacramenta à parochis excommunicatis non denunciatis, videtur per quandam consequentiam concedi parochis ministrare illa suis parocis. Cauendum, inquam, aiebat ille ab hac conclusione. Tum quia videtur noua, & à nullo Theologo & Canonista saltem exercè asserra. Tum quia si ea esset vera, Extravagans prædicta plurimum faueret excommunicatis non denunciatis. Cuius tamen cõtrarium ipsamet protestatur. Faueret enim adeò, vt per. illam liceret Episcopo vel parocho occultè excommunicato per decem & viginti annos, licitè facere & ministrare omnia sacra, ad quæ teneretur, si non esset excommunicatus. Tum quia eam consequuntur multa, que à iure diuino & humano abhorre videntur, puta, quòd aliquis parochus, vel Episcopus iuste excommunicatus, iuste posset consecrare corpus Christi, & iuste ministrare illud, iuste audire sacram cõfessionem, & absoluerè, iuste confirmare, iuste ordinare, iuste conferre beneficia, iuste vt iurisdictione contentiosa & voluntaria, à quibus omnibus actibus est eiectus & expulsus. i

Consequitur etiam, quòd parochus, conuersando leuiter extra sacra cum suis parocis peccaret, non autem communicando cum eis in sacris, & dicendo eis Missam. Quæ om-

d I. Papi nianus ex. xli. ff. de Minori. e S. Pœnè de pœnit. d. 1. l. Præses de Pœ. f Iuxta G. sing. & c. ad dita p. Domin. & Franco. in c. r. de Tèpora. ord. lib. 6. g vbi sup. dicto arti. 4. col. 4. h c. Intellexim^o de Iudic. & c. Si verè de sent. excõ. c. i. an. not.

i capit. Si quis Episcopus. 1. & si quis Episcopus? 2. 11. q. 3. ca. Si celebra. de cleric. excom. mi nist. capit. Quia diuersi atè de Cõfess. præb. & alia multa.

* 1. Nam quod absurdum, ff. de bon. li. & cap. Dudi de pre. lib. 6.
I. Gloss. in prin. l. Galus. ff. de libe. & posthu. verb. si filius.
m In prin. d. l. Gallus nu. 51.
n. l. si quis nec causa. ff. de rebus Cred.

o Per cap. si verè & ei annota. de senten. excomm. p In Man. cap. 27. nu. 239.

q In c. nuper. de senten. exco. r In 4. dif. 23. q. 2.

s cap. 18. t In 4. dif. 22. q. 2. l. 1. art. 1.
v In dicta q. 1. art. 10. col. 10. & in artic. 4. col. 5.
h In 4. dif. 11. q. 1.

nia videntur absurda, atque ita non audienda. ^k Mistamen non obstantibus videretur prædicta conclusio defendenda.

Nec obstant obiecta, non primum, scilicet quòd sit noua, vel nouè asserta, quia vt post Iustinianum, ait glo. celebris. ^l Quanto iuniores, tanto perspicaciores, intelligèdo per iuniores, recentiores: qui antiquorum scripta legerunt: vt ei rectè addidit Ias. ^m qualis cum primis fuit prædictus Sotus. Non item obstant alia, quia non directò, sed per accidens resultant ex fauore Creditorum, quòd nõ adeo attèditur, ⁿ & potius est onus, quàm fauor, & ea quæ suprà infertuntur absurda, non sunt talia, considerando, quòd conclusio intelligenda est de occulto excommunicato, quem iustè pœnitentia sacramenta ministraret, peccaret vtique, etiam si non esset excommunicatus, & non inuenient quòd parochus excommunicatus peccaret communicando suis parochis etiam in leuibus, etiam profanis, ad quæ non tenetur, quia in hoc casu excusat obligatio soluendi debitum, quæ in illo non inuenitur. ^o facit quòd vt alibi ^p diximus: non peccat celebrando illa, qui perpetravit homicidium occultissimum præmissa iusta contritione, & confessione ante oblationem irregularitatis, ne illud proderetur.

Admonemus quartò. Quòd quamuis liceat orare & audire Missam in Ecclesia, transeunte per illam excommunicato, & inante illo, & orante, & aliam missam audiente in alia eius parte, ex mente Innoc. communiter recepti, ^q non tamen licet cum eo audire vnã Missam, vel aliam horam, quicquid dicat Durand. ^r Quia non potest negari eum communicare in oratione cum excommunicato, qui dicit illi orationem, vel audit eam ab illo, sed etiam, qui audit eandem vnã cum eo, sicut & qui commedit in vna mensa cum eo, quòd etiam Soto placuit.

Admoneo quintò, quòd licet potestas excommunicandi iure diuino à Christo est data Ecclesie, per illud Mathæi: ^s Si autem non audierit Ecclesiam, sit tibi tanquam Ethnicus, vt copiosè post alios probat contra Lutherum prædictus Sotus: ^t nulla tamen Euangelij parte videtur lata ipso iure excommunicatio, secundum eundem, ^v vtrobiq; carpentem Almay: qui dixit, ^x Hæreticum ipso iure diuino excom

excommunicari, cuius tamen opinio defendi potest per illud Pauli: ^y Hæreticum hominem post primam & secundam correptionem deuota, & per illud Ioan. ^z Venientem ad vos sine hac doctrina nolite recipere, nec dixeritis ei (*Aue*) Quamuis non sit iure diuino excommunicatus in ea forma, & ad omnes eos effectus, in qua, & ad quos postea vsa est & vtitur Ecclesia. Per quam declarationem responderi potest ei, qui contenderit probare, prædictam excommunicationem potuisse contra ius diuinum facere facultatem communicationis excommunicatis non denunciatis. licet sciatur esse excommunicati non denunciati. Responderi enim potest, quòd licet potestas excommunicandi sit iure diuino data, & licet aliqua excommunicatio eodem iure fiat, forma tamen vitandi, & effectus, ad quos faciendâ est vitatio, non sicut præscripta iure diuino sed relicta præscripti Ecclesie, quæ iure humano à se (potestare sibi diuinitus collata) constituto præscripsit, & potest ea, quæ expedierint, addere, adimere, & mutare.

Hæresicos causâ capti an possint ad sacra admitti.

239. 10

10 TERTIVM est, questionis esse quotidianæ, an confessus in carcere ob hæresim debeat admitti ad audiendam Missam, & ad alias orationes, quæ intra carcerem dicuntur. Pro parte namque negante facit vsus communis inquisitionum Hispaniæ, qui non permittunt hæreticis à se captis audire Missas, nec sacram confessionem facere, nec sacram communionem sumere. Secundò quòd Deodatus in quadam epistola Decretali, ^z quam in hoc mihi pro sua singulari humanitate citauit fecl. recor. Pius V. ait, symoniacum pendente accusatione, non debere ad missandum admitti, & non alia, vt apparet, ratione, quàm quia ipso iure est suspensus, vt colligitur ex glo. Eiusdem: Ergo nec hæreticus, quia est ipso iure excommunicatus. ^b Tertio faciunt mille iura, quibus iubemur vitare quos scimus maiore excommunicatione excommunicatos, non solum ab oratione, sed etiam ab omni humana conuersatione, ^c iubemur, inquam, vitare non solum quos scimus excommunicatos, sed etiam quos fama prædicat esse tales. ^d At confessi in carcere ob hæresim sciuntur esse excommunicati, vel fama prædicat eos esse tales, ergo tenemur eos vitare.

Pro parte verò affirmante facit, quòd in præcedenti miscellaneo

y ad Titum, 2. Secunda. 10. 61.

z quæ res fertur. in c. Accusatum de Simonia. b c. exco. munitio de Ver. c. 1. Bullæ C. g. n. c. c. Exco. munitio c. Cum exco. c. 6. Ad mensam it q. 2. ca. Nup. ex. cum multis aliis de sent. exco. d. c. Illud de cler. exco. m. h. 8.

scellaneo conclusimus, hæreticos etiam notorios non esse vitandos antequam denunciarentur. Deinde, quod multi coniciuntur in carceres ob alia multa delicta excommunicationem annexam habentia, quales sunt symoniaci in ordine & beneficio: ^c quales item clericorum percussores, ^f & crimina bullæ Cœnæ Domini prohibita perpetrantes, qui etiam si sint presbytericidæ, modò non sint notorij, non reiciuntur tamen ab illis. Tertio quod post extrauag. martini V. Ad euitanda, nõ tenemur vitare illos excommunicatos, præterquam denunciatos, & notorios clericorum percussores, quorum de numero non sunt prædicti ob hæresim capti. Quarto quod non parum videtur expedire expeditioni iustæ causarum violatæ fidei, quia ob eas capti, si non reicerentur ab orationibus, & sacramentis, facilius confiterentur ea, quæ confiteri deberent, contritione peccatorum eos ad id impellente. Quinto quod in vrbe vidimus quendam ad sacras confessiones admitti, & ad recitandas horas Canonicas cum aliis, & ad conuersandum cum multis, & consistat facilius debere quem admitti ad audiendas missas, quam ad sacramentum confessionis. Excommunicatus enim excommunicatione minori, excluditur à sacramenti poenitentiae participatione passiuæ, quæ in sola perceptione consistit. ¶ Non tamẽ ab audiendo Missam, & alios orationes, vt alibi ^h tradimus, secuti Dominic. & Perus. contra Archidia. ⁱ Per quæ, & alia semper mihi visum est, præfatos hæreticos accusatos, vel inquisitos, nõ esse iure communi à Missa, nec ab aliis orationibus & sacramentis excludendos, plusquam alios accusatos, & inquisitos ob alia crimina excommunicationem annexam habentia, salua tamen censura & auctoritate prædictorum Reuerendissimorum Inquisitorum, qui ad id aliis mihi occultis rationibus moueri possunt.

Ad primum oppositorum respondemus, præfatum vsum Inquisitorum iure quidem aliquo priuilegij, vel consuetudinis speciali, vel alia ratione mihi ignotis defendi posse, iure autem solo communi atrento minimè.

Ad secundum respondeo, quod. Deodatus non agit de excommunicato, sed de Simoniacò, qui suo tempore non erat ipso iure excommunicatus, sed tantum suspensus, nec loquitur de quolibet simoniaco, sed de famoso, qui propter infamiam poterat suspendi ab administratione beneficij, iuxta Canones. ^k

Ad tertium, quod iura in eo citata procedant secundum

scilicet

^c Extrauag.
2. de sumi.
^f c. Si quis
suadere
37. q. 4.

^g c. Si cele
beat. de
Cle. lex cõ.
minist.
^h c. 17. Ma
nu. n. 24.
ⁱ In ca. Is
cui delict.
excõ. li. 6.

^k c. Pres
byter c. Si
mala fa
ma 2. q. 4.

tempora, quæ præcesserunt Concilium Constantiense, in quo Martinus V. prædictam extrauag. (*Ad euitanda scandala*) ædidi, post quam non tenemur vitare nisi duplicis generis excommunicatos, vt prædictum est. ^l Equidem salua. S. D. N. & prudentiorum sententia, è re Christiana existimo, prouidere, vt qui causa fidei violatæ coniciuntur in carceres, donec damnentur, perindè ad sacramentorum & diuinorum participium admitterentur, ac alij ob crimina in bulla Cœnæ Domini prohibita capti. Tum quia multi eorum, sicut & aliorum, omninò absoluuntur, vel leui pena purgationis, vel alia citra declarationem, quod incidere in hæresim, multantur. Tum quia tardius vt plurimum expediuntur sacrosanctæ Inquisitionis causæ, & dura res est tandiu arcere Christianum, quem nescimus esse excommunicatum, à Communione Sacramentorum, quibus spiritaliter viuimus, nutrimur, & munimur contra hostes nostros, Dæmonem, mundum & carnem, qui etiam sacris armatos frequentissimè vincunt, & triumphant. Tum denique, quod Sacrosancta eademque piissima mater nostra Ecclesia, imitata Christum suum sponsum (cuius diuinitatis natura clemens est & pia) ^m pronior esse debet, & est ad miserendum, quam ad puniendum, & docet melius esse reddere rationem de misericordia, quam de iudicio, iuxta illud Iacobi. ⁿ Super exaltat misericordia iudicium.

Communio sacra damnati vt datur in Vrbe.

II **Q**UARTVM, Quod quæstionis est quotidianæ, An damnati ad mortem corporalem, & sacram communionem petentes, debeant ab ea excludi. A parte enim affirmante stat Concilium Viennense, ^o quatenus grauissimè prohibet, ne vltimo supplicio puniendis denegetur sacramentum poenitentiae, si petierint illud. Cui addit gloss. idem dicendum de sacra Communione, quæ illis pro viatico datur, argumento responsi Innoc. iij. ^p quo respondit non esse negandum viaticum, quibus morientibus conceditur poenitentiae Sacramentum, quod communis tenet, præsertim Bonifacius. ^q

Pro parte autem negante facit totius Hispaniæ Galliæque vsus, quo seruatur contrarium, ad eò vt auctore Roberto Gaguino, ^r Ludouicus Luxemburgensis Connestabilis Franciæ damnatus ad mortem, & religiosè confessus, non potuit obtinere, vt sibi viaticum ministraretur, sed audita

Missæ

^l In 2. Mis
cellaneo.

^m c. Quia
diuinita
tis de poe
nit. dist. 1.
ⁿ Iacob. 2.

^o Clem. 1.
de poenit.
& remiss.

^p In cap.
Quod inte
de poenit.
& remiss.
^q In d.
Clem. 1. 2
num. 23.
^r In vita
Ludouici
xi.

Missâ, & panê benedicto, vt solet in earegione diebus Dominicis benedici, per eum assumpto, statim ei ducto in tabulatam caput amputatum fuit. Deindè quòd irreuerentia quædam videretur fieri sacramento, si factus Summi Regis hospes statim occideretur, antequam corrumpatur species panis, sub qua manet verum corpus eius, donec illa durat. ⁵ Vndè & Hostiensis, qui tenens priorem partem, ait, ob reuerentiam tanti hospitis, executionem mortis esse in alium diem differendam. Quæ ratione abolenda valdè videretur consuetudo quarundam regionum, in quibus ait prædictus Bonifacius, ⁶ parari Missam in via, qua ducendus est damnatus ad patibulum, vt viatico ibi sumpto religiosus & animosus obeat mortem. Est tamen consuetudo vrbis digna maxima Maximorum Pont. prudentia, quam orbis imitari deberet, vt damnato ad mortem denuncietur sententia post mediam noctem, vt liceat ei confiteri, & communicare ante quatuor horas, quàm ducatur ad mortem, & (si libuerit) etiam testari, vt iam corrupta tanto temporis spacio panis specie, sine vlla irreuerentia sacramenti cum magno eius fructu moriatur semper victurus. Amen.

Dei ad laudem principaliter inducta inducere principaliter ad laudem propriam, an sit mortiferum. nu. 12

Contemnit non semper verè, qui videtur contemnere. nu. 13

QVINTVM questionis esse grauis & quotidiana, An oratio, prædicatio, Missa, cætus, & quilibet alius actus principaliter in honorem & cultum Dei institutus, sit mortifer, quoties sit principaliter in laudem & gloriam humanam? Partem enim affirmatiuam asserit Angelus, ^v & ante illum Abulensis, * quorum auctoritatem iam in dè ab adolescentia meâ magnifeci. Pro quibus facit primò illud August. ⁷ Diuina scriptura principaliter ordinatur ad honorem Dei, in quo Deus contemnitur, si principaliter ad alterius honorem ordinetur.

Secundò quòd D. Antoni. ² diffinit, peccare mortaliter eum, qui etiam alioqui benemeritus, vult assumere, vel assumit magisterium in sacra Theologia ob honorem, & immunitatem illud consequentes. Tertio quòd simonia est peccatum mortale, ² & qui spiritualia facit propter lau-

s Tho. in 3. q. 76. ar. 5.

3 ubi sap.

v verb. vna gloria §. 1. x Super Math. c. 6. q. 1. y Lib. 1. de doc. Chri. 2. par. ti. 3. c. 5. §. 6. z. c. Santa de Simon. b ca. Sunt nonnulli. l. 1. q. 1.

dem & honorem, videretur simoniam admittere, cum auctore Gregorio, ^b simoniam admittat, qui munus à lingua pro spirituali accipit, vt Adrianus alibi ^c lætè tradit.

Partem verò negantem tenuit egregia & resoluta eruditione Sylu. ^d subdens, totum penè clerum esse in malo statum, si Angeli conclusio esset vera. Pro quo facit resolutio, quam tangit ipse, & pridem nos explicauimus alibi, ^e desumpta ex B. Th. ^f nempe, quòd appetitus, vel amor laudis vel gloriæ ex se neque est bonus, neque malus, sicut nec appetitus, vel amor aliorum bonorū temporaliū, & q, quamuis appetitus & amor laudis & gloriæ vanæ sit semper malus saltem venialiter, tūc tamen solum est mortifer, cum in ea constituitur vltimis finis, vel appetitur de aliqua re notabilè irreuerentiā Dei, vel notabilem iniustitiā proximi continente. Et potest quis orare, cantare, Missare, prædicare, vt i sacra veste, vel aliquid aliud huiusmodi facere, ad laudem, vel gloriam suam principaliter, nō ponendo in eo vltimum finem, & non resultante ex eo notabili irreuerentia Deo, nec notabili iniustitia proximo. Vndè & post illa Angeli à viro docto adiecta hanc partem tenet, subdens, nec ipsum Angelum sensisse contrariū, quod ei Syluester imponit, eo quòd per principaliter facere in gloriam suam, intellexit facere ponendo in eo finem vltimum. Equidem, vt gaudeo auctore postillæ in hac esse opinione, ita ingenuè fateor, Angelū contrarium sensisse, nā clarè sentit differentiam in hoc inter eū, qui principaliter agit in gloriam suam ea, que sunt instituta in gloriam Dei, & inter eum, qui facit principaliter in gloriam suam ea, quæ non sunt instituta principaliter in gloriam Dei, & secundū intellectum postillæ non esset in hoc differentia, quia vterq, peccaret mortaliter, siquidē constituere vltimū finem in alio quàm Deo est mortale peccatum, secundum omnes, vt alibi ^g latius dixi.

Ad primum autem argumentum pro Angelo suprà formatum, quod est auctoritas Augustini in eo citata, præfata postilla tacitè respondet, quod verbum (*principaliter*) in ea secundo loco positum idem valet, quod vltimum finem in eo constituere, quod non videretur satis aprè dictum. Tum per proximam confutationem. Tum quòd passim in finem principalem accipimus multa, quorum nullum nisi rarissimè facimus vltimum, vt alibi ^h monstramus. Sed neque sufficienter respondere videntur, qui dicunt Augustinum solum loqui de Sacra Scriptura, non autem de aliis ad lū

b ca. sunt nonnulli. 1. q. 1. c Quodl. 9. a lit. H ad lit. O. d verb. vna gloria q. 3. e In cō. cap. Inter verba 11. q. 3. concl. 5. à Corol. 20. f 2. sec. q. 132. ar. 1. & 132. ar. 2. & de malo q. 9.

g In d. ca. Inter verba concl. 5. corol. 4. & in cōm. c. Cum minister. 23. q. 5. nu. 16.

h In d. Corol. 4. & in d. ca. Cum minister. nu. 15.

ad laudem Dei principaliter institutis, quia eadem ratio idem suadet dicendum de omnibus, quod ipse de Sacra scriptura dicit. Quare nos alibi ⁱ aliter respondimus, & nunc respondemus, quod Augustinus noluit significare, quod omnis qui ordinat Scripturam sacram institutam ad honorem Dei in suum honorem, contemnit verè Deum, & ita peccat mortiferè, sed quod ad eò parum reuerenter eam tractat, quod videri possit contemnere, sicut in simili quòdam glo. solennis ^k dixit, quod transgrediens legem sine causa, videretur transgredi ex contemptu, & sicut aliqui, quos refert in Manuali, dicunt ex contemptu peccare, qui ex consuetudine peccant: cum tamen longè aliud sit ex contemptu vero peccare, quàm ex consuetudine, vel sine causa, vt colligitur ex vtroque Thoma, ^m & Archid. ⁿ & Domin. ^o quicquid Fely. inuoluat alibi. ^p Ita quod mens piissimi Augustini non fuit dicere, quod qui sacram Scripturam datam ad honorem Dei ordinat in honorem suum, contemnit Deum, sed quod tam parum reueretur Deum, vt videri possit contemnere illum, ita tamen, quod si verè non contemnit, non admittat peccatum mortiferum, sed graue veniale.

Ad secundum pro Angelo adductum, scilicet diffinitionem illam D. Antonini, quod mortiferè peccat, qui etiam benè meritis assumit gradum Theologiæ ob honorem, & immunitatem illum consequentes, respondetur, non esse verum, vt Syluester alibi ^q rectè tradidit.

Ad tertium respondetur, quod munus à lingua tum demum facit actum simoniacum, cum datur vel accipitur in pretium, non autem aliàs, vt ante omnes dixit Innoc. ^r & nos alibi ^s resoluimus. Per hanc ipsam responstionem tolluntur etiam illa, quæ ex Adriano ^t pro Angelo adduci possent supra fuit insinuatum.

- Deus an possit concipi, cognosci & amari vt vnus, quin cognoscatur, concipiatur, vel ametur vt trinus.* nu. 14
- Cognoscitur vnus & idem quoad quid, ignotum quoad aliud.* nu. 14
- Deum verum adorans omnis, trinum adorat.* nu. 15
- Fruitio quid, cuius potentia & de quo habenda.* nu. 16
- Dei cognitio, Amor, fruitio, oratio ad Deum, & adoratio ipsius in hoc conueniunt.* nu. 16
- Fruì non potest beatus Dei essentia, quibz etiã actu fruatur Trinitate, & singulis personis eius, licet vnus sit,*

modo

- modo tali habitu fruatur eis.* nu. 16
- Deo & Summa Trinitate malè fructos, quidam verè p̄ absre suspicati fuerunt* nu. 17

14 SEXTUM, quod quidam eruditus rogatus à quodam, qui legerat acutissimi Ioannis Maioris scripta, v de cognitione, amore, & fruitione ea consequenti, trium personarum Sanctissimæ Trinitatis, quibus passim orando vimur, respondere potuit primò Parum curandum esse de argutiis Dialecticorum illorum, qui multum referre putant inter, Papam vidi, & vidi Papam: Et inter virgo peperit, & peperit virgo. Secundo quod ex doctrina plana & matura Thomæ communiter recepta, & Scoti, Maioris, & aliorum dictis paulum extensa, resolutorie colligi possunt sequentia. Primum, quod vt ait Maior, nemo potest cognoscere vel concipere Deum verum, quin cognoscat vel concipiat id, quod est vera & summa Trinitas, & tres eius personæ realiter distinctæ. Quia sunt vna & eadem res & eadem substantia, potest tamen cognoscere & concipere Deum in quantum est primus motor, prima causa, & vnus Deus, non cognoscendo, nec concipiendo eum esse Trinitatem, & tres personas realiter distinctas. Quia vnus & idem potest cognosci & concipi quoad quid, & ignorari quoad aliud. Potest enim Petrus, qui verè est homo, & sapiens, & filius Regis, cognosci & concipi ab alio, quod est homo, & ignorari quod est sapiens & filius Regis, & ita qui cognosceret & conciperet eum, quod est homo, licet ignoraret, quod est sapiens & filius Regis, necessariò tamen conciperet quendam, qui verè est homo, & sapiens, & filius Regis, licet non conciperet eum vt sapientem & filiù Regis. Secundo quod, vt Maior ^r ait, multi philosophi cognouerunt & conceperunt, vt & nunc cognoscunt & concipiunt Iudæi & Mahumetani Deum vnus verum essentialiter, qui verè est trinus personaliter; quia cognoscunt & concipiunt eundem Deum, quem nos cognoscimus & concipimus, qui verè est vnus essentialiter & trinus personaliter, licet non cognoscant & concipiant eum in quantum est trinus personaliter. Ex quo rectè infert multos Summam Trinitatem, & tres summas eius personas scognocere, & concipere, non cognoscentes nec concipientes illa, neque eius personas, in quantum sunt tales, quia cognoscunt Deum verum & vnus, qui verè est Trinitas & tres personæ, licet ignorēt eum esse talem.

H h

ⁱ In commententi. ca. Inter verba 11. qu. 3. conclu. 7. corol. 21.

^k In c. Me epopolita no. 2. q. 7. l. c. 23. nu. 42. m. 2. sec. q. 38 6. art. 9. & q. 147. art. 3.

^m In c. Qui cūque 81. dist. 1.

ⁿ In cap. Nullus 15. dist.

^o In cap. Cum quidam de iure iur. q. In verbis Doctor qu. 4.

^p In cap. Tuam de ztate & qualitate. s. In Manuali. c. 23. n. 105. ver. Decimo. t. Quod li. 9. a littera H ad lit. o.

^v In lib. 3. sent. dist. 1. q. 14.

^x Ind. dist. 1. q. 2. ar. 3.

^y In dicta dist. 2. qu. 14.

vbi sup.

III. His esse consequens, quòd etiã Christiani & orthodoxi, qui cognoscimus & concipimus Deũ nostrum esse verè unum in essentia siue essentialiter, & trinũ in personis siue personaliter, licet non possimus cognoscere & concipere illum unum essentialiter, quin cognoscamus & concipiamus eũ, qui est trinus personaliter, possumus tamen cognoscere & concipere eum in quantum est vnus essentialiter, non concipientes actu eum esse trinum personaliter.

III. Quod his est etiam consequens, quòd licet non possimus orare vnã personã diuinã, quin oremus saltem habitualiter, siue virtualiter alias, neque dirigere orationem nostrã ad vnã personã, quin aliquatenus dirigamus ad alias, quia omnes sunt vnã & eadem summa res, possumus tamen orare vnã personã, & dirigere orationem nostrã ad illã, non concipientes actu alias personã, nec dirigentes orationem nostrã actu ad illã, in quantum alie sunt, vt Ecclesia ipsa orthodoxa totã dirigit vt plurimum orationes, quas vocamus Collectas, ad Patrem; obsecrando in calce, per filium; cum speciali mentione Spiritus sancti, docens per hoc, posse nos orare vnã summã Trinitatis personã, sine cõceptione actuali aliarum duarum, imò & orare vnã obsecrando eam per altã; & ita separatim oramus (*Pater de cœlis Deus, miserere nobis; Fili Redemptor mundi Deus, miserere nobis; Spiritus sancte Deus, miserere nobis*) & coniunctim (*Santa Trinitas vnus Deus, miserere nobis*) & quòd diximus de oratione, idẽm dicendum videtur & de adoratione, cum eadem idẽm in vtraque suadeat ratio.

V. Quòd licet vna sola fruitio, & non pluribus debeamus frui Deo, & tribus personis, vt determinat Tho. b. communiter receptus, quia obiectum fruitiois, quod est summa Dei bonitas; vnũ tantum est in omnibus personis; & idẽd, licet secundum Scotum, c. non possit comprehensio, siue beatus frui essentia diuina, quam intuitiue videt, quin actu fruatur etiam tribus personis, quas etiam intuitiue videt eiusdem essentia; quamvis secundum eundẽm, d. nec viator possit ordinatè frui vnã personã, quin fruatur alia; fruitio siue habituali, hoc est tali, quæ sit proxima dispositio fruendi alia, si distinctè illã conciperet, potest tamen frui vnã personã, sine fruitioe actuali alterius, quam distinctè non concipit.

VI. Quòd cum fruitio propriè dicta sit actus potentia appetitiuæ, & non rationalis, secundum Tho. e. & illa, quæ est

est benè ordinata, solum sit vltimi finis iam habiti, vel habendi, secundum eundẽm, f. cumque, vt ipse significat, frui ordinatè sit inherere amore vltimo fini, qui est Deus, propter ipsum, cumque ea non possit consistere sine cognitione & amore; eadem, quæ dicta sunt de cognitione & fruitioe Dei vnũ essentialiter, & trini personaliter, dicenda videntur de amore, qui cum præuã cognitione præcedit fruitioem. Nec multũ refert, An teneamus, fruitioem potius consistere in amore, quàm delectatione cum sequacibus Scoti, g. An potius in delectatione, quàm in amore cum sequacibus Thomæ. Quos Thomas à Vio h. defendit.

VII. Quòd non erat, cur scrupulis angeretur quidã, qui Apostolorum acta legendo, & aduentum Spiritus sancti memoria repetendo, frequenter delectatus fuit, nullis de Patre aut filio actuali amore & fruitioe cõceptis; neque qui frequētissimè passionis Christi mysteria repetens; Christi secundã personã Trinitatis ardentissimè amatissimè; & in eo amando sine vlla cogitatione actuali Patris, vel Spiritus sancti plurimum oblectat⁹ fuit. Sufficit enim et amor & fruitio habitualis, quibus paratus erat eos simili amore amans similiter eis frui. Quæ eadem ratione non est cur scrupulis angantur, qui meminerunt, & frequētissimè se mente concepit, amasse, orasse, & adorasse Deum vnũ; & eodem fructos fuisse sine actuali memoria Trinitatis & trium personarum. Neque qui contra meminerunt se frequētissimè mente concepit, amasse, orasse, & adorasse fruendo Sanctissimã Trinitatem, vel aliquã personã eius, non concipiendo, amando, orando, & adorando actu Deum vt vnũ, vel aliquã personã eius, modò non defuerit eis habitualis, & proxima illa, de qua loquitur Scotus, dispositio idẽm faciendi erga illas; si memoria earum succurrisset.

a Arg. ca. Dudum in 2. de elect.

b In d. dist. 1. q. 2. ar. 2.

c In d. dist. 1. q. ar. 4.

d In ead. q. 2. ar. 4.

e s. sec. q. 4. ar. 1. & 2.

g Libr. i. sent. dist. 1. q. 2. h. d. q. 11. ar. 1.

<i>Ecclesia An recte fundetur de rebus male acquisitis.</i>	18
<i>Elemosyna an de re aliena recte fiat.</i>	18
<i>Patrones an sint de rebus male acquisitis.</i>	19 & 21
<i>Religio moralium virtutum maxima.</i>	19
<i>Misericordia quadantenus maxima virtutum.</i>	19
<i>Iustus est maxima virtutum Cardinalium.</i>	19
<i>Virtutum opera non sunt principaliter ob temporalia.</i>	20 & 21
<i>Incertum in operibus quæ res sit ipsa.</i>	21
<i>Hereticæ & ecclesiasticæ quarum sint patronatus.</i>	21

Restituenda necessario duplicia, de quibus fit eleemosyna & ius patronatus.

i In li. de Sacramēt. c. 113. in an- riqz im- pteffione. k cap. 18. nu. 9. l cap. 23. m Sup eo. c. tom. 9. n q. Quam fit graue crimen cū malefeci- rint glo- riarī de ex- cess. p. r. g. o Arg. ca: Eccle. 99. dist. p In cap. Nō est pu- sda. i. q. l. q Prouer. c. 21. r Prouer. cap. 3. s Eccle. cap. 34. t gl. c. Nō est pu- sda. i. q. 1. v In tract. de iure pa- tro. libr. 1. par. 1. q. 8. ar. 12. x In cap. fortē. 14. q. 5. y Secūdu mentē Th. 2. sec. q. 81. ar. 1. & to- to titu. de Eccle. s. adif. & c. Nemo, cū multis a- liis. de cō- sec. dist. 1. z Secūdu eundē Th. in d. q. 81. artic. 4.

SEPTIMUM operæpretium est constituere, an rectè quidem, in quibus fuit etiam Tho. V Valdensis, et vidimus supra, et carpant eos, qui ecclesias, sacella, Missas, vel alias preces construunt aut fundant de rebus malè quæstis, & eo quòd incertū est, quibus sunt reddenda, necessariò piis ope- ribus vel pauperibus restituendis, qualia sunt multa quæstita occidēdo, vulnerādo, militando, furando, mentiendo, peie- rādo, adulterando, vsuras clarè aut simulatè exercēdo, vel fumos vendendo. Et quidem pro eis facit primò, q ipse- met Dominus reprobare videtur apud Math. 1 sepulchra & monumenta prophetarum, quæ Iudæi ambitiosè ædifica- bant, iuxta Hieronymi sensum. m Secundo quòd gloriam de peccatis quærere, peccatum est vanæ gloriæ. n Tertiò quòd iniustum est de re aliena fructum quærere, quod face- re videntur qui gloriam, & laudem quærunt de re aliena malè quæstita & necessariò restituenda, quæ nisi malè reti- neri non potest. o Quarto, quòd peccat, qui eleemosynam de rebus illicitè quæstis largitur, vt ait Grego. P confir- mans id illo Prouerb. q Hostiæ impiorum abominabiles sunt domino, quæ offeruntur ex scelere, & illo Prouerb. r Honora Deum de tuis iustis laboribus, & non alienis, & il- lo eccle. s Qui offert sacrificium de substantia pauperis, idem est ac si victimet filium in conspectu patris. At qui con- struit & fundat prædicta de rebus necessariò restituendis, id facit de rebus alienis; Ergo grauissimè peccat. Quintò, q quide rebus alienis vel restitutioni subiectis facit prædi- cta, non quærit ius patronatus, iuxta quandam solennem glossam, e vti larè concludit Lambert. v postquam retulit omnia, quæ Rochus à Curte, Paulus de Citad. ea de rescri- pserunt. Nam vt August. relatus à Gratiano x ait, non licet furari à diuite etiam auaro ad erogandum pauperibus. At ij, de quibus loquimur, ædificatores & fundatores nihil nō agunt, vt fiant patroni & præsentatores ministrorum præ- fatorum piorum operum, ergo grauissimè peccant ea in il- lum finem facientes.

Contra tamen præfatos ita carpentes facit primò, quod facere prædicta opera pia in honorem Dei, est actus, siue o- pus religionis, y & religio est maxima virtutum Mora- ium, z Largiri etiam pauperibus ea quæ nesciuntur, qui- bus

bus sunt restituenda, eleemosyna quædam est. a Eleemo- syna verò est actus siue opus virtutis Misericordiæ. b Misericordia verò est quadantenus maxima earum virtutū, quæ sunt ad proximum. c Restituere item malè quæstita est actus Iustitiæ. d Iustitia verò est maxima virtutū Cardinalium. e At prædicti hæc tantum quatuor videntur facere, ergo lau- dari merentur & non vituperari, quia quamuis non liceat facere opera virtutum principaliter propter bonam tempora- lia, vt dictum fuit supra, f licet tamen facere illa principaliter propter iustum finem, & minus principaliter propter temporalia, & consequenter propter laudem & gloriam non vanam, sed solidam, id est in aliquem iustum finem relatum, vt etiam supra, g & in locis ibi citatis diximus.

20 Pro resolutione dicendum, quòd prædicti rectè carpunt eos, qui prædicta construunt vel fundant, ad gloriam & lau- dem vanam, vel sumptu superfluo, & rei pig inuicili, ad quan- dam iactantiam humanam, vel ad renouandam memoriam delictorum suorum, vel indicandum modum expiandi illa, mēte incitandi alios ad similia, proposita suo exemplo ve- nia cum laude coniuncta, quod probare videntur rationes pro eis allatæ.

46 Secundo, quòd non merentur carpi qui prædicta faciunt principaliter in honorem & gloriam Dei, & salutem ani- marum suarum, absque superfluo sumptu, & absque super- stitione & curiositate, & in exemplum restitutionis, etiam si velint ex eiusmodi actis minus principaliter quærere sibi aliquam laudem, & honorem, in iustum finem relatu. Nam & nil peccat, qui pœnitentiam publicam ob publicum deli- ctum agit principaliter ad placandum Deum. Opt. Max. li- cet minus principaliter intendat sibi recuperare bonum nomen, quod ante illud habuit, & de bono pœnitentiæ in bonum finem laudari. h

22 Tertiò, Quòd difficiliter est respondere ad duo argumen- ta vltima pro prædictis carpentibus, quæ ipsi omiserūt, for- mata. Nam licet facile sit defendere, quòd meretrix, & ex- cōmunicatus iustè possunt largiri eleemosynam, & quære- re sibi ius patronatus, quando eam faciunt de rebus suis e- riam turpiter quæstis, modò non sint necessariò restituē- da, vt habet cōmunis opinio, quam Rochus, i & post eum Lambertinus k defendunt, difficile tamen est defendere quòd liceat etiam honestæ personæ & non excommunicato facere eleemosynam, & quærere ius patronatus per res

a c. Tria, & c. duq. 48 dist. b Secūdu eundem Tho. 2. sec. q. 30. per totam. c Secūdu eundē 2. sec. q. 30. art. 4. d Secūdu eundē Th. q. 62. art. 1. e Tho. 2. sec. qu. 58. art. vlt. f c. 6. a n. 11. g In d. ca. 6. a nu. 11.

h Arg. c. 7. de Pœn. & remiss. & c. In capite, cū aliis 50. dist.

i de iura patr. verb. Cōpetens q. 3. k In eod. trac. 1. par. 1. lib. 8. quæ ar. 10.

1 ca. ea te.
de iurciu.

alienas necessariò restituendas, ad eò quidem, vt prædictus Lambertinus argumentorum pondere pressus, negatiuam partem tenuerit, sed mea sententia non satis acriter. Aliud enim est simpliciter dicere, quod non licet de rebus alienis necessariò aliis restituendis facere eleemosynam, vel alia opera pia. contra voluntatem eorum, quibus illæ sunt restituenda, quod palam est illicitum, ¹ & aliud de rebus restituendis aliis largiri eleemosynam illismet, quibus sunt restituenda, vel impendere in pia opera ipsi placita, quod palam est licitum. Vnde qui malè quæsiuit aliena, & tenetur ea restituere aliis, qui sciuntur, vel sciri possunt, non potest quidem largiri eleemosynam vel facere alia opera pia cum præiudicio eorum. At qui habet illicitè quæsitam, quæ non sunt necessariò restituenda dominis antiquis ignotis, qui, neque hæredes eorum queunt sciri qui sint, & ideò necessariò sunt restituenda Christo, vel piis ipsius operibus, sanctè potest facere eleemosynam pauperibus, & piis aliis operibus impendere. Quia illam eleemosynam facit illis, quibus iuste poterat restituere, cum incerti sint ij, à quibus fuerint erepta. & ita licet declaratio Lambertini sit vera, quoad res necessariò restituendas eis, qui, vel quorum hæredes reperiri possunt; non tamen est vera quoad res, quæ necessariò quidem sunt restituenda, sed non Dominis antiquis, nec hæredibus eorum, quia nequeunt inueniri, sed Christo & operibus piis. Et quæstio quam tractamus, proponitur de fundantibus prædicta de his rebus, & non de fundantibus de illis. Grauius tamen quàm prædicta argumenta, obstat, quòd ius patronatus non videtur ² ³ queri nisi ob largitionem bonorum propriorum, vt colligitur ex responso Gelasij Papæ, ^m & ex Concilio Toletano, ⁿ relatis à Gratiano, sed responderi potest, quòd huiusmodi fundatores non parum videtur dare de suo, verè peccantendo, plenè restituendo, & prouidè & sollicitè curando, vt ædificia & fundationes prædicta fiant vtiliter, & in vtilem & sanctum finem, & quòd non refugiendo ad sacrosanctam sedem Apostolicam, & Commissarios Cruciarum, qui condonare solent aliquam partem huiusmodi bonorum incertorum, volentibus restituere illa in pia opera, à sede prædicta destinanda: & ita videntur dare quodammodo suam partem illam, quæ per compositionem eis condonata fuisset. Facit, quòd qui nimis emungit, elicit sanguinem, ^o & quòd parum præiudicij fit per hoc operibus piis fun

m ca. pia
mentis 16.
q. 7.
n c. Noue
rit. 10. q. 1.

o Prouer.
c. 30. c. D.
nig. 4. vult.

fundatis, & quod animandi sunt ad restitutionem hi, qui citra illà saluè fieri nequeunt. Huiusmodi autem fundatoribus consulerem, vt impetrarent quoad forum conscientie gratiam iuris patronatus, vel quòd aliquid vltra necessariò restituenda prædictis fundacionibus de his, quæ sua omninò sunt, impenderent, quamuis non arbitror id omninò esse necessarium.

<i>Sepeliendis paruulis baptizati qua officia apta.</i>	110.	24
<i>Parochi qui errant sepeliendo paruulos.</i>	110.	24
<i>Officium sepeliendi paruulos ad longum.</i>	110.	25
<i>Sepeliendi sunt amentes vt paruuli.</i>	110.	26
<i>Paruuli qui sunt in hoc proposito.</i>	110.	26

24 OCTAVVM, quoniam multi parochi, siue Curiones, & alij sepelientes paruulos iam baptizatos, errant, vt diximus supra, ² dicentes responsoria, missas, & alias preces ab Ecclesia pro defunctis institutas, applicando specialiter ea in suffragium animarum eorum: Admonemus eos primò id non licere, vt ibidem diximus, quamuis liceat ea dicere in laudem Dei, & gratiarum actionem, vt dicit Thomas, ^b applicando ea defunctis propinquis eorum, vel quibus Dei iudicio potius sunt applicanda.

a In c. 19
nu. 67.

b In 4.
distin. 4. in
expos. in
lit. in fin.

Admonemus et institutum esse in Vrbe officium pro talibus paruulis sepeliendis dignissimum, quo totus Orbis vtatur, quod fit hoc ordine.

Cum paruulus extrahitur è domo, dicitur Antiphona

25 SIT nomen domini benedictum, Ex hoc nunc & vsque in sæculum, & post eam psalmus. Laudate pueri dominum, & alij psalmi, si fuerint necessarii ad continuandas preces, vsque ad Ecclesiam, singuli cum Gloria patri &c.

Cum peruentum fuerit ad Ecclesiam, repetitur Antiphona præfata. Antiphona.

SIT nomen domini benedictum. Vers. Hic accipiet benedictionem à domino. Resp. Et misericordiam à Deo saluati suo. Kyrie el. Christe ele. Kyrie el. Pater noster. Vers. Et ne nos Respon. Sed liberanos à malo. Vers. Me autem propter innocentiam suscepisti. Respon. Et confirmaisti me in conspectu tuo in æternum. Vers. Domine exaudi

H h 4

orationem meam. Resp. Et clamor meus ad te. Vers. Dominus vobiscum.

Oremus.

Omnipotens & mitissime Deus, qui omnibus parvulis renatis fonte baptismatis, dum migrant à seculo, sine vllis eorum meritis, vitam ilico largiris æternam. sicut animæ huius parvuli, vel parvulæ credimuste fecisse: fac nos, quæsumus, per intercessionem beatæ Mariæ semper Virginis, & omnium electorum tuorum, hic purificatistibi mentibus famulari, & in paradiso beatis parvulis perenniter sociari. Per Christum dominum nostrum. Respon. Amen. Antiphona. Iuvenes & virgines, senēs cum iunioribus laudate dominum de cœlis. Psal. Laudate dominum de cœlis cū, Gloria patri. Kyrie eleyson. Christe eleyson. Kyrie eleyson. Paternoster. Ver. Sinite parvulos venire ad me. Respon. Talem enim est regnum cœlorum. Vers. Domine exaudiorationem meam. Resp. Et clamor meus ad te veniat. Vers. Dominus vobiscum. Resp. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Omnipotens sempiternus Deus, sanctæ puritatis amator, qui animam huius parvuli, vel parvulæ, ad cœlorum regnum hodie misericorditer vocare dignatus es, digneris etiam ita nobiscum misericorditer agere, vt meritis tuæ sanctissimæ passionis, in eodem regno nos cum omnibus sanctis, & electis tuis semper facias congaudere. Qui vivis & regnas cum Deo patre in vnitæte spiritus &c. Antiphona. Benedicite dominum.

Canticum trium puerorum.

Benedicite omnia opera domini, domino: & Antiphona. Benedicite dominum omnes electi eius, agite diem lætitiæ & confitemini illi. Resp. Amen.

Oremus.

Deus qui miro ordine angelorum ministeria, hominumque dispensas, concede propitius, vt quibus tibi ministrantibus in cœlo semper assistitur, ab his in terra vita nostra muniarur. Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum. &c. Ver. Benedicamus domino. Respon. Deo gratias. Et fidelium animæ per misericordiam, &c.

Admonemus terriò idem esse faciendum in sepeliendo quoscumque baptizatos, qui fuerunt semper amentes, & iudicij ad peccandum sufficientis expertes. Quia eadem ratio, idem ius suadet in eis: cum non peccauerint, nec peccare potuerint plusquam parvuli.

Quarto

c. L. illud. ff. ad leg. Aquil. ca. dudum. 2. de elec.

Quarto admonemus, hæc omnia intelligenda esse de parvulis, & amētibus, quos certum est non habuisse vsum rationis ad peccandum sufficientem: Si enim dubitaretur, facien dum esset officium ordinarium mortuorum, ea mente, vt sit animabus eorum in suffragium, si eo egerint, alioqui animabus eorum, quibus Dei iudicio sunt potius applicanda.

Beneficium Principis latè interpretandum.

nu. 27

Concessio facta diuersis, vt diuerse sumitur.

nu. 28

Aue Maria à Belgis & Hispanis vt dicitur.

nu. 29

27 NO NVM, quæ ad quæstionem, quam nuper interrogatus fui, à quodam egregie erudito: An Belgis non solentibus de more suo antiquo addere salutationi Angelicæ, Aue Maria, illâ particulâ finalem. (Sancta Maria &c.) sufficiat ad lucrificandas indulgentias concessas à Papa pronūciatibus Rosarium, Psalterium, vel Coronâ Virginis matris, dicere, Aue Maria illa, quibus ea constant absque illa particula?

28 Respondeo sufficere. Primū quod beneficia Principum latissimè sunt interpretanda. Deinde quod verba concedentis debent intelligi secundum conditionem personæ, cui fit concessio, per quandam solennem legem ex qua id colligit ibi Barr. & probat, quatenus habet concessione in Equitij factam Aurigæ aliter intelligendam, quam factam ex ecenti quos in ludis Circensibus. per quam multumultas quæstiones particulares deciderunt.

Cum ergo mos antiquus quarundam prouinciarum (in quibus, vt audio, est Bona pars Belgicæ) sit non addere salutationi Angelicæ, siue Aue Maria, illam particulam (Sancta Maria &c.) concessio indulgentiæ dicenti certa Aue Maria, intelligenda est quoad incolentes eas de Aue Maria ab eis dici solito, quam vis quo ad eos, qui sunt earum prouinciarum, in quibus additur illa particula, teneantur dicere cum illa. Quæ ratione respondi, etiam Hispanos saltem laicos, quibus non est mos addere Salutationi Angelicæ illa verba (nunc & in hora mortis nostræ) lucrifacuros indulgentias recitando sine illis præscriptum numerum Aue Maria. Dixi (saltem laicos) Quia Ecclesiastici obligati ad horas Canonicas, secundum formulam Breuiarij soël. record. Pij. V. fore debent illa addere, sicut teneantur id facere, cum horas Canonicas dicunt: Quia in formula earum dicendarum iubetur dici (Aue Maria) illis verbis adiunctis, quanquam

d. arg. c. 38. quis autem. De penit. d. 7. ibi. Tene certū, & relique incertum, & c. ad audientiam. de homicidio.

e. L. 3. ff. de Constitut. princ. ca. quauis. de præbend. lib. 6. f. L. Plens. §. Equitij, ff. de vsu. & habit. g. In quibus fuer. Ludo. R. 6. And. Sicu. & Fel. citati in Aposil. Bar tho.

Hh 3

de rigore iuris contrarium seruari possit donec consuetudo amplior contraria introducta fuerit.

Crucis à ligno regnaturum Christum, vbi David expressit. nu. 30
Crux quare imperium Christi super humeros eius. nu. 31

D E C I M V M miscellaneum, quod à iuuentute mea desiderauis scire, nempe vbi nam Rex ille sapientissimus, idemque prophetarum certissimus, quo ad mysteria Christi, a David cecinaerit illud carmen, quod ei vniuersa Ecclesia tribuit in illo hymni (*Vexilla*) à Theodo. compositi (*Impleta sunt quae conuincit David fidelis carmine, Dicent in nationibus, Regnavit à ligno Deus.*) Cum in nullo suorum psalmodum id inuenire possim, quod tamen desiderium ipse Christus ab illo regnas, pro sua intermina benignitate adimpleuit mihi 84. annum in Vrbe (vbi omnia sciuntur) agenti, per præfatum Rutilium Benzoni, sapientia & moribus magis, quam annis canum qui super hoc à me rogatus respondit illud in Psalmo 95. cuius initium est (*Cantate*) inueniri. Ibi enim secundum translationem psalterij Romani, quam in hodiernum diem ecclesia sancti Petri Vaticana seruat, pro eo quod vulgatio æditio habet (*Dicite in nationibus, quia dominus regnavit*) habet illa (*Dicite in nationibus, dominus regnavit à ligno*) quam translationem valde suscipiendam esse contendit ipse Rutilius in libello, quem propediem æditurus est, super ea retinenda in præfata Ecclesia Vaticana, & inter ea, quæ in id adducit argumenta, vnum præcipuum est, vt perpetuo carmen hoc ad eodè Regno Christi afferendo aptum, seruetur, quod magnoperè seruandum esse probat. a. auctoritate B. August. qui eo sine alius translationis, quæ illud omiserit, mentione in eiusdem psalmi expositione vitur, defumens ex eo neruosum contra Iudæos argumentū, pro Christi regno glorioso, exordium à ligno Crucis ignominioso sument. Deinde probat idem auctoritate Iustini Martyris, qui in oratione ad Antonium Pium, circa medium eo vitur, defumens ex eo præclarum testimonium ædificationis Domus Dei, populi. f. Christiani, & Regni Christi, qui idem Iustinus, b. testatur, malitia Iudæorum illa verba (*à ligno*) fuisse sublata. Idem fulcitur auctoritate Tertulliani, c. qui in summa ait, per illa verba psalmi præfati (*Dominus regnavit à ligno*) non significari quidem, Regem aliquem Iudæorum lignarium regnasse, vel regnaturum, sed

b In libr. de verita. Christianæ Relig.
 c Lib. 3. aduersus Martirionem.

sed qui mortem in ligno vsque ad se ab orbè condito regnantem, in ligno quoque vinceret, & ea per passionem & mortem victa, triumphata, erat gloriosissime regnaturus, & quod id eodè apud Esaiam d. dictum fuit, (*Impertum eius super humerum eius*) quia in signe imperij sui erat futurum lignum humeris eius portandum, quod nouus Rex nouo modo, non diademate capitis, non scepro manu gestato, sed cruceligna humeris portata erat designaturus. Cyprianus itè ait e. montem Sion ligni sacri. Regnum esse sanctitate iustificatum, dicente David. Annuntiante Regnum Dei in gentibus, quia dominus regnavit à ligno. Suspicimus igitur, adoremus, & oremus Christum in ligno morte sua mortem destruentem, & ab eo vita reparata gloriosè in omnes gentes regnantem, vt nos quoque in illo peccatis mortui, & per illud iustitiæ viuificati, tam felici Regi ab eo regnanti viuamus æternum. Amen.

d Esai. 92

e In opusculo de montibus Sion. & Sion.

Ecclesiam ingressus adoret Eucharistiam, non sedeat tergo verso ad eam, fugiat risus, non deambulet, nihil, quod turbet diuina, faciat, nihil obscenum sub graui pena loquatur, non permittatur quæ intra eam mendicare. nu. 32
Mendicans, vel edans intra Ecclesiam, an peccet. nu. 33
Ecclesia, defunctorum tumbis, non occupentur. nu. 33
Missis pro nouis quicquam dari, vetent ordinarij. nu. 34
Dispensatio, vt quid pro Missa noua detur, quæ scandalosa. nu. 34.
Elemosyna ne imperetur vetandum, & an hæc sint eiusmodi. nu. 35
Author missam nouam cur extra patriam secretò dixit. n. 36
Misus pro nouis, pauci multum iuste largiuntur. nu. 36. & 37

32



D E C I M V M Miscellaneum, quod licet supra late fuerimus commenti super quadam parte, Concil. Lugdunensis de cultu Ecclesiarum & modo in eam intrandi & orandi, omisimus tamen addere illa noua, quæ illi addidit (cel. record. Pius V. Primun. (*Ecclesiæ ingressi genibus flexis Sanct. Sacram. adorēt.*) Secundū (*cessent in eistius immoderati, & alia, quæcūq; diuini officij perturbare possunt*) Tertiū (*Nullus intra Ecclesiam deambulare audeat, siue presumat, dum celebrantur sacra Missarum mysteria, & alia diuina officia*) Per quam deambulationem grauitè Scholasticis, præsertim Hispani, tempore Vesperarum multum peccabant mea arate Tholostæ, in illa

a c. 5. à n. 25. vsque in finem.
 b quæ habentur in c. Decret. De immu. Eccle. lib. 6.
 c In sua extranag. quæ incipit Quam primis, posita inter constitut. pag. 9.

in illa Ecclesia Monasterij Dominicanorū cum primis totius sui ordinis reformatissimi, ad quam Doctores cum bona parte Scholasticorum ibāt ad sacra festiuis diebus audēda, & in qua est sepulchrum gloriosum gloriosissimi Thomæ Aquinatis, in loco ædito, ad quem per multos gradus ab utraq; parte magna cum deuotione ascenditur, sito, Cuius solius reuerentia, satis dehortari poterat à tali deambulatione, si mens non læua fuisset. Quartum (*Nemo dum celebrantur diuina, aut predicatur, vociferetur, aut verso tergo ad Sanctissimum Sacramentum irreuerenter sedeat*) Quintum. (*Qui aliquid, quod scandalum generet, aut diuina perturbet officia, facere præsumpserit, pœnam 25. ducatorum incurrat*) Et quamuis cuiuspiam videri possit, præfatam pœnam ipso iure incurrī, verius tamen & æquius est nec eam, nec aliquam aliam infra positam deberi ante sententiam, tam per illa quę sequuntur verbum (*incurrat*) in hac clausula, quam per alia verba futuri temporis, quę ponuntur in aliis: quod gratia breuitatis latius non explico. Sextum (*qui in Ecclesiis cum mulieribus impudicis, sine etiam honestis, colloquiū scurrile habuerit, aut alios inhonestos actus fecerit, viginti quinque ducatorum pœnam incurrat, & carceri per mensem*) Hęc verba (carceris per mensem) faciunt ad præfatam conclusionem, quod pœnæ huius extrauag. non incurruntur ipso iure. Septimum (*Qui in Ecclesiis, obscenis & inhonestis verbis, aut signis vsus fuerit, aut alia scanda colloquia cum personis quibusvisq; habuerit, decem aureorum pœna mulctetur, aut aliàs corporaliter puniatur*) Hęc verba futuri temporis iuuant id quod de pœna prædiximus. Octauum (*Capitula, Rectores, Vicarij, Sacrista, Ostiarij, & alij Ecclesiarum custodes, præfatos omnes in Ecclesiis delinquentes admovent, & in eis reuicta fieri non permittant, vel saltem ipsis Ordinariis, vel officialibus nostris puniendos deferant, quod si facere neglexerint, pœnam duorum aureorum vice qualibet incurramt.*) Nonum (*Præfati, Capitula, Rectores, Vicarij, &c. pauperes mendicantes, seu elemosynas petentes per Ecclesias tempore Missarum, predicationum, aliorumque diuinorū officiorū, ire non sinant, sed eos ad valuas Ecclesiarum stare faciāt sub pœna duorum aureorū, Capitula infligēda, pro qualibet vice, nisi eos eici cura uerint, & parochi dimidiij aurei, Religiosos quoque Claustralibus, siue Regularibus præcipimus in virtute sanctæ obedientie, ut in Ecclesiis suis deputent aliquem, qui tales eiciat, & si negligentes fuerint, grauissimè ab Ordinario corripiantur, quod si illi parere recuserint, grauissimas pœnas incurrant, & pro qualitate personarum etiam corporaliter puniantur arbitrio nostro, siue superiorū suorum.)*

Ponde

33 Ponderanda primò verba futuri temporis harum clausularum pro præfata conclusione de pœna, quod ipso iure non incurratur. Aduertendum 2. quod non prohibentur pauperes petere, nec rogati dare, & ita virtute huius Constitutionis, neutri eorum peccant, quicquid aliqui etiam eruditi dixerint; Quamuis vī legis naturalis & diuinæ vtrique peccarent, si turbarent audientes, & dicētes diuina, etiam mortaliter, si turbatio esset notabilis. Decimum (*Ne in Ecclesiis aliquid indecens relinquatur, eidem prouideant, ut capse omnes, & deposita, seu alia cadauerum conditoria super terram existentia omnino amoueantur, & defunctorum corpora in tumbis profundis infra terram collocentur.*) Quamuis hoc (quod rectè fuit decentissimum) antè fuisset statutum, ut in ipsamet extrauagante, dicitur, quia tamen nullo iure Decreti, Decretalium, Sexti & Clementinarum speciatim inuenitur statutum, ideo inter noua repono.

34 Addimus etiam quod Concil. Trident. d. circa hæc nouè & speciatim statuit, primum in hæc verba (*Ordinarij locorum episcopi ea omnia prohibere, atq; è medio tollere sedulo curent, ac teneantur quæ vel auaritia, idolorum seruitus, vel irreuerētia (quæ ab impietate vix seiuincta esse potest), vel superstitio, vera pietatis falsa imitatrix, induxit. Atque ut multa paucis comprehendantur, imprimis quod ad auaritiam pertinet, cuius sui generis mercedum conditiones, pacta, & quicquid pro Missis nouis celebrandis datur*) Hęc ibi.

Quo sancto statuto aliquot Ordinarij non sine magno scandalo turpiter vtuntur, dum sub grauibus pœnis interdicitur dari quicquam Missas nouas cantantibus, vltra quid certum, nisi à certo genere cognatorum, & in fauorem quorundam potentiorum illud interdictum relaxant, non sine magno scandalo tenuiorum clericorum, & cognatorum eorum, quos ob verecundiam humanam inuitatos ad Missas nouas eorum, oportet dare multum, cum tamen non receperint, nec recipere sperent vllum antidorum. Secundum in hæc verba (*Ordinarij interdiciant importunas atque illiberales elemosynarum exactiones potius quàm postulationes, aliisque huiusmodi, quæ à Simoniaca labe, vel certè à turpi questu non longe absunt.*) hæc ibi.

Animaduertant ergo primò, Reuerendissimi Ordinarij, An debeant prohibere consuetudinem, quæ à paucis annis cæpit in Vrbe irrepere, vt concionator in medio concionis hortetur auditorium ad elemosynam statim coram omnibus faciendam, bona pausa ad id facta, cum aliqui ob

id omit

d. Sess. st. in Decreto de obseruand. & euicand.

es. ad Co-
gint. 9.

id omittant adire concionem, & aliquot ob magnam verecundiam, & nō diuinum amorem largiuntur elemosynam, vel certē maiorem quā vellent, contra illud Apost. e de hac ipsa re decernentis. Vnusquisque prout destinauit in corde suo, non ex tristitia, aut ex necessitate, Hilarem enim datorem diligit Deus.

Animaduertant 2. iidem ordinarij: An debeant prohibere morem, quo multi Hispania: Parochi, & (vt puto) etiam aliarum prouinciarum; in Litanis, & aliquot festis solennibus de more regionis, solent in medio vel fine Missa publice hortari, vt promittant aliquid in honorem illius sancti, cuius solennia celebrantur, vel in aliquod opus pium, idque publice coram omnibus faciant; exoptante notario quid, & quantum quisque promiserit, ita vt nemo non cogatur aliquid promittere, & omnes plusquam possint, vel vellent, ob verecundiam, vel ambitionem promittant.

Animaduertant 3. An debeant prohibere morem, quo questores aliquorum pietatis nomine celeberrimorum locorum, ostiant elemosynam questurū faciunt, vt se committentur Parochi, vel primores locorum, ob causam simulatam demonstrandi eis domus, quae possunt elemosynam facere, cum tamen vera causa tales comites suscipiendi, sit vt praesentibus eis non possint non dare, vel non plus dare, quā alias darent. An item, iidem debeant facere circa morem eligendi aliquos viros primores, ad petendam elemosynam pro aliquibus pauperibus; vt ob reuerentiam & verecundiam illorum, plus largiantur petiti siue rogati, quā ob Dei amorem. Quauquam enim memini me decidere alibi, & non peccare quem largiendo elemosynam maiorem, eo quod magis est qui petit eam, quā largiretur illum, pro quo petitur, vel si minor esset, qui nomine eius peteret, modo principaliter totam elemosynam largiatur propter Deum vel misericordiam veram, licet minus principaliter id faciat etiam propter reuerentiam petentis, vel praesentium populi, vel spectantium. Non ausderem tamen facile saluare ab omni peccato eos, qui saltem sine magna causa procurant, vt si petatur elemosyna, praebendo magnam occasionem largiendi eam, principaliter vel atque principaliter propter verecundiam, vel ambitionem, vel amorem, & honorem petentium, vel spectantium, quā propter Deum & veram misericordiam. Gregarius enim persona primorum spectantium & petentium praesentium turbata,

non

non leuat vt plurimum mentem ad Deum, ita vt dicat ei: Hoc principaliter facio propter amorem, & honorem tuum Domine, licet non fecissem, si à quo, vel modo, quo rogor, non rogarer, imò vt à multis intellexi plurimi praesertim iuuenes, rustici, & pauperiores petita largiuntur nulla de Deo concepta memoria; neque vlla in corde concepta misericordia, principaliter vt placeant petentibus vel spectantibus, quā vt subueniant miseris, vel Deum honorent, dolentes frequenter quod id fecerint, quod in causa fuit vt primam meam Missam dicerem extra patriam quando, & vbi viseretur ab aliis, quā à patre meo, & duobus fratribus, & grē ferentibus populo patriae, & multis cognatis, & amicis, qui de more gentis ante Concil. Trident. Missas nouas praesertim nobilium magna ambitione & largitione decorabant. Prauidebam enim multos dururos, plusquam commode possent, & multos plusquam vellent, & multos plus, vt placerent mihi, & cognatis meis, quā Deo & Virgini matri, cuius Missam etiam celebraturus, & nullos vel paucissimos, qui tam ordinata voluntate id facerent (cum non essem pauper) vt saltem venialiter in largiendo non peccaret. Quod ipsum vt facerent, aliquibus Missam nouam cantaturis elemosyna non egentibus consului.

<i>Oratio mentalis cum operibus siue verbali, an sufficiat.</i>	nu.	38
<i>Oratio mentalis verbis aucta, vt praestantior.</i>	nu.	38
<i>Orationi verbali omnia tribuere, haereticum.</i>	nu.	39
<i>Orans alio modo quā precepto, non satisfacit.</i>	nu.	49
<i>Oratio mentalis duplex, nota & ignota demoni.</i>	nu.	40
<i>Oratio purè mentalis etiam mali, an durare potest.</i>	nu.	41
<i>Beatitudo vera imperfecta, quae?</i>	nu.	41
<i>Contemplatiui ab hac superbia caueant.</i>	nu.	42

38 D V O D E C I M V M Miscellaneū, quòd ante paucos dies, posteaquā fuerunt typis excusa viginti Capitula priora, fuimus interrogati; Nunquid liceret Christiano afferere, sufficere ad salutem opera, & mentis concepta sine oratione verbali, & quod de hac parum sit curandum ei, qui meditationi, & operibus praecipis, & consultis, absque vllis verbis iustam operam nauat? Cui quæst. respondi, me supra in duobus locis conuictis satisfacere, dum in altero, ^a probauit verba plurimum iuuare ad benè curandum, & in altero ^b orationem mixtā ex mentali & vocali, ceteris paribus,

foli

In repeti-
ti. ca. inter
verba. 11.
q. 3. nu. &
in c. cum
minister.
23. q. 5. nu.
72. & 73

a c. 17. à n.
37.
b c. 18. à n.
104.

soli mentali præstare, declarando quædam ad hæc pertinentia, & in his, quod oratio priuata & voluntaria, hoc est, non præcepta, non ita indiget verbis, vt per solas animi conceptiones bene fieri nequeat, oratio tamen publica & priuata præcepta indiget verbis publicè vel secretè prolatis. Quibus addo primò hoc limitandum esse, quando mens præcipientis vera vel præsumpta fuisset, vt sufficeret mentalis. ^c

Ad 2. limitandum etiam esse hoc in non valentibus loqui; Quia vel non tenerentur, ad agendam orationem præceptam, aut rectè præsumendum esset mentem præcipientis non fuisse ligare illos ad vocalem. ^d Ad 3. quod per rumores à regione quadam Catholica delatos, vereor, ne quidam mentali orationi (suadente Angelo malo in bonum transformato) plus satis deferentes, contemnunt vocalem, sicuti quidam hæretici omnia tribuentes interiori puritati, exteriora non solum sacramentalia, sed etiam sacramenta, eodem authore contemnunt. Sicut etiam è contrariò Hæresiarcha ille Vuitcleff. mentalem orationem ³⁹ contemnens, orationi vocali, hoc est operi, & actioni exteriori omnia tribuenda esse docebat, quem nervoso apparatu Tho. Vbald. confutauit, ^e Quare addo 4. debere nos abstinere ab his extrinsecis opinionibus, quæ per defectum vel excessum à Sacrorum, & Clâssicorum authorum via Regia secedunt, & credere omnem orationem debitam cum circumstantiis actam, esse laudandam, siue sit mentalis, siue vocalis, siue mixta, & non sufficere solam mentalem, cum præcipitur vocalis, nec contra solam vocalem, cum præcipitur mentalis, & quod multæ vocales sine mentalibus actu ei respondentibus sunt bonæ, modò attentio virtualis eas committetur, vt supra, ^f probatum est.

Ad 5. duas videri orationis mentalis species. Altera, ⁴⁰ quæ sola mentis conceptione sine vlllo verbo linguæ officio formato fit. Altera, quæ fit formatis verbis sibi respondentibus, a deo secreto, vt à nemine audiri possint, qualis videtur fuisse illa Annæ matris Samuelis, de qua scriptura ait, ^g quòd dum corde precaretur Deum, tantum labia mouebantur; vox penitus non audiebatur. Quarum prior Angelo & dæmoni est de se occulta, posterior verò minimè, quia corporali actu efficitur. iuxta doctrinam S. Thomæ, ^h subtiliter à Caicetano auctam: Et prior quidem sublimior videtur, posterior verò planior. & prioris quidem vsus animi

41 ⁴¹ mum viriliorem requirere videtur (præsertim si diuturna fuerit, & circa multa concipiatur) quàm posterior. Mixta ferè omnes securius vti posse puto. Quo fortè fit, vt non meminerim legere apud vllum clâssicum authorem, qui expressè diceret id, quod aliqui, vt audio, gregarij homines autumant, nempe esse multos, qui vna & altera hora orationem mentalem nullis verbis etiam secreto prolatis, ordinatè continuant. Ad 6. me tamen non negare, id fieri posse. Tum quia beatitudo vera imperfecta via consistit in cognitione non intuitiua, & perpetua Dei cum fruitione: vt post & ante alios præsupponit Tho. ⁱ & nos alibi ^k latius repetiuimus, qua vtuntur hi, qui grata Deo mente concipiunt Deum Opt. Max. & ei attributa, & substantias beatas, cum eis attributis, diligentes eum propter se, & substantias beatas propter ipsum, ita vt tota Sanctissima Trinitas veniat ad eos, & mansionem apud eos faciat ^l. Hi enim Deo mentaliter tantum fruente diu in huiusmodi contemplatione sine vlla verborum formatione immorari possunt: Tum quia etiam ex philosophi doctrina ^m colligitur hoc ipsum fieri posse etiam per eos, qui gratia Dei gratum faciente non sunt ornati, attentis eis quæ illa adiicit Tho. ⁿ maxime hi qui præfata beatitudine imperfecta gratiæ suæ viae fructi, mortifera culpa (quæ humana fragilitas est) ceciderunt. Hi enim habitibus acquisitis adiuti, licet gratiam amiserint, id facilius præstare possunt. Tum quia aliqui scire possent quis absque particulari reuelatione, se in gratiæ statu esse contra illud Eccles. ^o Nemo scit an sit amore dignus. & illud, etsi fuero simplex, hoc nescit anima mea ^p, & contra Concil. Triden. ^q

Ad 7. quòd qui ad hunc gradum peruenerit, multum ¹² à superbiæ iaculis sibi cauere debet, ne ob hæc Sanctæ contemplationis & fruitionis dona elatus, sese aliis ita præferat, ac si nosset se Dei seruum & alios diaboli esse.

Ad 8. cauere quoque debere præfatos, ne se melioris & maioris meriti credat quàm alios qui eiusmodi oratione mentali, & contemplatione non vtuntur, sed seruatis Dei præceptis, impendunt totos dies suæ vacationis vel vocationis officijs, vel artibus liberalibus, vel Mechanicis, actu, vel virtute, in Deum, vel alium finem bonum & aptum relatis. Tum quia, vt ait Inno. ^r licet vita contemplatiua sit magis securam quàm actiua ^s hæc verò est fructuosior illa, Tum quia, vt eleganter de more resoluit B. ille Aquinas, li-

e Arg. in conditionibus. ff. de condit. & demon. & gloss. sing. l. tale patet §. ff. de pact. & c. super literis. de re scrip.

d Arg. c. Nemo ad impossibile obligatur. de reg. iur. lib. 6.

e In c. 2. de sacramentalo.

f Co. 13. n. 17.

g 2. Reg. 1.

h 1. 2. ar. 4. 37. ar. 4.

i 1. Sec. d. q. 5. ar. 4. k In Man. Cōtess. præ lud. 4. n. 12.

l Ioan. 14.

m 10. Aethior.

n d. lib. 10. Aethi. & 2. sec. q. 182. art. 1.

o Eccles. 9. p. Iob. c. 9. & c. fin. de purgat. Ca. no.

q Sess. 6. Cano. 13. & 14.

r In c. nisi cum pridè De reuic. §. verum. s 2. Sec. d. q. 182. ar. 1. & 2.

cet vita contemplatiua simpliciter fit melior, & cæteris paribus, maioris meriti, secundum quid tamen frequenter contingit, vt vita actiua fit melior, & maioris meriti, quàm contemplatiua.

<i>Orare pro damnatis quod liceat, triplex argumentum.</i>	nu.	43
<i>Leges alie miraculorum, alia nature limitum.</i>	nu.	44
<i>Traiano pro damnato orans Gregorius non peccauit.</i>	nu.	44
<i>Gregorius non orauit vt Traianus recta iret in caelum.</i>	nu.	45. & 46
<i>F. Alphonsus Ciacon laudatus.</i>	nu.	45
<i>Resuscitati qui fuerunt, omnes saluifacti.</i>	nu.	46
<i>Gregorius non peccauit orando pro sepeliendis in &c.</i>	nu.	47
<i>Gregorius non egrotauit ob peccatum orandi</i>	nu.	47
<i>Orare pro damnati refrigerio, peccatum.</i>	nu.	47

a eo.c.nu.
24. & in c.
19. nu. 65.
c. Eccles.
cap. 1.
d in cap.
Quali. 25.
distin.

e L. prin-
ceps ff. de
leg. & cap.
Proposui.
de Cõcess.
præb.
f in tract.
de verita.
q. 6. art. 6.
ad 2.

DECIMUM TERTIUM Miscellaneum, quod aliqua 43
occurrunt contra id, quod supra dictum est, nempe non licere orare pro mortuis damnatis vt saluentur, & contra illa, quibus id fulcitur, scilicet illud Iob: In inferno nulla est redemptio: & illud c: si ceciderit lignum ad Austrum, siue ad Aquilonem, ibi erit, quo innititur & illud Greg. d Qualis quisque hinc egreditur, talis in iudicio apparebit. Occurrit, inquam, primo quod Helias, & Heliseus orauerunt pro mortuis, qui videbantur damnati, vt resuscitarentur, quos par est credere fuisse postea saluatos. 2. quod multi infideles sua infidelitate mortui, fuerunt resuscitati à D. N. Iesu Christo, & ab Apostolis & à B. Martino, & aliis multis sanctis, quos par est credere in malo statu prima vice obiisse, & in bono secunda. 3. quod historia à plerisque omnibus recepta tradit, Traianum Imperatorem, B. Gregorij precibus ab inferni cruciatibus fuisse ereptum. Ad quæ respondere potest primo, verum esse id, quod supra dictum est, scilicet non licere orare pro mortuis damnatis, vt saluentur aeterno iure ordinario, & lege communi, sed fallere illud, quoties iure speciali conceditur à Deo contrarium. Potest enim Omnipotens & misericors Deus gratiam particularem, quibus sibi placuerit, multo, & sine proportionem liberius facere, quàm legislator humanus suam legem relaxare, & ita frequenter fecit gratiã aliquibus viuus, vt liceret eis orare pro mortuis damnatis, & rursus damnatis, vt ad vitam miraculo reuocati postea saluarentur, ex mente S. Thom. f ante quem fufus des-

scribens D. August. & idem sensit in hæc verba: Alij itaque sunt humanarum limites rerum, alia diuinarum signa virtutum. Alia sunt quæ naturaliter, alia quæ mirabiliter fiunt, quamuis & Naturæ Deus adsit vt fit, & miraculis Natura non desit, hæc ille.

44 Secundo quod nullam ipse maiorem difficultatem inuenio in defendendo Beatissimo Gregorio à peccato, eo quod orauit pro æterna salute Traiani, quàm in defendendis Prophetis, Apostolis, & aliis sanctis, à peccato, eo quod orauerint Deum pro resurrectione illorum mortuorum, quos credebant vel credere debebãt in mortiferi peccati statu mortuos fuisse, & cõsequenter perpetuò damnatos. Quia qua facilitate Thomas h dissoluit argumentum à se formatum ex orationibus prædictorum pro resurrectione mortuorum infidelium, contra conclusionem illam Catholicam, scilicet, suffragia viuorum nõ prodesse damnatis, eadem potest dissolui argumentum desumptum ex oratione B. Gregorij pro Traiano defuncto facta, vt & ipsemet respondit¹ in hæc verba, De facto Traiani hoc modo potest probabiliter æstimari, quod precibus B. Gregorij ad vitam fuerit reuocatus, & ibi gratiam consequutus sit, per quam remissionem peccatorum habuit, & per consequens, immunitatem à pœna, sic etiam apparet in omnibus illis, qui fuerunt à mortuis miraculose suscitati, quorum plures constat idololatrias & damnatos fuisse. De omnibus enim similiter dici oportet, quod nõ erãt in inferno finaliter deputati, sed secundum præsentem iusticiam propriorum meritorum, secundum autẽ superiores causas, quibus præuidebantur ad vitam reuocãdi, erat de eis aliter disponendum, Hæc ille 3. Hæc consequi primo, quod 5 Gregorius non orauit vt Traianus damnatus recta sine baptismo, pœnitentia, & gratia saluaretur, sed simpliciter, vt saluaretur. Deus autem misericors de modo saluandi prouidit, suscitando eum ad vitam, in qua ea, quæ ad salutem erãt necessaria, faceret, vt ait Tho. Nec obstat, quod nemo Historicorum de resurrectione Traiani, neque de pœnitentia, baptismo vel gratia videtur testari, licet plerique omnes de ipsius saluatione testentur. Tum quia argumentum ab auctoritate negatiuè non valet: Tum quia omniscius & omni pietate resplendens Aquinas sequitur alios id scripsit. Tum quia reuictio siue resurrectio illa potuit esse secreta. Tum quia, præsupposita historia de Traiani saluatione contexta, nil videtur posse dici quod pauciores leges & re-

g In lib. de curat. pro mortuis a-
gda Tom.
4. cap. 16.

h In 4 lib.
sent. dist.
45. q. 2. art.
2d 5.

i In d. q. 2a
art. 5. ad 3o

gulas diuinas limiret. Nam per hunc dicendi modum solum limitatur lex, quæ dicitur nullam esse in inferno redemptionem. Per alios autem modos dicendi non solum limitatur illa, sed etiam illa, quæ dictauit neminem sine fide^k, sine baptismo,^l sine gratia gratum faciente, & charitate^m sine penitentia peccati mortificari saluandum: ⁿ & à regula, quam minimè fieri potest, debet recedi. ^o II. hæc eadem consequi, veram esse de oratione Gregorij pro Traiano, & de saluatione ipsius historiam, quam dudum copiosè, eleganter, & neruose probauit F. Alfonso Ciacon, vir pietate, nobilitate, & eruditione insignis in libro, quem ea de sola re stilo ædidi elaborato. III. Iuste eum recedere à Dominico Soto viro aliquo sui ordinis eruditissimo, qui ^p 46 dixit illam sibi esse durissimam creditam, & iustius à meliore Cano, viro eiusdem ordinis ingenio acro, & stilo facundo prædico, qui q planè illā, & nimis audacter negauit. IIII. Par esse credere, omnes eos, qui miraculo Prophetarum, Apostolorum, & aliorum diuorum reuixerunt, saluos tandem euasisse. V Non esse audiendam Abulensem virum aliquo doctissimum, & egregiè pium, dicentem ^r S. Gregorium in oratio pro Traiano, quem credebant esse damnatum, mortificare peccasse. Tum quia nõ est verisimile Deum iustissimum concessurum fuisse tam insignem gratiam, tam insigniter in ea petenda peccanti ^s. Tum quia tam facile saluari potest ipse, ac alij propheta & Apostoli, & alij sancti, qui rogauerunt Deum pro resurrectione illorum, quos credebant esse damnatos, eo quod sciebant illos idolatriæ, & aliis peccatis grauib; infectos mortem obiisse. Nec obstat dicere, quòd illi non rogarunt, vt damnati rectè saluarentur, sed vt ad vitam temporariam reuocarentur, & postea, si facerent ea, quæ saluti aternæ consequendæ sufficerent, saluarentur. Non inquam, hoc obstat. Tum quia, quod vna via prohibetur, alia non est cõcedendum. ^t Tum quia petendo vt suscitarentur, satis directè petebant, vt aliqua gratia fieret damnato, & aliqua in inferno redemptione. Tum quia vt dictum est supra, non petiit Gregorius à Deo, vt Traianus rectè ex inferno in paradysum duceretur, sed simpliciter, siue generaliter, vt saluaretur; quod erat intelligendum eo modo, quo multi alij damnati sua infinita bonitate salui facti fuerunt, per reductionem ad vitam temporalem: sermo enim generalis non comprehendit delictum, quando intelligi potest de eo quod non est delictum, ^v

Tum

Tum quia par est credere, Deum Opt. inspirasse Greg. voluntatem id petendi, sicut & aliis sanctis inspirauit voluntatem petendi aliorum damnatorum resuscitationem: & licet regulariter mortiferè peccet, qui transgreditur, vel transgredi proponit præceptum, ^x non tamen peccat, imò benè meretur, quando inspirante vel iubente Domino vult facere vel facit id, quod alias esset cõtra diuinum præceptum, vt Abraham, qui voluit filiũ suum occidere, ^y & Sampson occidit se & Philistæos, demoliendo domum, ^z quos nullatenus peccasse, sed benè meritos fuisse diffinit August. ^a relatus à Gratiano ^b VI. Non esse tantæ operæ saluare Gregorium à peccato, eo quod orauit Deum finita cõsecratione Ecclesiæ. S. Andrea in cliuo Scauri, vt quicumque in circuitu eius deligeret sepeliri, saluaretur, dummodo fidem tenuisset Christianam Quia oratio illa non fuit pro aliquo damnato, sed ad summum pro aliquo damnando, nisi deligeret se ibi sepeliri, sed neque fuit mens orantis, vt si cum sola fide informi absque gratia gratum faciente moreretur, fieret saluus, sed vt nemini ex Christianis daretur ibi sepeliri, qui non esset saluus futurus. VII. Non videri verum id quod subiicit Abulensis, & aliquot alij affirmant, ob has petitiones fuisse punitũ à Deo Gregorium dolore stomachi, & pedũ. Tum quia historia verior (quæ est diaconũ Ioannis & Petri) nõ habet, quod in penã peccati pro Traiani anima orando admissi, fuerit stomachi & pedũ dolore punitus, sed quod non esset liberandus ab illo, eo quod pro anima illa, & animabus eorum, qui eligeret sepulturam in præfato circuito Ecclesiæ S. Andrea orauit, quorũ verba non habent eum peccasse, neque punitũ fuisse, sed potius voluisse Dominum per illum dolorem ipsum in humilitatis virtute cõtinere, contra tentationem superbiæ vel Xenodochiæ, quæ de tam magnarum petitionum concessione facile nasci poterat. Tum quia ante illas petitiones patiebatur, illũ vt ipsi met testatur, & piissimus Deus non solet immittere multas infirmitates & labores suis seruis & amicis ob multas alias causas, quàm peccatorum, ^c & interdum ne ob dona sibi diuinitus data superbiat, iuxta illud Pauli ^d Ne magnitudo reuelationum extollat me, datus est mihi Angelus Sathanæ, qui colaphizet me. VIII. Summo perè cauendum esse, ne oremus Deum pro salute siue saluatione, vel leuamine aut refrigerio villo eorum, quos scimus, vel firmiter credimus esse damnatos, etiam amicorum, cognatorum &

y I. Si procurator ff. de cõdit. in debet. c. l. de iure iuran. lib. 6.

x c. Vouẽtib⁹ 17. q. 1.

y Genes. c. 22.
z Iud. c. 16.
a In lib. e ciuita. dei.
b In cap. si non licet 23. q. 5.

k Hebreo. capitu. 11.
l Mar. vi. m l. Corinth. 13. & c. charitas.
n de Poenit. dist. 2. n c. firmisimo. 13. q. 1. c. omnis de Cõsec. dist. 4.
o l. præcipimus C. de Appell. glo. in l. omnis definitio ff. de reg. iur. & in eod. tit. lib. 6.
p In lib. 4. sent. dist. 45. q. 2. artic. 2.
q Li. 11. locorũ Theologic.
r In 4. lib. Reg. q. 57.
s Arg. ca. Quia non est verisimile. cõ ei annot. de Præsumpt.

t c. Cum. qd. de reg. iur. lib. 6.

c c. Non omnis 3. q. 5.
d 2. ad Corinth. ca. 12.

f Job. 10.
 g cap. pro
 obediētib.
 17. q. 2. & c.
 Placuit 21.
 qu. 5. glof.
 recep. 1. ca.
 ex parte
 de sepult.
 h c. i. verb.
 suas de cle
 ric. nō ref.
 fid. lib. 6.
 i c. Pecca
 tū. verb. re
 situat de
 regul. iur.
 lib. 6.
 k c. veniēs.
 de Testib.
 l c. statuti
 §. si quid
 autē de re
 script. lib.
 6. & c. exi
 git de cen
 sibus eod.
 lib.
 m Arg. ca
 pit. Præse
 ti §. loco
 de præb.
 lib. 6.
 n l. In re
 mādara. C.
 de mādara
 ro l. sed et
 si §. cōsul
 uit. ff. de
 pet. hæ
 red.
 o In d. ca.
 l. de Cleri.
 non refid.
 lib. 6.
 p c. si dili
 gētī de fo
 ro cōpet.
 l. Inf. publi
 cum ff. de
 pac.
 q l. Cōue
 nire ff. de
 pac. dota.
 c. ex parte
 de Cōsue
 tudine.

parentum nostrorum. Tum quia non licet aliquid horum
 facere pro diabolo damnato, & quo ad hoc damnati pares
 sunt diabolis, iuxta illud Augusti. Si scirem patrem meum
 esse damnatum, non orarem pro eo plusquam pro diabolo.
 Tum quia non minus oderunt nos illi, quam diaboli, quia
 utriusque omni charitate carent, & odio redundant, iuxta dic
 tum Iob. f In eis nullus ordo, sed sempiternus horror inha
 bitat. Tum quia id multis canonibus prohibitum est. §

<i>Distributiones quotidiana an remitti possint.</i>	nu.	48
<i>Distributio etiam iam perdita hodie remitti nequit.</i>	nu.	49
<i>Dolus futurus non remittitur ut prateritus.</i>	nu.	49
<i>Distributio restituta an possit reddi restituenti.</i>	nu.	50
<i>Remittere propriè aliud quam donare.</i>	nu.	51
<i>Remittit facilius qui quam donat.</i>	nu.	51
<i>Distributiones qua, non accrescunt interessentibus.</i>	nu.	51

DECIMUMQUARTUM Miscellaneum, quod quæstio- 48
 nis est quotidianæ & nuper nobis propositæ. An qui non in
 terest horis Canonicis, vel aliis quibuscunque precibus pro
 quibus præstituta sunt quotidianæ distributiones interes
 sentibus distribuendæ, possit tuta conscientia recipere & re
 tinere sibi eas, consentientibus illis, quibus iure ob absten
 tiam eius accrescebant. A parte namque affirmante videtur
 stare primò quædam glo. memorabilis, h quæ habet, vale
 re remissionem distributionum malè perceptarum factam
 ab eis, quibus accrescebant. secundo quod qui tenetur ad re
 stitucionem alicuius rei, absolvitur ab obligatione, remit
 tente illam illo, ad quem res spectabat, iuxta quandam a
 liam glo. solennem receptam, i & meritò, quia remittens,
 donare videtur. k 3, faciunt aliquot iura quibus specialiter
 vetatur fieri remissio, l & consequenter, regulariter val
 et. m 4. denique quoddam potest quis de sua re ad libitum
 disponere, n ergo & is, cui accrescit distributio, potest il
 lam donare cui volet, & consequenter remittere illam sibi
 debenti.

Pro parte verò negante stat 1. quod distributionum
 perditio principaliter statuta est in fauorem publicum
 cultus diuini, ut sentit Bonifacius, o & consensus priua
 torum ius publicum tollere non potest, p ergo consen
 sus eorum quibus accrescunt non potest eis prodesse.
 2. quod materia delinquendi est tollenda, q & si consen
 sus

sus eorum, quibus distributiones accrescerent, sufficeret, fa
 cilè fieret, ut omnes in absentia perciperent illas: facilè en
 nim consentiret vnus Canonicus, ne alius perdat in absten
 tie, ut alius consentiat, ne ipse perdat cum abfuerit, & ita
 omnes delinquerent. 3. quod videtur hoc expressum in Con
 cilio Trident. r ibi: Distributiones verò qui statis horis in
 terfuerint recipiant, reliqui quamuis collusionem, aut remis
 sione exclusa, his careant.

49 Pro conoordia horum arbitror dicendum primo, non
 posse Canonicos vel clericos statuere, neque pacisci de re
 mittendis distributionibus in futurum perendis, ob argu
 mēta pro parte negante formata. Nec obstat glo. solennis
 supra pro altera parte citata, s quia non ait posse conuenire,
 ut distributiones perdendæ remittantur, sed solum, quod is,
 cui iam ipso iure accreuerūt, posset eas remittere, id est con
 sentire, & pacisci, ne is, qui eas perdidit teneatur ei restituere,
 quæ longè sunt diuersa: sicut & aliud est pacisci, ut dolus
 futurus remittatur, quod non licet, & aliud ut prateritus re
 mittatur, quod licet. t Quia remissio doli futuri dat occasio
 nem delinquendi, non autem remissio doli iam præteriti,
 ut post alios Iason declarat. v 2. quod nulla collusionem, ma
 chinationem, vel dolo inuentionem effici potest, ut non te
 neatur restituere distributiones, qui eas non interessendo
 diuinis percepit: a Tum quia eadem ratio suadet hoc,
 quod prius dictum. x Tum quia prædictum Concilium
 Trid. expressim de collusionem id definit. 3. Idem videri di
 dendum post Concil. Trid. de remissione illarum antequam
 restituantur. Quia perindè verat remissionem ac collusio
 nem, ut palam est, ac consequenter dicendum, glossam præ
 dictam solennem Y esse sublatā per prædictum Concilium:
 Nam ratio, qua se fundauit glossa ad asserendum quod erat
 locus remissioni, fuit, quod illa non erat prohibita, quæ
 tamen hodiè prohibita est. 4. quod maioris questionis est, An
 prædictas distributiones iam restitutas possint ij quibus ac
 creuerant, & quibus restituta sunt, reddere restituentibus,
 ita quod maneat sibi ac si iuste lucrati fuissent, & arbitror,
 id fieri non posse, si restitutio fieret cum pacto de donando
 postea restituta, quoniam effectu idem est, ac si non re
 stitueret, eo quod rem videtur habere qui actionem habet, z
 & quia qui sic soluit ut recipiat non liberatur. a 5. Quod qui
 bona fide, sine dolo & fraude restitueret distributiones ma
 lè partas eis, quibus accreuerunt, & postea illi libere sine

r sess. 24.
 c. 12.

s cap. 1. de
 Cleri. non
 ref. verb.
 suas lib. 6.

l si vnus
 §. illud ff.
 de pact.
 v In d. §.
 illud.

x Arg. l. il
 lud ff. ad l.
 Aquil. & c.
 Dudum in
 2. de elect.

y d. cap. 1.
 verb. suas
 de Cleric.
 non refid.

a l. Qui a
 ctione cu
 glof. & ei
 anno. ff. de
 reg. iur.
 a l. Qui sic
 ff. de solij

dolo, metu, & alia coactione ex charitate, & beneficentia redderent eas restituentibus, præsertim intuitu paupertatis, vel pietatis, valeret illa redditio. Tum quia iura, quæ prohibent remitti debitum, sunt exorbitantia à iure regulari, per argumenta pro parte affirmante formata, & ideo non sunt extendenda ad donationem rei iam restituta & soluta. Quia & si largo modo paria sunt remittere & dare, propriè tamen differunt. ^c Nam facilius quis remittit, quam donat, ut ait Bart. ^d Undè mulieri conceditur donatio, non fideiussio, quia non est tam facilis ad donandum, quam ad fideiubendum. ^e Cum denique quòd glossa quædam singularis ^f communiter recepta hoc tenet expressè.

Quæritur autè nunc à nobis post hæc scripta, antequam excuderetur, à quadam valdè Illustri Ecclesia Cathedrali, quomodo conciliari potest antinomia illa, quæ videtur esse inter cap. 12. de Reformat. sess. 24. Concilij Trident. cui satis concordat cap. 3. De reformat. sess. 12. eiusdem ab vna parte, & cap. 3. de reformat. sess. 21. Concilij & c. 3. sess. 22. eiusdem Concilij ex altera, quatenus, in hoc decernitur, aliquas distributiones quotidianas amissas ab absentibus applicari debere fabricæ aut alij loco pio: In illo verò decernitur omnes distributiones amissas, ab absentibus accrescere præsentibus & interessentibus. Ad quod respondeo idem, quod alicui respondi, scilicet nempè, quòd hoc posterius loquitur tantum de distributionibus extraordinariis, quæ de relictibus particularibus dignitatum, personatum, & officiorum constituntur luci faciendæ ab eis solis, qui habent ea, impendendo officia diuina eis per episcopos designata. Illa verò de distributionibus ordinariis, quæ constituuntur de fructibus communibus luci faciendæ à facientibus communiter officia diuina, & ideo hæc extraordinariè merito non accrescunt aliis, quibus aliæ ordinariè distributiones accrescunt, quoniam illæ de communibus fructibus constituuntur pro officii communiter ab omnibus faciendis, hæc verò de fructibus particularibus præfatarum dignitatum, personatum, & officiorum pro officii à solis habentibus ea faciendis. Pro quo facit quòd etiam ante Concilium Tridentinum in multis Ecclesiis erant quædam distributiones extraordinariæ pro habentibus aliquas dignitates, personatus, vel officia, qui personaliter facerent aliqua diuina officia, puta Missas maiores certorum dierum, ut haberent lucrū vnus scuti, aut maius, aut minus, ita quod si ea personaliter subirent, lucrarentur

b ca. Quæ à iure de reg. iuris. lib. 6.
c l. Iulianus vbi hoc notat Bart. ff. de condit. & demõstra. & Deci. in l. si quis obligatione ff. de regu. iur. n. 7.
d In l. si duo. ff. de verb. obli.
e l. si ego ff. ad Velleian.
f In c. statutum §. si quid autè de rescriptis lib. 5.
g In c. 28. continente multis ad iurisdictiones ad 27. capitula Manua. Con. sess. Hispano sermone compo siti.

rentur illud, alioqui amitteret, & illud lucrum amissum non accrescebat Canonici interessentibus Missæ. Facit etiam quòd multis persuaderi posse videtur, quod si quispiam constitueret in suis bonis onus reale dandi vnum, duo vel plura scuta Decano vel Archidiacono Ecclesiæ, qui tali, vel tali die Missam diceret, vel matutinam, vel vespertinam in choaret, & aliàs non, accresceret illud aliis Canonici, qui Missæ illi vel matutinæ interessent.

<i>Horas an teneatur bis dicere, cui sunt duo beneficia.</i>	nu.	52
<i>Beneficia plura habens quoad horas hæc reputet.</i>	nu.	52, & 58
<i>Beneficia plura non obligare ad recitandum horas pluries in die, non tam valido iure fundatur ac eiu contrarium.</i>	nu.	53
<i>Natura lex est qui commodum sentit, sentiat onus.</i>	nu.	53
<i>Beneficiū duplex malè tentū duplices horas requirit.</i>	n. 54, 58, & 62	
<i>Laudes bis Deo debite bi sunt soluendæ.</i>	nu.	54
<i>Horas binas tricensa Hispana requirunt.</i>	nu.	55
<i>Duo officia tenens duorum vicem gerit.</i>	nu.	56
<i>Dispensatio ad hæc tantum accessoria extenditur.</i>	nu.	57
<i>Beneficia duo sunt vnum quoad hoc.</i>	nu.	57
<i>Beneficia quæ plura quam duo teneri possunt.</i>	nu.	59
<i>Dispensatio ultra iustam causam ut requiritur.</i>	nu.	60
<i>Dispensatio & consuetudo ut paripotentia.</i>	nu.	60
<i>Beneficij pluralitas de se mala ut sit iusta.</i>	nu.	60
<i>Confessarius pluralis in beneficiis hoc faciat.</i>	nu.	61
<i>Beneficia plura procurare alijs, ut peccatum.</i>	nu.	61
<i>Horas triplices, & alia bona triplicia debet, qui tria beneficia habet.</i>	nu.	63
<i>Beneficium minus habens & petens maius, hoc faciat.</i>	nu.	64
<i>Papa dans habenti vnum sufficiens aliud, non dispensat.</i>	nu.	64
<i>Beneficia iustus quàm solebant dantur in curia.</i>	nu.	65
<i>Mattheus Contarellus nulli Datariorum secundus.</i>	nu.	65
<i>Credens bono viro excusatur.</i>	nu.	66
<i>Beneficium quod sufficiens, cur diffinitu difficile.</i>	nu.	67
<i>Beneficia plura malè tenens non Deum sed se decipit.</i>	nu.	68
<i>Beneficium quod sufficiens definitum Parisiis, num. 69, sed efficaciter improbat.</i>	nu.	70
<i>Beneficium sufficiens est, quod prudens arbitratur tale.</i>	nu.	71
<i>Determinat indeterminatum vir bonus.</i>	nu.	71
<i>Nobilitatis gradus plures sunt.</i>	nu.	72
<i>Literaturæ gradus plures.</i>	nu.	72
<i>Sufficiat quantum clerico simpli, duplo, & triplo,</i>	nu.	73

<i>Beneficiarius iudicet quantum sibi sufficiat ex eo quod daret alij, vt sibi similem aliat.</i>	nu. 74
<i>Beneficium sufficiens ad viuendum honestè, vel sine penuria, non sufficit ad viuendum commodè, vel decenter.</i>	nu. 74
<i>Dispensatio quæ prodest pluralitati.</i>	nu. 65. & 76
<i>Beneficia plura habere quale malum</i>	nu. 75
<i>Beneficia plura habendi, actum sola in sufficientia iustificat sine dispensatione, cum illa verò etiam alia cause.</i>	nu. 76

DE CIMV M QVINTVM, hoc Miscellaneum proposi-
 turus attentum te velim esse, Christiane lector, ad reputan-
 dum quam improba vexet Erynnis eos, qui per fas & nefas
 perse & per alios quærun, ac requirunt sese multis onera-
 re beneficiis Ecclesiasticis, cum fuerint, qui dubitarunt, An
 habens duo beneficia Ecclesiastica teneatur quotidie bis
 horas Canonicas pronunciare, & consequenter, qui tria ter,
 & qui quatuor quater &c. Et quanquam non sim ignarus,
 nonnullos me oleum (quod aiunt) & operam perdere iudicatu-
 ros, eo quòd proponam quæstionem tam vulgo indubiam,
 quàm totius orbis Christiani vsu pro parte negante resolu-
 tam, Ego autem non paruam operæpretium facturum me existimo,
 si per argumenta, quæ contra illam occurrunt, monstra-
 uero eam non esse adeò expeditam, vt merito non debeant
 qui habent illa pensare, an iustè teneant, & qui iustè tenent
 gratias agere mitissimè S. Matri Ecclesiæ Rom. eo quòd à tanta
 obligatione dissimulando ipsos absoluerit, & parare se ad tantò
 deuotius & attentius ad suum soluendum pensum, quo magis
 ad id ob plura quam ob vnum teneantur.

Quæstionem hanc ante nos mouit S. ille Thom. ² & ³³
 post eum Ioan. à Lignano, ^b & postea Albertus de ferrariis,
^c postea Probus, ^d quorum nullus pro prædicta parte negante
 (quæ habentibus plura beneficia tam indubiam videtur) vllum
 ferè aliud fundamentum affert, quam quòd consuetudo Ecclesiæ
 id habet. Contra tamen illam pro parte affirmante adduci
 possunt aliqua vix dissolubilia. Primum quidem, quòd legis
 naturalis est ille senarius (Commodè quis sentit iungas onus
 emolumentis) ^e At vnum quodque beneficium habet onus
 pronunciandi quotidie horas Canonicas, vt supra ^f dictum est,
 & consequenter, duo beneficia duo onera, & tria tria. Si enim
 duo duobus conferentur, bis dicerentur horæ ab eis, & ter, si tria
 tribus, &c.

^a In quolib. 1. ar. 13.
^b De horis Cano. q. 9.
^c In suo lib. de horis Canon. nu. 30.
^d In add. gl. Cosmæ Guimiel in tit. qualiter horæ dic. verb. teneatur.
^e Secundum naturam ff. de regu. iur. clem. 1. de Cen. ubi.
^f In c. 7. a num. 3.

&c. ergo etiam si duo vniconferantur, ille debet dicere bis, & si tria conferantur vni, ter, &c. 2. Quòd non est ferendus, qui commodum sumit, & onus ferre recusat. ^g 3. Quòd qui duobus creditoribus dena deberet nisi essent correi credendi, non satisfaceret, si ambobus decem solueret, secundum omnes. ^h 4. Quòd si quis duo sacella siue cappellarias, quibus singulas Missas quotidie dicendi onus esset iniunctum, acciperet, non satisfaceret dicendo vniam tantum, ergo neque duo beneficia, quorum cuiuslibet est iniunctum onus dicendi horas Canonicas satisfacit dicendo vniam tantum. ⁱ 5. Quòd ob aliqua horum argumentorum præfatus Albertus dicit, vsum huius sæculi hoc seruare, sed nescire se, An vsus futuri idem seruet, significans nolle. vt quisquam se ob eius dicta absolutum putet. 6. Quòd Hugo à S. Victore relatus à prædicto Ioan. de Lignano dixit: Accipe beneficium, redde seruitium, fuge supplicium, & quòd nullo, quòd meminerim, expresso iure pars hæc approbatur. Sed neque Thom. neque alij, vt dixi, aliud quàm consuetudinem pro ea fundanda adducunt, nec meo iudicio argumētis, quæ contra se faciunt satisfaciant. Nam qui alius respondent, sunt ipse Thomas, & Lignanus eum ad verbum referens. Quòd autem non satisfaciant argumentis, colligitur ex ipsis verbis Thomæ collatis & applicatis argumentis contra formatis. Verba enim Thomæ sunt hæc: Supposito, quòd aliquis sit licitè præbendarius in duabus Ecclesiis, scilicet ex dispensatione, considerandum est, quòd ille qui in aliqua Ecclesia præbendam accepit, duobus obligatur scilicet Deo, vt ei debitas laudes exoluat, pro eius beneficiis, & Ecclesiæ, de qua accipit sumptus: ea verò, quæ ad Ecclesiam pertinent subiacent dispensationi Prælatorum Ecclesiæ, & ided hoc debitum quòd debet Ecclesiæ debet exoluere. secundum quòd statutum est, vel per se ipsum, si sit præbenda, quæ requirat residentiam, vel per vicarium, si hoc sufficiat secundum Ecclesiæ statum, ac consuetudinem, sed debitum quòd debet Deo per se ipsum debet exoluere. Non refert autem quantum ad Deum, quibus psalmis aut hymnis Deum laudet, vt puta, vrù dicat in vespers (Dixit Dominus) vel (Laudate pueri Dominum) nisi quantum ad hoc, quòd homo debet sequi maiorum traditiones, & quia Laudes Deo debet quasi vnus homo, sufficit, quòd semel dicat officium secundum consuetudinem alicuius Ecclesiæ, quarum est clericus.

^g l. vnica §. pro secundo C. de caduc. tol. h. Arg. ca. ea te sic iur. iur. c. 6. et annot.

ⁱ Arg. à simili quòd est validum c. inter ceteras de rescript. & c. Cōstitutus de Appellat. k. vbi supra d. q. 92.

Hæc ille. Per quæ tamen non soluuntur argumenta. Tum 55
quia non saluant illum, qui iniuste recipit plura beneficia,
quatenus habent. (*Supposito quòd quis sit licite prabendatus in
duabus Ecclesiis.*) Tum quia continet eum qui habet duo be-
neficia in duabus Ecclesiis obligari Deo, & Ecclesiæ, Deo
quidè, vt ei exoluat laudes debitas p̄ eius beneficiis, Eccle-
siæ verò, vt præstet ei ea, quæ debet secundum statuta: sed per
hoc non soluitur argumenta, imò fortificatur, quatenus ha-
bent, eum teneri ad soluendum debitas laudes Deo pro be-
neficiis suis. At pro quolibet beneficio debet horas Cano-
nicas Deo, ergò debet dicere laudes duplicatas. Tum quia
dicere quòd laudes debitas Deo per se debet ei exoluere,
& debita Ecclesiæ possit soluere per alium, non satisfacit:
quia etiam Ecclesiæ per se tenetur satisfacere, quoad ea,
quæ personale officium requirunt, & si duplex officium
personale debet Ecclesiæ, vtrunque præstare debet. Tum
quia qui duplicatas laudes Deo debet, non satisfacit sol-
uendo simplices. Qui enim voto vel penitentia tenetur ad
dicendas horas Canonicas, vltra debitas ratione ordinis
vel beneficii, non satisfaceret dicendo eas semel in die, se-
cundum omnium mentem, quam praxis quotidiana His-
paniæ exprimit in eis, qui intra Ecclesias inclusi, ex lega-
to vel ordinatione testamenti dicunt. 30. Missas triginta
diebus continuis, cum obligatione geminandi horas Cano-
nicas. Tum quia dicere quòd non refert quantum ad
Deum, quibus psalmis & hymnis Deum laudet &c. non sa-
tisfacit, quia plurimum refert, an psalmi vel hymni debeant
duplicari vel triplicari, & argumenta contendunt debere
duplicari officium, & solutio tendit ad dicendum, quòd
non adeò referat quale officium dicatur, quod non perti-
net ad propositum: Tum, quia non videtur iuridicum dice-
re, quòd debens laudes Deo ob duo beneficia, eas debet
vt vnus, quia imò videtur debere vt duo. Nam licet regula-
riter non possit quis fungi duplici officio, ¹ cum tamen
fungitur, duorum vicem tenet, vt aiunt Lucius III. ^m &
Iuris Consultus, ⁿ vt cum quis iure proprio & procuratorio
habet duas voces in electione ^o Tum quia videns circum-
spectissimus Thomas hæc non satis firma esse, statim (omissa
responsione formali ad argumenta) se vertit ad dicen-
dum, cuius beneficii officium eligere debeat, quod optimè
diffinit, & ita solum videtur niti generali consuetudine,
quam solam pro decisione questionis allegauit. Adde, quòd

Ligna

etiam solutio, quam addunt verbis Sancti Thomæ Ioan. à
Lignano, & Alberrus de Ferrar. parui momenti est, vide-
licet, quòd consuetudo vel dispensatio efficiens licitam
beneficiorum pluralitatem, efficit etiam licitam omisso-
nem horarum aliarum ab his, ad quas obligat vnus eor-
um, eo quòd dispensatio extenditur ad accessoria, per
57 quamdam gloss. solennem. P̄ Ideò enim parui momenti
est, quia tum demum dispensatio extenditur ad accesso-
ria, quando sine illis consistere non potest id, super quo
dispensatur, vt dispensatio Papæ ad duo residentiam per-
sonalem requirementia, extenditur ad non residentiam in
vstroque, quia sine hoc accessorio, non potest consistere prin-
cipale, quod est exemplum illius gloss. At dispensatio ad
duo, & consuetudo retinendi duo, potest consistere cum
obligatione recitandi horas bis, imò & ter in vno eodem-
que die. Aptius autem responderi posset, quòd consue-
tudo & dispensatio iusta obtinendi duo, videtur quadan-
tenus facere ex eis vnus, ob necessitatem, pietatem, vel
utilitatem, per quam iustificatur dispensatio vel consuetudo,
ad hunc effectum, vt tantum teneatur dicere vnas horas.
quòd fortè sentit D. Thomas in illis verbis (*obligatur vt vnus.*)
58 Ex prædictis infertur primo eum, qui habet plura benefi-
cia debere secum reputare, quàm difficile sustentari potest,
vt non teneatur pluries quàm semel dicere horas Canoni-
cas, in die, & consequenter conari ad supplendum deuotio-
ne & attentione id, quod iteratio adderet. 2. D. Thomam &
alios prædictos solum illum excusare à geminatione hora-
rum, qui per dispensationem vel consuetudinem iustam ea
retinet. Quis autem dicatur iniuste obtinere plura, alibi re-
soluimus, ⁴ in hæc verba (quæ ideò non grauior repetere, quæ
vt ait, Seneca, nunquam nimis dicitur, quod nunquam satis
dicitur) Is peccat retinendo plura beneficia, qui habet plu-
ra beneficia diuisa in titulum, quorum vnus suo statui de-
centi sufficit, vel sine dispensatione, vel consuetudine ius-
ta. iuxta quamdam gloss. singularem ^x receptam à Pa-
nor. & Communi: ^s & ab aliis quos cito vno loco, ^t &
probat alio, ^v & alibi sentit Thomas.

Dixi (diuisa) quia secus si legitime vnita aut annexa. ^x
Dixi (in titulum) quia licet habere vnus in titulum, &
aliud ad tempus commendatum, ad sex menses tantum si
est Ecclesia parochialis Y. Dixi (ad tempus) Nam de com-
mendato in perpetuum idem dicendum est, quod de dato
in titu

p. c. si quis
in clero. 7.
q. 1. cui fa-
tis similis
c. Quia in
tantum de
præben. &
c. Non po-
test eodè
tit. lib. 6.

q. In Man.
Confect. c.
25. à nu. 19.
r. In c. Du-
dum 2. de
cler.
s. ibidem.
t. In repe-
ca. ad hæc
de Præb.
v. c. Con-
querente
de Cleri.
non resid.
x. c. vitio.
10. q. 3. ca.
Cum venis-
sent de re-
sit. (pol. c.
eam te de
zrate &
quali. & c.
extrapadæ
§. Qui ve-
ro de pre-
ben.
y. c. Nemo
de elec.
lib. 6.

l. c. singu-
la 89. dist.
& l. Nemo
C. de assel-
for.
m. In c. ex
litteris de
probat. v-
bi glo. re-
soluit.
n. In l. cõ-
sul. ff. de
adopt.
o. ca. quia
propter
de elec. c.
penult. de
procurat.
lib. 6.

z Inc. cū autem. 44. dist. **a** In reg. de iust. re. fig. 9. 13. **b** cap. de multa de praben. c. fest. 24. c. 17. de re. for.

d Inc. Cū iā dudū & c. extirpā. dz 6. Qui vero de Præb.

e In quo. lib. 9. ar. 19. §. ibidem.

g c. si. cum ab i. latē no. taxā de cō. suetud.

h c. 23. Ma. nualis. n. 1. ibi: Non iustificabi. lis.

i ca. Cum iam dudū. num. 4. de praben. **k** c. Graue. col. 2. eod. titu. **l** d. ca. de multa.

ro in titulum, iuxta Card. Alexand. ^a & Gomez ^a & citatos per eum, quod probauimus alibi. ^b excepto, quod vacans per mortem Commēdatarij censetur vacare eo modo, quo vacabat tempore, quo fuit ei commendatum, quod stilus Rom. curiæ hodiernus palam seruat. Dixi, (quorum vnum sufficit) alioqui secus. Nam quamuis Concilium Trid. ^c quod approbat tacitè prædictam glosam, statuerit, vt vnum tantum conferatur vni, qualis & quantus quisque sit iste, adiicit tamen, quòd si illud ei non suffecerit, liceat & aliud simplex sufficiens, dummodo vtrunque personalem residentiam non requirat habere. Ex quo duo collige, posse quem iustè tenere duo beneficia simplicia, non requirētia residentiam personalem, quorum alterum non sufficiat, absque vlla dispensatione. quæ ante hoc concilium fuit communis opinio, ^d & quòd concilium non prohibet retentionem plurium etiam requirēntium residentiam personalem per iustam dispensationem. Dixi (absque dispensatione) quia non sufficit habere iustam causam ea obtinendi, attento solo iure naturæ, & diuino, sine dispensatione iuris positui id prohibentis, iuxta Sanct. Thom. ^e Dixi (aut consuetudine iusta) quia tantum, licet non plus valeret illa, quantum, dispensatio, iuxta eundem, ^f quia vtraque potest iuri humano derogare, & neutra naturali vel diuino. ^g Porro iusta causa tenendi plura, & consequenter dispensandi, & consuetudinem circa id inducendi, est secundum eundem, circumstantia eiusmodi, quæ sufficiat ad tollendum deformitatem, quam multitudo beneficiorum præ se fert. Plura siquidem beneficia tenere (vt ille ait) nec ad eò suaptè natura est malum, vt per nullam circumstantiam iustificari possit, vt fornicatio, & alia id genus vitia, neque ad eò indifferens vt sine aliqua circumstantia iustificante liceat, vt habere duo prædia vel domos, vt supra ^h diximus. Talis est circumstantia personæ eius, cui attentata sua qualitate non sufficit vnum beneficium ad honestè decenterque viuendum, Talis item tanta prudentia, sagacitas & industria alicuius, vt speretur plus eis quibus præest profuturus etiam absens, quam communiter alius præfens, & potius accipit propter vtilitatem beneficiorum, aut subditorum, quam propriam iuxta Innoc. ⁱ recept. Talis est etiam defectus aliorum idoneorum iuxta Host. ^k Talis insuper notabilis animi virtus, nobilitas & scientia, ^l quamuis hæc causa videatur includi sub primam

& ter

& tertiam. Quoniam ideò cum nobili & graduato dispensari posse videtur, ^m quia eius honesta sustentatio pluribus quam alterius indiget: & eruditio plus prodesse potest, vt alibi diximus. ⁿ Talis etiam visa fuit Card. ^o intentio tenentis plura beneficia, non ad splendidiorem victum, vestitum, & famularum, & alia eiusmodi, sed ad largius erogandum in pauperes, & opera pia, tenentis sibi tantum ad vitam decentem necessariis, intentio (inquam) talis cum vera eius executione. Quare Confessarius non debet absolue habetētem plura beneficia, nisi saltem concurrat aliqua prædictarū, vel alia similis circumstantia. ^p Dixi (saltem) Tum quia non sufficit qualibet illarum sine dispensatione iuris humani. Tum quia vltima circumstantia Cardinalis, licet ante prædictum Concilium sustentari vtrunque poterat, post illud tamen non potest, cum illud absolute prohibeat habere plura beneficia etiam compatibilia vltra id vel ea, quæ sufficiunt honestæ atque decenti sustentationi, iuxta prædictā gl. sing. ^q Hæc ibi: quòd postremum iterum infra rægetur. ^r

Quibus addo primò, non solum peccare, qui quæerunt & petunt inordinate sibi plura beneficia, sed etiam cognatos, amicos, & heros siue dominos, qui eis in hoc fauent, vt in specie vbi supra Parisienses notauerunt, ^s & comprobatur per illud Pauli. ^t Digni sunt morte non solum qui faciunt, sed etiam qui consentiunt. Quod fuit in causa, vt frequenter rogatus in vrbe ab aliquot amicis meis, quos ego valde obseruabam, & quibus non minus inferuire cupiebam, non fecerim rogata, nempe, vt S. D. N. vel Reuerend. eius Darium orarem, vt quibusdam habentibus beneficia, iuberent conferri alia cum prioribus retinenda.

Addo 2. per nullum Canonem, nec per vllam opinionem doctorum excusari habentem plura beneficia à recitando pluries quolibet die horas Canonicas, si non retinet illa iustè. Quia Thom. & prædicti, solum excusant eos, qui per iustam consuetudinem, vel dispensationem retinent plura, & alios. 3. his esse consequens, quòd quicumque tenet alia beneficia præter vnum, quòd ei sufficiat, tenetur ad recitandas pluries quotidie horas Canonicas, & ita non solum peccat retinendo illa superflua sine dispensatione legitima, sed etiam non recitando quotidie pluries horas Canonicas, & quòd non solum tenetur restituere fructus eorum, quæ iniustè detinet, eo quòd iniustè detinet, sed etiam eo, quòd non recitat horas, quas ob ea recitare debet. Quod expref

sè disti

m d. c. de multa.

n d. ca. de multa. o In Cle. Gratia de rescript.

61

p Iuxta mentē M^a ioris in 4. dist. 24. argum. 6. & nos in Manual. Confes. c. 25. n. 129.

q d. c. Dudū de elec. r nu. 76.

s In 4. lib. sent. dist. 24. quæ. 4. col. 4. t Rom. 1. relat. in c. 1. de off. de leg.

v In trac.
de colla.
benef.

x In trac.
cōtra plu-
rali. bene-
arr. 8.

y In suo
faciedo-
tali.

z vbi sup.

col. 9.

supra eo-
dē nu. 53.

a d. c. du-
dum in 2.
b sess. 24.
c. 17. de re-
form.

c In. c. nō
potest de
prab. li. 6.

se diffiniuit magnus ille præfatus Gullielmus episcopus Pa-
risiensis, v̄ relatus & probatus à Dionysio Carthusiano * in
hæc verba. Quemadmodum, quot feuda vnusquisq; tenet, 63
tot debet inde seruitia, sic quot præbendas vel beneficia v-
nusquisque detinet, tot debet inde ecclesiastica seruitia,
hoc est, tot paria horarum, & aliarum huiusmodi, & idem
Gullielmus, v̄ probatus ab eodem Dionysio ² in hæc verba.
Qui non vult operari dupliciter vel tripliciter, non mandu-
cet dupliciter vel tripliciter. Dupliciter vel tripliciter man-
ducant, qui tres habent præbendas, debent ergo operari tri-
pliciter, tria paria horarum dicendo, & omnia bona alia
triplicando, hoc est vigilando tripliciter, ieiunando tripli-
citer &c. Et subdit, neminem sibi velle seruum comedem-
tem quantum tres, & operantem solum quantum vnus. Cu-
ius tamen dicta licet ipse non restringat, videntur restrin-
genda ad tenentem plura iniuste, vel vltra sufficiens vel suf-
ficientiam per prædictam doctrinam S. Tho.

Decimum sextum Miscellaneum, Eum qui habet vnum 64
beneficium, quod non sit ei sufficiens, non debere petere al-
liud sibi sufficiens, nisi cum intentione relinquendi prius,
habita pacifica possessione secundi, etiam si alioqui iure
vel consuetudine, vel dispensatione essent compatibilia.
Quia omne beneficium sufficiens alicui est incompatibi-
le, quoad illum, cuius alij beneficio quamlibet simplici, &
de iure compatibili, ad effectum, vt non possit retinere il-
lud cum sufficienti absque culpa mortali, per prædictam
glosam singularem ² canonizatam à Concilio Tridenti-
no. b Cui adde primo admonendos esse impetrantes plura
beneficia etiam à Papa, non dispensari cum eis, vt retineant
plura quam debent, licet expriment in sua petitione alia
multa, quæ habent. Tum quia nunquam vel rarissimè San-
ctissimus Dominus Noster & scelicis recordationis, P I V S
Q V I N T V S dispensarunt expressè contra præfatum Cano-
nem Concilij Tridentini, vt quisquam retineret alia, vltra
illud vel illa, quæ suo statui decenti sufficiant. Tum quia
nec tacitè id fecerunt per quoddam singulare decretum. c
BONIFACII VIII, ibi: Cum verò tibi (non obstante
quòd aliud beneficium obtinere noscaris) à sede prædicta
de aliquo beneficio providere contingit, per hoc tecum (vt
primum beneficium cum secundo retinere valeas) non in-
telligitur dispensatum. Hoc enim solum præfata operatur
expressio, quòd facta tibi gratia nequeat subreptitia iudica-

ri. Hæc

ri. Hæc ibi. Per quæ palam est decipi eum, qui post acceptam
aliquam dignitatem, quæ iudicio prudentis, & timentis
Deum, est sibi ad decenter viuendum sufficiens, nihil non
agit, vt sibi aliquot alia simplicia, quibus affluentius viuat,
conferantur, putans quòd Papa relaxat ei Canonem illum
singularem, d quo quilibet vetatur habere aliquod bene-
65 ficiū vltra vnum sufficiens. Adde secundo quòd gratia
Deo, cum alia multa, tam maximè beneficiorum Ecclesia-
sticorum distributio, iustius, cautius, & sanctius fit in Vrbe,
clauum Sacrosanctæ Sedis Apostolicæ tenente prudentissimo
Vigilantissimoque Sanctissimo Domino Nostro G R E-
G O R I O. X I I I. quàm fortè vnquam à G R E G O R I O. X.
vsque ad eum facta fuerit. Nec quis miretur, quòd aliquot,
præsertim Ultramontani obtinuerint & retineant plura be-
neficia etiam tria, vel quatuor, quorum singula, vel bina
affatim sufficerent sibi decenter alendis; quia id non euenit
culpa conferentis, sed ex collatariorum importunitate.
Tum quia de S. D. N. prouidentia Reuerend. Datarius
D. Marthæus Contarellus (quo in datariatus munere fun-
gendo iustior, constantior, & recti tenacior non fuit alter,
quem nostra nouerit ætas) non tam facile vt quidam putat,
credit petentibus plura beneficia, affirmando illa quæ ha-
bent non sufficere sibi, quò iuxta suarum personarum qua-
litate decenter viuere possint. Imò priusquam illa sua
Sanctitas conferat ipse Datarius, (vt certò audire) interdum
testimoniis ex partibus allatis, interdum in ipsa Vrbe acce-
ptis, & frequenter antequam de vacatione nuncius veniat,
se informat, & informationes in iustæ magnitudinis libro
scribi facit, & ad sanctitatem suam opportuno tempore re-
fert non solum ea, quæ ad vitam & mores pertinent, sed et-
iam qua sint ætate, quibus erga Sanctam Sed Apost. & alias
Ecclesias, & pia loca meritis, & quanto tempore Regibus &
Principibus Christianis à iustis in Remp. officiis fuerint, si
habeant parentes pauperes & senes, quos teneantur alere, si
66 sorores aut nepes, quas oporteat collocare. Tum quia licet
viro habito pro bono credere, iuxta glosam quandam singu-
larem. e Tum quòd non possunt omnia exactè circumspici à
tanta mole præsertim negociorum obrutis. Tum quia qui
plura petunt, possunt putari non esse immemores suarum
animarum salutis, cum ea in aliorum animarum salutem se
petere dicant. Tum denique quod sua Sanctitas non dis-
pensat, vt prædictum est, contra prædictum celeberrimum

K k

d. c. 17 de
re for. sess.
24. concil.
Tri. id.

e. l. Tit. io
fur. idus ff.
de cōd. &
d. mōst. &
il. la. quæ ei
a d. Fel.
i. n. y. inci.
c. Cum cō-
tingat. de
rel. crip.

f. c. fin. de
præsumpt.
& c. 2. de
reg. iur. &
1. merito
ff. pro sor.

Canonem Concilij Trident. & credere post, quod Confessarij (qui merito præsumuntur boni) ^f non absolvent eos, nisi dimissis his, quibus non egent, vel concepto firmo proposito ea dimittendi.

Decimum septimum Miscellaneum, consultationis quotidianæ magnique momenti esse, quod beneficium Ecclesiasticum dicatur ita sufficiens, ut ultra illud aliud etiam simplex & aliàs cõpatibile iustè retineri nequeat? Ad quam sæpissimè consultus respondere tenui. Tum quia nulli vel pauci eorum, qui se pluralitati beneficiorum implicant (quæ magna fragilitas est) sunt, qui non putent se plura mereri, quam mereantur & pluribus egere quam egeant. Tum quia qui ad eam respondent patres, adeò parvam quantitatem sufficere desinuerunt, & adeò magnam esse sibi, qui ea de re consulunt, persuadèt, ut difficile sit medium iustum, quod consulentibus arrideat, inuenire.

Cui addo x. Quòd pro re compertissima est constituendū, peccare mortaliter, & in statu damnationis viuere, quicumque retinet saltem sine iusta causa & dispensatione Apostolica, aliquod beneficium ultra illud, vel illa, quæ ad honestè viuendum sibi sunt necessaria: Tum quia hoc tenuit glos. celeberrima, ^h recepta à plerisque omnibus Auctoris authoribus ibi, & ferè ubique, quorum nomenclaturam leuandi tradij gratia, ut rem parum necessariam minimè refero. Tum quod prædictum Concilium eius tenorem in Canonem grauisimum reduxit ^l in hæc verba. Quoniam multi impiæ cupiditatis affectu, se ipsos non Deum decipientes, ea, quæ benè constituta sunt, variis artibus eludere, & plura simul beneficia obtinere non erubescunt, Sancta Synodus debitam regendis Ecclesiis disciplinam restituere cupiens, præfenti decreto, quod in quibuscunque personis, quocunque titulo, etiam si Cardinalatus honore fulgeant, mādāt obseruari, statuit. ut in posterum vnū tantum beneficium Ecclesiasticum singulis conferatur, quod quidem si ad vitam eius, cui confertur, sustentandam non sufficiat, liceat nihilominus aliud simplex sufficiens, dummodo, vtrunque personalem residentiam non requirat, eidem conferre. Hæc ibi.

Cuius Canonis tenor à prædictæ glossæ sententia hoc differt, quòd Canon futuram tantum beneficiorum pluralitatem expressè prohibet, Glossa verò etiam omnium faculorum præteritam, quod etiam non obscure sensit Concilium

à c. Dudū
de c. lc.

in d. sess.
4. de re-
orm. c. 17.

67

68

cilium ^k in illis verbis: Cum Ecclesiasticus ordo peruertatur: quando vnus plurius beneficia occupat clericorum, sanctè sacris Canonibus cautum fuit neminem oportere in duabus Ecclesiis conscribi. Hæc ibi. Per quæ testatur id etiam antea multis Canonibus fuisse prohibicum, ^l præsertim autem à Ioan. xxij. qui paucissimis verbis vndecim argumenta ex vndecim malis pluralitatem consequentibus, contra eam insinuauit. Quorum septem latè profecquitur Ludolphus Saxo, ^m admiscens multa ex Bernardo, & aliis terrorem incutientia.

69 Addo 2. Quòd multi iidemque grauisissimi Patres, super beneficij sufficientia interrogati responderunt, beneficium valoris quindecim librarum Parisiensium esse sufficiens. Dionysius enim Carthus. ⁿ & ante eum Ludolphus, ^o & ante vtrunque quidam magnus Doctor Illustrissimi ordinis Prædicatorum (quem præfatus Dionysius ait genere, virtute, eruditione, & experientia, clarissimum) testatur ^p in hæc verba: Volo, ut quicumque hæc legerit, sciat me anno ab incarnatione Domini 1208. fuisse Parisiis, vbi venerabilis Gulielmus Parisiensium Episcopus, qui in theologia iam rexerat, & conuocationem fecit in fratrum Prædicatorum capitulo omnium magistrorum, proposita quæstione de pluralitate beneficiorum, solerti, & valdè lōga disputatione probatum est, duo beneficia, dummodò vnū valerent. 15. Parisiensium libras cum animæ salute non posse teneri. Hęc determinauit prædictus Episcopus, & frater Hugo ordinis Prædicatorum, postmodum Ro. Cu. Cardinalis: Hoc frater Guericus, frater Ioannes de Rupella fratrum ordinis Minorum; & alij quamplures Magistri Theologiae determinauerunt etiam hoc in scholis propriis. Hæc ille. Qui & præfati ultra alia multa, quæ proximè dicta confirmant, adducunt illud memorabile prædicti Gulielmi Parisiens. nempe quòd cum nosset quendam Cancellarium Parisiensem solitum defendere mordicè pluralitatem beneficiorum esse licitam, in mortis agone constitutum maxima, qua in eum erat charitate, visitauit, & summopere rogauit, ut illam suam opinionem, quam ante tres annos generalis congregatio omnium magistrorum vnanimiter, excepto ipso & altero damnarat, exueret, & omnia sua beneficia excepto vno resignaret. ne cum tanto damnationis periculo ab hoc sæculo migraret: qui tamen necluit acquiescere, dicens se mox experturum, vtra opinio esset verior. Qui miserimus

k In initio
eiusdem c.
17.

l c. Gesta
72. dist. c.
vno §. fed.
& hoc 10.
q. 3. et q. 1.
per totum
c. eā te. de
grat. & qua
lit. ca. quia
in tantum
cap. Ratio
nulla. cap.
Referente
& capi. de
multa. de
Præb.

m In vita
Christi.
n In tract.
de plural.
benef.

o In 1.
parte vitæ
Christi. c.
68.

p In lib.
Apum.

post paucos à sua morte dies apparuit prædicto Episcopo, & dixit se damnatum esse perpetuo propter tria; quorum vnum erat pluralitas beneficiorum, quæ ultra sufficientiam retinuit. Facit quod Concilium Triden. ¶ statuit, ne quis ratione beneficij ad sacros ordines promouetur, nisi illud sibi ad victum honestè sufficiat; per quod significat omne beneficium sufficiens ad ordinem sacrum, esse sufficiens ad honestè viuendum. At videtur, quod tempore Patrum præfatorum sufficiebat beneficium. 15. librarum ad ordinem sacrum, ergo etiam ad honestè viuendum; & consequenter erat sufficiens: sed & nunc, si omne, quod est sufficiens ad ordinem sacrum, dicatur sufficiens ad hoc, quod cum illo non possit aliud tenere, profecto omne beneficium valoris annui. 30. vel 40. scutorum aureorum est sufficiens; quia omne tale habetur pro sufficienti ad ordinem sacrum.

Ad 3. Quod quamuis nimix cuiusdam audaciæ quibusdam Confessariis visum fuerit recedere à sententia, in qua sunt tot, & tanti patres, tanta Academia, & tantus Episcopus, & tam insignes religiosi, à quibus in theoria nulli vel pauci expressè recedunt, proculdubio tamen in praxi videntur tenenda sequentia. Primum, beneficium sufficiens vthic accipitur, nõ rectè diffiniri esse beneficium. 15. librarum Parisien. Tum quia experientia (quæ rerum magistra est) ¶ monstrat contrarium. Tum quia id, quod sufficit vni, non sufficit cuilibet alij, quia sufficientia attenditur secundum dignitatem & qualitatem personæ, cui est prouidendum, vt dixit glos. recepta. ¶ Tum quod glossa quædam ¶ in verbo penuria, ait, non sufficere ad commodè viuendum Canonico Bononiensi centum florenos. Tum quod Bald. cui nemo contradicit, ¶ ait Beneficium non esse sufficiens nobili, nisi ex eius fructibus possit alere vnam equitaturam. Cui satis consonat Iureconsultus ¶ Tum quia viri benè literati equantur nobilibus iuxta glossam notabile, ¶ Pro qua est concilium generale quatenus ¶ exæquat nobilibus literatos, & habet vtrosque posse habere plura beneficia etiam incompatibilia per Papæ dispensationem, quæ videntur iustificari eo, quod pluribus indigent ipsi quàm alij, & Ioan. XXII. qui præ aliis execratur plurales, ¶ Cardinalibus tamen & filiis Regum multum in hoc desert. Per quæ & alia multa efficaciter probatur, non esse tenendum beneficium 15. librarum Parisi. fuisse vnicuique sufficiens, vt hic sumitur, tempore quo Patres præfati id definierunt an-

no

¶ Sess. 21.
capit. 2. de
reforma.

r c. quàm
fir. de e-
lect. lib. 9.
s In c. 1. 21.
q. 1. & c. cii
adeo. de re
script.
t c. 1. de
statu Mo-
nach. li. 6.
v In c. cii
adeo. col.
fina. de re-
script.
x In l. idè.
que. §. idè
labeo. ff.
mandat.
y In l. So-
cietas. §.
Societas.
ff. pro so-
cio.
z In c. de
multa. de
prob.
¶ In extra.
execrabil.
10. 22. de
præben.

nõ 1208. imò neque hodie infimo cuiquam.

- 7¹ I. I. Satis benè diffiniri posse beneficium sufficiens esse id, quod vir prudens & bonus arbitrabitur esse tale, per regulam illã, b Quod determinatio eorũ, quæ indeterminatè à iure statuerunt, relinquitur tali viro bono seu iudici. I. I. Certum esse, quod eiusmodi vir diffiniturus id, in casibus occurrētibus, deberet circumspicere conditiones, & qualitates personarum, de quarũ pluralitate agitur, & quod nõ omne, quod ignobili sufficit, est sufficiens nobili, & egregiè literato, & aliquo gradu literario insignito, & cum nobilitatis, & literaturæ etiam sint multi gradus, vt colligitur ex regul. Cancellariæ, ¶ quatenus in secũda parte agit de vno genere nobilitium; & in tertia de alio, & huic præfert illud, colligitur item ex glossa eiusdè, ¶ quatenus ponit quatuor vel quinque genera nobilitium, præsertim in Hispania, Et nõ omne, quod sufficit nobili gradus inferioris, sufficit Illustri vel Illustrissimo, & Regis filio, vel fratri, ¶ Quin & literaturæ distinctio colligitur ex eadè regula. ¶ Circumspicienda etiam essent virtus animi egregia, literaturæ magna sine villo gradu magistrali, doctorali, vel alio minerali, ¶ & merita erga Sanct. sed Apost. vel aliã Ecclesiam particularem, aut ipsam Rempu. Christianam, & id genus alia. Et an Beneficium sit situm extra vias, an in via, vt annotauit glos. ¶ & An beneficiarius sit complexionis delicatæ. ¶ Mos item hominum honestorum regionis, in qua situm est beneficium, ¶ & caritas vel utilitas victus, siue esus, potus, vestitus, & habitationis, & medicinæ. ¶
- 7³ Ad 4. Quod quia millies interrogatus à Confessariis & beneficiariis, quod beneficium deberet censere coram Deo ita sufficiens, vt nõ debeat cum illo aliud retineri? Respondi, esse id mihi difficile, & ided me ferè semper excusauit, & quia ipsi solèt replicare, quis erit eis satisfactor, si ego post tam longam ætatem, & tam longa & continuata studia non audebam id facere? ided nunc sequutus mentem regulæ prædictæ Cancellariæ, ¶ & multorum eruditissimorum virorum, audeo quædam tenus delineare hanc sufficientiam, dicendo, quod vt beneficium dicatur sufficiens alicui clerico quamlibet simplici & sano, requiritur, vt valeat ad minus tantum, quantum est necessarium ad alendum mediocriter siue modestè se, & vnum ministrum, & vnũ coquam focarium, ¶ & ad conducendam habitationem sibi necessariam. ¶ Vt autem dicatur sufficiens nobili etiam inferiori-

Kk 3

b l. j. ff. de
iure delib.
& c. de cau-
sis. de offi.
deleg.

c Vlt. regu-
larũ glos-
fatarum.
d In 3. par.
e In par. 3.
& 4. ad ius
suis q. glos.
ibi adducit.
f De qua
loquitur
glo. supra,
in 3. part.
g In d. c. j.
21. q. 1. verbo
beneficium
sufficiens.
h cap. non
cogantur.
41. dist.
i Arg. cap.
quiritur.
41. dist. &
c. que con-
tra. 8. dist.
k Iuxta
Bart. in l.
legatis. ff.
de alien. &
ei bar. leg.
l Quæ est
vltima glo-
fatarum de
purgati-
onis expe-
ctatiuarũ.
m Arg. c. j.
de vita &
hon. cleri.
& cap. om-
nino. 31. di.
n Arg. d. l.
legatis. ff.
de alim. &
ciba. lega.



o Arg. ppe
dict. iurib.
& p. dicit.
dicti Bald.
in c. cu a-
deo colu.
fi, de refer.
& l. idem
que s. idē
labeo ff.
mandat.

aeod. c. n.
69.
b. Sess. 21.
c. 2. de re-
for.

q. ca. legi-
mus 93. di.
r. c. 1. verb.
Penuria
de statu re
gul. lib. 6.

ris gradus, & Magistro Theologiae, & doctori iurium me-
diocrii literaturae, oportet ut valeat tantum, quantum re-
quiritur ad alendum se & duos ministros, & vnam equita-
turam, & vnum coquum focarium, & conducendum habita-
tionem digniorem ea, qua eget clericus simplex. ° Ad hoc
autem ut sit sufficiens nobili mediocrii ordinis, puta filio vel
fratri Baronum, & Vicecomitum, vel magistro & doctori
praecellenti, debet esse tanti valoris, ut possit alere se, & v-
num coquum, & vnam equitaturam, & quatuor ministros,
& conducere habitationem digniorem ea, qua eget clericus
nobilis & literatus ordinis inferioris. Ut autem sit suffi-
ciens nobili, puta filio vel fratri Ducis, Marchionis, vel Com-
itis mediocrii, valeat tantum, quantum est necessarium,
ad alendum se & duas equitaturas, & octo ministros, & v-
num coquum, & conducendum habitationem splendidio-
rem ea, qua eget praefatus nobilis mediocrii ordinis. Pro-
vinciam autem diffiniendi sufficiens beneficium quoad fi-
lios & fratres Regum, principum & Ducum, Marchionum
& Comitum maximi ordinis, illis relinquo, quorum ima-
gines (ut ille ait) labunt haeretae sequaces, & qui res auli-
cas Christi philosophia rectas melius quam ego nouerint.

Contra tamen hanc nostram delineationem, & quod illa
nimium sit beneficiariis favorabilis urget, quod ut supra
ponderatum est, Concilium Trid. b non obsecure definiuit
omne beneficium sufficiens ad ordinem sacrum sufficere
ad victum honestum. At omne beneficium valoris quin-
quaginta aureorum haberetur communiter pro sufficienti ad
ordinem sacrum, ergo cum beneficio huiusmodi valoris
non potest teneri hodie aliud.

Accedit quod praefata definitio Parisiensium forte fuit
in causa, cur hoc senserit praefatum Concilium. Et quamuis
argumentum hoc multum profectò vigeat, videtur tamen
posse dilui, ponendo differentiam inter posse viuere hone-
ste, & posse viuere decenter. & quod illud dicatur sufficere
ad viuendum honeste, quod sufficit ad viuendum ita, ut non
cogatur medicare, nec possit dici de illo illud Hieronymi. ¶
Mendicat in plateis infelix clericus. Ad decenter autem vi-
uendum requiratur id, quod praelineatum. Pro quo facit
glossa solennis, r quatenus habet aliud esse posse viuere si-
ne penuria, & aliud posse viuere commode, & quatenus ait
sufficere Canonico Bononiensi ad viuendum sine penuria
viginti quinque florenos, ad viuendum autem commode,
non

non etiam centum, & illam glossam sequuntur ibi Domini
cus & Francus & Panormitan. s quicquid contra illam mur-
murer Decius. t

Addo s. quod ex praedictis sequitur, maioris valoris esse
debere beneficium sufficiens regionis, in qua sunt alimenta
cara, quam illius, in qua vilis emuntur, & maioris illius,
in qua sunt carissima, quam illius in qua sunt cara, & mino-
ris illius regionis, in qua vilissimo pretio venduntur, quam
illius, in qua vili.

Admoneo autem pium lectorem, quod, mea sententia,
omnis beneficiarius volens recte iudicare, quot scutis an-
nuis egeat vnumquodque genus praedictorum clericorum,
ad se cum sibi praescriptis necessariis alendum, potest mul-
tum ad id iuuari, reputando secum, quot scuta daret ipse a-
licui, ut victum honestum & necessarium vnus anni admi-
nistraret cuiuspiam sui ordinis, ad quem deceter alendum obli-
garetur ex aliqua vltima voluntate, vel contractu, aut suo
filio vel fratri, ex pietate paterna, vel cognationis.

75 Decimum septimum Miscellaneum, quaestionis, videri
magna. An dispensatio Papae super beneficiorum plurali-
tate post Concilium Trident. sit necessaria vel utilis. Pro
parte namque negante facit primo, quod nemo vel rarus
(quod ipse sciam) perit nunc illam a Sanctissimo Domi-
no Nostro, nec petiuit a soc. rec. Pio V. II. quod praefatum
Concilium P omnino vetar, ne quis duas Cathedrales Ec-
clesias, nec vnam cathedralem, & alteram parochialem, nec
deas parochiales simul, neq; alia duo beneficia incompatibi-
lia, vel alias residentiam personalem requirētia retineat, &
expressè concessit facultatem accipiendi & retinendi plura,
modò vnum non sufficiat, & alia sunt simplicia, non requi-
rentia residentiam personalem, quod nullo iure anteriori
fuit expressum, licet sit consuetudine inductum, ut commu-
niter docetur. ¶ Sed contrarium est verum. Tum quia etiam
hodie iuste iusta de causa potest S. D. N. dispensare super
dignitate, personatu, & officio, quae fecit incompatibilia ge-
nerale Conciliū, quia nulla parte Concilij Trid. id vetatur.
Tum quia vidimus dispensationem à Pio V. factā viro per-
docto, & optimo ad retinendas duas Ecclesias parochiales
ferè cōtiguas, quarū neutra poterat ei dimidiam victus mi-
nistrare. Et ita etiā hodie iuste S. D. N. iusta de causa posset
simile dispensationem facere, s quatenus sanctus abstinere
ab eiusmodi gratia, quae si inciperet dari, posset timeri,

s In c. 1. de
infra. & c.
Postulasti
de refer.
r In c. Per
uenit. de
Appell.

p sess. 7. c.
2. & 4. de
reform. &
sess. 24. ca.
17. de re-
form.

q In c. C6
querente,
& ca. 5. de
cler. nō re-
sid. & c. cū
iam audū
& c. extir-
panda 9.
qui verò
de praeb. &
c. gratia de
refer. lib.
6. & clem.
gratiae co-
titu.

r cap. de
multa de
praeb. & ex-
trau. ex-
cra. lib.
10. 22.

s Arg. ca.
Cūcta per
mandū 9.
q. 3. c. pro-
posuit. de
concess.
praeb.

diffipationes pro dispensationibus, vt ante prædictum Concilium inueniebantur. Ex quibus inferitur primo quam plurimos mortiferè peccare, & manere in statu damnationis, eo quòd sine dispensatione receperint & retineant plura beneficia, quorum vnum sibi sufficeret, quia transgrediuntur Canonem præfati Concilij, à cuius transgressione possent per Papæ dispensationem excusari. Non est tamen parua quæstionis, An sicut quis excusaretur à peccato transgressions præfati Canonis per Papæ dispensationem, ita etiam excusari possit ab omni alia transgressione legis naturalis, Diuinæ, & humanae. Pro parte nanque negante, stat id quòd supra ex Thoma dictum est, nempe quòd actus habendi plura beneficia, licet non sit de se tam malus, vt per nullam circumstantiam possit fieri bonus, sicut actus fornicandi, adulterandi, & id genus alij, est tamen de se malus, nisi aliqua circumstantia sufficiente iustificetur, & ita licet malitia proueniens ex transgressione præfati Canonis, & aliorum multorum, quibus prohibetur, nequis habeat plura beneficia, quorum vnum sufficiat, tollatur per Papæ dispensationem, manere tamen videretur malitia illa præfata naturalis, quæ de se inhæret illi. A parte tamen affirmante stat, quòd potest concurrere aliqua circumstantia, ratio, & causa iusta, per quam tollatur malitia illa inhærens ei ex lege, vel ratione naturali, vel diuina, vt dixit Thomas. * Quo casu nulla remaneret malitia, cum illa transgressions Canonis, & legis humanae esset sublata per Papæ dispensationem. Illa verò legis & rationis naturalis per circumstantiam, & causam iustam. Propter quas duas rationes respondendum est ad quæstionem præfaram, quòd Papæ dispensatio ex sua sola voluntate sine aliqua iusta causa procedens, excusaret quidem à malitia transgressions prædicti Canonis, non autem ab alia tractiois legis naturalis vel diuinæ, manans tamen ex sua voluntate & ex circumstantia & causa iusta, tolleret vtranque.

Inferitur 2. esse vtilis quæstionis, An aliqua circumstantia vel causa iusta huiusmodi possit occurrere præter insufficientiam beneficij? Ad quam responderetur affirmatiuè per supradicta: ibi enim expressimus aliquas vltra insufficientiam. Quibus fortè addi potest circumstantia subueniendi parentibus, sororibus, & neptibus ex fratribus vel sororibus maximè in nuptis & nupturis. Illa verò quam ex Cardinali posuimus ibi, & in Manuali, vnde translata est, an sit repro-

r eod. c. n. 60.
v Quodlib. 9. art. 15. & nos in Manual. Confess. c. 23. n. 1. ibi non iustificabilis.

x vbi sup.

y eo. c. n. 61.

bata per Conciliū Trid. dubitari potest, eo maxime, quòd ego ibi dixi opinionem eius non posse post prædictum Concilium sustentari, eo quòd ille absolute prohibeat habere plura beneficia etiam compatiblea, vltra id vel ea, quæ sufficiunt honestæ atque decenti sustentationi. Nihilominus tamen videtur, quòd possit defendi, non quidem in illum sensum, quòd post Concilium liceat tenere plura (quorum vnum sufficiat) sine dispensatione, quamlibet essent simplicia, & non requirentia residentiam personalem, & quantumlibet abstineret ab impendendo suis vsibus vltra reditus beneficij sufficientis, & quantumlibet rectè & plenè impenderet aliorum reditus in solos pauperes, & vsus pios, sed in hunc sensum, quòd illa circumstantia & causa sufficeret ad hoc, vt dispensatio Papæ ob eam facta non solum excusaret à malitia transgressions prædicti Canonis Concil. Trid. sed etiam ab alia malitia, quæ de se inest beneficiorum pluralitati. Itaque circumstantia insufficientiæ sine dispensatione iustificat aliquam pluralitatem, cum ea verò etiam alias tam proxime, quam supra relatas.

<i>Indulgentia data pro oratione non fuit reuocata, data verò & data pro eleemosyna sic.</i>	nu. 77
<i>Orationis vna super eleemosynam prerogatiua.</i>	nu. 77
<i>Questorum nomen, vsus, & officium sublata.</i>	nu. 77
<i>Indulgentia que non parit temporale vt langueat.</i>	nu. 78
<i>Questoribus sublatis an quæri possit ostiatim.</i>	nu. 79
<i>Lex generalis, etiam odiosa comprehendit omnes species etiam si in alia ratio maior inueniatur.</i>	nu. 80
<i>Lex naturalis maior humana, nequit ab ea tolli.</i>	nu. 81
<i>Lex naturalis licet egenti mendicare.</i>	nu. 81
<i>Mendicantem esse, & non licere ei mendicare, repugnant.</i>	nu. 82
<i>Lex generalis stringitur alia lege & ratione.</i>	nu. 83

77 DECIMUM OCTAVVM Miscellaneum, quòd scilicet. Pius V. maiorem quandam prerogatiuam fecit orationis, quam eleemosynæ, nempe quòd non reuocauit indulgentias concessas orantibus pro salute Ecclesiæ, pro Regibus aut aliis Christianis, & dicentibus, aut legentibus illas, aut illas preces, & orationes. Reuocauit tamen omnes, & singulas concessas porrigentibus manus adiurices, siue eleemosynas in fabricas, vel alia quæcunque opera pia, in amplissima forma, per quandam suam extrauagan-

a. quæ incipit & si dominici. edita anno. 1566. b. In sess. 21. ca. 9. de refor.

tem, a capotissimum de causa, quod nonnullis videbatur fieri turpis de indulgentiis quaestus. Quæ eadem causa videtur mouisse Sacros. Concilium Trident. b ad abolendum quaestores, & nomen eorum, qui ad publicandas indulgentias, & quaerendas eleemosynas ratione earum à fidelibus dandas antea à variis monasteriis, hospitalibus, & aliis piis locis & personis mitti solebant, in hæc verba. Sancta Synodus statuit, vt in quibuscunque Christianæ religionis locis quaestorum nomen, atque vsus penitus aboleatur, nec ad officium huiusmodi exercendum vllatenus admittantur. Non obstantibus priuilegiis Ecclesiis, monasteriis, hospitalibus, piis locis, & quibusuis cuiuscunque gradus, status, & dignitatis personis concessis, aut consuetudinibus etiam immemorabilibus. Hæc ibi. Quibus addo primo, quod reuocatio prædicta Pij V. videtur esse in causa, 7 8 cur parum sit in vsu clausula illa præfati Concilij, quæ prædicta eius verba consequitur, videlicet: Indulgentias verò, aut alias spirituales gratias (quibus non idèò Christi fideles decet priuari) deinceps per Ordinarios locorum, adhibitis duobus de Capitulo, debitis temporibus populo publicandas esse decreuit, quibus etiam eleemosynas, atque oblata sibi charitatis subsidia, nulla prorsus mercede accepta fideliter colligendi facultas datur. hæc ibi. Cum ergo hodiè huiusmodi clausulæ non sit locus in indulgentiis concessis porrigentibus manus adiuuantes, per prædictam extrauagant. cumque ex publicatione aliarum ipsis impetrantibus plus laboris & damni, quam vilitatis & quaestus proueniat, facile (quæ fragilitas humana est) cessat cura publicandi indulgentiam, quæ nihil temporale parit.

Addo 2. in gratiam personarum orationi deuoratarum & locorum religioni dicatarum, dubitatum fuisse ante 40. annos in Hispa. An Canonici, & ministri Illustr. monasterij & hospitalis generalis Ronceuallis Virgini mari sacre regni Nauaræ vertici Pyrenæi montis infesse, possint petere ostiatim eleemosynas, non obstante balla Cruciatæ, quæ quaestores omnes à querendis eleemosynis arcebat. Nuper item magnam ortam fuisse questionem in eadem Hispania, An Commendatariis & ministris Diui Antonij liceret eleemosynas de more suo antiquo querere, non obstante prædicto decreto Concilij Trident. c Et quidem potissimum eorum, quod contra vtriusque monasterij ministros facit, est, quod omnis lex generalis genera

c. In d. ca. 9. de refor. sess. 21.

80 generaliter est intelligenda, d etiam si maior ratio in vna specie, quam in alia inueniatur. e Ira quod etiam lex odiosa & penalitatis comprehendit omnes species, quæ sub propria verborum legis significatione continentur, f & quod prædictum Concilium, g tollit generaliter, & vniuersaliter omnes quaestores: & negari non potest, Ministros prædictorum monasteriorum, quaerentes à piis fidelibus eleemosynas, ex propria significatione vocabuli verè dici quaestores, cum verè prædictis Monast. pro se & pauperibus, & ægratis ad eos confugientibus quaerant mendicando, & petendo eleemosynas.

81 Porissima verò eorū, quæ pro religiosis, & ministris prædictis faciunt, sunt hæc. Primum quidè, quod inferior non potest, nec in dubio intendit tollere legem superioris, h & consequenter, nec lex humana legem naturalem & diuinam, quæ est superior illa, i & lex naturalis & diuina permittit, & interdum præcipit querere mendicando e gentibus, egrotis, & sanis, qui aliter, quam mendicando viuere non possunt. k At præfata Monasteria, religiosi, ministri & ægroti ad eos confugientes, & eis inferuentes non habent vnde alant se & ægrotos, & sanos ad se, & sua hospitalia confugientes, nisi mendicando à piis fidelibus quaerant, ergo non fait intentio Concilij condentis legem humanam, l tollere naturalem, & diuinam, quæ est illa superior.

82 2. Quod nihil absurdi est admittendum, m & secundum contrariam partem admittendum esset grande absurdum, nempe, Quod nulli religiosi mendicantes possent mendicare, quod videtur quiddam absurdum & quædam in obiecto repugnantia, videlicet, quod sint mendicantes, & non liceat eis mendicare. Quod autem admittendum esset hoc absurdum, patet ex eo, quod tam verè & propriè dicuntur omnes illi querere suis monasteriis, aut ordini in communi, aut Sanctæ Sedi Apostol. (quod dixerim propter Franciscanos, qui non possunt querere bona sibi etiam in communi, o sed bene sancte Sedi Apostolicæ, p) quam prædicti Religiosi Ronceuallis & S. Antonij quarunt suis Monasteriis, vt palam est, quia cum sint veri religiosi, non possunt querere, nec habere quicquam, nisi in communi, q ergo si prædicti ordines Mendicantes

d c. solite de maio. & obed. & l. 1. §. 3. & generaliter ff. de leg. præsta. e l. 1. §. qd autem ff. de a legiuf. & alex. & post & ante tradit Dec. c. 61. 669 nu. 3. f l. c. i. lege ff. de testa vbi hoc an not. Arca recept. sepiusime à recentioribus, & in his à peccio in l. factum §. in penalib. nu. 12. De reg. iur. & alibi sepe & Alciat. in rub. de verb. signi. sic. sub si. n. 2. pag. g d. c. sessio. 21. de reform. h c. inferior 2. dist. & clemēt. ne Romani de elec. i Arg. cap. quo iure §. dist. & c. sunt quidè 23. q. 1. k c. quiete scamus 42. dist. & c. 1. de religio sis domib. lib. 6.

l quæ habetur in d. c. 9. m l. nam quod absurdum ff. de bonis liber. c. duè de præbend. lib. 6. n l. vbi repugnantia ff. de reg. iur. o l. iuxta c. 3. de reg. sess. 25. C. c. Trid. p c. exiit c. porro & c. ad hæc. de ver. sign. lib. 6. q c. Non dicitur 12. q. 1. cum eis qui ei nuper latè fuerunt per nos adiecta.

possunt

possunt ostiatim mendicare, non obstante prædicto Decreto, poterunt etiam idem facere præfati religiosi & ministri Roncæuallis, & Diui Antonij.

3. Quod lex naturalis & diuina non solum permittit, vt egenies, & qui non possunt aliàs quærere victum, quærant sibi per semetipsos, mendicando ostiatim, sed etiã, vt quærant per alios pios ad id substitutos, imò & vt alij spòte sua in id oblati, aut publica auctoritate in id deputati id faciãt pro eisdem, qui per se ipsos mendicare nequeunt, vel modestè erubescunt, vt habet praxis & vsus totius populi Christiani, quatenus alij quærunt pro pauperibus in suis domibus ægrotantibus, alij pro sanis, quibus pudor est egere & mendicare: ^r & alij pro monialibus & aliis personis in carceres vel alia loca coniectis & inclusis, & alij pro varij generis hospitalibus passim ostiatim, publice, & priuatum mendicant. Imò & nonnunquã contionatores ex ipsis suggestis, & communiter prædicti religiosi Roncæuallis, & S. Antonij non solum poterunt per semetipsos mendicare, sed etiam substituere & nominare, & in socios & fraures accipere aliquos pios, qui id piè & fideliter faciãt.

Quartum, Quod ex legibus & Canonibus, ^s pro quorum roboratione aditum fuit præfatum decretum Concilij, ^t colligitur ratio, quæ illud capitulum limitat, procedere solum in quæstoribus, qui quærunt eleemosynas prædicando, vel publicando indulgentias, præsertim concessas pro porrigentibus manus adiarrices pijs locis, quorum sunt quæsttores, & pro quibus petunt, eadem colligitur inquam, ex eo, quod illæ leges ponuntur in titulo de Pœnitentiis & Remission. & in capitulis, quæ tractant de indulgentiis, & de vsu vel abusu quæstorum in eis publicandis. Colligitur etiam ex fine eiusdem decreti, ^v quatenus prohibet publicari indulgentias per Quæsttores, & permissi earum publicationem per deputatos in id ab Ordinariis.

Quintum, Quod non obstat potissimum contrariæ partis argumentum supra formatum. Tum quia licet lex generalis generaliter sit regulatè intelligenda, vt probat argumentum præfatum, fallit tamè, quando per aliam legem limitatur lex generalis, vel excipitur aliquis casus ab ea, iuxta glo. recepr. ^v siue lex excipiens & limitans legem generalem præcedat eam, siue sequatur. ^x At in casu proposito Bulla Pij iij. facta ante publicationem Concilij, & alia facta post publicationem eius, quæ, vim legis habent, ^y excipiunt à

r c. exprobranda & c. confideranda. 26. distin.

s ca. cum ex eo. de pœnit. & remiss. & clem. Abu sionibus. eod. tit. t c. 9. sess. 21. de reformat. v d. ca. 9. v In l. de pretio. ff. de pub. in rem a. 210. x l. sed & postiores. ff. de legibus. & gl. in lege scilicet ad ff. qui facili. cog. ad iud. Au. th. off. rator. C. de lit. conuic. y ipsa sunt Canon. 9 q. 2. l. 1. ff. de co. dit. P. can.

pit à dispositione præfata ^z quærentes eleemosynas pro Commendatariis, hospitalibus, & ægrotis S. Antonij, & ita non habebit locum in eis, & ratio eadem, quæ mouit Pium ad declarandum illud Decretum non habere locum in religiosis & ministris Diui Antonij, mouere debet ad declarandum, non habere locum in Canoniciis & ministris Roncæuallis, imò neque in aliis aliorum locorum piorum, qui ostiatim sine indulgentiarum publicatione quærunt, vel quærere volunt. Tum quia conclusio præfata (lex generalis generaliter est intelligenda) fallit etiam in ea specie, quæ per rationem alterius legis excipitur ab illa, vt annotauit Bald. ² At in casibus propositis reperiuntur tres leges, naturalis, Diuina, & humana, tactæ in tribus argumentis pro hac parte formatis, ex quibus colliguntur tres efficaces rationes ad limitandam prædictam cruciatam, & prædictum Concilium, ^b quibus Quæsttores à quærendo arcentur, ne sit locus eis, qui quærunt ostiatim eleemosynas sine vlla indulgentiarum publicatione, ergo non comprehendunt Canonicos Roncæuallis, nec Commendatarios S. Antonij quærentes ostiatim eleemosynas pro se, suisque hospitalibus, & ægrotis vel sanis in illis recipiendis, & ita ante paucos menses obtinuit declarari quoad Commendatarios, & ministros Diui Antonij, Dominus Bernardinus de Palatios, Sancti Antonij Oleti Regni Nauarræ Commendatarius idemque vir religione, prudentia, & commoda temperantia & modestia clarus, qui causam nuper ad Sanct. Dominum nostrum detulit, & obtinuit.

d. capi. tu. & Decreti noui

a In d. l. de pretio.

b d. c. 9.

Dominus vobiscum unde desumptum, & quid significat. nu. 84
Et cum spiritu tuo, unde desumptum, & quid significat. nu. 85
Saluamur & resaluamur cur frigide in horis. nu. 85
Dominus vobiscum solus presbyter non excommunicatus dicit, dicit autem etiam cum solus, aut cum vno tantum recitat. nu. 86
Missæ præsentem vno tantum dicit potest. nu. 86
Ecclesie minister respondendo personam eius gerit. nu. 87
Sacerdos vt Ecclesiam saluat, & ab ea resaluatur. nu. 87
Saluatio septuplex in Missa quid significat. nu. 88

84 DECI MV MN ONVM Miscellaneum. Quod circa illam solennem, quæ in Missa & horis Canonicis fit, salutationem, purã (*Dominus vobiscum*) occurrunt aliquot dubia. Primum,

e De offi. ecclesiasti. d de diui. offi. e Ruth. c. 2. f c. 15. l. 2. g Iudicum c. 36.

Primum, vnde sit desumpta, ad quod ex S. Isidoro, ^e & Alcuino ^v respondetur, quod ex Ruth. ^e vbi legitur, sic Booz salutasse messorum suos, & ex Paralipom. ^f vbi legitur, Prophetam Azariam eisdem verbis salutasse Asa Regem, cum exercitu suo, sicut & Angelus singulariter salutans Gedeonem dixit (*Dominus tecum*). Quod ipsum fecit Gabriel gloriosissimam Virginem, eandemque Diuorum omnium Reginam Mariam salutando.

h libr. 4. Ration. diu. offic. c. 14.

Secundum dubium, quid per illa verba sacerdos sibi velit? Ad quod ex mente doctissimi illius Gulielmi Durandi, Episcopi Mimatensis, cognomento speculatoris, ^h responderi potest, velle, vt salutari sint attenti, & ita maneat in eis Dominus, vt eius meminerint, eodemque fruantur.

i r. ad Timothy. vlt.

Tertium, Quid sibi velit resalutatio illa saluatorum (*Et cum spiritu tuo*) desumpta ex Paulo? ⁱ Ad quod respondetur breuius, quam à Mimatensi, velle, vt salutanti eadem ipsa fiant, quæ ipse salutatis fieri desiderat.

Quartum, Cur ergo cum sacerdotes missamus, & recitamus, tam parum attenti his verbis salutamus, & à salutatis tam oscitantur resalutamur, vt pauci, aliorum collatione, quicquam horum recogitemus, & vix verborum ipsorum corticem apprehendamus? Respond. id esse in causa videri, quod neutri minimum actu cogitamus de Deo, & minus ei actuali amore inheeremus, & parum nostram miseriam, & necessitatem ad eum confugiendi recogitamus, nec plus satis ipsius interminam potentiam, & misericordiam admiramur, iuxta ea, quæ de deuotione, & fontibus eius supra tradidimus. ^k

Quare o patres & fratres, qui salutamus & resalutamur, omnes conemur versare corde id, quod versamus ore, & non agamus id frigidè, ac vt aliud agentes, sed feruido aut certè calido affectu concipientes verè id mente, quod cupere ore profiteremur.

Quintum, An salutatio prefata fieri possit in horis ab aliis quam à presbyteris? Respondetur non posse, adeo, quod nec Diaconus debet ea vti, nisi cum cantat euangelium, vel cereum paschale benedicit, vt prefatus Mimatensis ait. Quàquam non memini legere Canonem illam, que id etiam subdiacono vetetur, sed cum generalis Ecclesie vsus ita obseruet, non est ab ea discedendum, ^l licet aliqui dixerint, posse illam facere omnes, qui horis tenentur recitare Canonicas, sed eis, prefato Gulielmo testante, generalis

neralis mundi vsus repugnat.

Sextum, An presbyter excòicatus, qui vt predictum est, ^m ad horas Canonicas tenetur, possit ea iuste vti? Resp. non posse, secundum Hostien. ⁿ & Cosmam, ^o Albertum. ^p

Septimum, An presbyter & Episcopus, cum soli recitant, debeant vti prefata salutatio? Ad quod frequentius responderi videtur, non debere, vt Mimatensis, ^q Albertus, ^r & Cosmas ^s significant.

Pro quibus facit primo, quod pluralis loquutio & si duobus contenta sit, ^t duos tamen saltem requirit, & ita inepta esset salutatio per illud verbum plurale (*Dominus vobiscum*) nisi salutari saltè essent duo. Facit, quod Sother Papa ca ratione probat Missam non esse faciendam nisi saltem duobus presentibus, quia missans salutando per (*Dominus vobiscum*) præsupponit saltem adesse duos. Contraria tamen opinio nobis verior & sanctior videtur. Tum quod generalis omnium vsus habet, quod presbyter missans coram vno solo ministro, vel recitans cum vno solo socio vtiur hac salutatio (*Dominus vobiscum*) non obstante, quod sit pluralis, loquutio, quæ vt sit apta, requirit saltem duos. Tum quod quæ ratione non debent dicere (*Dominus vobiscum*) eadem debent abstinere à dicendo in medio Missæ (*Orate fratres*) cum etiam sit verbum pluralis numeri, sicut & (*vobiscum*) à quo tamen nemo abstinet. Tum quod, vt ait gl. memorabilis, ^v Sacerdos cum salutari per (*Dominus vobiscum*) non solum videtur salutare presentes, vel presentem, sed etiam Ecclesiam totam, & maximè particularem, cui deseruit, cuiusve beneficio viuunt: Tum quia graue onus, & vix sine aliquo peccato, & multa cura esset explicabile presbyteris & Episcopis recitantibus nunc solis, nunc cum socio, nunc cum choro toties, & ita frequenter salutationem mutare. Tum quod fœc. rec. Pij V. Breuiarium nulli hanc variationem præcipit, imò significat, quod qui ratione sui ordinis potest iuste dicere (*Dominus vobiscum*) dicat illud semper, siue in choro, siue extra eum, & siue solus, siue cum socio vel sociis recitat, imò in formula gratias agendi post Missam, quas ferè omnes agimus soli, ponitur (*Dominus vobiscum*).

Non obstant opposita, non primò, cui respondeo concedendo pluralem loquutionem duos saltem requirere, negando tamen non adesse duos, etiam cum soli recitamus. Ad est enim Ecclesia, quam totam, vel partem eius salutamus.

Ad

m su. c. 21.
n In c. illud de Cler. exc. ministr.
o In glos. not. Frag. titulo qua liter sunt horæ dicendæ extra chorū. verb. tenentur.
p In ca. 4. de celeb. Miss. q. 1. q in ratio. diu. offic. li. 4. c. 14. r In d. q. 12.
s In d. gl. sup. verb. tenentur. t c. pluralis de reg. iur. lib. 6. l. vbi numerus ff. de testibus trāstata in §. vbi numerus 4. q. 3.
v In d. ca. Hoc quoque.

x In 3. par.
9. 8. part. 5.
ad 12.

Ad 2. scilicet decretum Sotheris Papæ respondetur, quòd secundum Thom. ^x illud est intelligendum de Missa solenniter dicta, & non de priuata, sed ratio textus ita concludit in hac, vt in illa. Paludanus autem respondet, illud esse consuetudine abrogatum, & recte quidem. Nam vbique gentium missatur cum vno solo ministro, imò glossa illius factis concedit, inclusum presbyterum & non potentem habere vllum ministrum, posse solum missare, salutando Eccle. in persona sua, & resalutando se in persona Ecclesie. Cui tamen non assentior. ^{3.} altius responderi potest ex mente eiusdem Thomæ, insinuantis ministrum gerere personam Ecclesie, & ideo ex persona illius pluraliter respondere, & pluraliter salutari. Ex quibus inferitur, rectè facturos nos presbyteros, si cum missando & recitando salutamus, non solum intendamus salutare ministrum vel alios præsentés, sed etiam ipsam Ecclesiam totam & præsertim partem eius, cui peculiariter seruimus, & resalutationem, qua nos ministri resalutant, accipiamus non tantum vt factam nomine suo solo, sed etiam vt factam nomine Ecclesie, & prædictæ partis eius, quòd non parum animum consolatur. Placet enim Deo plurimum oratio communis, & communicata per supradicta, ^y & diximus supra, ^z quòd respondentés Missanti, & consequenter Choraulum agenti videntur respondere non solum nomine suo, sed etiam Ecclesie, siue cum respondent *Amen* ² siue cum respondent *habemus ad Dominum vt in hoc ipso cap. Quando, siue cum respondent, & cum spiritu tuo.* Non autem est mihi mens dicendi errare illos, qui tuam salutationem actu siue virtute ad solum præsentem vel præsentés referunt nec eos, qui salutationē actu admittunt, tanquam à solo ministro factam, quia virtute siue virtualiter referunt eam ad omnes, ad quos referre debent, secundum intentionem Sanctæ Matris Ecclesie, quod puto omnes facere. Licet alium expressius, quàm alios. Si enim interrogarentur, An salutent præsentés, & eorum resalutationem admittant eo modo, quo debent, secundum intentionem Ecclesie Sancte, responderent, quòd sic.

VIII. dubium, quod teneantur dicere loco præfate salutationis, cum recitant horas, qui non debent ea vt. Resp. Quòd debent dicere *Domine exaudi &c.* Quæ substitutio adeò videtur grata fuisse Cardinali S. Crucis, cum suum breuiarium cõposuit, vt videretur voluisse, vt ne etiam presbyteri dicerent in horis *Dominus vobiscum.* quo solo nomine

y In c. 17.
n. 26. 2. cõ.
z In c. eo.
nu. 88.

a c. sedulo.
30. dist.

88

mine videbatur ab antiquo instituto nimis exorbitare.

Arbitror autem, quòd cum in aliquo Breuiario occurrit vt semper, occurrit ad preces dominicales, & feriales Breuiarij Pij. V. locus, in quo dicendus est versiculum *Domine exaudi* ante versiculum *Dominus vobiscum*, tunc, qui non possunt iuste dicere hunc, non tenentur duplicare illum, vt intellexi quosdam facere. Tum quia videtur, quòd illa Batologia fuit aliena à mente condentis Breuiarium & ita reiicienda. ^b Tum quia licet. *Pater noster* dicendum est ante, & post quamlibet horam, tamen cum duæ simul dicuntur, non duplicatur, sed quòd finit horam præcedentem, seruit pro initio sequentis, vt dictum fuit supra. ^c Prætermittò autem alia quædam dubia, quæ non adeò spectant praxim, qualia sunt, cur, & quoties Episcopus interdum pro *Dominus vobiscum* substituit *Pax vobis*, & cur missans septies salutatur, & cur solum quinquies se vertit ad populum, & quomodo versiones significant dona spiritus Sancti, ad expellenda septem vitia mortalia siue Cardinalia &c. Quæ videri possunt apud Archidiaconum, & apud Marensem. ^d

Romana deuotio in vistandis Ecclesiis mira. nu. 89
Deuotionis tanta Romana quæ causa. nu. 89
Romam magna mole conditam Petrus & Paulus effecerem maximam,
Romani etiam ante Hieronymum deuotissimi. nu. 91

VIGESIMVM Miscellaneu ^e, quòd & si supra ^f vt cunque licet breuiter satisfecerim mihi quærenti quid, & quomplex sit deuotio, & vnde haurienda, & per quæ prouocanda & quid doctis, & quid vulgus vocant deuotionem, nullatenus tamen hæcenus satisfacere potui mihi admiranti, quid sit in causa, cur Gens Romana, quam condere (vt ille ait) tantæ molis fuit tantæ, tanque assidua & indefessa deuotione, præ cæteris gentibus, quas mihi videre licuit in Deum diuosque omnes colendos, stataque peccatorum condonationes & indulgentias quærendas: Admiranti inquam, & quærentiam inde ab anno 1567. quo in Urbem appuli, eo quòd viderem omnes vtriusque sexus, cuiuscumque ætatis, conditionis, fortunæ, gradus, & ordinis, tam summates, quam infimates, & mediocres, miro quodam spiritu afflatos rara honestate, & modestia adire &

b Arg. cap.
super litte
ris de re
script. & c.
intelligē
tia de ver
bo. signifi
c In c. 19.
num. 20.

d In d. ca.
hoc quoe
que.

e In d. ca.
14. li. 3. Ra
tio. diu
norū offi
f c. in nu.
58. & c. 21.
num. 33.

circuire nunc quatuor, nunc septem, nunc nouem, Eccle-
 fias 16. circiter miliarium, circuitu confecto nunc singu-
 las quasque, præsertim tota Quadragesima, & toto Pascha-
 tis festo in id ab antiquissimo tempore destinatas, & in eis
 quam humillimè, mirà deuotione Deum Opt. Max. di-
 uosque omnes eorumque omnium Reginam, eandemque
 Dei matrem, & Virginem gloriosissimam Mariam sup-
 plicissimè adorare, orare, sacrificiis ac aliis diuinis offi-
 ciis etiam interdum cum vitæ periculo, ex confluentium
 frequentia imminente interesse: & quod cum stationes
 sint frequentissimæ, imò in tota Quadragesima, & festo
 Paschatis continuæ, tot, & cum tanto deuotionis seruore
 singulis quibusque diebus adeunt eas, ac si toto anno alia
 statio non esset adeunda, neque alia indulgentia qua-
 renda. Quo nomine & multis aliis, multo alia (gratia Deo)
 mihi fuit & est Roma visa, quam audita. Fortè tamen dici
 potest esse in causa primo, quòd Petrus & Paulus Iudices se-
 culi, vera mundi lumina, sua in ea corpora gloriosa de-
 posuerunt, in nouissimo die gloriosissimè resumenda.
 De quibus Nicolaus Pont. Max. sic ait: Isti sunt, per quos
 Euangelium Romæ respenderit. Isti sunt, qui vna die pro
 merito, vno loco pro gloria sub vno persecutore pro pari-
 li virtute compassi, urbem ipsam glorioso cruore martyrij
 Christo Domino consecrarunt. Isti sunt, qui illam in hanc
 gloriâ prouexerunt, vt sit gens sancta, populus electus, ciui-
 tas sacerdotalis & Regia per sacram B. Petri sedem caput
 totius orbis effecta: Hæc ibi.

Deinde, quòd licet multæ sint in orbe Christiano sedes
 Pontificales, quarum multi præfecti per sua martyria fidei
 Christianæ firma testimonia præstiterint, nulla tamen est,
 in qua tot, & tam insignes, atque in hac id fecerint. Quan-
 doquidem ferè omnes, quotquot ei ante Syluestrum præ-
 fuerunt, martyrij coronam meruerunt, & qui eam non fue-
 runt consequuti, magna passi, tam firma confessione illum
 munierunt, vt vel quadantenus martyres fuisse non imme-
 rito dici possint.

Tertio. Quòd in nulla Vrbe tot, & tam insignes vtrius-
 que sexus Martyres (in quibus sunt Laurentius & Sebastia-
 nus, Ioannes & Paulus, Agnes & Cicilia) & tot tam insignes
 Confessores & Virgines (in quibus sunt Syluester & Gre-
 gorius, Petronilla & Praxedis) palmas & Laureolas ac in
 hac meruerunt.

Quarto.

Quarto. Quòd iam inde ab Apostolis gēs Romana ciui-
 modi deuotionis sobria ebrietate inebriata est, restante id
 Hieronymo^h in hac verba. Romanæ plebis laudatur fides.
 Vbi alibi tanto studio & frequentia ad ecclesias, & ad mar-
 tyrum sepulchra concurretur? vbi sic ad similitudinem cœ-
 lestis tonitru, Amen reboat? & vacua idolorum templa
 quatiuntur? Non quod aliam habeant Romani fidem, nisi
 hanc, quam omnes Christi Ecclesie, sed quòd deuotio in
 eis maior sit, & ad credendum simplicitas. hæc ibi. Quæ non
 latuerunt Tho. Vuald. eam magni facientem. i

Quare ò Principes, & ciues Romani, quos mater Roma
 genuit & adoptauit, pergite, & perseuerate in conseruanda
 tantæ deuotionis margarita; & nos exteri nostræ sanctæ
 matricis Urbis exemplum sequuti, eandem querere, serua-
 re, & (si quâ parte fieri potest) augere conemur; quò vtri-
 que ad brauium, in quod vos contenditis, peruenire merea-
 mur æternum. Amen.

Scholæ Latinitati quæ spiritualia restituenda.

nu. 93

VIGESIMVMPRIMVM Miscellanè, quòd in Con-
 cilio Lateranensi sub Leone decimo conclusio^a est con-
 textus singularis pro cōclusionem supra posita^b de reducen-
 dis ad Latinitatis scholas hymnis, & aliis spiritualibus,
 quem non memini, cum primum ab hinc circiter 32. annos
 hunc libellum sermone vulgari componerem, neque nunc
 cum locū illum, in quo de hac re egi latinitate donarem^c.
 Nec mirum quia pauca de actis eius in Academiis Hispa-
 nicas deuenerunt, nec vsque ad hunc diem multa in eis
 sciuntur, imò mirati fuerunt multi Salmantica, cum ipse
 prodidisset duo, d quorum alterum præcipit beneficiariis
 non recitantes horas, restituere fructus, Alterum perfan-
 tæ, & grauius punit blasphemos. Quæ ipse excerpti ex no-
 na sessione hinc illuc absque aliis sessionibus missa. Pars
 autem, quæ præfatam reductionem præcipit, in hæc verba
 rexitur. Cum omnis ætas ab adolescentia prona sit ad ma-
 lum, & à teneris afluere ad bonum magni sit operis & ef-
 fectus, statuis, & ordinamus, vt magistri scholarium, &
 præceptores pueros suos, siue adolefcetes nedum in Gram-
 matica, & Rethorica, & cæteris huiusmodi audire, & in-
 struere debeant, Verum etiam docere teneant ea, quæ ad
 religionem pertinent, vt sunt præcepta diuina, articuli si.

Ll 2

h In pro-
 log. lib. 2.
 ad Galat.

i ca. 123, n.
 4. de Sacra
 ment.

g In c. fun-
 damēta de
 elec. lib. 6.

a Sess. 9. in
 bulla re-
 formatio-
 nis. col. 9.
 b In ca. 19.
 nu 172.
 c In dicto
 c. 19. num.
 ibid.

d Scilicet
 §. Statui-
 mus. & §.
 ad abolen-
 da.

dei, sacri hymni, & Psalmi, ac Sanctorum vitæ, diebusque festiuis nihil aliud eos docere possint, quàm in rebus ad religionem & bonos mores pertinentibus; eosque in illis instruere, hortari, & cogere, in quantum possint, teneantur ut nedum ad missas, sed etiam ad vespervas, diuinaque officia audienda ad Ecclesias accedant, & similiter ad prædicationes, & sermones audiendos impellant, nihilque contra bonos mores, aut quod ad impietatem inducat, eis legere possint. Hæc ibi: qua in re egregiam profectio laudem meriti sunt, & in dies merentur Pa res Illustrissimi Ordinis Societatis Iesu, qui scholis literarum scholas pietatis adiungentes, non solum quæ præfatum Concilium decreuit, etiam antequam scirent ea fuisse ab illo decreta, seruare in Hispania à principio fundationis suorum Collegiorum studiosè ceperunt, & studiosius seruant, sed etiam post ea addiderunt alia suo magisterio digna, contenta breuissimè in libello de his quæ facere debet qui in scholis suis discere volunt, digna certè, quæ etiã in omnibus aliorum scholis seruarentur, in quibus est Fidei Catholicae & in Sanctam sed. Apost. deuotionis pura, simplex, & firma professio; Confessio sacra menstrua; Parentum & seniorum reuerentia. In cibo, potu, verbis, vestibus, & actibus abstinentia, sobrietas & modestia, Iustus suorum studiorum finis, Iugisque memoria præsentia Dei, & quod ab eo tauquam patre luminu omnis sapientia & scientia lux in eos est decensura. ^e Perquam studiosu, pietatis, & literarum coniunctionem maximam orbi Christiano, præsertim circa pueros & adulescentes vtilitatem importarunt, & important, sicut cõtra paulo antea orbi Gallico indicibile damnum inuenerunt in docendis eisdem; qui in quasdã Gallia Aquitanicæ scholas impietatem Lutheranam, & rudimenta Grammatices coniunctim eosdem docuerunt, quoniam; Quo semel est imbuta recens, seruabit odorem Testa diu.

^e Iacob. 3.
& Eccles. 1.

<i>Vesperæ quadragesimæ, an etiam priuatim ante cœnam dicenda.</i>	nu.	94
<i>Nota in ieiuniis, an ante cœnam dicenda.</i>	nu.	94
<i>Intellectus c. Solent de Consec. dist. 1.</i>	nu.	95
<i>Lex noua veterem declarans secundum eam intelligenda.</i>	nu.	95
<i>Pater noster 3 an dicendum in fine hore, quam alia immedatè sequitur.</i>	nu.	96
<i>Iure ab antiquo quatenus per nouum recedendum.</i>	nu.	97
<i>Argu</i>		

<i>Argumentum à contrario sensu quando non valet.</i>	nu.	97
<i>Lex recepta tantum quoad partem, quoad illam seruanda.</i>	nu.	98
<i>Præscriptio de vno loco, tempore, vel re, nõ extenditur ad alia.</i>	nu.	98
<i>Horas B. Mariæ nõ solu cõsuetudo sed lex Papalis induxit.</i>	nu.	99
<i>Missans solènter an debeat secretò dicere Epistolam & c.</i>	nu.	100
<i>Cantata ab aliis non esse necesse dici secretò ab aliis.</i>	nu.	100
<i>Cantus, distributioni lucranda, an necessarius.</i>	nu.	101
<i>Maiores chori non excusantur à cantu.</i>	nu.	101
<i>Deuotioni augenda cur seruit cantus.</i>	nu.	101
<i>Maria qua ratione creaturarum maxima dici potest.</i>	nu.	102
<i>Oratio an dicatur Credo.</i>	nu.	102
<i>Pater noster, Ave Maria, Credo, & Salue lingua vulgari donanda.</i>	nu.	103
<i>Biblia vulgaria quibus permittenda.</i>	nu.	103
<i>Missæ præparatio quæ præcepta & quæ vtilis.</i>	nu.	104
<i>Exordia nimirum longa vitanda.</i>	nu.	104
<i>Horas omittens miles vel puer qui non peccat, nec restituit.</i>	nu.	105
<i>Episcopus non intendens consecrari cur non restituit vt paterochus nolens ordinari.</i>	nu.	106
<i>Pœna maiore interdum punitur crimen minus.</i>	nu.	106

XXII. Miscellanem, quod gratum & vtile videtur fore, vt diluantur quaedam Antinomiae & oppositioes, quæ alicui contra quaedam præfata occurrere possent. Prima est quod contra illud quod habetur in c. 3. n. 41. Vespervas iuste posse in quadragesima etiam in feriis post cœnam priuatim dici faciunt tria. Primum, quod Breuiarium Romanum tam antiquum quàm nouum habet Vespervas dicendas illis diebus ante cœnam sine vlla exceptione, secundum quod consuetudo id videtur seruare. Tertium, quod Concilium Cabillonense à Gratiano citatum ^a verbis strictioribus quàm Breuiaria statuit. Illi scilicet nullatenus ieiunare credendi sunt, si ante manducauerunt, quàm Vespertinum celebretur officium. Ad quod dico primo quod non obstantibus histenet Caiera. ^b non esse de necessitate officij, nec de necessitate ieiunij, vt clericus dicat Vespervas in Quadragesima; nec in aliis ieiuniis Nonam ante cœnam, & alibi ^c ait primo non esse de præcepto, sed de consilio dicere Vespervas ante cœnam, & paulo post dixit, quod sicut in ieiuniis quatuor temporum non est necesse dicere Nonam ante cœnam, quamuis iure communi id videatur statutum, vt colligitur ex Thoma, ^d sic non est necesse in Quadra-

^a In c. solent. de consec. dist. 1.
^b In summa verbo ieiunij pag. 1.
^c In 2. sec. q. 147. art. 1.
^d In d. ar. 7. & ex 9. in ieiuniis sub. d. cap. solent.

gesima dicere Vesperas ante cœnam. Secundò dico, quod eius determinationem ego (cùm ante circiter 40. annos 95 prafatum c. solent Salmatica prælegerem) declaravi, & limitavi ne procederet in Vesperis publicè dicendis, sed tantùm in eis, quæ priuatim dicuntur. Pro qua declaratione ponderavi contextum illius cap. Conciliatis, in verbis continentibus rationem dicendi, videlicet: (Concurrendum est enim ad Missas, & auditis Missis & Vespertinis officiis ad cibum accedendum est). Hæc. ibi. per que apparet Concilium loqui de Vesperis concurrente populo dicendis, & non de aliis de quibus locutum fuisse Caietanum coniciebam ex illis verbis eius, quæ posuit vbi supra. ^c An autem antequam comedat dixerit clericus Nonam aut Vesperam &c. & ita supra ^f tenui mediam opinionem, monendo eam ibi ^g probati, si benè pōderetur textus, videlicet Vesperas, quæ publicè dicendæ sunt in Ecclesia, dici debere de præcepto ante cœnam, priuatas verò tantùm de consilio, & eodem modo videtur limitandus Angelus dicens, ^h prædictum Concilium Cabillon. ⁱ loqui de perfectione, & non de præcepto, & idem quod ego tenet Syuest. ^k addens ita tenere Doctores. 3. quod per proximè dictum responderetur ad tertium argumentum, desumptum ex dicto Concilio Cabillon. ^l nempe quòd habeat locum in Vesperis publicè dicendis, non autem aliis. Ad primum autem desumptum ex Breuiariis Roma. respondeo illud deduci ex dicto Concilio, ^m esse que quandam admonitionem, vel innouationem ipsius quod totus orbis Christianus Vesperas publicas ante cœnam canit, vel recitat, & lex noua innouans vel declarans antequam intelligenda. amplianda, & limitanda est, vt illa, iuxta glosam recep. ⁿ quam dixit singularem Card. ^o & pro qua est textus Iustiniani. P

Ad secundum verò respondeo primo variam esse cōsuetudinem, quia vt multi dicunt Vesperas etiam priuatim ante cœnam, ita & multi post eam, vt & in ieiuniis multi dicunt Nonam ante cœnam, & multi post eam. Secundò quod qui dicunt ante cœnam videtur de consilio id agere, & probabile est Angel. Syluestrum & Caieta. viros insignes ita dixisse, quando eas ante cœnam dicebāt cùm ipsi in ea fuissent opinione, vt possent iustè dici post cœnam, quam ego semper fecutus sum quoad Vesperas priuatas (licet enim eas etiam priuatim ante cœnam solèã dicere, nisi aliqua causa iusta interueniente, ea tamen mēte id soleo facere, quòd

e In dicto verb. ieiunium. §. 1. f In d. c. 3. nu. 41. g In d. ca. solent.

h In sum. verb. ieiunium. §. 2. i De quo iu d. cap. solent. k verb. Hora. q. 9.

l D. ca. solent.

m D. cap. solent.

n Clemens. Paruti de elec. verb. Consuetudine. o In d. Clement.

p In Auth. Constitutio. quæ innovat. §. vñ. de. vers. In illis. col. 3.

quòd putem id consuli magis quàm præcipi) non autem quoad publicas de quibus prædictum Concilium, vt supra declaratum est, præcipit, vt ante cœnam dicantur.

96 II. Antinomia, quòd contra aliqua eorum, quæ supra ^q satis copiose dicta sunt de necessitate dicendi orationem dominicam siue *Pater noster* in horis Canonicis videtur obseruantia Illustriss. Ecclesiarum Urbis, ibi enim dictum est in fine cuiusque horæ debere dici *Pater noster* & in prædictis Ecclesiis non dicitur post Vesperas quando immediatè dicitur Completoria, vt ferè semper dicitur, neque in fine aliarum horarum cum immediatè alia non dicitur, sed solum *Salve Regina* quo dicto egreditur à choro: Imò neque in fine alicuius horæ si dicenda sit immediatè alia dicitur pro fine illius, sed pro principio immediatè dicendæ. Pro qua obseruantia facit Rubrica initiorum Tertix, Sextæ & Nonæ, quæ iudent dicere *Pater noster*, & *Aue Maria* pro initio illarum, & in earum fine, non videtur dici *Pater noster* nec *Aue Maria* pro earum fine. Cōtra verò illam facit, quòd in regula generali de oratione dominica, vel Salutatione Angelica statuitur in hæc verba: Finitis horis dicitur similiter secreto *Pater noster* tantum, dicto versu, *Fidelium anime*. Per quod ego semper hæctenus dixi & posthac donec aliud clarius statuatur, dicam *Pater noster* in fine cuiuslibet horæ: licet immediatè non dicam aliam, etiam in Vesperis & dicturus aliam immediatè pro fine dictæ, & principio dicendæ dico *Pater noster* adiuncto *Aue Maria* pro initio dicendæ, exceptis Vesp. in quibus dico *Pater noster* tantum pro fine illarum, & pro principio Completoria, alterum *Pater noster*, post *Iube*. & breuem lectionem & versiculum, *Adintro-*

97 *rium*, motus ea neruosisima ratione, quòd à iure antiquo non est recedendum nisi quatenus per iura noua exprimitur ^r & quòd ius antiquum ^s vt supra ^t dixi habet, debere dici *Pater noster* in fine cuiuslibet horæ, & quòd per regulas Breuiarij se. re. Pij V. non receditur expressè ab eo: imò statuitur idem vbi supra. ^v

Nec obstat regula illa specialis, quæ ponitur in fine Vesperarum Sabbati scilicet post, *fidelium anime* & *Pater noster* sic terminatur officium vbi alia non sequitur hora. Tum quia in sensu directo facit pro nobis, quatenus habet quòd Vesperæ terminantur per *Fidelium* & *Pater noster*. Tum quia licet in sensu indirecto, siue per argumentum à contrario sensu significet non esse dicendum *Pater noster* si alia hora

q Cap. 10. n. 61. & alii quid ca. 3. num. 64.

r L. Præcipimus. C. de Appell.

s De quo in c. id est per placuit. de Consecra. di. 5.

t In ca. 3. nu. 64.

v In Reg. de oratione dominica & salut. Angelica.

x L. i. ff. de offic. eius cui mandata est iuris di. & c. Cui apostolica de his quæ sūt a. plat. y q̄ vltima est c. significasti de foro cōpe. a In clem. i. de vsur. z c. si forneraueris, & c. Plerique 14. q. 3. a c. Id seper, de Cōsec. dist. 5. b In d. ca. id semper. c Arg. notat. in cap. Cum iam dudum de Prebe. ca. q. circa de Confang. d c. In istis leges. 4. d. e In c. i. de treug. & c. a In loco proprio. f Argu. de toto ad partem. l. Q̄q̄ de tota. ff. de rei v̄d. c. Pastoralis. §. Item cū totū de offi. deleg. g c. 23. nu. 62. h c. in cāis de re iud. i Iuxta. l. o. lenn. gl. c. odia de re gu. au. li. 6. k In c. auditis de p. script. vbi hoc anno. Innocē. &

immediatē sit dicenda, sed hoc nihil obstat, quia licet illud argumentum sit in iure alias fortissimum x nihil tamen valet cum sumitur contra ius expressum iuxta glo. memorabilem, & receptam Y adeo quod gl. sing. & recep. a habet valere statutum, quo cauetur, ne quis accipiat pro vsura plusquam vnum pro decem eo quod non censetur disponere a argumento à contrario sensu quod possit accipere vnum pro decem, quia contrarium exprimitur in iure z & ita cum iure dici debeat *Pater noster* in cuiuslibet horæ fine iuxta concilium Gangrense, a adiunctis scholiis Archidiaconi communiter recepti. b cumque regula breuiarij generalis præfata de Oratione Dominica idem habeat, non est locus præfato argumento à contrario sensu.

Non obstat prædictarum Illustrissimarum Ecclesiarum obseruantia, Tum quia iustificari potest expresso consensu Pontificis Max. vel tacito, qui colligitur ex scientia patientia adiuncta cum potentia facile prohibendi eam. c Tum quia etiam potest iustificari ex eo quod breuiarium præfatum cum hac modificatione, à principio receperunt & obseruant, quicquid fortè aliqui parum hæc expendentes seruent sine textu & ratione, quæ id concludat, qui tamen excusari possunt si à principio regulam illam non receperunt in sensu quo ego illam recepi & seruo. Quia lex humana etiam iusta si non est recepta non ligat iuxta Gratianum d 98 & glo. receptam & singularem e late dilatatam à Felyno a & licet sit recepta quoad vnam partem non obligat quoad aliam quoad quam non est recepta: f quod ad grande propositum applicauimus in Manuali Conf. ff. §

Subicitur autem questio grauis, & quotidiana. An obseruantia præfatarum Ecclesiarum Illustrissimarum excuset à dicendo toties *Pater noster* alios clericos dicentes singulariter suas horas extra choros earū vel extra Urbem, vel vltra montes. Pro parte enim affirmante facit solēne illud cap. h quatenus probat inferiores debere sequi ordinē iudicandi Papæ; Per quod ibi Bal. fultit illud pentametrum.

A maiore boue discat arare minor.

Pro parte verò negante facit quod præscriptio non extenditur vltra loca, tempora, & res, vbi, quando, & in quibus perfecta est. i Pro qua est textus. k Equidem in præsentia arbitror excusari omnes clericos, saltem Urbis, qui exemplum præfatarum ecclesiarum bona fide sequuti illa omitunt. Illos item qui bona fide præfatas regulas ita intellexerunt

runt, & iudicarunt esse obseruandas, ac præfatæ ecclesiæ obseruant; non autem eos, qui eas, vt ego intelligo, & vero iuris rigore me sententia sunt intelligendæ intellexerunt à principio: & eas iuxta illum intellectum obseruare cœperunt, per prædicta & alia quæ breuitatis gratia omitto.

Tertia Antinomia, quod contra id quod supra l visum est dici, omnes, qui tenentur ad dicendas horas Canonicas 99 teneri etiam ad dicendas horas minores Virginis Matris ex præcepto Urbani. II. Facit non solum formula recitandi Breuiarij Pij. V. sed etiam omnium breuiariorum, saltem clericorum secularium, quæ mihi legere licuit iuxta virgorum formam plurimis diebus non dicuntur horæ Virginis Matris. Ad quod respōdetur primo quod defuncti b hæc verba; Præcepto antiquo vt in erratis ponitur, ita vt sit sensus, quod non solum vsu & consuetudine dicebantur olim horæ B. Virginis, vt ibi citati putarunt sed etiam ex præcepto Urbani I. Pontificis Max. & nō quod hodie omnes qui sunt obligati ad horas canonicas, obligantur ad dicendas illas. Quoniam sicut multa præcepta generalia etiam Max. Pontificum, etiam in conciliis generalibus edita, quæ omnes & omni tempore obligabant quando edita fuerunt, nunc non obligant, vt tunc. Quoniam postea per alios suos Canones, & statuta, & priuilegia, & consuetudines rationabiles præscriptas inueniuntur sublata vel limitata, ita illud præceptū Urbani, in variis terris variè limitatū fuit etiam ante præfatum Breuiariū per consuetudines rationabiles non dicendi eas, quibusdam diebus, & partibus anni, imo & sublatum fuit per dispensationes, quæ solebant dari ad recitandum Breuiarium Cardinalis S. Crucis. imò etiam per præfatum Breuiariū Pij V. sublata est obligatio dicendi eas de præcepto extra choros, quamuis prouidè ac piè inducta sit exhortatio ad eas dicendum, cum indulgentiarum largitione. Licet, (vt audio) Cistercienses, & alii quot alij religiosi etiam hodie, quotidie dicant eas.

100 Quarto antinomia, quod consuetudo & Ordinaria Missalium videntur habere vt sacerdos dicens Missam dicat per se epistolam & euangelium: quod non esse necesse habet supra m. Ad quam respondetur primò quod nullo canone in corpore iuris clauo præcipitur missanti solenniter cum diacono & subdiacono recitare secreto epistolam vel euangelium quæ ipsi cantant, ante vel postquam cantauerint vel cum cantant, & vt Stephanus Papa dixit. n

dilatat. Fe lin. §. i.

1 c. 10. n. 3.

m in illo num. 3.

m In c. 10. nu. 44.

n In c. cōsuluisse. 2. q. 4.

Quod sanctorum Patrum decreto sancitum non est, superstitiosa aduentione, non est præsumendum, id est, non est dicendum aliquem ad aliquid esse obligatum nisi id iure naturali, diuino vel humano caueatur. Secundo quod non memini legere aliquod ordinarium Missæ quo id præcipiatur. Nec missale nouum fecit. Pij. V. id habet, licet enim habeat Missantem osculari debere librum Euangelij sibi ad id delatum, non tamen habet ut in eo relegat Euangelium. Tertio quod licet consuetudo Missantium frequentior habeat, licere tanquam quid vile dicere secretò epistolam & euangelium, quæ cantantur, non tamen habet, quod non liceat id non facere, cum multa sint consuetæ, quæ non sunt præcepta. imò consuetudo omnium qui Missas dicunt, diebus quibus Christi passio cantatur ab aliis quam à sacerdote, habet non recitare inter Missarum solennia, passionem illam cantandam vel cantatam, neque qui cantat eam cum aliis dicit secretò partes illas, quas alij canunt, nec in die Parasceues, & Sabbato Sancto apud multos legit secretò sacerdos lectiones, quas subdiaconus & chorus cantant, nec hebdomadarij lectiones nocturnorum cantatas tenentur nec consuevit secretò dicere. 4. quod decus officiorum diuinorum consistit in seruando ordine, quem statuit Ecclesia: ut quædam dicat solus sacerdos, quædam solus populus, vel chorus nomine ipsius, quædam subdiaconus & quædam diaconus, Ita quod dedecus & confusio esset, ut sacerdos secretè diceret omnia, quæ dicit chorus, & iure fuit reprehensus quidam, qui cantato *sursum corda* secretò dicebat *Habemus ad Dominum* quod chorus cantabat, & cæto *Gratias agamus &c.* subdebat *Dignum & iustum est.* & Beat⁹ Gregorius P. decreuit ne subdiaconus vel diaconus altari assistens caneret psalmos, vel alia ad se non spectantia. Quia & ut audio in Illustrissimis prædicatorum ordine, qui missat sic, non recitat secretò Euangelium à diacono cantandum vel cantatum. Equidem quid aliis vsu veniat nescio, mihi aurem vtrunque modum diuersis vicibus experto, vsu venisse scio quod grauius, attentius, & deuotius rem gessi quoties tantum audiui, quam quoties primum legi, & postea audiui, spe magis attendendi cum audirem, minuent attentionem legenti tumultuariè (vt sæpè legi solet) & contra lectione illa diminuentem curam attendendi cantantur sicut & vt supra. 9 dixi, recitatio secreta vesperarum canendarum solet efficere, vt frigidè attendatur vtriusque, quod fuit in causa vt ante 40. annos, à consuetudine prælegendi

o s. fin. 4.
dist. ca. qd
precipitur
74. q. 7.

p In cap.
sancta. 9.
dist.

q c. 10. n.
46.

illas secretò abstinerim. Quamuis certum sit vtriusque bene fieri posse.

101 Quinta Antinomia est quod in aliquibus Ecclesijs Italiae insignibus aliqui habentes dignitates lucrantur distributiones quotidianas in choro, etiam si non canant canenda cum alijs, si modo secretò suum versum dicant, quod non esse iustum dicitur supra. ad quam respondeo primo quod ibidem satis tangitur, & soluitur hæc Antinomia. 2. quod nihil obstat. Tum quia non quod fit sed quod fieri debet est attendendum, vt in hac ipsa specie psallendi habetur in concilio Viennensi. 5. Tum quia huiusmodi consuetudo subtili & efficaci ratione reprobatur à Caietano in quodam loco. Tum quia licet ipsemet Caietanus in alio loco nitatur eam defendere, id tamen facit potius ductus compassione ea videntium, quam vilo vero iure communi, vt ex eius verbis colligitur. Tum quia id per quod niritur illam defendere, scilicet, quod maiores chori debent contemplati & non cantare ea quæ cantantur à minoribus, est falsum & efficaci ratione ab ipso alibi confutatum. Tum quia id nullo iure communi statuitur, nec probatur, & ideo non est dicendum. 7. Tum quia pugnat ei totius Ecclesiæ Hispanæ & Gallicanæ consuetudo, & ratio illa quæ habetur in titulo; Quomodo diuina officia sunt dicenda, scilicet, cum psallendi gratia ibi conueniant, muta & clausa labia tenere non debent, sed omnes præsertim qui maiore funguntur honore, in psalmis, hymnis & canticis Deo alacriter modulentur. Quare, meo iudicio, non potest defendi præfata consuetudo Ecclesiarum prædictarum, nisi priuilegio 3. Sedis Apostolicæ, vel statuto ab ea confirmato, vel consuetudine rationabili legitime præscripta, illis tamen sic, quatenus id quod nos diximus iuris humani est. Nam quatenus iuris naturalis vel diuini esset ratione contractus, vel vltimæ voluntatis, non posset defendi etiam per illa, nisi iustæ causæ niteretur iuxta mentem Vrbanij Papæ, & communem sententiam. 2.

Non obstat præfatis contra Caietanum adductis, id quod pro eo potest allegari (licet ipse non alleget) ex Thom. b scilicet, quod maiores Ecclesiæ non debent insistere cantui, Tum quia non loquitur de maioribus chori, sed de maioribus Ecclesiæ. Tum quia ex ratione ipsiusmet colligitur voluisse dicere quod præfati maiores, non debent officium cantorum assumere, ne auertantur ab officio prædicandi,

non

r In c. 16.
nu. 47.

s Clem. 1.
de celebr.
missa. & ex
traug. 1.
102. 22. de
vit. & ho-
nest. clerici.
inter
cōmunes.
r In tra. &
vlti. resp.
8. 1. tom. o-
pusculum.
v In sum-
ma verbo.
Horarum.
§. 4.
x In d. tra.
cta. 31.
y c. Con-
suluiti. 2.
9. 4.

z ca. sunt
quidā 25.
9. 11.
a In c. que
in ecclesia
rū de con-
stit.
b 2. sec. q.
91. art. 2. in
3. argum. &
respon. ad
illud.

non autem voluit dicere, quod maiores Ecclesiæ habentes beneficia vel officia quibus cantus est annexus, non debeant cantare. Nam etiam Cardinalis qui coram Papa die solenni missat, cantat eam, & idem facit, si aliud officium cantandum ei committatur. Quæri autem potest, an iusta causa esset, omittendi cantum versus, propter contemplationem in eis contentorum. Quod videtur sentire Caietanus ubi supra. ^c Sed ipse contra puto. Tum quia cantus officiorum diuinorum, inuentus fuit ad augendam deuotionem, & contemplationem in eis contentorum, vt post Tho. ^d late diximus supra ^c & restatur Ioan. x x i i. ^f Tum quia experientia rerum magistra ^g constat, quod minus bene contemplari potest quis contenta in versu quem secretè dicit, sociis cum cantantibus, quam cantando eum cum illis. At Caietanus non excusat maiores chori, a recitando secreto suum versus, & ita non potest dicere causam iustam omittendi cantum sui versus, esse contemplationem ^y maiorem in eo contentorum. Tum quia vt diximus supra ^h post Thom. ⁱ Mora quæ fit in cantu auget occasionem contemplandi, & consequenter festinatio eam diminuit. Quia quod operatur propositum in proposito, operatur oppositum in opposito ^k ergo à contrario quæ cum maiori mora fit, maiorem occasionem contemplandi præbebit ^l quam recitatio quæ breuis fit præsertim diuisa attentione, in suam secretam recitationem, & in audiendum cantum, quem non potest non audire.

VI. Antinomia tollitur eo quod in erratis impressioris ¹⁰² ponetur deesse ^m verbum, (Seditiosè) post illa verba, (exoneum esse sanctis sui ordinis, patriæ, vel officij) Quod etiam ex verbis immediatè sequentibus colligitur. & quod in cap. 19. ⁿ ubi legitur, Creaturarum optimam debet legi, *creaturarum purarum optimam* vt etiam in erratis ponetur. Quamuis etiam si non legeretur expressè, ita tamen subintelligendum esset, vt subintelligitur etiam in Breuiario præfatio Pij V. & in S. Io. Chrisostomo relato ibi ^o Hæc sola B. Maria, cælum ac terram amplitudine superauit, & paulo inferius, Non denique aliud quippiam inter creatas res visibiles, aut inuisibiles, maius aut excellentius inueniri potest. Intelligendum enim est, de rebus creatis puris, siue quæ non sunt ipsi Deo illa mirabili vnione hypostatica vnita. Eodem modo intelligendum est illud Euthimij apud Meta phrasten relatum ab Aloyfio, Lippomano ^p Hæc demum per-

perit, & est propriè vereque deipara & altior & superior quauis re creata, tam quæ sub aspectum cadit. quam quæ non cadit. Similiter & quædam alia Bernardi ^q præsertim illud. Super omnem exaltata est creaturam, & illud, Nec in terris locus dignior vteri Virginali templo, nec in cælis regali eius folio. Cuiusmodi loquendi ratio desumi potest ex iis, quæ tradit Thom. scilicet quod licet palam sit, animam & humanitatem Christi esse creaturas, longissimè quoad dona gratuita præcellere Virgini Matri: quia tamen ita sunt ineffabili modo vnita secundæ personæ diuinæ in creata, quod illa dicitur homo simpliciter, licet non creatura, nisi cum adiectione secundum illas, excedunt tamen adeo aliam omnem puram creaturam, vt dicens Mariam esse rerum maximam creaturam, merito videri debeat dicere eam esse maximam tantum purarum creaturarum, quibus tam longè præstant illæ, ita creatori summo vnite, vt quadantenus dicantur deificatæ, & extra omnem aliarum creaturarum aleam sepositæ.

VII. & satis leuis Antinomia, quod supra in vno loco ^s habetur quod *Credo* non est oratio, & in alio ^t videtur appellari oratio & forma orandi. Ad quam respondeo quòd in priori loco ^v expressè dicitur quod non est oratio capièdo verbum (*oratio*) specialiter pro petitione, in posteriore verò loco, si satis perpendatur, non ponitur inter solas formas orandi, sed inter formas orandi & contemplandi. & constat *Credo* esse formam optimam contemplandi, imò & necessarium totius bonæ contemplationis fundamentum, iuxta illud Augustini, ^x Vbi sana fides non est, non potest esse iustitia: & breuitatis & claritatis causa, vt vno verbo complecterer quatuor formas præcandi & contemplandi, vsus sui verbo, Orationis, in significatione generali, qua significat non solum petitionem sed omnem actum cogitandi, meditandi de Deo, & contemplandi diuina, vt frequentissimè solere accipi dixi supra ^y & omnium apertissimè & breuissimè docet eruditissimus idemque piissimus Petrus Canisius, magnum Illustrissimæ Societatis Iesu decus & ornamentum. ^z

¹⁰³ VIII. Antinomia est quod sunt qui contra id quod habetur supra ^a videlicet expedire vt *Pater noster, Ave Maria, Credo & Salue* fideliter versa permitterentur aliquibus non callentibus linguam latinam, vt melius intelligerèt, & contemplarentur contenta in eis, Contra inquam, hoc sunt qui

oppo

q In primo sermone de Assumptione. r 3. par. q. 5. & 6. per totum art. 1. & sc. q. & q. 16. ar. 8. & idem cum aliis in 3. lib. sent. di. din. & 11.

s c. 4. n. 9. t c. 19. nu. 199. v c. 4. n. 9.

x c. vbi 24. q. 1. & arg. c. Cui Paulus 1. q. 1.

y In ca. 1. nu. 8.

z In summa doctr. christ. tit. de triplici genere bonorum operum q. 7 a in c. 19. n. 199.

c In d. verbo horarum §. fin.

d 2. sec. q. 91. ar. 2. e Inc. 17. nu. 3.

f In d. extrauag. 1. de vit. & honest. cleric.

g c. quam fit de elec. lib. 6.

h c. 17. nu. me. 30.

i 2. sec. q. 91. ar. 2. a d 5.

k l. & si cõtra ff. de vulgari & c. sciendū §. q. 1.

l vt ait Thom. ubi supra.

m In c. 12. nu. 25.

n c. 19. n. 135.

o Die 5. Oктаue Natiuitatis B. Mariz lect. 4.

q In. p. g. conio 20. n. Deipara.

opponent. Primo quod Italia non vitur huiusmodi versionibus. Deinde quod *fec. rec.* Pius V. vetuit vsus horarum B. Marię Virginis in linguam vernaculam versarum. Ad quos respondeo: primo negando quod illorum quatuor versione non vitur Italia, cum etiam Romę, quę caput est eius ac totius Orbis Christiani permittantur verti & typis excudi. Tum quia ex eo quod aliquid non fiat in Italia, vel alibi, non sequitur non posse iuste fieri alibi, vel in ea, neque ex eo quod aliquid fiat in ea vel alibi, infertur id iuste fieri posse in ea vel alibi. Quia illa sunt diuersa, & à diuersis non fit illatio, ^b & quia multa bona non sunt in Italia vel alia regione, quę iuste fieri possunt, & contrā multa mala, quę iuste fieri non possunt vt palam est. Secūdo quod aliud est officium Virginis Marię & aliud *Pater noster*, *Aue Maria* & *Credo*, & Pius V. nō vetuit hęc quatuor haberi versa in vernaculam linguā, neque omnia contenta in officio Virginis Marię in linguam vulgarem versa, sed tantum officium ipsum, vt patet in sua extrauaganti ^c Nec causa prohibendi, nempe, quod erant multa superstitiosa, composita ex capite impressorum, habet locum in his quatuor. & cessante causa debet cessare effectus. ^d Terriō. Quod in tota Ecclesia Hispana cum magno fructu puerorum id permittitur ab Ordinariis, & Inquisitoribus ex versione Dominici Soto viri eruditissimi iuxta ac piissimi ac aliorum eruditorum, & latissimis Indię Regnis hęc quatuor & alia multa doctrinę Christianę in suam linguam Vernaculam versa cum magno fructu docentur, & ante circiter. 25. annos, quidam Cantaber pius & doctus magna cum approbatione supremi Regis Catholici consilij, pari que utilitate Christianissimi prouinciarum quę lingua vasconica, (quę remotissima est à Latina, Itala, Hispana & Galla) in finibus Hispanię & Gallię ad Oceanum vtuntur, hęc quatuor, & totā summam doctrinę Christianę, vertit in linguam Vasconicam, simul & docuit. Quod vtinam ante quingentos & mille annos factum fuisset, & quantum profuerit summa doctrinę Christianę, à prefato Caniso composita, & in varias vulgares linguas versa ex edicto Cęsarıs Ferdinandi, cum primis omnium Cęsarū Christianissimi colligere licet. Quarto quod per regulam quartam indicis librorum prohibitorum Concilij Trid. à *fec. re.* Pio. 4. confirmari possunt aliquibus certo modo qualificatis, etiam tota Biblia in vulgarem sermonem versa ab episcopo vel Inquisitoribus permitti.

b l. Pomponius c. exuli. ff. de minor. & c. ad audientiam de Decim.

c Quę incipit Superi edicta annota.

d ca. Cum cessante. de Appell. l. Adigere. §. Quamuis. ff. de viurpatio.

mitti. Quinto quod bona pars causę, quare aliquot penitentiarij Romani & aliquot aliarum gentiū confessarij testantur, magna pars rusticorum & pastorum quarundam regionum montanarum paulo plusquam ethnici de pertinentibus ad doctrinam Christianam intelligunt, est, quod contenti tenere illa memoriter, vt pstraci humana verba edocti non ediscunt quicquam horum in suam linguam versum, & ita parum vel nihil de illis intelligunt, & minus eis afficiuntur. quia vt ait August. ^d Nihil volitum, quod non prius cognitum. Denique quod nullo iure naturali, diuino vel humano id prohibetur, ergo non est dicendum. ^e

¹⁰⁴ IX. Antinomia quod dicendo supra, ^f Ecclesiam vnuerusalem non videri præcepisse aliquam præparationē ad missandum præter eam, quę ponitur in ordinario Missę, videor reprobare vel despiciere præparationes, quas aliquot Missalia continent. & alias, quibus deuotiores ante missas vt videntur, quod non videtur modestum. Ad quam, respondeo, aliud esse dicere reprobandas vel despiciendas esse præparationes aptas quibus præfati deuotiores vtuntur, vel quas Missalia doctē composita suadent, quod ipse nullatenus aio, & aliud esse dicere Ecclesiam non præcepisse missantibus aliam præparationem quam in Ordinario Missę contentam quod ego aio & quidem recte. Tum quia nullam talem præcipit in suo missali *fec. recor.* Pius V. Nec vllō iure communi in corpore iuris clauso id præcipitur. Tū quia in nullo alio Missali legere memini præceptum de vlla tali præparatione faciendā. imō bona pars Sacrificiorum ante missale præfati Pij V. omittebat psalmū *Judica me deus* quem ordinarium Missę Romanum ante confessionem generalem dicendum proponebat. Vtentes autem præparationibus aptis præsertim breuibus verbis conceptione interiore redundantibus adeo imitari iam inde à mea Missa prima percipui, vt post aliquot annos cœpissē vtiquadam breui, quę mihi paucis meam humilitatem & diuinam sublimitatem representaret, in hęc verba.

Fragilitatis, tenuitatis & omnimodę penurię meę consideratione, maiestatis, & omnigenę virtutis tuę ò mi Deus Omnipotens, contemplatione, fac me animo collecto, & tremebundo ad mensam ditissimi. D. N. Iesu Christi accedere, ita vt timore tuę offensionis abigat à me spiritum elationis, & amor honoris, & laudis tuę, expellat à me appetitum honoris, & glorię proprię, quo fiat, vt admirabile

Sacri

d lib. 13. de trinita. 1. c. c. Cōsul uisti. 2. 9. 4. f. In ca. 21. nu. 37.

Sacrificium ritè offera m tibi ad laudem, & gloriam nominis tui, ad utilitatem quoque nostram & totius tuæ Sanctæ Ecclesiæ. Amen. Dixi supra (præsertim breuius) quia nimis longæ nonnunquam efficiunt, ut animus in attendendo præparatoriæ orationi lassatus minus atterè priores partes Missæ legat, aut proferat, & minus deuotè mysteria consecrationis, quæ maximam attentionem & deuotionem requirunt, peragat. Quod mihi non semel euenisse ingenuè fateor, uenisse que in mentem præcepta illa Rethorum quæ nimium longa exordia improbant, nè dicatur, Oratio creuit in caput & quod non est sapiētis ante historiam effluere & in ea ipsa succingi. §

§ 2. Lib. Machabe. c. 2. a In c. 11. num. 38. & seq.

X. Antinomia quod non satis cautè uideor aliquibus dixisse supra ² peccare cum onere restituendi fructus, illos beneficiarios, qui docti, & scientes recitare, & digni beneficiis, quæ suscipiunt, non recitant horas Canonicas non autem milites, & quosdam alios ignorantes & nescientes recitare, qui ob hoc non recitant eas, quamuis non sint satis digni beneficiis donec addiscant.

b Deuter. c. 25. & ca. Non afferamus. 24. q. 1. c ca. 1. de Regu. iur. lib. 6. cum citatis 2 gl. ipsius c. Grauis de Rest. spol. cū citatis 2 gl. eius. d In l. Idē iuris ff. ad l. Aquil. e In c. In scripturis 8. q. 1. f §. Statuimus scilicet. 9. g relaram sup. c. 7. n. 30. & in Manu. Cōfess. ca. 25. num. 122.

Pro quibus facit primo, quod hi ter uidentur peccare, nempe, indignè acceptando beneficia, & indignè recitando illa, & negligendo dicere horas, illi autem non nisi semel, scilicet, negligendo dicere horas. Atqui magis peccat, magis est puniendus, iuxta illud: b Pro mensura delicti debet esse plagarum modus. Secundò quod qui possidet beneficium sine canonico titulo, non facit fructus eius suos, & tenetur restituere illos, iuxta sacros Canones ^c & præfati milites & alij nescientes recitare horas, non uidentur habere canonicos titulos suorum beneficiorum: quia uidentur peccare acceptando illa ignorantes ea quæ requiruntur ad iustè seruiendum eis, in quibus est scientia rectè recitandi, quæ ipsi carent, Cum omnis qui utitur munere, quo vri nescit, peccet iuxta doctrinam Gaij Iuris consulti ^d & B. Gregorij ^e; Quod uirique tam hi quam illi omittunt dicere horas Canonicas & uirique tenentur dicere illas cum possunt. & ita uirique committunt idem peccatum, ob quod perduntur fructus. iuxta Concilium nouissimum Lateranense, f & extranaug. Pij V. quæ incipit, ex proximo. §

Quam Antinomia clarè diluatur. Præsuppono primum, Quod non omnis collatio beneficij iniusta, est ipso iure inualida, siue nulla. Illa enim quæ fit capaci ab habente potestatem conferendi, cum defectu alicuius circumstantiæ

tiæ finis debiti, siue iustæ intentionis, temporis, loci, uel scientiæ sufficientis, ad iustè & sanctè regendum beneficium sibi collatum, modo sciat legere & construere, valida est, secundum receptam sententiam. h sicut & multæ sunt excommunicationes iniustæ quæ tamen ipso iure ualent. i Imò etiam multæ absolutiones iniustæ ualent. k Secundo: præsuppono, quod non omnis indignitas reddit collationem ipso iure nullam, cum solum regulariter eam talem reddat illa quadruplex, quæ ex celebri Decreto Alexandri colligitur ^l scilicet defectus natalium, ætatis, litterarum scientiæ, & morum honestatis. Imò neque semper duæ posteriores. Nam tertia, scilicet, defectus scientiæ litterarum tum demum reddit nullam, quando reddit quem penitus illiterarum, ita quod nescit legere ut decreuit Gelasius cum glossa sua ^m. Cui satis cõcordat ⁿ Bonifacius Quamuis enim qui non habet scientiam sufficientem administrandi beneficium aliquod, sit indignus eo ad hoc quod peccet acceptando illud, per iura supradicta ^o non tamen regulariter ad hoc, quod collatio ei facta non ualeat. Nam Innoc. receptus ^p ab omnibus ait, posse beneficium conferri ei qui non habet sufficientem scientiam eorum, quæ requiruntur ad illud regendum, modo sit spes quod ea discet. Et licet omne crimen, quod inducit defectum grauitatis mōrum, faciat quem indignum beneficio, ad hoc ut illud acceptas peccet, ut infra ^q uiliter, & efficaciter probabitur, non tamen efficit collationem nullam nisi talis sit, quod inducat irregularitatem, censuram, aut aliam inhabilitatem specialem, quæ erit luculenta resolutio eorum, quæ alibi ^r satis confundunt Felinus & citati ab ipso, tractantes illam questionem. An collatio facta criminoso ualeat? Tertio Præsuppono, quod beneficiarius non tenetur ad renunciandum beneficium, eo solo, quod nesciat omnia illa quæ illud requirit, modo sciat legere & construere, ut prædictum est, & præsupponit Panor. recept. ^s dicens quod tenetur quidem discere illa, sed non renunciare illud; si potest, & intendit discere. Quarto præsuppono, quod nonnunquam minora crimina lege humana grauiori pœna, quam maiora puniuntur; iuxta Claudianum, iurisconsultum ^t & iuxta receptam sententiam, v quæ habet: Neminem excommunicari ipso iure ob solam hæresim mentalem, uel odium Dei mentale, quæ sunt maxima crimina,

506

h In cap. Cū in cunctis, de electis, & glo. Clem. 1. de Concessis, præb. i cap. 1. n. q. 3. k cap. venerabilis, §. ubi de sententia excomm. lib. 6. l In cap. Cū in cunctis, de electis. m Illiteratos 36. distin. n c. fin. de temp. ord. lib. 6. o dict. l. Idem iuris mad. l. Aquil. & c. in scripturis 8. q. 1. p dicitur Cū in cunctis. q In alio Miscellaneo, quod cum quibusdam illis nō potuit in presentia typis excudis, sed pro pedis excudetur, r cap. de Rescriptis, c. venerabilis, de præb. t L. Ant. facta §. nonnunquam, de regu. v Quæ reuulimus in

Manualio. 27. n. 56. post Cæter. 2. sec. q. 2. ar. 3. & 4. & in sum. v. Hæresis, & alios alibi.

c. 2. sec. q.
 no. art. 6. q.
 14. ar. 2.
 q. c. si quis
 suadente.
 17. qu. 4.
 ad iudic. c.
 peruenit
 de sentent.
 excom.
 a. c. nemo
 de regul.
 iur. lib. 6.
 Limpossi-
 bilium. ff.
 eod.
 a. c. 1. q.
 dist. & c.
 de cleric.
 no. residē.
 ll. 6. cū eis
 annotat.
 post Inno.
 in ca. 1. de
 celeb. Mis.
 b. Arg. ca.
 Quia. di-
 ueritatē.
 de coact.
 præb. & c.
 venis de
 ap. fal.

c. 1. Papi-
 nian. exu-
 li. ff. de Mi-
 noribus.
 d. c. penit.
 de penit.
 dist. 14. fa-
 ctum 6. in
 penalis.
 ff. de reg.
 iuric.

vt tradit Thom. ² ob percussione[m] autem clerici etiam
 leuam, sic. Y Quinto præsuppono, quod miles vel alius
 nesciens recitare licet peccet acceptando beneficium, non
 tamen peccat omitendo dicere horas, durante impotentia
 dicendi eas ob ignorantiam & defectum directoris, & in-
 structoris, pro tempore quo non potest discere modum re-
 citandi nec habere instructorem. Tum quia nemo ad im-
 possibile obligatur. ² Tum quia ob hoc infirmus, & quilibet
 alius, qui ob defectum Breuiarij vel inclusionem in carce-
 rem; vel alia impedimenta non potest recitare, excusatur
 à peccato omissionis horarum, secundum omnes ² etiam
 si per suam culpam incidit in illa. b vt quia sua culpa in-
 cidit in cisternam, vel conicitur in carcerem: aut captus à
 latronculis vel hostibus tenetur vinctus in montibus vel
 desertis vacuis Breuiariis. Ergo cum quis nescit recitare
 nec potest habere directorem, non possit eas discere, durante
 illa impotentia, & sufficienti conatu ad discendum, excu-
 satur à peccato omissionis earum non dicendo illas.

Quibus præsuppositis, respondeo ad ea quæ adduxi pro
 illis, quibus visus fuit inaduertenter loquutus. Ad primum
 quidem, negando quod huiusmodi miles, vel alius nesciens
 dicere horas ter peccat. Quia per quintum præsuppositum
 constat, quod non peccat omitendo horas durante impo-
 tentia dicendi eas, cum iusto conatu discendi modum reci-
 tandi: neque peccat retinendo beneficium si vult & potest
 discere illa, quæ illud requirit per tertium præsuppositum.
 Ad 2. respondeo concedendo quidem, quod qui possidet
 beneficium sine canonico titulo, tenetur restituere fructus;
 negando tamen quod omnis qui malè acceptat collatio-
 nem beneficij carcat Canonico titulo, per præsuppositum
 primum, & secundum. Ad tertium concedo, quod vtrique
 relati in argumento omitunt dicere horas, & quod vtrique
 tenentur ad dicendas eas, cum possunt: negando tamen
 quod posteriores possunt sicut priores & consequenter ne-
 gando, quod posteriores peccet sicut illi omitendo horas.
 Cui est consequens, quod non tenentur ad restituendos
 fructus. Quoniam poena restitutionis imponitur pro solo
 peccato negligentia dicendi horas; & ita non ligat alio
 modo peccantem, cum à separatis non fiat illatio ^c, nec
 poena de vno casu ad alium debeat extendi. ^d

AD LECTOREM.



Voniam ob quædam impedi-
 menta, quæ occurrerunt in pri-
 ma editione huius Enchiridij
 Romæ facta, non potuerunt
 typis excudi infra scripta Miscellanea (in
 quibus tractatur de illo genere orandi,
 nunquam satis laudato, quod Psalterium
 Rosarium beatæ Mariæ appellatur, & de
 dubiis circa illud occurrentibus. Deque
 habilitate, dignitate, siue idoneitate ad
 orandi munera promouendorum. Deque
 sine & proposito habendo ab eis, & pro-
 motoribus, quibus est onus deligendi ora-
 tores populi ad Deū Opt. Max. deque pec-
 catis quæ admittunt huiusmodi munera
 appetentes, petentes, competentes, can-
 ditari siue concurrentes, in concursu for-
 mato, vel conformi, & fautores, examina-
 tores, & promotores eorum) quoniam
 inquam non potuerunt infra scripta Mi-
 scellanea excudi in præfata editioe prima,
 sed in fine illorum promissa fuerunt pro-
 pediem excudenda, vt & fuerunt excusa
 & dicata Illustrissimo Reuerēdissimoque
 Cardinali à S. Seuerina, præmissa omnium
 præcedentium summa. Quare nunc in

hac editione secunda adiunguntur præcedentibus, ut à principio adiungi debent omiſſa præſata ſumma, quæ non eſt neceſſaria, re ipſa in ſummam redacta integre propoſita, retenta verò dedicatione in hanc quæ ſequitur formam.

†



ILLVSTRISSIMO AC

REVERENDISSIMO, DOMINO D. Iulio Antonio Sanctorio, S. R. E. Cardinali præſbytero Tit. S. Bartholomæi in inſula, de S. Seuerina nuncupato, MARTINVS ab AZPILCVETA Doctor Nauarrus. S. P. D.



VLTA me mouerunt, quò hanc opellam tibi Illuſtriſſime Reuerendiſſimæque Domine, dicarè, in quibus nõ fuit quidem, ut quærerem occaſionem agendi Excomiſſum rare tua vita integritatis, pietate, iuſtitia omni genæque alia virtute, præſertim catholice fidei zelo ſplèdentiſſimæ, egregiæque nobilitate ac varia eruditione ornate: non enim id opis eſt noſtræ, ſed alius longè facundioris. Fuit autem in his primum deſiderium ingens ſignificandi, vel ex parte antequam ab Vrbe & Orbe abſcederem, gratitudinem animi mei, & aliorum quorundam conterraneorum, & cognatorum meorum (qui, antequam purpura donareris, ad quandam nobiliſſimam cauſam, qua ſumma Sedi propria erat, tractandam, ſummi Regis iuſſu, pridem in Urbem appulimus) tibi debitam, ob plurima beneficia charitatis, amoris, iuſtitia, honoris, affabilitatis, & exceptionis benignæ, qua nobis exhibuiſti.

Deinde quod bona pars huius libelli conſtatur ex iis, qua pertinent ad illud genus orandi (nunquam ſatis laudatum) quod appellatur *Psalteriũ* ſive *Rofarium B. Mariæ*, cuius anguſtiſſimæ eidemque gratiſſimæ Maiſtati & benignitati ſumprimis te adeo deuotũ nouimus ex multis (in quib. fuit piũ illud cõſiliũ quod in eius gloriã cuiſdã magnari afflicto

piè per me misisti) ut planè credā ea tibi placita fore.

Postremo quòd riliqua pars iure suo potest tuam iustam protectionem sperare, quoniam illa, ut satis probat eos qui modestè appetunt, petunt, competunt, & retinent Sacerdotia: ita graviter firmis que rationibus arguit illos, qui inmodestè, imprudenter & effrenatè, sine vlla sua suorumque competitorum dignitatis vel indignitatis habita collatione id faciunt, quasi ea essent profana pradia, cuius donatario cum quovis competenti apta. Et tu id ipsum non solum verbo, sed etiam exemplo docueris, dum Archipresulatum non petitum, & benignè collatum modestè accepisti, & maiore dignitate auctus eundem modestè resignasti, dumque nullas pro te neque pro aliis super huiusmodi beneficiis indignas, importunasve preces ad Sanctiss. afferre dicaris: dumque tantum in observanda benè distribuendi benèque commutandi, iusteque reddèdi unicuique quod suum est, iura propendeas, ut vulgò puteris, pro necessaria illorum observantia, exemplo tui magni Bartholomæi corium magno animo expositurus.

Quare te Illustriss. ac Reuerendiss. multisque nominib. omnibus prefatis Navarris, præsertim mihi maxime suspiciende, etiam atque etiam oro, ut serena, hilari que fröte munus parvū, & pauper, in parva & paupere officina filium pro animi tui magnitudine, uti magnū & dives excipere digneris, in signū prefate gratitudinis, in anti dotū prava cupiditatis (qua tot animas venenat) beneficiorum, inque gratiā prefata augustissima (quāque tātoperè reuereris, quaque omnium Regina potentissima est) parthenomitos, cuius filius theanthropos Ecclesia sue sancte, quam diutissimè te seruet incolumen. Amen.

MISCEL



MISCELLANEA
DE ORATIONE, PRÆ-
fertim Rosario B. Mariæ, & de peccatis
fieri consuetis in modis eligendi ad
munera orandi ministros, cum summa
viginti duorum aliorum Miscellaneo-
rum præmissa.

In quibus resoluuntur multa dubia confessariis &
pœnitentibus quotidiana, & nullibi
hactenus satis resoluta.

Autore MARTINO ab AZPILCVETA
Doctore Nauarro.

Oratio non est virtus sed actus virtutis & cuius & qualis.	ms.	1
Orare cum hæretico manifesto nondum tamen pro excom- municato denunciato qua ratione licet.	ms.	1
Excommunicato parochio ut licet suo parochio sacra data.	ms.	2
Hæretico capto an communicand: sacra.	ms.	2
Communio sacra damnatis ad mortem vt danda.	ms.	3
Orationem principaliter ad Dei laudem institutam dicere principaliter ad humanam non esse mortiferam.	ms.	3
Deus vt potest cognosci, amari & orari in via vt vnus, non cognitus, amatus, nec oratus vt trinitas.	ms.	4
Capellas fundans de male quaesito, vt iuste carpitur.	ms.	4
Orans pro infante mortuo vt peccat.	ms.	5
Officium pro sepultura infantis aptum.	ms.	5
Sue Mariæ Hispaniæ & Belgii absque qua parte dicere sufficiat.	ms.	6
Regnavit à ligno Dew, vbi dixit David.	ms.	6
Ecclesia in sacra que novem novis servata.	ms.	7
Orationi nre mensalis nec vocali nimis tribuendum.	ms.	7

M. D. 4.

<i>Orans quò pro damnato non peccat.</i>	nu. 8
<i>Remissio distributionis quotidiana vt valet.</i>	nu. 8
<i>Horas duplices ob beneficium duplex quis debet.</i>	nu. 9
<i>Beneficia plura quis tenet iniuste.</i>	nu. 9
<i>Beneficium sufficiens, hodie nullum aliud patitur.</i>	nu. 10
<i>Dispensatio ad plura in quid hodie utilis.</i>	nu. 10
<i>Oratio praestat Eleemosyna hodie in hoc.</i>	nu. 11
<i>Mendicare ostentat vt etiam hodie liceat.</i>	nu. 11
<i>Scholia grammaticae quae pia restituenda.</i>	nu. 12
<i>Vesperae quae praecipit in quadagesima ante cenam & quae consulta.</i>	nu. 13
<i>Pater noster dicendum post quamlibet horam, etiam cum alia statim dicitur.</i>	nu. 13
<i>Horas B. Mariae paruas Urbanus Papa praecipit.</i>	nu. 13
<i>Miss. nri cam Diacono & subdiacono facta est audire ab eis cantata.</i>	nu. 13
<i>Distributio non queritur à non canente in choro.</i>	nu. 13
<i>Maria virgo vt possit dici Maxima creaturarum.</i>	nu. 14
<i>Credo cum non sit oratio, vt potest ita vocari.</i>	nu. 14
<i>Pater noster & Ave Maria facta vulgaria posse typis excudi.</i>	nu. 14
<i>Missae preparatio qualis non praecipitur.</i>	nu. 14
<i>Beneficium quis capiens peccat, & omittendo horas non restituit, & quis meretur capiens, & omittens horas restituit.</i>	nu. 14

EDITVRO mihi Miscellanea illa, quae sub finem cap. 21. Enchiridij siue Manualis de oratione & horis Canonicis nuper editi promissum prope diem edere, visum est summam illorum viginti duorum, in eo latè tractatorum lectori ob oculos ponere, tum vt quando haec non potuerunt ob impedimenta tunc illis adiungi, nunc saltem illorum summa horum tractatui coniungatur, tum vt qui dignabitur haec legere, nouerit rationem qua horum primum vocetur vigesimum tertium, & quae haec possint iuste pars & auctarium praefati Enchiridij appellari.

P R I



PRIMUM^a igitur illorum Miscellaneorum mollit & declarat, per hyperbolen, Metonimiam, & alias figuras multa piorum asserta, ita vt scholastica, eidemque defecatae doctorum classicorum de oratione doctrinae non repugnant. Qualia sunt illa, quibus eam appellant virtutem & talibus verbis, vt vulgo videri possunt, eam facere illarum omnium primam & principem: Cum tamen proprie accepta non sit virtus, sed actus virtutis; nec si esset, dici deberet prima & princeps: Quia licet sit summa virtutum moralium, minor tamen est theologicis; praesertim charitate cui fides Catholica primatum tribuit. Qualia item illa quibus non appellatur quidem virtus, sed actio siue actus virtutis, adeo tamen ampliatur vt includat omnes ferè actiones vitae contemplatiuae, purae fidei, spei, & charitatis, & religionis quae consistunt in credendo & meditando Deum, & sperando & confidendo in eo, amando eum super omnia, & fruendo eo iucundè, tranquillè, honorando item, laudando, benedicendo; & quomodolibet aliàs eum mente colendo, cum tamen iuxta praefatam scholasticam & defecatam doctrinam, Oratio proprie dicta solum includat actus religionis discretos ab actibus fidei, spei, charitatis & aliarum virtutum à religione distinctarum: Licet vox illa, oratio, generaliter & generalissimè accepta nonnunquam illos omnes, vt alibi diximus^f includat.

Secundum Miscellaneum satagit reddere rationem, quae possunt excusari à peccato multi Monarchae, & alij principes, & priuati homines, etiam ecclesiastici, qui permittunt ligatos vel alios manifestos haereticos intrare Secum in Ecclesias, & eis praesentibus orare, & Missas audire, vel facere, licet notorij haeretici sint & consequenter notoriè excommunicati, & rationem item qua defendi potest conclusio quaedam memorabilis Dominici Soti. h nempe Paroicum excommunicatum occultè licitè posse conferre Sacramenta suis parochis siue parochianis, quibus iure teneret conferre.

Tertium Miscellaneum determinat quaestionem quotidianam, An coniectus in carcerem ob haeresim debeat admitti ad audiendam missam, & ad alias orationes, quae intra carcerem dicuntur, & ad alia sacramenta.

M m 5

^a Quod ponitur in c. 22. n. 1. & 2. praefati Enchiridij.

b Tho. in 4. lib. sent. dist. 15. q. 4. art. 1. & 2. Sec. 2. q. 83. art. 3. c. Thomas 2. 2. q. 81. art. 6. d. 2. sec. q. 61. per totam & post ante alios in 3. distin. 23. q. 1. art. 4. q. 3. e. 1. ad Cor. rim. 12. & c. charitas 2. de poenit. d. 2.

f in c. 1. Enchiridij praefati. n. 8. vbi supra c. 22. n. 5.

g c. excōmunicamus. De heret. & c. 3. Bullae Coenae Domini. h in 4. di. 21. artic. 4. col. 4.

vbi supra num. 10.

vbi sup. n.
11.

Quantum Miscellaneum tractat quaestionem quotidianam, an damnatis ad mortem corporalem, & sacram communionem petentibus debeat denegari, & prodiit consuetudinem super hoc Urbis dignissimam quae in Orbe toto seruaretur.

vbi supra
nu. 12.

Quintum Miscellaneum vtiliter probat, id quod & alibi 3 probauimus, non esse peccatum mortiferum agere & facere ob laudem humanam etiam principaliter ea quae etiam principaliter in Dei laudem & gloriam sunt instituta, qualia sunt templa, horae Canonicae, Missa, & id genus alia.

vbi sup. n.
14.

a In lib. 1.
sent. dist. 1.
q. 14.
b In ead.
dist. 1. q. 3.
ar. 2.
c lib. 7.
sent. dist.
2. q. 3.

Sextum Miscellaneum applicat scripta² Ioannis Maioris, 4 Thomae b & Scoti c praxi rerum nunquam non occurrenti Christianis egregie se Deo bene efficere cupientibus nepe quatenus recte possimus cognoscere, amare, orare & adorare Deum, vt vnum, non cognoscendo, amando, orando & adorando ipsum vt trinum, & vt quatenus possimus cognoscere, amare, orare, & adorare vnam Trinitatis indiuiduae personam, non cognoscendo, amando, orando nec adorando alias. Quatenus item recte possimus frui Deo vt vno, non fruendo ipso actu, vt trino, & quatenus possimus in via frui vna persona non fruendo aliis.

vbi sup. n.
18.

a libr. de
sacramen-
tal. ca. 113.
in antiqua
impressio
ne.

Septimum Miscellaneum resoluit altius quam hactenus fuerit resolutum quoad quid & quatenus v Valden. 2 & aliorum alij recte carpunt eos, qui ecclesias aut sacella construunt, aut Missas vel alias preces fundant de rebus male quaesitis, & de iis quae quia incertum est, quibus sunt reddenda, pijs operibus, vel pauperibus sunt restituenda, qualia sunt multa quaesita occidendo, vulnerando, militando, furando, mentiendo, peierando, adulterando, vsuras clare aut simulate exercendo, vel fumos vendendo, & quoad quid & quatenus non debeant carpi.

vbi supra
nu. 24.

Octauum Miscellaneum admonet, curiones & sacrificos quatenus errant sepeliendo infantes, orando pro animabus eorum, & continet officium, quod in Urbe seruatur in sepeliendo eos, dignum profecto, quod in toto Orbe seruaretur.

vbi supra
nu. 27.

Nonum determinat affirmatiue quaestionem cuiusdam eruditi noue propositam, an Belgis, non solentibus de more suo antiquo addere salutationi Angelicae (Aue Maria) illam particulam finalem (Sancta Maria &c.) sufficiat ad lucrificandas indulgentias concessas a Papa pronuntiatis Psalterium vel rosarium dicere Aue Maria quibus illa constant, absque illa particula & eadem ratione probat, quod Hispani

Hispani saltem laici, qui secundum morem gentis non adunt praedictis (Aue Maria) illam particulam, Nunc & in hora mortis nostrae, satisfaciunt obligationi dicendi Psalterium vel Rosarium sine illa particula.

6 Decimum Miscellaneum docet profundè id quod à iuuentute mea desideravi scire, nempe vbi nam rex ille sapientissimus, idemque prophetarum certissimus quae ad mysteria Christi David cecinerit illud carmen, quod ei vnica Ecclesia tribuit in illo²: Impleta sunt quae cecinit, David fidelis carmine: dicēs in nationibus regnauit à ligno Deus. Cum in nullo suorum Psalmorum id inuenire possem.

7 Vndecimum prodiit quaedam nouem noua, quae foelic recordat, pius V. statuit circa ingressum Ecclesiae, & adorationem Eucharistiae & deambulationem in Ecclesiis, de non dicendo vlla verba obscena, vel scurrilia in iis, & de non permittendo pauperibus intra illas Eleemosinam petere, cum quibusdam nostris scholiis.

7 Duodecimum Miscellaneum declarat multa de oratione mentali, & vocali, & mixta ex vtraque, & quatenus errant, qui nimium mentali tantum tribuentes, vocalem despiciunt, & contra qui vocali nimium tribuentes mentalem contemnunt, & qua media via extremis ommissis sit in hac re incedendum.

Decimum tertium latè componit Antinomiam & litem quae dura versatur inter illud Elogium, In inferno nulla est redemptio. Et illud: non licet pro his quos credimus damnatos orare, & id genus alia ex vna parte, & inter Acta prophetarum, Apostolorum & aliorum Sanctorum, qui orauerunt Deum, vt suscitaret aliquot mortuos, quos credebant peccato infidelitatis infectos, obiisse: & ita damnatos ad inferna descendisse praesertim illam celeberrimam Gregorij orationem, quae ille magnus, idemque sanctissimus orauit pro Traiano, multis antea seculis cum peccato infidelitatis mortuo, ex altera.

8 Decimum quartum Miscellaneum resoluit negatiue quaestionem illam, quae post Concilium Tridentinum quotidiana est: An obligato restituere aliqua ob distributiones, quae dantur his, qui diuinis horis interfunt, malè receptas, sufficiat remissio eius, cui iure quaesita fuerunt, & quid agendum esset, vt prodesse possit.

9 Decimum quintum admonet, quam parū liceat multa beneficentia per fas & nefas, per se, perque alios sibi quaerere, & quod

vbi supra
in praefato
Enchiridio de
oratione. nu.
30.

a Hymnus
vexilla Regis à Theodoro compositi.
vbi supra
nu. 82.

vbi supra
nu. 38.vbi supra
nu. 31.vbi supra
nu. 48.

sup. nu. 30.

& quod licet quadam satis iusta ratione defendatur consuetudo, qua habens iuste plura beneficia semel in die horas Canonicas dicendo præcepto Ecclesie de illis dicendis, satisfaciatur, debet tamen pensare, quanto eas deuotius saltem de Consilio dicere debeat, quam qui solum vnum habet, quodque ille retinet iniuste plura, qui tenet plura diuisa in titulum, quorum vnum suo statui decenti sufficit, vel sine dispensatione vel consuetudine iusta, & quæ sit illa, quodque non solum querentes sibi plura iniuste, peccat, sed etiam in id eis opem ferentes, quodque qui plura iniuste tenet non satisfacit, ideoque retinens plura, quorum vnum sibi sufficit, non excusatur à dicendis pluries in die horis auctororum grauissimorum sententia.

vbi supra, n. 67.

Decimum sextum Miscellaneum continet quod qui habet vnum beneficium, quod non sit ei sufficiens, non debet petere aliud sibi sufficiens, nisi cum intentione relinquendi prius habita pacifica possessione posterioris, etiam si alioqui iure vel consuetudine vel dispensatione essent compatibilia. Quodque Papa, ob id solum quod conferens beneficium alterum habenti vnum sufficiens, non videtur dispensare, vt vtrumque retineat, quodque distributio beneficiorum, gratia Deo, nunquam fortassis à Gregorio. I. in S. D. N. Gregor. xiiij. adeo circumspectè facta fuit, aut, eo Ecclesie vniuersæ clauum tenente, prudentissimè, vigilantissimè que illum gubernante, quodque multis rationibus excusatur Maximus Pontifex à participio peccantium ob plura beneficia ab ipso extorta.

vbi supra, n. 75.

Decimum septimum Miscellaneum, quod licet pauciorum collatione satis animaduertant, multum & in multis casibus prodesse potest, etiam post Concil. Tridentinum dispensatio Papæ ad plura beneficia iuste retinenda, non solum illa, qua relaxaret legem humanam, quatenus humana est, sed etiam naturalem vel humanam, quatenus naturalis est, modo eam iusta de causa faciat & quæ causæ sunt tales.

vbi supra, n. 77.

Decimum octauum admonet rationem, qua sceli. recordat. Pius V. maiorem quandam prærogatiuam fecit orationi, quam Eleemosynæ largitioni, nempe quod non reuocatur indulgentias concessas orantibus pro Ecclesie prosperitate, pro Regibus, aut aliis Christianis & dicentibus aut legentibus illas, aut illas preces, & orationes, reuocauit tamen omnes, & singulas concessas porrigentibus manus adiutrices, siue eleemosynas in fabricas, vel alia quæcumque

opera

opera pia. Admonet item rationes nouas, & firmissimas, quibus probatur, neque per eius extrauagantem, neque per concil. Trident. fuisse vetitum vsu plurimorum Monasteriorum ordinum & hospitalium petendi ostiatim sine vlla indulgentiarum prædicatione vel publicatione.

Decimum nonum Miscellaneum docet nouem circa salutationem illam solennè (quæ in diuinis fit officiis): Dominus vobiscum Primò vnde sit desumpta. Secundò quid significet illa resalutatio: (Et cum spiritu tuo). Quartò cur multi sacerdotes missantes adeo frigidè salutamus audientes, & adeo tepidè ab eis resalutamur. Quinto quod nullus alius, quàm presbiter debet his verbis in diuinis officiis quemquam salutare, Sextum quod nec presbyter si est excommunicatus. Septimum quod presbyteri & Episcopi etiam cum soli horas recitant, vel cum singulis ministris missant, iuste possunt iis verbis salutare. Octauum quæ verba debeant iis substituere qui eis non debent in horis dicendis, vti. Nonum quod versiculus: Domine exaudi &c. non videtur iterandus, loco versiculi (Dominus vobiscum) ab eo, qui nequit eo vti, quum occurrit locus, vbi presbyter, post Domine exaudi, debet dicere Dominus vobiscum.

vbi supra, n. 84.

Vigesimum Miscellaneum miratur post Hieronymum & quærit, & pro tenacitate auctoris reddit rationem, qua gens Romana est adeo propensa & deuotione adeo mira, feruida, & continuè in visitandis Ecclesiis, præsertim septem & querendas indulgentias in illis, & aliis multis statis, hortaturque exteras gentes ad eam in re tam pia imitandam.

vbi supra, n. 83.

Vigesimum primum, palam facit omnibus, quod me ingenuè fateor vsque ad annum proximum superiorem, latuisse quoddam Decretum Concilij Lateran. sess. 9. in Bulla Reformationis columna 9. Sub Leone X. conclusi, super reducendis ad latinæ scholas hymnis, & aliis spiritualibus, quod esse faciendum ante circiter 33. annos persuadere nifus fueram in præfato Enchiridio; Cuius tenorem, quia cum perecupio omnibus esse notissimum, nō grauior huic inferere. Statuimus & ordinamus vt Magistri Scholarium, & præceptores, pueros suos siue adolefcentes, nedum in Grammatica, & Rethorica, & cæteris huiusmodi, audire & instruere debeant, verumetiam docere teneantur ea, quæ ad religionem pertinent, vt sunt præcepta diuina, articuli fidei, sacri hymni, & psalmi, ac sanctorum vitæ diebus

sup. n. 93.

a c. 19. nu. 172.

que

que festiuis nihil aliud eos docere possint, quam in rebus ad Religionem, & bonos mores pertinentibus, eosque in illis instruere, hortari, & cogere, in quantum possint teneantur, ut nedum ad Missas sed etiam ad Vesperas, diuinaque officia audienda ad Ecclesias accedant, & similiter ad prædicationes, & sermones audiendos impellant, nihilque contra bonos mores, aut quod ad impietatem inducat eis legere possint) Hæc ibi: cuius statuti contenta Patres Illustrissimi Ordinis Societatis Iesu, etiam antequam nossent illa maxima cura, studio & diligentia executos fuisse in primo sui ordinis Collegio, quod magno regio fauore in Lusitania Conimbricæ fundatum fuit attestor; cumque magno auctario ea nunc ibi, & multis aliis orbis Christianis regionibus exequi, fuimus attestari. 6

c in di. ca.
m. g. 3.

Vigesimalium secundum Miscellaneum, soluendo decem 13
Antinomias monstrat primò legem de dicendis vespertis ante cenam in quadragesima quoad quas vespertas est Cõsiliu, & quo ad quas præceptum. Secundo profunda ratio- ne defendit pater noster dicendum esse in fine cuiuslibet horæ, secundum regulas Breuiarij scilicet. recordat. Pij V. siue alia hora immediatè postea sit dicenda, siue non; reddit- que rationem tuendi contrariam, quarundam Ecclesiarum Illustrissimarum obseruantiam, & quædam alia. Tertio. Quod officium B. Mariæ paruum non solum consuetudine, sed etiã præcepto Urbani Papæ toti clero fuit iussu, quod tamen postea varie fuit limitatum. Quarto sufficere cele- 14
branti solemniter cum Diacono & subdiacono: audire epi- stolam & Euangelium per eos dicta, & non teneri ad ea per se pronuntianda: imo interdum vtilius esse sibi audire quam pronuntiare. Quinto iuri contrariam esse consuetudinem qua aliquot dignitates & Canonici, quarunt distributio- nes chori, non canendo suum versum cum aliis; nec posse defendi, nisi priuilegio Papæ, vel statuto ab eo confirmato, vel consuetudine præscripta, neque iis sine iusta causa con- cessis, vel inductis, quatenus iuri naturali vel diuino repu- gnat. Sexto. Quorum auctoritate, & qua ratione dici potest 14
gloriosissima Virgo Mater Maxima creaturarum, cum hu- manitas & anima Christi sint verè creaturæ, & longè maio- res ea. Septimo. Qua ratione (Credo) potest appellari ora- tio & forma contemplandi, Cum non sit propriè & stri- ctè oratio. Octauo. Quod sine iusta ratione, & autho- ritate quibusdam videtur prohibendum, ne pater no- 15
stet,

ster, Ave Maria, Credo, & Salve Regina, etiam pie in vul- gare idioma versâ, typis excudantur. Nono. Quod quamuis nullo iure communi præcipiatur, ut præmittatur aliqua o- ratio præparatoria ad missam, præter eas, quæ in Missali & Ordinario Missæ Romano continentur, licet tamen & ex- pedit vti aliqua præsertim breui, & compediota humiliter, attentè, deuotè concepta & pronunciata. Decimo. Quod ex multis vtilibus præsuppositis colligitur fieri posse, vt qui- dam parum digni beneficiis, peccent ea recipiendo, & non peccent ea retinendo, nec non recitando aliquo tempore, & non teneantur restituere fructus eorum pro illo tempo- re, quo nõ recitant, & alij valde digni eis qui benè meretur ea recipiendo, & retinendo, peccet non recitâdo & tencan- tur restituere fructus pro tempore quo non recitauerunt.

Vigesimalium tertium Miscellaneum, SVM MARIA.

- Rosarium B. Mariæ genus orandi nunquam satis laudat. nu. 107
 Mariæ Virginis Matris memoria eo magis vtilis quo ma-
 gis continuat. nu. ibid.
 Psalterij B. Mariæ inuentor D. Dominicus, approbator
 Sixtus, renouator Alanus, predicator vniuersus predi-
 catorum Ordo. nu. 108
 Sixti Quarti Bulla Psalterij B. Mariæ approbatoria. nu. ibid.
 Psalterium B. Mariæ a quo, & cui Rosarium appellatum. nu. ibid.
 Rosaria & rose aurea cur quidam libri dicti. nu. 109
 Corona quid, & cur sic dicta. nu. 109
 Mariam Matrem solis 63. annis visisse incertum. nu. 109

107



Vigesimalium tertium Miscellaneum, & alia qua- tuordecim sequentia resoluunt multa quæ de Psalterio & Rosario B. Mariæ Virginis, (genere orandi nunquam satis laudato) in dies interrogamus, in reuerentiam & hono- rem eiusdem, & vtilitatem ei deuotorum, qui hæc dignabuntur legere, & meam saltem illam, quæ de ipsius magis continuata memoria spero prouenturam, suus vt minus è nostro labatur pectore vultus: quando gloriosus Athanasius scripturus vitam mirabilis S. Antonij, eo solo id sibi ingenti lucro deputabat, quod id facturum esset cum diutius memorem Antonij.

Primura

Primum igitur fuerit à quo habuit ordinem hoc genus orandi. Ad quod respondit frater Albertus de Castellano, vir pius & eruditus Illustrissimi ordinis prædicatorum professor in colibro quem super Rosario præfato copiosum scripsit, pagina decima id quod habet recepta sententia, nèpe quod gloriosus ille B. Dominicus Patriarcha, & institutor Illustrissimi ordinis prædicatorum circiter annum M. C. C. inspirante ipsamet Virgine Marre tradidit genus hoc (quod tunc nouum fuit) orandi & præcandi per 150. Aue Maria & 15. pater noster, quod appellauit Psalterium Dominæ nostræ, eo quod sicut psalterium Diuidicum constat ex centum & quinquaginta psalmis, ita & hoc genus orandi constat ex centum & quinquaginta Aue Maria. Et quod licet à principio prædicante ipso Dominico, & fratribus eius fuisset feruèdè acceptum, postea tamen tepidè cœpit exerceri & fere omitti. Sed anno 1460. ipsamet Virgo resplendentissima apparuit in rupe Britannia P. Alano fratris eiusdem Ordinis & egregio doctori, egregie que sibi deuoto, si mul adhortata fuit ut magna cura, & studio per suam, suorumque fratrum prædicationem ad illud denuo Orbem Christianum adhortaretur, & quia non desuerunt, qui renouationi nouæ, illius noui orandi inuenti detraherent, Franciscus Dux Britannia & Margareta eius vxor, & aliique multi supplicarunt obnixè Sixto, qui tunc Ecclesie præerat vniuersæ, ut ad gloriam Dei, & Virginis Matris auctoritate Apostolica illud approbaret, quod lubentissimè anno insequenti 1479. fecit, & indulgentiis auxit litteris suis Apostolicis, quarum archetypum seu exemplar authenticum est insertum inter priuilegia ordini præfato concessa, & typis authenticè excusa, fol. 163. cuius pars nostro proposito conueniens sic habet: *Sixtus Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam & infra omisso proœmio, in quo se ait obnixè rogarum à Francisco Duce Britannia, & Dona Margarita sua vxore, & aliis multis fidelibus, ut approbaret genus illud orandi, quod appellatur Psalterium B. Matris constans ex centum & quinquaginta Aue Maria, & 15. pater noster, quindecim decadibus illorum præiunctis, hæc ferè verba subiungit: Nos igitur deuotionem præfatorum Ducum, & aliorum præfatorum fidelium cõmendantes, eorum precibus inclinati præfatum psalterium siue modum orandi prædictum auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus & infra: & ut omnes & singuli Christi fideles, ad deuotionis opera & prædicto modo oradim, eo feruèdè*

eo feruèdè inducatur quo ex eo maiora præmia sperauerint, omnibus & singulis Christi fidelibus, presentibus & futuris ubicumque degeribus qui quinquaginta Aue Maria præfati psalterij modo præfato eis adiunctis dixerint, concedimus quinque annos, & totidem quadragenas indulgentiarum & infra. Datū Roma apud S. Petri anno incarnationis. M. C. LXXIX.) Per quas patet primò Sixtum nullā fecisse mentionem de Rosario, ut quidam significant, sed de psalterio, & 50. Aue Maria, & quinque pater noster modo prædicto eis adiunctis, quæ sunt tertia pars psalterij. Secundò patet quod iidem minus cautè significant, imò & exprimunt, quod ipse concessit indulgentiam præfataam his, qui dicent Rosario vel partem eius per se vel per alios, cum neque verbo (Rosarium) fuerit vius, nec vllam mentionem de recitatione per alium fecerit. Tertiò quod per præfataam indulgentiam concessit omnibus Christi fidelibus, & consequenter etiam iis qui non sunt constantes præfatae contritiæ de quibus neque de illa vllam mentionem facit.

Addo quòd bona pars eorum, quæ Albertus ait, approbatur à scelic. recordat. Pio V. in quadam sua extrauaganti, ² in qua exordio pio præmissa hæc ferè verba subdit; Beatus Dominicus, spiritu sancto, ut creditur afflatus, imitatusque patres antiquos, qui diuinam opem, per suffragia sanctorum, implorauerunt, cum Albigenium hæresis in partes Galliarum & Italiæ miserè grasseretur, leuans in cœlum oculos, & montem illum gloriose Virginis Matris (de quo sine humanis manibus abscissus est lapis ille qui ligno percussus gratiarum aquas affluenter produxit) respiciens, modum facilem & omnibus peruium, ac admodum pium, orandi & præcandi Deum, Rosario seu psalterium eiusdem B. Matris Virginis nuncupatum, excogitauit, excogitatum per assecclas suos diulgauit, & eo diulgato, & à nonnullis accepto, ceperunt Christi fideles in alios viros repente mutatis hæc ibi, Quorum postremam, à piensissimo Pio, piensissimè dictum, efficit, ne ad eò imitari debeamus, quòd multi idiotæ etiam rustici & pastores hoc genus orandi, nūquam satis laudatum frequentantes sunt quam optimè Deo, diuinis & caelestibus affecti, Virginique Matri familiares & deuotissimi: Cum antea essent ferè alieni & exotici.

Secundum fuerit à quo cœpit præfatum psalterium appellari Rosario. Ad quod responderet non videri dicendum sic esse appellatum à suo inuentore sanctissimo Dominico, tum quia non inuenitur vllus classicus author, qui

a *Quæ incipit Con-sueuerunt & habetur in lib. Cõstitutionis ipsius fol. 344.*

si duo sūt
Titij. ff. e
testament.
eurel. c. sa-
cerdos. cū
glo. de of-
fic. ord.

hoc afferat, & de non exstētibus & non apparentibus idem 109
est iudicandum, tūm quia constat ex præfatis litteris præ-
fati Sixti Quarti fuisse appellatum ab eo simpliciter psalter-
ium sine vlla mentione Rosarij, etiam post institutam cō-
fratram Rosarij, quoniam hæc fuit instituta anno 1476. vt
patet ex litteris Alexandri legati in Miscellaneo sequenti
referendis, & approbatio præfati generis orandi per psal-
terium B. Mariæ fuit facta per Sixtum anno 1479. vt patet
ex litteris eius proximè relatis, ita quod prius Pontifices
Maximi vsi fuerunt nomine psalterij, quam Rosarij. Con-
stat autem psalterium appellari Rosarium non quidem ex
litteris Xisti Quarti qui primus Maximorum Pontificum,
hoc genus orandi approbavit, Sed ex litteris Alexandri le-
gati in sequenti Miscellaneo referendis, qui primus con-
fratram Rosarij confirmavit, idem etiam colligitur ex sta-
tutis primis præfate confratritæ infra relatis, in quibus sæpe
ponitur psalterium siue Rosarium, quod ipsum fit in lute-
ris Clem. 7. & Pauli 3. in quibus tamen prius appellatur
psalterium quam Rosarium, per quod significatur nomen
psalterij esse originarium & sic antiquius & dignius quam
nomē Rosarium quia quæ præponuntur censentur dignio-
ra^b & ita nomen (Rosarium) videtur ascititium, & vulgari
vsu inductum, quemadmodū etiam à multis in multis terris
appellatur corona vt infra dicemus.

b. l. quo-
ries. ff. de
vfu. c. quo-
rūdam. de
elect. li. 6.

Tertium fuerit quæ ratione præfatum psalterium appel-
latum est Rosarium. Respondetur quod nemo quem vide-
rim eam reddit, sed reddi potest duplex: Altera quod sicuti
Rosarium continet multitudinem fructuum gignentium
rosas suauolentes, ac se tractantem consolantis & lætifi-
cantes ita præfatum psalterium continet multitudinem
orationum Dominicarum, & salutationum Angelicarum,
quæ frequenter repetitæ miram suauolentiam, suauem-
que lætitiā pariunt illis, qui eis sic repetitis patrem mise-
ricordiarum, & Virginem Matrem, quasi præsentem, attente
humili & deuota mente alloquuntur, salutant & orant. Al-
tera ratio est illa, qua quidam opera sua nuncupant Rosa-
ria, vt Archidiaconus suam expositionem in Decretum &
alij, alia sua, rosas, & aureas rosas, quia in eis contenta sunt
præcipua & pulcherrima eorum quæ in illa materia tradun-
tur, sicut rosa est præcipua & pulcherrima florum. Nam psal-
terium hoc continet potissimas orandi formas, cum oratio
Dominica sit omnium potissima secundum Thomæ recep-
tum.

ceptum. Et saluatio Angelica omnium ad virginem Ma-
trem directarum gratiosissima vt dictum est. Ratio au-
tem quare multi præfatum psalterium ceperunt vocare co-
ronam, forte fuit quod repræsentat circulum 63. annorum
quibus ab aliquibus piè creditur gloriosissimam illam om-
nium Reginam & Matrem, totum suæ sanctissimæ vitæ
curriculum peregrisse & consequenter repræsentat flores &
rosas omnium annorum sanctè in hoc mūdo post Christi
filij Dei & sui annos actorum. Non ramen est certum eam
109 qui vitam eius carmine pio & Heroico tribus libris magna
cura & studio scripsit.

c. 2. Sec. q.
73. art. 9. &
in 7. opus.
d. 1. n. Enchi-
rid. de ora-
tione. c. 19.
nu. 127.

Vigesimum quartum Miscellaneum.

SUMMARI A.

<i>Confratria verbum vnde deductum.</i>	nu.	110
<i>Confratria Rosarij cum sit pia cur confirmata.</i>	nu.	110
<i>Collegia communiter illicita.</i>	nu.	111
<i>Rosarij confratria vbi est à quo instituta.</i>	nu.	111
<i>Confratriæ Rosarij Bulla confirmatoria.</i>	nu.	112
<i>Mariæ iustorum maximum simpliciter quod.</i>	nu.	112
<i>Rosarium rectitate per se melius quam per alium.</i>	nu.	112

Vigesimum quartum Miscellaneum, quando & vbi ce-
pit confraternitas præfata celeberrima Rosarij Ad
110 quod respondeo primò quod propriè vocari potest con-
fratria quam confraternitas, verbo deducto à Græco *φρατρία*
phratia, & non à latino confraternitas secundum Bul-
dæum in l. i. pag. 4. il. de offic. questor. Eo quod *φρατρία*
phratia dicitur græcis conuentus seu conuenticulum quo-
rundam iisdem sacris vuentium, & quasi de vno puteo vi-
uentium à verbo enim *φρατρία* phreat quod significat pu-
teum deducitur *φρατρία* phratia, & *φρατρίες* phratotes quasi
combibentes, & simul edentes, sed repugnat ei, quod ipse
met scribit verbum confratria per Platinum verba verò illa
φρατρία & *φρατρία* & *φρατρίες* per q. Græcū si ne per p. aspiratum.
Quare alicuior ei dicenti (confratria) verbum selectius esse
quàm confraternitas, vel eo nomine quod est breuitus, & eo
infra vtar, sed dissentior ei quatenus negat deduci à verbo
frater, puro enim ab eodem verbo deduci fraternitas,
& confratria, vt sentit Archidiaconus (inc. si quis despi-

a In l. vi. ff. de colle. illicitis.

b Iuxta l. j. & vlti. ff. de colle. illicitis. c l. conueni. cula. C. de episc. & cler. d Ad. c. 6.

e In di. l. vlti. ff. de colle. illicitis.

f Iuxta rubr. & l. j. & l. 3. §. ia. summa. ff. de colle. illicitis.

g In di. l. hoc iure. ff. de iustit. & iure.

h l. j. ff. de colle. illicitis. i l. vi. ff. de colle. illicitis.

k d. l. In. l. In 3. Miscel. prox. sequentib.

cir 42. distin.) & sodales confratriæ aptius dici confratres quam phratores; licet ipse contra sentiat, tùm quod sodales collegiorum profanorum posse dici fratres ait Gaius², tum quod variis nominibus appellantur congregati ones particulares aliquorum coeuntium ad conuiuendum, negotiandum, vel aliquid aliud agendum scilicet collegium & corpus vt in rubrica de Collegiis illicitis, societas (I. Societas. ff. pro socio) quo se noue appellauit noua eadẽque illustrissima religio societatis Iesustodalitium^b, Conuenticulum^c, & in actis Apostolorum^d Collegia Alexandrinorum & Cyrenesium & quarundam aliarum nationum appellantur synagoga. Vnde sicut hæc confratria recte appellari potest collegium, corpus, societas, conuentus & conuenticulum, ita e contrario illæ congregationes, quæ appellantur collegia, corpora &c. possent appellari confratriæ, & sodales eorum fratres, aut confratres quod probatur ex l. Solonis verbo fratres, quam refert Gaius^e. non obstat his quod regulariter omnia collegia particularia sunt illicita^f quæ sententia recepta Bartholi est, & quia id fallit in collegiis eorum qui causa religionis coeunt iuxta Martianum^h & in quibus ob negotiationem, vel aliam iustam rationem in aliquem bonum finem coeunt iuxta mentem Solonis, & Cui eum referentisⁱ Frequens autem questio est, an huiusmodi confratriæ licite possint facere sibi statuta sine superioris auctoritate, ad quam responderetur, quod sic, modo nihil in eis quod publicæ legi obuiet statuatur, quod expressè definit Caius, ^k cur ergo tantopere procurata fuit confirmatio huius nunquam satis laudatæ confratriæ? Respondeo id factum partim quo maioris esset autoritatis (argumento c. 1. & 2. de confirmat. vtili) partim ob quædam eius statuta de quibus quispiam dubitare possit: An sine Papæ, vel legati autoritate fieri possent vt infra dicitur. ^l

Secundo respondeo directe ad ipsam quæstionem esse receptam sententiam quod anno 1476. quidam egregius doctor Provincialis eiusdem Ordinis nomine Iacobus Spenger, cum esset prier celeberrimi Monasterij predicatorum celeberrimæ Urbis Colonie Agrippinæ instituit solennem & generalem omnibus Christianis vtriusque sexus confratriam Rosarij Dominæ nostræ quibusdam statutis super ingressu & obligatione confratrum adiectis, quam præfatus Alexander legatus, ad instantiam Imperatoris Federici 3. & eius Vxoris Augustæ confirmauit, & indulgentiis auxit,

vt

vt constat ex eius literis, quas præfatus Albertus in præfato libro pag. 15. in Italum sermonem vertit, & quatenus nostro proposito inseruiunt sic habent: *Alexander Episcopus Foroliuensis cum potestate legati de latere in totam germaniam missus, & infra, omisso proœmio, elegati & pio, quo suadet, nos nihil non debere gloriosissimæ Virgini Matri Mariæ sic ferre ait: Nos deuotione, qua sumus erga præfata Virginem Matrem moti & Imperatoris Federici 3. & vxoris eius: Augustæ precibus inclinati, auctoritate Apostolica confirmamus præfata confratriam: Et insuper omnibus & singulis confratribus eius centum dierum indulgentiam in singulis festis principalibus, præfata Virg. matris scilicet Annunciationis, Visitationis, Assumptionis, Natiuitatis, & Purificationis, & qualibet vice, qua per se vel per alium recitauerint Rosarium B. Mariæ Virginis, quod constat ex 50. Ave Maria, & quinque pater noster legerint, vel legere fecerint, vel interseruerint cantui Antiphonæ (Salve Regina) diebus sabbatis, & aliis festis, in quibus fratres predicatorum eam ad altare Rosarij concinunt, pro qualibet vice, qua hoc fecerint 40. dies de penitentia sibi iniuncta relaxamus in Domino, & infra. Dat. Colonia anno 1476. etc.*

Circa quartum literarum tenorem aduertendum primò, quod non ideo præfatus legatus nominauit prius festum Annunciationis, quam Assumptionis, quod sit maius illo simpliciter, cum secundum gloss. celebrem c. Alma mater. verbo assumptionis, de sententia excommunicationis libro 6. festum assumptionis sit maximum omnium festorum B. Mariæ Virginis. sed quia est maximum secundum quid, hoc est quoad præfata confratriam, quia per eius statutum 8. infra scriptum fuit electum illud pro maximo quoad quædam in illo facienda. Secundò aduertendum quod præfatus legatus non parificat generaliter recitationem psalterij vel Rosarij per alium factam recitationi per se factæ, licet id asserat præfatus Albertus, sed tantum quoad effectum querendi prædictam indulgentiã 40. dierum à se concessam, & ita præfate literæ non probant quod confratres præfati faciant suæ obligationi dicendi singulis hebdomadis singula psalteria dicenda dicendo illa per alios vt infra probauimus.

Vigesimum quintum Miscellaneum. SUMMARI A

Statuta confratriæ Rosarij quis prodit. Alberto de Castellano cur credendum.

N n 3

a Miscellaneum. l. 17. nu. 127.

<i>Sixtus quando indulget parviteris p[ro]fiterij.</i>	nu.	114
<i>Confratria Rosarij omnibus p[ro]est gratis.</i>	nu.	114
<i>Gratia datum & exactio ut d[omi]nosa.</i>	nu.	115
<i>Simonia non est omni[um] d[omi]nosa pro re spiritali.</i>	nu.	115
<i>Confratria pro ingressu vi datur aliquid an licitum.</i>	nu.	115
<i>Confratres Rosarij ex morbo excusentur ab eo dicendo & non peccant non recitando illud.</i>	nu.	116
<i>Causa efficiens & materialis praece[de]dit effectum.</i>	nu.	116
<i>Opera propria cuius plus regulariter profunt quam aliena.</i>	nu.	117
<i>Bona opera minus quantum profunt alteri.</i>	eod. nu.	117
<i>Statuto, in nouum indicat & declaratio antiquum.</i>	nu.	118
<i>Statutum etiam declaratorum est statutum.</i>	nu.	118

Vigesimum quintum Miscellaneum, quod quae sint statuta prima praefatae confratriae, non licuit mihi legere in aliqua, quae esset authentica, scriptura; licet medio-rem in id adhiberem diligentiam tam in Vrbe quam Venetiis; sed praefatus Albertus prodidit illa pagina 19. libri praefati quem ante circiter 60. annos edidit idioma Italo super Rosario compositum & approbatum & laudatum, primum a Venetarum patriarcha & Dalmatiae eiusdem Ordinis viro. Deinde ab haereticae prauitatis inquisitore etiam eiusdem Ordinis professore, cui eo magis credendum videtur, quod in re adeo peculiari tam illustri ordini, tanto patriarcha, & tanto inquisitore, eiusdem ordinis viris approbantibus ante tot annos, sine vlla vilius qui postea scripsit contradictione restatus fuit habuisse illa ex originalibus Coloniae, vbi confratria praefata fuit instituta; Antam non omnia vnde cum quae ipse ponit pro statutis praefatae confratriae possunt esse de illis primis quae praefatus Alexander legatus confirmauit, tum quia quantum quod infra refertur non habet quod institutor confratriae statuit contentum in eo, Sed quod declarat id esse verum, eod quod praefatus legatus confirmator id dixerit in litteris suis; tum quia confirmationum praecedat confirmationem, sicut materia (vt ita dicam) materiam ergo confirmationem legati debuit praecedere statutum per eam confirmatum, & ita non est de primis statutis, si ex litteris legati descendit. Quia causa efficiens & materialis praecedat effectum, vt colligitur ex Aristot. & citatis ab eo, in 2. physicorum & a Thoma in eius expositionem; tum quia nonum declarat Sixtum 4. concessisse quasdam in indulgentias praefatae confratriae, & constat ipsum

a tota tit. de confir. vii vel iuu. tit.

ipsum concessisse illas tribus saltem annis post eam institutam & confirmatam; Quia concessit eas anno 1479 vt patet ex litteris eius supra relatis, b & praefata confratria fuit confirmata anno 1479. vt constat ex tenore confirmationis relato in Miscellaneo 34. tum quia decimum & vndecimum declarans indulgentias concessas ab Innoc. 8 & Leone X. quos constat longè post institutam & confirmatam praefatam confratriam fuisse in maximos Pontifices electos.

Primum statutorum praefatorum continet quod omnes Christiani vtriusque sexus, cuiuscumque etatis, conditionis status & ordinis possint hanc confratriam ingredi, & faciant se scribi ab aliquo fratre eiusdem ordinis quem ad id specialiter ad scribendum confratres Reuerendiss. generalis aut suus prouincialis designauerit, & quod nemo sit obligatus pro ingressu vel inscriptione quicquam dare, nec vllus possit quicquam pro eo perere.

114 Circa hoc statutum dubitant quidam primò; An hanc confratriam ingressuris liceat cum ingrediatur & scribuntur aliquid gratis in eleemosynam dare & fratri scribenti, vel monasterio in quo scribitur aliquid sit gratis datum accipere: nec abs re, quia etiam ipse, qui vnum aureum in eleemosynam feci, dari cum me feci scribi scrupulum concepi, posteaquam legi quaedam scripta typis excusa continentia quod nihil potest recipi, ab intrantibus praefatam confratriam; sed procul dubio tenendum est id licere; tum quia statutum non habet quod nemo possit accipere; sed quod non possit petere, siue exigere: Et aliud est gratis dare, & gratis darum accipere, & aliud exactum dare & exigere, vt annotauit quaedam glosa notabilis c per allegata in ea d & ideo prohibito illorum altero, non censetur prohibitum alterum vt probant quaedam responsa quorundam maximorum Pontificum e. Vnde legis lator vtriusque prohibet expressè, quum neuu vult permittere, & ita praefatum f statutum intelligendum est, de exigente & exacto **115** expressè, aut saltem tacitè. Non obstat his decisio illa Ripae & multa quae ipse citat in tractatu de peste 3. parte in principio n. 109. & sequenti, nempe quod clericis non licet quicquam accipere pro sepultura, etià gratis, etià sponte datum, etià post illarum mortuam, etià ratione consuetudinis, eod quod sit simoniae accipere aliquid etià a gratis & sponte praestate pro re spiritali, & quod Bartholus f per glos. quada determinat: Notarium prohibet accipere aliquid, non posse ca-

b In Miscellanea. nu. 16.

e c. exigent. verb. exigere. de c. sibus li. 6. d. fidei cōmissa. §. si rem. ff. de leg. 3. e. c. de Eulogio. 18. dist. c. dilectur 2. de simo. f. c. statutu. §. in super. de rel. lib. 6. & in d. co. exigent. §. licuitur §. quod ca. que ff. de regul. iur. §. glo. bid.

h cap. cum
M. n. 25, de
constitu. &
in c. ad A-
postolica.
& c. Jacob.
De sumo.

l In c. di-
lectus & c.
ad Apoſto-
licam. De
sumon.
c. 23. nu.
100. ver. 4.

l Quæ vi-
tima est c.
j. de cleri.
non resid.
lib. 6.

m c. consu-
luti. 2. q. 6.
4.
n In Aut.
de trien. &
sem. 6. con-
suetudinem.
soliat. j.

pere (ponte datum: Non inquam obstant illa; cum quia id quod ipse nititur defendere est contra sententiam Panormitani ⁿ receptam; tùm quia est contra Concil. Tridentinum sess. 24. de refor. c. xiiij. quod palam continet, valere consuetudinem, imo & statutum, vt pro noua receptione alicuius in beneficiarîu ecclesiæ soluat aliquid in vsus pios conuertendum; tùm quia aliud est accipere vel dare aliquid pro re vel actu spiritali tanquam pretium vel finem principalem eius, quod nullatenus licet, de quo citata per eum intelliguntur, aliud est, accipere vel dare pro sustentatione vel stipendio vel elemosina siue pirancia ministrorû eam rem vel actum agentium; quòd licet secundum sententiam receptam & irrefragabili iure probatam, ^l & per præfatum Concil. Tridentinum & multas determinationes glossarum, Doctorum, Adriani, Caietani & aliorum citatas à nobis in Manuali Confessariorum, ^k tùm quia illud Barnholi quo ipse nititur, loquitur de prohibito accipere, vt notabiliter de more annotauit Decius (in d. §. quod cuique) Nos verò loquimur de prohibito petere, vt prædictû est, & iura communia quæ prohibent accipere aliquid temporale pro spiritali loquuntur vt diximus de accipiente pro pretio ipsius, vel pro causa principali, & non de accipiente pro sustentatione vel pro elemosina vel alia causa minus principali incitata, etiamsi esset talis sine qua id non daretur, qualis est receptio distributionum, quæ inter essentibus horis dantur iuxta quandam glosam celebrem, ^l & alia multa quæ vbi supra citamus. Dubitant secundò aliqui an sit necessariû, vt volens ingredi; adeat personaliter ad monasterium, & quædam alia, quæ dicit esse facienda præfatus Albertus (in d. libro super Rosario pagina 32.) vnde cum ea in vrbe legissem, dubitauit an essem confrater præfate confratriæ licet bis in ea me scribi fecissem, semel in Hispania & iterum in Vrbe; Qui neutra vice adiuu personaliter monasteria in quibus erant fratres ad scribendum deputati, super quo mihi consulenti quidam reuerendus religiosus ad scribendum confratres Commissarius, respondit quod praxis scribendi non seruat ea, & quidens iure; quia id nulla lege diuina, naturali neque positua nec vlla humana communi, nec particulati requiritur, & id quod nulla tali lege requiritur non obligat, vt Stephanus Papa, ^m & Iustinianus ⁿ sentiunt. Dubitatur tertio an valeat statutum confratriæ ne quis intret eam, nisi certum quid soluat, ad quod respòdet Archi

Archidiaconus, ^o vt intelligit eû Ludouicus Roman. (singulari. 358. Nunc habeo) Quod negatiuè conceptum, puta nemo ingrediatur nisi tantum soluat, non valet: affirmatiuè autem conceptum, qui tantum soluerit, ingrediatur valet; sed veritas videtur vtroque casu valere, si quod soluendum est cessurum est in vsus pios, & neutro, si cessurum est in profanos, tùm quia si satis res pendatur, nulla, aut certè parua differentia realis est inter illa, cum quomodocumque fuerit conceptum, operetur vt soluens ingrediatur & non soluens non ingrediatur, tùm quia ratio principalis, quæ contra vtrumque facit videtur esse, quod sapit sumoniam, quæ per adducta contra Ripam circa primum dubium concludit contra vtrumque, si quod soluendum est, sit in vsus profanos cessurum, & contra neutrum si sit cessurum in vsus pios, quo fit vt arbitrer illicitum esse illud statutum, & dignum quod deleteret iuxta Concil. Tridentinum P cuiusdam confratriæ, quam ipse noui primorum cuiusdam terre, vt ingressurus eam exhibeat omnibus confratribus die suæ receptionis vnum opiparum conuiuium.

Secundum statutum continet quod vnusquisque confratrum qualibet hebdomada teneatur ad recitandum vnum psalterium integrum constans ex 150. Aue Maria & 15. pater noster, declarando quod congeries 150. Aue Maria & 15. pater noster appellantur psalterium, & tertia pars eius scilicet 50. Aue Maria & quinque pater noster appellatur Rosarium. ¹¹⁶ Circa hoc statutum aduertendum. primò posterior pars eius ponderanda est ad quæstionem infra in Miscellaneo 28. disputandam, quid in hac materia appellatione Rosarij contineatur. Secundò aduertendum quod parum iuridicè quidam ex eius priori parte videntur colligere & significare prædictos confratres, cum ægrotant vel alias iuste impediuntur à dicendis per semetipsos suis psalteriis singulis hebdomadis, teneri ad dicendum ea saltem per alios: tùm quia tantum imo plus obligat præceptum Ecclesiæ de dicendis horis Canonicis, quam præceptum hoc confratriæ de dicendo psalterio: attamen qui præcepto Ecclesiæ vniversæ teneatur ad recitandum horas Canonicas, ita excusantur iusta infirmitate, & legitimo impedimento ab eis dicendis, vt non teneantur eas dicere etiam per alios neque per se audire, vt alibi ^q contra Girardum diximus, Ergo à fortiori excusabuntur præfati confratres à dicendis suis psalteriis etiam per alium saltem quoad fruendum communicatione

o c. 6 quis
despicit.
42. dist.

P In d. ses.
24. c. 14. de
Reformat.

q In Enchi-
rid. de ora-
tio. cap. 11.
nu. 6.

bonorum confratriæ, tum quia si tenerentur dicere, quam ægrotant non satisfacerent dicendo per alios, quia ut infra in Miscellaneo 27. num. 33. efficaciter probatur quod regulariter qui tenetur facere aut dicere aliquid, non satisfacit faciendo vel dicendo per alium. An autem quoad fruendum indulgentiis sit necessarium dicere illud per se, vel sufficiat dicere per alium, mox dicitur. ^r

^r in Misc.
37. nume.

Tertium continet quod nullatenus peccant prædicti confratres non dicendo illa præfata psalteria per negligentiam, occupationem, vel obliuio-ẽ, sed solum perdunt participationem omnium bonorum quæ sunt à confratribus in toto orbe Christiano pro hebdomadis quibus recitare omiserint: quod quidem prouidẽ factum fuit ad tollendos scrupulos, quibus multi omittentium, qui hoc ignorant, anguntur, imo eorum aliquot peccant eo peccato, quo se credunt peccare suæ conscientia: obuiando, quod ipsum videtur dicendum de confratribus non implentibus statutum 7. & octauũ de interessendo certis Missis defunctorum, & diei Annunciationis cum candelis cereis, Quia debitum dicendi psalterium est maius quàm debitum interessendi illis Missis, & ita minus obligant hæc quam illud & consequenter minus peccant hi quam illi. ^t

^s arg. c. fin.
De præscr.
c. per tuas
el. 3. De Si-
mon.

^t arg. c. cũ
in cunctis
De elect. &
Authenti-
ca multo
magis C.
de Sacro-
sanct. Ecc.

^v in Mis-
cell. 24. nu-
mer. 19.

Quartum declarat quod recitans præfatum psalterium per alium, tantum lucratur, quantum si per se recitaret illud, & quod id clare colligitur ex præfatis litteris præfati Alexandri legati. Circa hoc statutum aduertendum primò quòd ut prædixi (in principio huius Miscell. versicul. Antamen) nec hoc nec quædam alia videntur esse de primis statutis præfate confratriæ per rationes irrefragabiles ibi positas. Aduertendum secundò quòd ex litteris prædicti Alexandri relatis in hoc statuto non colligitur id, quod in eo imponitur ei, ut patet ex tenore litterarum eius. relatarum supra ^v in quibus, ut super eis annotauimus solum dicitur quod ad quærendam indulgentiam 40. dierum à se concessam confratribus recitantibus partem tertiam psalterij, sufficit illam per alium recitare, ex quo per nullam bonam consequentiã infertur quod recitatio psalterij facta per alium generaliter tantum valet, quantum recitatio propria, sed solum ad summum, quod tantum valet quo ad effectum de quo ibi agitur, scilicet ad quærendam illam indulgentiam 40. dierum.

Tertio aduertendum quod præfatus legatus non potuisset etiam si voluisset statuere generaliter, ut tantum valeret recitare psalterium præfatum per alium ac per se ipsum,

sum, licet potuisset statuere, ut tantum valeret, quoad effectum quærendi quam ipse concedebat indulgentiam, eo quod quamvis licet unicuique imponere modum rei sue à iure non improbatum, per multa iura ^x, Non tamen potest imponere modum à iure improbatum per eadem iura à contrario sensu. At iuri naturali, diuino & humano est contrarium dicere, quod facta bona vel mala per alios cæteris paribus tantum generaliter profunt, vel noceant, quantum facta propria, licet quoad aliquos particulares effectus id faciant, tum per illud Zachariæ Y à multis & in his ab Augustino relatum ^z: anima que peccauerit ipsa morietur, & per leges Imperiales, quæ veterant filios. & vxores pro patribus & maritis puniri (toto titulo Codicis ne filius pro patre, & toto titulo ne vxor pro marito) tum per illud Apocalyp. ^a Opera enim illorum sequuntur ieros, & per illud (ad Galatas 6.) Quæ seminauerit homo ipse metet. Per quæ & alia pro contraria parte citata concludit Dom. Thom. ^b quòd licet opera aliena possint alteri producere, præsupponit tamen quod non tantum profunt, quantum sua, quòd nos alibi ^c magis declarauimus: licet enim profunt alij quoad effectum expiatiuum siue satisfactorium pœnæ debite etiam de iustitia & de condigno, cum debita intentione facientis, opus applicatur alteri, non tamen profunt quoad effectum meritorium augmenti gratiæ saltem de iustitia & de condigno, neque quoad effectum præseruatiuum à peccato futuro, quando quidem vtiliter Richardus & Bonauentura aiunt: ^d Ieiunium alterius, non disponit me ad seruandum melius castitatem neque oratio alterius afficit & affigit mentem meam Deo ne vager ad vana, & pro quibus facit, quod licet iuxta præfationem quadragesimalem proprium ieiunium vitia cõpimat, mentem eleuet, virtutes largiatur & præmia, non tamen ea facit alienum, tum denique quòd licet factum alienum frequenter reputetur proprium, ut factum mandatarij reputatur factum mandatarij ^e: non tamen est verè factum sed tantum fide, ut annotat glosa recepta. (d. c. Qui per alium ver. perinde) Vnde regulariter propria facta plus profunt, vel nocent quam aliena ^f adeo quod regulariter excommunicatio lata contra facientem, non includit consententem vel mandantem ^g, quòd alibi in Manuali Confessoriorum ^h tradimus & merito, quia dispositio in casu vero, non extenditur ad casum fictum ⁱ. Per quæ omnia videtur dicendum, quod

117

^x L. in tra-
ditionibus
ff. de pa-
dis c. verũ
cũ glo. De
conditio:
appoſi

^y Ezechii
18. c.
^z c. iã ita-
que 1. q. 4.

^a Apoc. 14
b 1a. 4. li.
sens. d. 45.
qa. ar. 1.
c In En-
chiri. siue
Manua de
oratione.
c. 20. n. 49.
& 50
d in 4. dif.
15.

^e c. mulie-
res De sct.
excõ. c. qui
per alium.
De regul.
iur. libr. 6.
cum mul-
tis alijs p
glosas illo-
rum citat.
f ca. sicut
dignũ §. 1.
cum seq.
de homic.
g Clem. 1.
constan. &
affinit. iu-
sta gl.

^h c. 27. nu-
me. 19.

ⁱ L. 3. §.
hæc ver. ff.
de negot.
gestis vbi
Bartho. &
communis
ibi notãt.

quod hoc statutum non est de primis statutis prædictæ confratriæ, sed quod insertum fuit eis ab aliquo fratre pio, qui pietate iuris prudentiam superante arbitratus fuit hanc extensionem vitæ fore, cum tamen nec causa pietatis nec humilitatis sit à vero recedendum secundum Augustinum, & Isidorum, ¹ & Tho. receptum, ^m & proprius Bedam ⁿ dicentem non esse relinquendam veritatem etiam ob scandalum.

k c. Primus
22. q. 2.
l. c. c. h. u.
militatis.
22. q. 2.
m. 2. sec. q.
110. art. 2.
n. In c. qui
scadaliza-
uerit. De
reg. iur.

Quintum declarat quod mortuus quem aliquis in præfato libro scripsit, & pro eo singulis hebdomadis dixerit præfatum Pfalterium gaudebit fructu præfate confratriæ: Circa hoc & sequens statutum dubitari potest etiam, An sint de primis statutis confratriæ? videri enim potest cuiuspiam quod non. Tum quia illa prima inducebant aliquid iuris noui, quod hæc non inducunt, quia non vtuntur verbo (statuimus) quod est indicium iuris noui: sed verbo declaramus, quod est indicium iuris antiqui iuxta quandam gloss. receptam, ^o tum quia nominum diuersitas arguit rerum diuersitatem. P

o Cl. fin.
verb. sta-
tuimus de
rescript.
p. l. si idem
C. de Con-
dicyl.

Sed contra dicendum est, tum quia necessarium fuit constituere siue decernere, vt aliorum bona communicarentur aliis, ad hoc vt prodesse eis quia sine tali applicatione non prodesse saltem tantum, vt circa sequens statutum mox dicitur: tum quia argumentis appositis responderi potest. Primo quod non omne statutum est noui iuris inductorium, cum pleraque sint antiqui declaratoria ^q. Secundò quod licet non inducat nouam communicationem bonorum de qua in eo, inducat tamé nouam probationem eius. Vt enim finis eius habet, præfata confratria instituta fuit, vt bonorum confratrum communicatio fieret, & ita simul ac in eam consenserunt illi, quorum consensus requirebatur, & sufficiebat, constitutum fuit saltem tacite, vt illa communicatio fieret, sed oportuit facere statutum, quo probaretur eam esse factam, sicut in simili communior resolutio habet, quod licet non sit de substantia, & essentia legis, gratiæ vel priuilegij scriptura, est tamen de necessitate probationis saltem facillioris eorum, vt post Baldum ^r & Cardinalem in proemio Clementinarum & Panormitanum ^s tradit ibi latè Felinus & latius Decius (nu. 11. & 12. prioris lectionis.)

q c. vl. de
Cõstit. &
extraug.
vnam san-
ctã. de ma-
rio. & obe.

r l. h. u. m. n. u.
sub fin.
C. de legi.
s In Rub.
de constit.

Viginti

Vigintimum sextum Miscellaneum.

SUMMARI.

<i>Confratrum vt sociorum non omnia bona communicari</i>	nu.	119
<i>Communicatio qualium bonorum inter iustos fit.</i>	nu.	119
<i>Communicatio bonorum vnus iustorum quid & qua via proficit alteri.</i>	nu.	119
<i>Communicatio bonorum spiritualium specialiu fit à priuato, prelate, Papa: sed varia ratione.</i>	nu.	120
<i>Indulgentia & communicatio bonorum vt differunt.</i>	nu.	120.
<i>Papa est summus Ecclesia bonorum administrator.</i>	nu.	121
<i>Communicari an possint merita præterita, vt futura.</i>	nu.	121
<i>Communicare sibi quis sua merita ad quid potest.</i>	nu.	121
<i>Communicari merita Monachi, an eo inuito possint.</i>	nu.	122
<i>Communicatio bonorum confratriæ ad quid, & an mortuis proficit.</i>	nu.	122
<i>Communicari an possint bona, penitentia præcepta.</i>	nu.	122

Vigintimum sextum Miscellaneum quod sextum statutum declarat omnes confratres esse participes omnium bonorum, quæ sunt ab omnibus confratribus & consorioribus præfate confratriæ, per omnem Orbem dispersis. Circa hoc statutum queritur primò, an sit de primis præfate confratriæ statutis, ad quod proximè circa quintum satis responsum est: Secundò queritur an communicatio bonorum de qua in hoc statuto esset facta etiam si non fuisset id expressum in institutione præfate confratriæ. Ad quod respondeo quod non, tum quia prædicta confratria est quedam societas, vt dictum est in Miscellaneo 24. n. 18. Et in societate nõ veniunt nisi bona expressa ², tum quia sanctè contrahi potest aliqua confratria in honorem virginis Mariæ, vel aliquis alius diui ad faciendum tantum celebrari vnã vel alteram vel plures Missas sui officij vno vel pluribus diebus, vel ad alendas aliquas orphanas, vel visitandas aliquas egrotas, aut sepeliendos aliquot morietes. Vlpianus enim respondit: ^b Societatem posse contrahi & omnium bonorum, & quorundam, vel vnus tantum, & alibi ait ^c Societatem simpliciter contractam, intelligi tantum de his quæ proueniunt ex quæstu, & non de aliis bonis. Ex quo infertur benè consuluisse illum, qui respondit quosdã confratres B. Lucie & B. Sebastiani non communicare sibi mutuo omnia bona spiritalia, sed solum illa, quæ certis diebus faciebant conueniendo

119

t l. 3. §. 1. &
l. coiri. §. 2.
pro socio.

b l. societas si. pro
soc.
c l. coiri.
eod.

ueniendo ad aliquot Missas audiendas & erogandas aliquot eleemosynas caecis & contagiosa egritudine laborantibus, quoniam illa sola promiserunt, & ad nihil aliud se obligarunt statuto, nec promissione particulari, & nullo iure communi ad aliud tenebantur, & cessante lege obligante cessat obligatio^d quod ipsum responderi posse arbitror de multis vrbis & orbis confratris, quarum statutus nō sit huiusmodi communicatio, quam ipse tanto magis suspicio, quanto minus memini me legere per statuta aliarum confratrum facta. Tertio quaeritur an fuerit necessarium facere communicationem de qua in hoc statuto, adeo quod nisi expressē facta esset non fuisset subintellecā ex eo solo quod esset confratria pia, videri enim potest cuiusiam quod non. Quia communicatio bonorum in gratia & charitate factorum ipso iure, sine ipso facto siue communicatione alia particulari cōmunicantur omnibus iustis gratia & charitate ornatis, adeo quidem quod, vt ait Thomas^e supra relatus à nobis ad verbum. ^f Omnis qui incipit esse gratus Deo gratia gratum faciente incipit esse particeps omnium bonorum, quae in toto mundo sunt, & merito quia est articulus fidei explicatus in simbolo Apostolorum, esse sanctorum communionem, & probatur per illud: participem me fac Deus omnium, videntium te. Sed contradicendum est, tūm per proxime dicta in quaestione praecedenti, tūm quia communicatio haec fit etiam quoad valorem satisfactorum de iustitia, & de condigno vt infra dicam, quoad quem non fit communicatio bonorum operum sanctorum ipso iure, sine aliqua particulari applicatione secundū eundem Thomam receptam^h. Alioqui enim vt ait Palud. eius doctrinam si quis, se queretur quod omnis peccator eō ipso quo fieret iustus, esset absolutus ab omni poena, suis peccatis quoad culpam condonatis debita, quia ad solvendas huiusmodi poenas infinitus meritorum, thesaurus est in Ecclesia, cum in eo sit repositus etiam valor meritorum Christi, quae fuerunt infinita, vt ait Clem. 6. ⁱ & ita si ipso facto applicaretur ad solvendas poenas, quas iusti debent ipso facto etiam ipsi absoluerentur ad peccata, & quod est falsum & haereticum contra sacram scripturam, & desuasionem Concilij Tridentini^l. Quae omnia confirmantur ex eo quod dupliciter potest bonum spirituale vnius communicari alteri, vt luculenter de more docuit Thomas receptus vbi supra^m. Primo quidem in quantum est expiativum. Secundum

d h. fin. 4.
diff. capit.
quod prae-
cipitur. 14
q. 1.

e Opusc.
6. col. 24.
f c. 20. nu.
63. & seq.

g pla. 118.

h In 4. d.
45. q. 2. ar.
2. q. 4.

i In extra
mag. vni-
uersus de
pen. & re-
missioni.
k s. Mac.
c. 12.
l sess. 5. in
Decreto
de indul-
gentiis.
m In 4.
sent. dist.
45. q. 2. ar.
1. q. 4.

quantum est meritorium, & sentit quod communicatum primo modo, plus prodest alteri quam facienti, communicatum autem secundo modo plus prodest facienti quam ei pro quo fit, & merito, quia vt mox dicemus, quatenus est meritorium prodest facienti ad merendum de iustitia siue de condigno augmentum gratiae, quatenus autem expiativum & satisfactorium non prodest alteri pro quo fit quoad gratiam de condigno merendam, sed solum quoad condonationem poenae pro peccato condonato debitae per viam cuiusdam recompensationis, quoad quod non prodest facienti, adeo quidem, quod nihil prodest ei, si poena quam debet is pro quo fit, requirit totum valorem operis boni communicati, vt qui soluit alicui centum pro alio 100. ei debet, non satis facit quicquam pro se debente totidem eidem, vt colligitur ex Innoc. ⁿ tertio, & ex iureconsulto Vlpiano. ^o

119 Quarto quaeritur id quod lector hoc loco merito nosse desiderat nempe, quid profit communio illa mutua bonorum sanctorum, quae ipso iure siue ipso facto fit, ad quod respondeo, id quod latius respondi supra, nempe quod non prodest ad quaerendam viam iustitiae & de condigno gratiam neque augmentum eius neque salutem, alacritatem, aut aliquid aliud bonum spirituale, vel temporale, per illud Hieremiae: *P sissetunt Moyses & Samuel coram me, non est anima mea ad populum istum* declaratum à Thoma^q communiter recepto, & ad alios, sed sic ad quaerendum illa de liberalitate & merito (quod vocant) de congruo, vt praefatus Thomas docet. ^r Quia licet quilibet existens in gratia possit de iustitia & condigno mereri sibi augmentum eius: Nemo tamen potest de condigno mereri alteri eam, nec augmentum eius, excepto vno Christo vt idem Thomas declarat in praefato art. 6. & 8. Ne quis tamen ex hoc inferat parum prodesse communicationem orationum & aliorum meritorum, quoad vim merendi, quandoquidem nihil prodest ad merendum de iustitia, consideret ea quae supra conclusimus, ^s nempe quod plerumque maiora impetrantur per viam liberalitatis & congruitatis quam iustitiae. Qui enim fodit in vinea Regis, via iustitiae certum quid meretur, qua via preces Reginae non possunt mereri aliud tantumdem via tamen decenti liberalitatis, & magnificentiae potest ei plus mereri Regina vno verbo, quam ille centum dierum operis: Ita licet via iustitiae quisque possit magis sibi per se mereri quā per alios, via tamen decentiae, & ma-

n c. ca. re.
De iureiu-
rando.
o In l. ff.
de solut.

p c. 15.
q in 4. di.
45. q. 1. art.
1. q. 1. & 1.
sec. q. 114.
ar. 6. & 8.
r d. art. 6.
& 8.

s in ca. 29
nu. 46.

& magnificentiæ, sæpe plus per alios quam per se meretur.

Quintò quærat hic aliquis, quid prodest communicatio præfata specialis quoad vim merendi, cum quoad id de congruo generaliter sit facta ipso iure ut prædictum est, & per communionem non additur vis merendi de iustitia & de condigno, ad quod respondeo, quod prodest ad hoc ut magis debeatur de congruo, ut singulariter sensit Thomas (in d. opusculo 6. colu. 24.) relatus à nobis alibi^t & merito. Quia licet nullum meritum de congruo quamlibet magnum perueniat ad gradum meriti de condigno quoad rationem debiti, aliud tamen alio est maioris gradus ratione personæ, modi, temporis, loci, & iustitiæ rogantis & merentis, sicut enim preces maioris cæteris paribus, magis merentur de congruo apud rogatum, quam preces minoris, & multiplicatæ magis quam simplices, & feruentis ac obnixæ magis quam tepidæ vel laxæ, & quæ specialiter pro vno, plura quam quæ generaliter pro omnibus, ita intercessionis & merita sanctorum & iustorum apud Deum aliæ sunt maioris meriti de congruo, quam aliæ ad quærendum bona illi pro quo rogant vel bona opera faciunt, & consequenter communicatio generalis, quæ ipso iure fit bonorum iustorum; licet multum proficit de congruo, plus tamen prodest, quando additur ei specialis communicatio, quo fit, ut maximè sit illa desideranda, & per consequens maximi facienda communicatio præfatae confratriæ, qua tot orationes, & merita tot confratrum, & in his tot millium religiosorum selectorum speciatim quamuis non singulatum cuique confratri applicentur.

Sextò quæritur à quo possit huiusmodi communicatio fieri? Respondeo quoad à quolibet priuato, quod bona opera sua, & à quolibet prælato spirituali cuiuslibet congregationis spiritualis, quoad bona spiritualia communia ipsius, & à Pontifice Maximo quoad bona communia totius Ecclesiæ vniuersæ, ut eleganter de more determinat Angelicus Doctor^v Cuius definitio quoad priuatum probatur per determinationem eiusdem receptam, quod licet vnus non possit conteri vel confiteri pro altero iuxta illud Psalmi^v: reddet vnicuique iuxta opera sua, potest tamen satisfacere pro altero quoad penam temporariam peccato condonato debitam iuxta illud Apost. ad Galatas. ² alter alterius onera portare: Ob rationem diuersitatis, ab eodem Thoma reddita m

t in Enchi-
rid. sup
Manua. de
oratione c.
20. n. 54.

v in 4. scilicet.
d. 20. art. 3.
§ 4.
x in d. dif.
20. q. 1. ar-
tic. 2.
y Psal. 61.

a Gala. 6.

ditam, sicut etiam in iudicio humano alter pro altero debitum solvere potest. ² Quoad prælatos autem congregationum probatur primò per illa multa quæ Thomas^b Vualden. attulit ad probandum quod Paulus, Ioannes & Iudas Apostoli, & Timotheus & Siluanus communicarunt specialiter suas orationes suaque bona opera quibusdam particularibus Christianis sibi amicioribus, & consequenter quod pessimè dixit Vuycleff. non posse prælatos religioni dare sibi deuotis caritas fraternitatis, quibus suas orationes, & alia bona opera communicant eis. Secundò probatur eo quòd prælati habent administrationem omnium bonorum communium suæ congregationis iuxta Decretum Pelagij^c cum multis quæ ei nuper adieccimus in libro de Voto paupertatis. ^d Quatenus habent totam bonorum Monasterij administrationem esse penes Abbatem. Nec obstat quod Pelagius ibi loquitur de Abbatibus qui sunt prælati congregationum regularium non habentium quicquam proprium, neque in communi bona diuisa à bonis Abbatis, & consequenter non probat idem esse dicendum de Episcopis & aliis prælatis congregationum secularium habentium propria, neque de Abbatibus habentibus bona diuisa, à bonis suorum conuentuum, qui non possunt administrare, nisi sola bona sibi deputata: Non inquam hoc obstat. Quia responderi potest primo quod possunt facere saltem de consensu suorum capitulorum & conuentuum. Secundò quod Capitula & conuentus siue congregationes Ecclesiarum siue secularium siue regularium non adeo curant, nec curant de administratione eorum bonorum spiritualium, ex quibus non redeunt redditus pecuniarij nec honorarij, honoris, famæ & gloriæ saltem singulis eorum. Et ideo prælati quæsierunt hanc facultatem sibi solis consuetudine & præscriptione ordinaria 40. annorum^e aut saltem extraordinaria immemoriali, siue tanti temporis de cuius initio non est memoria^f. Non etiam obstat quod hanc doctrinam Thoma videtur consequi quod prælati inferiores Episcopis, possunt concedere indulgentias contra Canonem Concilij generalis^g. Et contra receptam sententiam, in c. quod autem & c. cum ex eo. De pen. & remissio. ut alibi tradimus in tractatu de indulgentiis^h. Non inquam hoc obstat quamuis vigeat. Quia ipsemet vigilantissimus Thomasⁱ respondit duplici nomine hanc communicationem non esse indulgentiam.

a Institut.
quibus mo-
dis toll. ob-
ligat. in
prin.
b Lib. de
sacramen-
cap. 94.

c c. nulla.
18. q. 2.
d Sup eo.
c. nullam.

e cap. de
quarta. ca.
ad aures.
de præscr.
& authen.
quas adio.
c. de sacro
sanct. Eccl.
f c. super
quibusdā.
de verbo.
signi. l. hoc
inter. §. du-
ctus aque.
ff. de aqua
quotidi. &
zsti.

g In c. ac-
cedentib.
de excess.
prælator.
h Super 6.
i Lencico.
de penit.
dist. 1. No-
tab. 31.
i In d. lib.
4. q. 20. ar.
3. & 4.

In d. Extravaug. v. nigenus. l. 11. a. scnt. d. 21. qu. 1. art. 4.

Altero quod per eam non tollitur obligatio adimplendi poenitentias iniunctas. Altero quod non siue thesauro ecclesie inexausto siue indeficiente, vt ipse ait, siue immenso & infinito, vt Clemens Sextus loquitur. ^k Sed quia hæc duæ rationes visæ sunt vt opinor, debiles Soto ^l ideo ipse reddit tertiam scilicet quod Papa & Episcopi communicant ecclesie virtutæ iurisdictionis, & absolutionis, prælati verò communicant virtute alterius potestatis, contra quam tamen neruose replicari potest, de indulgentia quæ animæ purgatorij conceditur per viam suffragij, & non per viam iurisdictionis, & absolutionis: ideo reddenda videtur quarta noua, sed vera (quam fortè sensit Thomas vbi supra dum dicit indulgentiam concedi de thesauro ecclesie) nempe quod Papa, & Episcopi, per suas indulgentias communicat bona & merita etiam præterita Christi & sanctorum in Ecclesie thesauro iam reposita, Prælaturum vero bona & merita futura sua & suarum congregationum nondum in thesauro præfato reposita, nec reponenda quidem, si receptis ad fraternitatem fuerint necessaria pro soluendis poenis debitæ suis peccatis quoad culpam condonatis, quod longè minus est, cum quælibet persona etiam priuata id facere possit, quoad sua merita futura.

Definitio autem præfata Thomæ quoad Pontificem Maximum probatur ea ratione quod ipse habet summam administrationem omnium bonorum ecclesie vniuersæ iuxta determinationem Concilij Lateranen. ^m & pars bonorum ecclesie vniuersalis est thesaurus ille infinitus meritorum Christi & aliorum sanctorum, paratus ad soluendam omnem poenam debitam iustis pro peccatis eis condonatis per iustam & rationabilem ipsius dispensationem, & applicationem, quæ pietissimè à tempore Apostolorum in hunc diem facta est, & fit iuxta definitionem Concilij Tridentini ⁿ in decreto de indulgentiis & aliorum Decretorum, ante illud frequenter additorum ^o & alia quæ nos alibi in tractatu de indulgentiis notab. 7 adiecimus.

Septimo queritur an persona priuata possit communicare alteri sua bona præterita, sicut potest futura? Respondeo quod non, tùm quia non potest quis iuste donare vni, quod iam donauit alteri ^p nec retinere quod vendidit alteri ^q. Ergo neque qui valorem bonorum suorum vni dedit, poterit alteri dare. At quicumque facit aliquod bonum opus, si nõ facit illud pro alio, videtur valorem eius applicare sibi, quia

m Sess. 9. §. Et cum omnium. n Sess. 25. o ca. quod autè, & ca. cum ex co. de poenit. gen. & remiss. Clem. 1. de reliq. & venerat. & extrau. 1. cum seq. de poenit. & remiss. p 1. quod. q. 1. de rei vendic. q. 1. vendic. q. 1. rem. ff. de euic.

quatenus eo indiget, & si facit pro alio, videtur applicare illud quatenus eget, & si neutri est necessarius in totum vel in partem, totum vel partem eius, quæ nõ est necessaria ipsis, videtur velle reponere in thesauro generali Ecclesie prædicto. Ergo non potest illum applicare denuo alteri.

Ex quo inferitur iure potius militari quàm canonico quendam meum auum virum militarem fratri suo fortissimo militi in prælio occiso donasse meritum ieiuniorum sabathorum septem annorum, quæ in honorem Virginis matris proximè antea ieiunauerat, cui rei familia illo tempore ab aliis quoque suæ conditionis viris potius bona fide, quam crudita ratione facta fuisse accepimus.

An autem prælati inferiores episcopis possint per chartas fraternitatis communicare sibi deuotis benemerita præterita? Respondeo quod non, tùm per proximam rationem, tùm quia prælati & congregationes dantes chartas huiusmodi communicationis sibi deuotis, sola futura bona communicant, vt satis patet ex his quas videre est apud Thomam VValden. ^r qui ponit substantiam formæ quaræ fraternitatis Carmelitarum, & Carthusianorum.

Arbitror autem (licet apud neminem legere meminerim) quod hæc duo responsa sunt limitanda, vt solum procedant quoad effectum satisfaciendi de iustitia & de condigno, & non quoad effectum merendi vel satisfaciendi de congruo: tùm quia etiam personæ priuata præsentantur Deo Opt. Maximo merita Christi, diuorum, & iustorum viuentium, & obsecramus eum per illa, vt nos iuuet ad conterendum & confitendum peccata nostra, & vt condonet poenas pro eis condonatis debitas, & multa alia nobis conuenientia, tam temporalia, quam spiritualia. tùm quod aliquot prælati & congregationes solent aliquando omnia merita sui ordinis etiam præterita præsentare Deo ad placandum iram eius, si quam contra suum regem vel regnum vel patronum, aut aliquem alium maximum amicum conceperit, in quod facit illud principium psalmi: *Memento Domine David & omnis mansuetudinis eius.* per quod iuxta aptissimum intellectum quem Iansenius sequitur Salomò representat merita patris sui David ad obtinendam quæ optabat & paulo post expressius propter David seruum tuum, non auertas faciem Christi tui. Huc etiam pertinet illud serui Abrahæ, querentis uxorem Isaac ^s *Domine Deus domini mei Abraham & illud Iacobi ^t Deus patris mei Abraham, & Deus patris mei*

r In præfato li. de sacramt. ca. 94.

s Genes. 24. t Gene. 28.

Isaac, in quibus merita praeerita Domini & patris tacite ad obtinendum optata repraesentantur: eodem etiam spectat representatio incarnationis, aduentus, passionis, & resurrectionis Domini nostri Iesu Christi, quam post Litanias facit Ecclesia ad impetrandum misericordiam, gratiam, pacem &c. repraesentatio item meritorum viuorum, quam nunquam non facit in collectis eorum.

Octauo quaeritur an possit quis sibi et ipsi communicare bona praeerita quoad valorem satisfactorium de iustitia & de condigno pro eis debitum, ita quod profint ei adluendam poenam quam debet vel debebit pro peccatis commissis post illa bona opera, & iusta poenitentia condonatis, *scribi gratia*, *Quidam gratia Dei gratum faciente ornatus* & perseverans in ea multo tempore fecit multa opera bona, quorum valore satisfactorio saltem toto non eguit, & postea peccauit mortiferè, ac sufficienter poeniter quoad remissionem culpa, sed non quoad remissionem totius poenae: quaeritur an praefatum valorem proximum bonorum operum quo antea non indignit, possit accipere, & applicare sibi pro solutione poenae quam pro peccato illo nouè commissio, nouèque condonato debetur: ad quod respondeo quod non, quia iam illa merita quoad illum valorem satisfactorium sunt reposita in Ecclesiae thesauro. Cuius dispensatio non pertinet ad eum sed ad alium, sci. ad Papam & episcopos vt praedictum est, sicut & qui multa bona perfecta donatione donauit iam ecclesiae praesertim, non potest quicquam de illis autoritate sua capere, etiamsi egeat illis. Vt licet si esset patronus & pauper, posset aliquam iustentationem petere sed non propria autoritate capere, eodem autem modo quo limitata sunt duo proxima responsa, hoc quoque limitandum est, vt colligere licet ex vnius psalmi *Domine probasti me, Nunc qui oderunt te Domine odertam* &c. Vt & multis versibus alterius psalmi: *Beati immaculati*, in quibus David praesentare videtur quaedam acta sua bona, vt obtineat alia optata.

Nono quaeritur an praelatus possit orationes & benemerita singulorum suae congregationis applicare aliis, nolentibus ipsis, ad quod respondeo primò quod non, si est congregatio secularis, quia possunt habere proprium, non solum iurium spiritualium, sed etiam temporalium ² & nemo debet re sua sine culpa priuari. ^b

Secundò quod etiam non potest saltem sine magna causa, li

v c. noue-
runt. 10. q.
1. & c. sunt
q. opes. 17.
q. 4. & cap.
praeerita
de iure pa-
tronatus.
x iuxta c.
nobis. de
iur. patro.
y Psal. 138.
z Psal. 118.
a c. nolo.
c. habebat.
12. q. 1.
b cap. sine
culpa. de
regul. iur.
lib. 6.

sa, licet congregatio sit singularis, si ipsi indigent suorum meritorum valore, quia praelati habent potestatem in adificationem & non in destructionem secundum Apostolum. ^c Destruere autem, & non aedificare esset communicare benemerita vnus Monachi eo inuito & eis egente.

Nam charitas debet esse bene ordinata, iuxta illud canticorum ^d. *Ordinavit in me charitatem* Et charitas bene ordinata incipit à seipso iuxta illud Imperatoris: *cradelitas quaedam est, vt aqua nata in vno agro, sitiente illo rigetur aliis*. ^e Tertiò quod potest quoad eam partem qua ipsi non indigent, & quae ¹²¹ reponenda esset in thesauro Ecclesiae, si praelatus eam non communicaret aliis, Tum ob eas rationes quibus supra diximus praelatos posse merita suae congregationis aliis applicare. Tum quia ipsi religiosi possent illa communicare aliis, si praelatus non tuberet, vt aliis communicaretur. Cum enim vt praedictum est post Thomam, ^f alius pro alio satisfacere potest, & nullo iure naturali, diuino nec humano videntur Monachi ab hac facultate seclusi, saltem non contradicente praelato, quoniam licet religiosi sint incapaces dominij & possessionis bonorum pecuniariorum, capaces tamè sunt bonorum spiritualium qualia sunt virtutes, scientia, imò & beneficium sibi Canonice collatum. Imò etiam bonorum temporalium honorariorum qualia sunt honor, fama, gloria, Magisterium, Doctoratus, & similia vt alibi tradimus in commentario de voto paupertatis ^g post Thomam & alios ibi citatos. Quarto quod si occurrerit aliqua grandis causa succurrendi alicui de monasterio, merito per applicatio bonorum spiritualium alteri communicabilium, quae singulares Monachi possent aliis communicare, posset praelatus iuste iubere, vt omnes religiosi applicarent sua omnia opera bona vno vel altero die, aut alio tempore iusto illi, ¹²² magna necessitate oppresso. Quia huiusmodi iusio esset aedificatio, & non destructio argumentò, multorum iurium ^h, quibus probatur voluntatem Monachi à iusto arbitrio praelati pendere. Dixi alteri communicabilium, quia valor meritorum, quoad quaerendam de iustitia siue de condigno gratiam, non est communicabilis, nec ab vilo praelato benemerenti tolli vel impediri potest, vt supra dictum est. Decimo quaeritur an per praefatam communicationem praefatae confratriae communicentur omnia bona, quoad vtramque vim siue valorem satisfaciendi & merendi siue impetrandi, ad quod respondeo, primò certum esse quod

c 2. ad Cor.
inth. 10.

d Canticum
2. ca.

e 1. 2. C. de
seruit. ^g
29.

f In 4. diff.
20. q. 1. art.
8.

g Super
non dica-
tis. 12. q. 12
nu. 53.

h ca. quos
rundam. de
religiosis,
de electis
lib. 6.

non communicantur, quo ad valorem merendi de iustitia & de condigno gratiam, vel aliud bonum spirituale vel temporale. Quia quoad hoc sunt incommunicabilia, cum nemo alius à Christo possit ea de condigno aliis mereri, ut dictum est supra in eod. Miscellaneo; post Thomam & alios ibi citatos.

Secundo certum etiã videri comunicari ea quoad oĩa illa quo ad quã generaliter ipso iure comunicantur omnia iustorum merita inter ipsos, iuxta illũ articulũ, sanctorũ communionem, declaratum à Thoma¹ & quod hæc communicatio specialis efficit, ut magis proffit, quam generaliter communicata prodesse, ut dictum est supra in eodem Miscellaneo.

Tertio certum etiam videri, quod comunicatur quoad utrumque valorem, quem habent ad merendum & satisfaciendum de congruo.

Sed contra videri posset cupiam de comunicazione quo ad valorem satisfaciendi de condigno; quia ut prædixi non comunicantur quoad valorem merendi de condigno, cui similis videtur valor satisfaciendi de condigno & de simili bus idem iudicatur. Sed contra videri dicendum, tum quia comunicatio fit generaliter & dispositio generalis generaliter est intelligenda, tum quia Thomas id videretur sentire^m relatus à nobis ad verbum alibiⁿ in illis verbis.

Nam vnus potest satisfacere pro alio sicut patet in beneficiis ad quẽ plures congregationes admittunt aliquos, tum qui negari potest esse similia quoad hoc mereri de condigno & satisfacere de condigno, quoniam illud non potest aliis pro alio facere, hoc autem sic, ut supra dictum est, post Tho. & alios. Arbitror autem communicationem præfatam quoad valorem satisfaciendi de condigno non extendi ad illum valorem, quo eget is, qui facit illa; sed tantum ad illum qui reponendus esset in ecclesiæ thesauro si alio non communicaretur per ea quã proximè dicta sunt. P

Vndecimo queritur an huiusmodi communicatio possit fieri patientibus in purgatorio? ad quod respondeo, quod sic; Tum quia per quantum statuum huius confratritiã id fit illi, quem aliquis viuus facit scribi in præfato libro obligando se ad recitandum psalterium singulis hebdomadis; Tum quod sententia Thomæ recepta, & catholica habet suffragia viuorum prodesse mortuis, quã probatur per multa decreta à Gratiano relata⁹, tum quia vna quãvis persona etiã priua

priuatã potest sua bona quoad valorem satisfactoriũ etiam de condigno communicare illis ut prædictum est. *

Duodecimo queritur quid sit respondendum cuidam nũc querenti an valorem satisfactorium operũ, in pœnitentiam sibi à Confessario iniunctorum possit iuste applicare suæ matri defunctæ. Apparet enim quod sic illa ratione. Quod valorem satisfactorium operum quæ quis obligatur facere, potest applicare aliis pro parte ad eum pertinente, ut diximus alibi⁵, de valore partis Missæ ad Missantem pertinente sequitur Maiorem & Vendelinum, & quod votum & iuramentum non obligant minus quam præceptum Confessarij, imo magis, quia iure diuino obligant. Vt certum est posse quem bõhoium operum votorum vel iuramentorum valorem satisfactorium aliis applicare; Sed contra facit quod pretio quo soluitur vnũ debitũ, nõ soluitur aliud, & per illam regulam iuris. Quod semel placet, amplius displicere nequit. Vt Confessarius de præcepto imponens aliquid pro pœnitentia peccati confessi, videtur applicare illud pro solutione pœnæ debitæ peccato sibi confessio, ergo non potest confessus postea illud alij applicare. Quare hæc pars videtur tenenda quoad valorem necessarium ad soluendam pœnam debitam petendo pro quo pœnitentia est imposta. Quamuis quoad valorem vel partem eius quæ in id non esset necessaria posset illius partem matri applicare. Nõ obstant opposita. Quia loquuntur de valore operum non applicatorum ex præcepto saltẽ expressẽ, nec tacitẽ alicui alij debito soluendo, quæstio autẽ propõsita est de valore operum, qui ex præcepto expressẽ vel tacitẽ à Confessario est applicatus solutioni pœnæ debitæ pro certis peccatis confessis. Non obstat etiam dicere quod ex hoc sequeretur quod nullus confessus absolutus posset vllius operis sui boni valorem aliis applicare. Cum ferè omnes confessarij imponant sibi confessis omnia bona quæ fecerunt in pœnitentiã peccatorum sibi confessorum, iuxta ea quæ tradimus in Manu. confessariorum. Non inquam hoc obstat. Quia confessarius non videtur præcipiendo; sed consulendo, ut ibi dixi omnia illa bona opera pro pœnitentia imponere, ita quod obligetur confessus ad applicandum omnia illa pœnæ peccatis ei confessis debitæ; sed quod illa quæ voluerit applicare profint ei tanquam pro pœnitentia imposta, & ita potest aliquid illorum aliis applicare etiam si confessus ap-

r In eod.
Miscellaneis

§ In Enchirid. de orat. tit. 20. nu. 51.
¶ In 4. dist. 45.
¶ c. nõ est de voto. & c. quanto. de iure iurãdo. cum glof.
x c. est te. de iur. iur. l. j. ff. de s. in lon.
y ca. quod semel. de regul. iur. lib. 6.

z cap. 262. num. 12.

¶ In opusculo. 6. col. 24.

* c. dicitur a. de elect. l. illud. ff. ad leg. A. quil.

l. c. solita. de testori. rite & obed. l. de pretio. ff. de pub. in rem act. m in d. opusculo 6. col. 24.

n In Enchirid. sine Manu. al. de orat. & horis ca. nou. c. 20. nu. 55.
o In eod. Miscellaneis. nu. 120.
q Eod. Miscellaneis. q. c. anime defunctorum. c. qui oblationes & alia mul.

ta. 19. q. 13

plicauerit ea omnia peccatis confessis. Quia consilium eo solo quod acceptatur non fit præceptum ad implendum illud, licet enim quis acceperit consiliū de audiendo Missam die profesto, vel de intranda religione, non tenetur de præcepto ad illa faciendā, iuxta tradita per Gratianum ^a, & specialius alibi per Archidiaconum, ^b post Thomam. ^c An autem in applicatione vota vel iurata illius qui applicauit bona sua opera vnius mensis vel anni alicui defuncto includatur bona opera in pœnitentiā sibi à Confessario intra illud tempus imponenda? Videtur quod non: tūm quia in obligatione generali non includuntur ea quæ quis verisimiliter non obligasset; tūm quia non potuisset etiam si voluisset per prædicta nisi facultate sibi à Confessario intra illud facta. Per eam enim fieret vt impositio pœnitentiæ esset quidem præceptum quoad implendam illam, non autem quoad applicandum valorem illius pœnæ debitæ pro peccatis ei confessis, nisi ad summum illam partem quæ non esset necessaria illi defuncto. Quia voluntas legislatoris qualis est in eo casu Confessariis est attendenda. ^d

^a §. fin. 4. d. ca. quod præcipitur 14. qui. ^b c. qui bona. 17. q. 1. c. 2. sec. q. 88. artic. 1. d. l. obligatione generali. ff. de pignor.

^e l. 1. ff. de confiteur. principum §. sed quod principia. ubi dicitur de iure natur. gentiū & ciuili.

Vigesimum septimum Miscellaneum.

SVMARIA.

<i>Anniversaria quot & quando pro his confratribus mortuis danda.</i>	nu. 123
<i>Festum annunciationis vt maximum huic confratriæ.</i>	nu. 123
<i>Annunciationis in festo multas Virgines pauperes in Monasterio Roma Minervæ dotari.</i>	nu. 124
<i>Indulgentiæ multe dicentibus Rosarium concessæ.</i>	nu. 125
<i>Indulgentia Sixti includit pœnitentiā non iniunctam, sed non quærit eam dicens, per alium pœnitentium.</i>	nu. 125
<i>Indulgentia quæ Alexandri tollit pœnitentiā non iniunctam.</i>	nu. 126
<i>Indulgere potest inferior Papa pœnitentiā non iniunctam.</i>	nu. 127
<i>Indulgentia plenaria semel in vita & semel in morte confratribus Rosarij concessa.</i>	nu. 127
<i>Gratiæ de substantia non est, scriptura.</i>	nu. 127
<i>Stationes Romanas vt dedit Leo X. Rosario.</i>	nu. 128
<i>Rosarium vt ferè proprius Dominicanis.</i>	nu. 128
<i>Rosarij non vno die, & vice dicendum.</i>	nu. 128
<i>Rosario quæ dedit Pius V. quanti momenti.</i>	nu. eod.

Done

Donari potest pio collegio etiam sine insinuatione. nu. 36. 128
Articulus mortis duplex & hic intellige de vero. nu. eod.

Vigesimum septimum Miscellaneum quod septimum statutum præfate confratriæ continet, vt quatuor diebus proximè sequentibus quatuor festa B. Mariæ principalia scilicet; Purificationis, Annunciationis, Assumptionis, & Natiuitatis fiant quatuor anniuersaria in omnibus Monasteriis prædicatorum pro confratribus iam mortuis, quibus interesse debent omnes confratres, cum singulis candelis cereis, si facultatem ad id habent. Circa hoc, nil occurrit addendum sed optandum quod vt est piissimum, & tanto ordine dignum institutum, ab internis quæ confratribus eiusdem ordinis, & religiosis pro sua parte seruatum, ita simili cura & studio externi confratres exequerentur.

Octauum continet, quod festorum omnium Virginis Matris maximum est, quoad præfatam confratriam festum Annunciationis, & ideo in illo die conuenire debent ad Missam omnes confratres cum candelis cereis in Monasteriis prædicatorum Rosarij.

Huius statuti prior pars colligebatur ex litteris præfati Alexandri supra ^a relatis, quatenus dant primum locū festo Annunciationis B. Mariæ, nominando 4. festa eius principalia, quibus ibi addidimus, quod nec mens illius, nec huius statuti fuit dicere festum Annunciationis esse simpliciter maximum festorum Virginis Matris, sed secundū quid scilicet quoad hæc confratriam; Quia festū Assumptionis est simpliciter maximum eorum, iuxta glosam quandam memorabilem & receptam. ^b

Altera verò pars huius statuti quæ obligat omnes confratres ad audiendam Missam, cum candelis cereis in præfate Annunciationis festo, tam malè seruatur, aliquot in locis quam dignum est seruati in omnibus, quādo quidem pauci collatione aliorum præfate Missæ intersunt & pauciores candelas deferunt, cum ferè solæ mulieres superiores ferant spirulas ex cera torta conglobatas, viris præsertim potentioribus parum (proh dolor) de huiusmodi candelarū delatione curantibus, Quamuis in Vrbe Orbis capite celebrimè hoc festū celebretur, interessente illi Pontifice Maximo, cū maxima pōpa, multis Virginibus pauperibus (quæ hoc anno fuerūt 93.) nouè dotatis, in processione longo ordine, confratribus et eas grauibus eisdemque primoribus matronis.

^a supra. in 24. miscel.

^b ca. Almia mater, verbo Assumptionis. de sent. excō. mu. lib. 6.

Nonum declarat quod diuersi Pontifices Maximi, & alij ecclesiarum prælati, concesserunt multas indulgentias recitanti- bus Rosarium & psalterium prædictum. Imprimis quod Sixtus Papa 4. concessit indulgentiam quindecim annorum, & totidem quadragenarum recitanti- bus præfatum psalterium pro qualibet vice qua id fecerint. Circa hoc aduertendum primo quod supra, c. irrefragabiliter probatum fuit, quod hoc statutum, & duo sequentia non potuerunt esse de primis statutis huius præcellentis confratritæ. Deinde aduertendum quod Sixtus 4. non concessit formaliter indulgentiam 15. annorum & 15. quadragenarum recitanti- bus psalterium, sed quinque annos & quinque quadrenas recitanti- bus quinquaginta Aue Maria, cum quinque pater noster: quamvis æquiualemter id fecerit. Nam si quis quoties recitat quinquaginta Aue Maria, cum quinque pater noster, quarit indulgentiam quinque annorum & quinque quadragenarum, & qui recitat psalterium, ter recitat illa, consequens est cum qui recitat psalterium hæsiturum indulgentiam quindecim annorum & 15. quadragenarum. Tertio aduertendum quod prædictus Sixtus concessit præfata indulgentiam recitati præfata quinquaginta Aue Maria, & quinque pater noster nulla facta mentione de recitatione per alium faciendâ. Ex quo infertur non quærere illam esse, qui recitat illa per alium; tum quia concessio indulgentiæ est restringenda, d. quod in specie dixit quædam glosa recepta, e quam ad hoc citamus in Commentario de indulgentiis; f tum quia regulariter non fit extensio de vero casu ad fictum; & factum per alium non est vere per se, sed fictè ut notauit quædam glosa. h recepta, adeo quidem quod ut alibi in Manuali confessoriorum diximus, i quod canon excommunicans facientem aliquid non censetur in dubio excommunicare mandantem, rogantem, aut consulentem ut efficaciter probat quædam Clementina cum sua glosa. k Ex quo rursus infertur præfatos confratres non satisfacere obligationi suæ recitandi singula psalteria singulis hebdomadis, recitando illa per alios; sed oportere recitare illa per semetipsos. Quarto aduertendum quod Sixtus concessit præfata indulgentiam omnibus & singulis recitanti- bus prædicta quinquag. Aue Maria; cum quibus pater noster siue tertiam partem psalterij; & non solum quærunt illam confratres præfate confratritæ; sed etiam qui libet alij. Nullam enim de præfata confratritæ nec de confratribus eius neque de Rosario mentionem fecit.

Quia

c In Miscellaneo. 25. nu. 114.

d Arg. ca. porro. de priuileg. e In regu. 56. Innoc. 4. Cancellariæ. f Sup. 5. in Leuitico. de pœnit. dist. 1. no. tab. 9. n. 7. g l. 3. §. hæc verba. ff. de neg. legis. c. in nostra de iniuriis. h c. qui facit per alium. versiculo. Perinde. de regu. iur. lib. 6. cap. 27. nu. 51. i In Manual. c. 27. nu. 54. k In Clem. 1. de consan. & affirmat. ad ius. §. glo.

Quinto aduertendum quod præfatus Sixtus concessit prædictam indulgentiam quinque annorum, & quinque quadragenarum nulla mentione facta de iniuncta pœnitentia. Et ita quærunt illam: qui recitant ea, etiam si nulla pœnitentia talis fuerit eis à Confessariis iniuncta, iuxta ea quæ alibi contra Caietanum probamus in tractatu de indulgentiis, l quod ipsum est dicendum de illa indulgentia centum dierum quam solis præfatis confratribus concessit præfatus Alex. legatus in confirmatione prædictæ confratritæ, pro singulis quinque festorum principalium Virginis Matris, non autem de illa quadraginta dierum, quam concessit recitanti- bus tertiam partem Psalterij (quam vocat Rosarium) quia concessit eam cum adiectione de iniunctis pœnitentiis, vt habet litterarum eius tenor relatus supra m. Nec obstat ei quod prædictum est de indulgentia centum dierum quod Caietanus n tenuit, nullum inferiorem Papa posse concedere indulgentias pœnitentiaram non iniunctarum, quoniam neuosè probauimus alibi o contrarium esse verum.

Decimum statutum declarat Innocentium octauum anno 1404. vius vocis oraculo concessisse indulgentiam plenariam, semel in vita & semel in morte scriptis in prædicta confratritæ. Circa hoc dico primo, id quod de nono dictum est, nempe probatum esse supra p non potuisse hoc esse de primis præfate confratritæ præcellentis statutis, secundo quod est magni faciendâ, quia est plenaria, & non restricta ad pœnitentias iniunctas, & consequenter quicquid dicat præfatus Caietanus q tollit omnem pœnam pro peccatis confessis debitam, & quæ tolli potuit per pœnitentiam à Confessariis iniunctam, & quæ debite iniungi potuisset, vt efficaciter alibi r probamus. Tertio quod dubitari potest, an fuerit & maneat suspensa per Bullam, quam S. D. N. Gregorius 13. paulo ante annum Iobeleum 75. suspendit omnes indulgentias plenarias, vt si maneat suspensa, remedium adhibeatur opportunum, quo suspensio illa reuocetur. Et quidem arbitror primo illam fuisse suspensam saltem quoad loca & terras extra Urbem posita per prædictam Bullam, per ea quæ illi ad verbum relata adiectionem s. Secundo quod illa suspensio non fuit reuocata per lapsum anni Iobelei, neque per vllam reuocationem generalem per ea quæ super eadem diximus t tractata re cum Reuerendiss. Datario super dubiis quæ antea circiter 25. annos nos Conybricæ scripseramus in eodè tractatu, v

super

l super §. in Leuitico de pœnit. d. 1. no. ta. nu. 79

m Miscellæ. la. 24. n in tractatu 3. de indul. c. 7. o In prædic. tracta. de indul. no. 11. n. 79.

p Miscellæ. 25.

q In 2. tra. de Indulg. c. 7. in tracta. de indul. nota. 11. nu. 3. r super §. in Leuitico de pœnit. d. 1. no. tab. 33. s In glos. ver. Plenarias. In tra. de Indul. t In glos. sup. verb. publicentur. v de indul. gē. no. 2.

super simili suspensione à Julio 3, facta ob iobeleum anno 1550. Tertio quod procuranda esset præfata suspensionis sublatio, quoad dictam indulgentiam plenariam, si nondum est obtenta^x. Non obstat quod non videtur super huiusmodi gratia expeditæ litteræ quia ad valorē gratiæ non sunt necessariæ litteræ, vt multis iuribus probatur^y, & alia quæ latè tradunt post Archidiaconum^z, & Panormitanum². Felinus & Decius^b. Nec quicquam obstat replicatio, quod litteræ licet non sint de substantia gratiæ Papæ, sunt tamen de substantia probationis eius secundum Baldum à multis receptum^c. tùm quia id modificari & negari potest, quod facit Dec.^d rum quoad Deum, cuius oculis omnia sunt nuda & aperta iuxta Apostolum^e relatum ab Euaristo,^c non est necessaria vlla probatio, neque quoad forum conscientiæ iuxta glosam receptam.^f

Vndecimum quod Leo X. concessit præfatis confratri-¹² bus, totius orbis Christiani confratrum in Dominicanorum Ecclesiis fundatarum, vt visitando quinque altaria, vel quinquies vnum, vel plura, vbi defunt quinque, & qualibet vice recitando quinquies pater noster, & quinquies Aue Maria, quærant omnes indulgentias, quas quærunt qui personaliter vadunt ad stationes Romanas. Circa hoc dicendum primò quod non est de primis statutis huius confratriæ per suprascripta^g. Deinde quod est magni facienda gratia in eo contenta, sed quod ea solum possunt frui, qui sunt confratres confratriæ Rosarij in Ecclesiis fratrum Dominicanorum fundatæ, Quia id sonant eius verba à quibus non est recedendum, nisi aliud aliunde constet^h, & meritò huiusmodi restrictio facta videtur, quum ipsorum Patriarcha sanctissimus fuerit huius generis orandi author & persuasor, & eius ordo renouator, & conseruator, imò & confratriæ institutor & curiosissimus, & constantissimus amplificator. Addendum præfatis primò ex præfato libro priuilegiorum Illustrissimi Ordinis prædicatorum Authentico, i quòd scelic. record. Paulus tertius confirmauit declarationem Clementis^k 7, quòd (licet fortè ad quarendas indulgentias confratribus præfata confratriæ prædictum Psalterium recitantibus concessas, requireretur secundum tenorem litterarum Xisti 4. super hoc expeditarum, vt vno die, & vna vice deberent illud integrè recitare) sufficeret quòd vna hebdommada & pluribus vicibus discerent illud, accipiendo diem pro hebdommada, & vicem pro vicibus.

Addit

Addidit insuper duos annos veræ indulgentiæ confratri bus illud integrum in vna hebdommada recitantibus. Addendum secundò quòd scelic. record. Pius V. præfata confratriæ concessit tria, secundum quædam monita typis excussa; primum quo cõfirmavit & innouauit omnes gratias præfate confratriæ concessas. Secundum quod confratribus eius, qui qualibet hebdommada torum psalterium recita uerint septem annos, & totidem quadragenas de iniunctis eis pœnitentiis relaxauit. Tertium quod cõfratriæ prædictæ possint capere & petere omnia quamlibet magna sibi donata vel relicta, & ea in vsus pios præfate confratriæ impendere, absque alia vllius licentia. Circa quæ tria est aduertendum, quòd primum est vtilissimum, tùm ob alia, tùm maxime ob indulgentiam plenariam semel in vita, & semel in morte quærendâ viuæ vocis oraculo, ab Inno. 8. concessam. secundum verò quo concedit septem annos, & totidem quadragenas de iniunctis pœnitentiis, paucis nostra cetera est vtile, quia paucis nunc ab vllis iniunguntur pœnitentiæ annorum & quadragenarum, & per pœnitentiam iniunctarum nihil remittitur eis de iniungendis, id est de iis quas de buisset, vel potuisset Confessarius iniungere secundum communem alibi probatam^l. Tertium verò potius est iuris communis declaratio, quam noua gratia, cum Constantina lege liceat omni collegio pio relinquere in morte, m cumque nulla lege tali collegio quis vetatur inter viuos donare, cumque nulla donatio ad opera pia facta requirat insinuationem secundum Bartholum communiter receptumⁿ.

Addo tertio quòd præfatus Pius non solum præfata tria concessit, sed etiam alia eis maiora, quæ videre licet in contextu Extrauagantis suæ^o primum quidem, quod non solum confirmavit, & innouauit gratias concessas confratriæ & confratribus, vt supra dicitur: sed etiam concessas aliis hoc genere orandi nuaquam satis laudato vtentibus, vt colligitur ex ead. Extrauag^p. Secundum^q concessit plenariam indulgentiam & remissionem omnium peccatorum omnibus & singulis, confratrum prædictam in Dominicanorum Ecclesiis ritè institutam, ingrediētibus, qui prima vice qua descripti fuerint Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum in aliqua Ecclesia seu Capella dictæ confratriæ per ceperint, & vnam saltem quinquagenam Rosarij recitauerint, & pro Sanctæ Matris Ecclesiæ tranquillitate orauerint, quæ maxi-

1 Id. trac. De indulgen. super 9. in Leuitico de pœnit. d. 1. not. 31. nu. 38. & nota. 10. m. 7. & 8. m. 1. ad iudic. gl. re cep. c. de sacrosanc. E. ecl. Collegium C. de hæred. instit. cum ei annotatis. n. 1. si quis argentu 9. sancimus. C. de donationibus. o. Quæ incipit: Consiueuerunt Et ponitur in volumine. c. 6. sit. foll. 244. p. Ex verfic. Vtque facilius. q. vt colligitur ex verficu. Et insuper eisdem extrauagantiis.

ma

x Miscellaneo 25. n. 22. y c. institutionis. 25. qu. 2. & Clem. dudum. De sepult. 6. nos & iudic. gl. quæ hoc exprimit. in verb. verbo vel scripto. * In procimo lib. 6. a In Rub. De Consiuetio. b Ibidem. c In humana. sub sine C. de legib. d In d. rub. bg. nu. 11. Ad heb. 4. cap. e ca. Deus omnipotens 2. q. 1. f d. Clem. 1. de priuileg. g In g. & 10. stat. h In non aliter ff. De leg. 3. c. ex literis De sponsalibus. i fol. 206. k Quæ in eo. lib. fol. 205. ponitur.

¶ vt ex d. verb. & in super colligitur.

¶ In traſt. De indul. ſuper §. in Lenuico De pœnit. d. l. no. 30. nu. 3. & in Manu. C6. ſel. c. 26. n. 31.

¶ In ſum. ver. Mors. v. In c. Paſtoralis §. 7. de offic. ordinat. x. l. 1. & 3. ſequ. ff. de dona. cau. pœor.

¶ Vt colligitur ex illo ver. C6. cedimus.

¶ I. Bouer. §. hoc ſermon. ff. De verbo. ſigni.

ma gratia eſt. Tertium * conſeſſit ſimilem indulgentiam & remiſſionem omnium peccatorum omnibus præſatis confratribus, qui in mortis articulo conſtitutiſ, ſalutaris pœnitentia, & viatici Sacramento muniti fuerint.

Circa quod dubitari poteſt, An hæc gratia expiret & conſumeretur prima vice, qua mortis articulus euenerit, & confrater conſeſſus communicauerit. Nam pro parte affirmante facit, quod articulus mortis non ſolum dicitur euenire, quando ex ægritudine illa, qua laborat, moritur, ſed etiam cum tantum laborat, vt probabiliter timeatur moriturus, vt diximus alibi * poſt D. Antoninum, Felinum & alios, quos ibi citauimus, & Angelum à Clauaſio †, ante quos omnes reſoluit Panormitanus †: Quod toties quis in mortis articulo inuenitur, quotiens probabiliter timeatur moriturus, vt quia eſt in proſpectu nauigandi, vel præliandi, vel quotidiana febrî vexatur &c. quæ ſunt exempla Iurconſultorum **, & ita per abſolutionem in articulo mortis præſumpto factam conſumitur gratia, niſi aliud exprimitur, vt ibi diximus, & in præſata Bulla Pij V. non exprimitur aliud, & ſic per primam abſolutionem in articulo mortis præſumpto factam expirat, & præſati S. Antoninus & Felinus, quos alibi ſequuti ſumus, concludunt indulgentiam conſeſſam pro articulo mortis expirare per abſolutionem factam in articulo præſumpto mortis: ita quod poſtea in vero non poteſt prodeſſe, niſi aliud in ipſa indulgentia exprimitur: Qua ratione hoc mihi primo aſpectu viſum fuit dicendum de hac indulgentia, ſed re alius perpenſa videtur dicendum contrarium, tum quia præſata Bulla Pij non requirit vllum miniſterium conſeſſarij vel alius, quo hæc indulgentia concedatur, ſed ipſemet eam pro illo tempore concedit †, Tum quia licet cum Pontifex maximus concedit facultatem abſoluendi in articulo mortis, rectè præſumatur habere mentem, vt poſſit abſolui in articulo mortis præſumpto, ne ſi non abſolueretur, gratia fieret fruſtranea, & quod per primam abſolutionem in eo factam expirat gratia, vt præſati patres dixerunt, & quos nos ſequimur per quandam legem ſolennem †, Cum tamen ipſemet ſine vllius alius miniſterio concedit indulgentiam pro articulo mortis, videtur proſectò intelligere de articulo veræ mortis & non tantum præſumptæ. Cum intentio eius ſit, vt is cui facit illam gratiam mundus ab hoc mundo immundo exeat. Qualis alias non exiit, ſaltem virtute illius

lius

lius gratis, ſi antea eueniſſet ei aliquis articulus mortis præſumptus, in quo conſeſſus communicaveſſet, & intentio diſponentis imprimis eſt attendenda, * Tum quia nihil obſtat prædicta lex b: quatenus probat gratias in dubio de prima vice intelligendas. Quia concedimus illud, Sed negamus gratiam hanc vlla vice applicari in vilo articulo mortis præſumptæ, ſed manere integram pro articulo mortis veræ, tum quia regulariter ſtipulatio, legatum, fidei commiſſum & alia quæ ſiunt pro tempore mortis, intelliguntur de tempore veræ mortis, & non tantum præſumptæ vel fictæ †. Et mors ciuilis non æquiparatur morti naturali, niſi in caſibus à iure expreſſis, vt duæ gloſæ celebres & approbatæ reſoluerunt †, tum denique quod vt ait Felinus †, S. Antoninus & alij patres, & ipſemet loquuntur de indulgentia quæ conceditur quotidie pluribus à Papa per viam ſpecialis indulti, quod in articulo mortis per idoneum conſeſſorem quem elegerint poſſint auctoritate Apoſtolicæ indulti abſolui plenariè: Et ideo dixerunt indulgentiam huiusmodi habere locum in articulo mortis præſumptæ, & per abſolutionem factam in eo expirare. Quia loquebantur de gratia per quam ſola non conceditur indulgentia, ſed cum miniſterio conſeſſarij vel alius abſoluentis, & poterat eſſe fruſtranea ægroto: ſi abſolutio non fieret in illo mortis dubiæ articulo: in noſtro autem caſu cõceditur indulgentia ſine vllius alius miniſterio, & non poteſt eſſe fruſtranea. Quia adueniente veræ mortis articulo ipſo iure quæritur. Quare intranda & ſuſpicienda eſt hæc confratria, etiam ob hanc ſolam gratiam, quæ tam ſœlicem confratribus eius (ſi Sacramentis, pœnitentiæ & Eucharistiæ, muniti moriantur) ſinem promittit. Quartum conſeſſit omnibus etiam non confratribus, qui in feſto Reſurrectionis, Annunciationis, & Aſſumptionis B. Mariæ ſanctiſſimum Eucharistiæ Sacramentum ſumpſerint, & tertiam partem præſatam Roſarij recitauerint, indulgentiam decem annorum, & totidem quadragemarum. Circa quod etiam aduertendum, quod in hac conſeſſione nulla fit mentio de iniunctis pœnitentiis, & ita eſt valde vtilis. Quia vt prædiximus (quicquid dicat præſatus Caietanus †) tollit omnem pœnam pro peccatis conſeſſis debitam, quæ tolli potuit per pœnitentiã à Conſeſſariis iniunctam, & quæ debite iniungi potuiſſet, vt efficaciter alibi † probamus.

Vigefi

¶ I. in conſuetudinibus. ff. de conſuetudinibus. c. ſi de demon. c. ſi de præb. b. l. Bouer. §. hoc ſermon. ff. de verbo. ſigni.

¶ I. Si q. c. morietur. ff. quæ. dies leg. ced. & c. ſuſceptum. de ſeſer. l. 6. d. ca. Placuit. 16. q. 1. & d. c. ſuſceptum. e in ſermon. de indulg. nu. 4.

¶ In a. traſt. de indulg. c. 7.

Vigesimumoctauum Miscellaneum,

SVMARIA.

<i>Totum & pars non vt numero, ita specie & nomine distant.</i>	nu. 129
<i>Rosarij appellatione simpliciter, quid veniat in dubio.</i>	nu. 129
<i>Coronam nullus classicus auctor vocat Rosarium.</i>	nu. 130
<i>Obligatio in dubio quod minus est continet.</i>	nu. 131
<i>Vouens sextarium quod minus est debet.</i>	nu. 131
<i>Verba vt capienda, & ad promerendum concepta data.</i>	nu. 131

Vigesimumoctauum Miscellaneū an appellatione Rosarij simpliciter prolatai debeat intelligi sola illa congeries ex 150. Aue Maria, & 15. pater noster constans (quæ appellatur psalterium) an etiam præfata congeries constans ex 63. Aue Maria, & 7. Pater noster, an verò congeries illa constans ex 50. Aue Maria, & 5. Pater noster, quæ appellatur tertia pars psalterij. Et quidem pro asserentibus, quod sola prima congeries, siue totum psalterium veniat appellatione Rosarij simpliciter prolatai, facit primò, quod constat ex prædicti legati litteris primam congeriem siue totum psalterium appellari Rosarium saltem vulgariter, & non videtur constare idem de alijs.

Secundò quòd ex eisdem constat, quod tertia eius pars, siue congeries quæ constat ex 50. Aue Maria, & 5. Pater noster appellatur tertia pars psalterij & Rosarij & pars & totum non sunt idem^a. Tertio quòd videtur aliquibus solam primam congeriem, siue totum Rosarium appellari vulgariter Rosarium, & non alias. Pro his autem qui aiunt secundam congeriem dici etiam Rosarium, facit quòd vulgus Romanum, licet appellet eam peculiarius Coronam B. Mariæ, tamen etiam appellat Rosarium. Pro asserentibus autem quod præfata tertia congeries constans ex 50. Aue Maria, & quinque Pater noster, proprius appelleretur Rosarium, facit primò, quòd statuto secundo præfate confratriæ^b expressim cauetur quod congeries prima omnium 150. Aue Maria & 15. Pater noster, appellatur psalterium, & tertia congeries 50. Aue Maria & quinque Pater noster, appellatur Rosarium. Secundò quod præfatus Alexander in suis præfatis litteris, dum confratribus concedit indulgentiam, sic ait, *Quacunque vice per se, vel per alium dixerint Rosarium B. Virginis, quod constat ex 50. Aue Maria & quinque Pater noster.* clare docens quod præfata tertia congeries dicitur propriè Rosarium.

a l. si quis cum totum & de exce. rei iudic.

b In Miscellan. 25. post nu. 23. supra relato.

sarium. Tertio facit quod prædicta confratria, non appellatur confratria psalterij, sed Rosarij, & si appellatione Rosarij solum intelligeretur psalterium tantum, iustius appellaretur confratria psalterij, cum illud nomen sit antiquius & dignius, & inditum ab ipsomet auctore, vt prædictum est. Quarto quòd verba intelligenda sunt, vt communius intelliguntur^c. At vt à fide dignis audio, apud Germanos, Belgas, in quorum terris præfata confratria instituta fuit, & apud Francos eis vicinos, & etiam Hispanos Francis finitimos tertia pars psalterij appellatur Rosariū, in Italia etiam quis habens in manu præfaram tertiam congeriem interrogatus quid habeat, in ea, respondet quod Rosariū, Ergo &c. Quintò quòd aliquot Pontifices Maximi (cum appellatione Rosarij voluit solum significare totum psalterium) adiiciunt verbo *Rosarium* illud adiectiuum *totum* non obscure significantes, quod per verbum *Rosarium* simpliciter prolatum intelligeretur etiam aliquid aliud, nisi adiceretur verbum *totum*. Sexto denique quod verba in dubio sunt propriè intelligenda^d, & vt communiter sonant per iura dicti quarti argumenti, At per statuta confratriæ prædictæ & per literas legati, qui eas confirmauit, constat tertiam partem psalterij appellari propriè Rosarium, & per quintum argumentum quod tota vel maior pars orbis Christiani appellat illam Rosarium, efficaciter profectò probat tertiam partem psalterij venire appellatione Rosarij. Equidem, mea sententia salua saniori, opinio hæc tertia videtur verior, tum ob fundamenta eius, tum quod aliarum fundamenta nihil obstant: Ad ea enim responderetur concedendo quod totum psalterium appellatur Rosarium, non quidem nomine originario ab auctore suo indito: Sed à vulgo ei postea imposito, negando tamen quod hoc consequatur tertiam psalterij partem non appellari Rosarium, tum quod ex eo quòd aliquod prædium dicatur fundus, non sequitur quod pars eius nõ sit fundus, Imo pars fundi præsertim separata à toto dicitur fundus^e. Et qui agnoscit partem legati, totum agnoscere videtur^f tum quod sicut vulgus totum psalterium appellauit Rosarium: ita potuit appellare tertiam partem eius psalterij separatam, imò & expressim statutis præfate confratriæ fuit sic appellata, tum quod licet pars & totum non sunt idem numero, frequenter tamen sunt idem specie^g vel genere, & eodem nomine appellatiuo nominantur, vt Petrus & Ioannes sunt idem specie, & uterque appellatur

c cap. ex litteris. de sponsal. l. labeo. ff. de supell. leg.

d In non a. liter. ff. de leg. 3o.

e l. planct. §. fin. ff. de leg. 1. l. iocucus. ff. de verb. signi. cum cit. a gloss. illarum. f l. si cui. ff. de leg. 2o.

§ l. Cui iurisdictione & l. imperi. ff. de iurisdictione om. iudic. h. l. Quæ de tota. ff. de rei vendic. c. pasto galis. §. ite cū totū. de offi. deleg. 1 Arg. hdi cartū legū. k In c. l. ita. de maior. & obed. di. adiōta glo. in verbor. tāquā recept. ac dilata per Felin. ibi. l. Inumis. ff. de leg. 3. m. l. alimēta. & l. pe. cum aliis. h. gl. illius curatis. ff. de alimen. tis & cibariis leg. n In Ench. de Oratio. ne ca. 29. à nu. 129. o l. semper in obsecris. l. semper in stipulationib. ff. de reg. iur. lib. 6. p. d. l. Inumis. q. ex parte. cū not. p Panorm. num. 4. de censib. r l. contum. §. cū ita. ff. de verb. obli. s. c. ue q. s. 22. q. 1.

homo, & tota regis iurisdictione & pars eius, dicitur iurisdictione §, & cum eadem ratio dicat, id quod dicitur de toto dicitur etiam de parte ^h, Et qua ratione totum psalterium dicitur Rosarium, eadem potest dici tertia pars eius, ut palam est dependenti duplicem rationem supradictam, qua psalterium potuit appellari à vulgo Rosarium. Quæ tamen conclusio limitanda videtur primò ut procedat quando illi verbo *Rosarium* adicitur *totum* ⁱ tunc enim intelligendum est de toto psalterio, & non de parte eius, Tum quia fundi pars, non dicitur totus fundus, tum quia ita interpretanda est dispositio, si fieri potest, ut nihil superfluat, quod Clemens tertius significat ^k, & nisi hoc diceremus illud verbū *totum* superflueret, cum adiungitur illi verbo Rosarium. Limitanda est etiam secundò non procedere in terris in quibus solum totum psalterium appellatur Rosarium, & non pars eius, tum quod verba sunt intelligenda secundum consuetudinem regionis in qua proferuntur ut ait Vlpianus ^l, & loquentis, ut ipsemet ait, alij iure consulti alibi, ^m tum argumēto eorum quæ alibi diximus, videlicet quod appellatione *Aue Maria* in terris, in quibus solet dici cū illa particula *Sancta Maria* & cum illa *nunc & in hora mortis nostra* venit illud *Aue Maria*, quod cum illis dicitur, & non illud, quod absque illis dicitur: licet in aliis terris veniret quod sine illis dicitur. *Dicitur in terris in quibus solum totum psalterium appellatur Rosarium.* ⁿ Quia in quibus sola tertia pars psalterij appellatur Rosarium, vel tam illa quam totum psalterium illa veniret appellatione Rosarij in dispositione obligatoria. Quia in dubio obligatio interpretanda est de re, vel summa minore per regulas iuris ^o. Nam etiā numis legatis exiliores debentur, ^p & votum de soluendo sextarij tritici de solutione sextarij minoris intelligitur. Limitanda est tertio præfata conclusio, ut procedat cum res est dubia non autem cum aliunde contrarium cōstat, (in certis enim, non est locus coniecturis) ^r constaret autem satis aliunde contrarium, si qui vouet vel iurat vel imponit penitentiam de dicendo Rosario esset de regione, in qua solum psalterium siue congeries 150. *Aue Maria* & 15. *Pater noster* appellatur Rosarium: tum per limitationem præcedentem, & eius fundamenta, tum quia cum verba sint inuenta ad exprimendum concepta loquentis ^s, Cumque is qui est de regione, in qua solum totum psalterium appellatur Rosarium, non videtur concipere per verbum *Rosarium* nisi psalterium

130

verium totum, necessariò intelligenda essent vota, iuramenta que ipse fecerit, & penitentia, quas ipse imposuerit, vel acceperit de toto psalterio. Ex quibus sequitur primò quod satisfacit suæ obligationi dicendo præfatum tertiam partem, qui ad dicendum Rosarium est simpliciter obligatus statuto, voto, penitentia, pacto, testamento, promissione, vel alia ratione per præfatum conclusionem & eius fundamenta. Dixi *simpliciter* quia si teneretur cum adiectione ad totum, oporteret dicere totum psalterium, per prædicta in prima limitatione. Item si huiusmodi obligatus esset de terra in qua solum totum psalterium appellaretur Rosarium, & non tertia pars eius, vel esset persona, quæ nunquam consuevit appellare Rosarium tertiam partem psalterij, teneretur ad dicendum totum per secundam limitationem, si autem occurreret quod consuetudo personæ loquentis, quæ iurat, vouet, promittit, vel statuit dicere Rosarium simpliciter, sit contraria consuetudini regionis, attendenda porius esset consuetudo personæ loquentis, quam regionis secundum Vlpianum ², quod clarius dixit Iulianus ^b ubi hoc annotauit Accursius. Quid autem dicendum de Papa concedente indulgentiam dicenti Rosarium simpliciter, & quidem videtur in dubio intelligendum de tertia parte psalterij, tum quia pont. Max. videtur in dubio, præcessorum vestigia sequi ^c. At primus omnium Pontificum Maximorum, qui concessit indulgentiam utenti hoc genere orandi, qui fuit Sixtus quartus concessit recitanti, tertiam partem psalterij. Legatus item eius qui præfatum confratriam confirmauit, qui omnium primus concessit indulgentiam confratribus eius, concessit illam recitanti tertiam partem psalterij, ut constat ex vtriusque litteris supra relatis ^d, Et ita satis præsumi potest, quod successores eorum concedentes indulgentiam simpliciter dicenti Rosarium, intelligunt de Rosario, quod est tertia pars prædicta, tum per rationes supra pro conclusione adductas, tum quia passim deferuntur Pontificibus Maximis psalteria integra, & gratiæ partes eius separata. Et corona prædictæ constant ex 63. *Aue Maria* ut benedicat ea, ut concedat indulgentiam recitantibus per ea: Et pro comperto habetur, quod recitantes per illas tertias partes, quarunt illam indulgentiam, quamuis etiam possent attendi consuetudò suæ sanctitatis in appellando vel non appellando tertiam partem psalterij Rosarium,

a d. l. numis legatis de l. 3. b l. si seruus piurum §. fin. ff. de legata. 1. c. c. fin. de cl. desp. ca. verum de iureiurando. d Sixti qui dem Missell. 23. n. 16. legati vero Missella. 24. nu. 19.

Tertio sequitur, quod cum apud nullum classicum auctorem, neque apud præfatum patrem Albertum, qui ex professo copiosè Italo sermone, de Rosario scripsit, inueniatur, congeriem præfatum secundam (quæ constat ex 63. Aue Maria & 7. pater noster, appellari psalterium, neque Rosarium, neque tertiam partem psalterij (dicendum est illam in dubio appellatione Rosarij nullatenus venire. Quarto sequitur, quod qui tenetur dicere psalterium, non satisfacere dicendo tertiam partem eius, neque dicendo cogeriem illam 93. Aue Maria & 6. pater noster, quam multi vocant coronam, qui vero teneretur ad huiusmodi coronam expressè, non satisfaceret dicendo tertiam partem psalterij, sed sic dicendo psalterium, sicut qui diceret huiusmodi coronam, satisfaceret obligationi dicendi tertiam partem psalterij, quia sub maiori summa continetur minor, non contra sub minore maiore.

a. l. i. §. si stipulantii. ff. de verb. oblig. cap. plus. c. cui licet. de re iudic. l. i. §.

Vigesimalium Miscellaneum, SUMMARIUM.

Mysteria significata per psalterium S. M. quot, quæ, & qualia.

num. 132

Vigesimalium Miscellaneum, quod mysteria (quæ secundum receptam sententiam significant illæ quindecim decades psalterij siue integri Rosarij) sunt quindecim, quorum quinque prima Gaudiosa siue gaudij plena. Secunda quinque Dolorosa. Tertia quinque Gloriosa, & quinque quidem gaudiosorum, primum est saluatio illa mirabilis qua Gabriel Archangelus eam mirabiliter concepit, naram, in templo educatam, & sponsatam, salutauit, Matrem Dei hominis mirabiliorum continuo futuram. Secundum saluatio illa suauissima, qua ipsa plena sue Deo homine, salutauit Elisabeth ipsius maximo præcursore plenam. Tertium iucundissimus partus Virgineus, quo ipsa Virgo Mater peperit Salvatore, Quartum, præsentatio illa singularis, qua filium Dei, & suum præsentauit in templo, maxima cum consolatione S. Symæonis, Annæ, & aliorum qui præsentem fuerunt. Quintum inuentio illa in dicibili gaudio plena qua filium duodenum, triduo perditum, inuenit in templo inter Doctores sedentem, interrogantem & respondentem. Quinque autem secunda dolo-

rosa

rosa dicuntur ab aliquibus (& quidem satis rectè) esse sudor sanguineus in horto effusus, flagellatio ad Columnam, Coronatio spinosa, portatio Crucis & Crucifixio crudelissima: Quia tamen hæc quinque immediatè & formaliter non sunt actus Virginis Matris filii sui Domini nostri Iesù Christi, item quia ante 60. annos legimus quædam metra cuiusdam celeberrimi concionatoris Dominicani, qui verso Hispano significat 15. mysteria significata per quindecim decades psalterij esse quindecim actus ipsiusmet Virginis, introducendo illam sic nos exhortat: Rezaad contemplando & contemplando rezad, los quinze autos de mi vida. Paulo aptius fortè dici posset, primum dolorosum esse illud vale vltimum quod (vt quidam deuoti contemplantur sibi) Matri dilectissimæ, filius dilectissimus dixit, quem comitatum siue licentiam abeundi vltima vice Hierosolymam, passurus ibi acerbissimam passionem in Bethania, petiit. Secundum videre filium durissimè spinis coronatum portare crucem, quem iam audierat in horto sanguinem sudasse, moxque durè captum, durius ad columnam flagellatum fuisse: Tertium cernere eum crudelissimè crucifigi, & audire ictus malleorum, quibus clauis trabales affigentes cruci pedes & manus feriebantur. Quartum cernere eundem Crucifixum in altum leuari, & pendere in cruce, pendenteque se matrem dolorosam statem iuxta eam loani condolenti condolentissimè commendari. Quintum suscipere cum singultibus in gremio à cruce depositum & sepulturæ parandum, illum quem toties susceperat cum maximo gaudio lactandum & fouendum, quod Hispani. Quintam angustiam vocant.

Quintum autem gloriosum primum fuit, videre cum summo gaudio filium potentissimè suscitatum à mortuis, ipsam primam omnium visitantem. Secundum videre eundem mirabiliter ascendentem in celos. Tertium suscipere cum toto comitatu suo spiritum paraclatum, sub figura linguarum ignearum de celo missum. Quartum videre se à filio eius & Apostolis in transitu suo visitatam, tota cælesti Curia comitante in celos assumi. Quintum cernere se super omnes choros Angelorum, vt omnium eorum & nostram reginam potentissimam, & Matrem misericordissimam constitui.

MISCELLANEA
Trigesimum Miscellaneum.
SVMMARIA.

Mysteria signata per psalterium, an meditata.
Finis precepti non præcipitur.

nu. 133

nu. 134

TRigesimum Miscellaneum, an obligatus recitare psalterium vel Rosarium, suæ obligationi satisfacit recitando illud absque meditatione præfatorum 15. mysteriorum? Et pro parte quidem negante quod non satisfacit, facit primo, quod finis est potior medio secundum Pomponium². Ex cuius dicto colligit Bartholus: Cum quid est propter aliud, consideratur id propter quod est, & tradit Thomas. **b** At præfatus D. Dominicus hoc genus orandi ad hoc inuenisse dicitur, ut illo vtentes, reuocarent in memoriã vitant & actus gloriosissime Virginis Mariæ, ergo intentioni eius non satisfacit, qui absque tali meditatione recitat illud. Secundò quod id videntur significare multa, quæ typis excusata, de modo dicendi Rosarium circumferuntur. Tertio quod præfatus Albertus ubi supra^c significat non solum prædicta 15. mysteria: sed etiam omnia ferè quæ Christus, & Mater eius in hac vita mortali gesserunt quæ ipse piè certè & eruditè per circiter 165. contemplationes prosequitur inter recitandum illud esse meditando; asserens^d quod præfatum psalterium siue Rosarium debet dici contemplando præfata 15. mysteria, subiiciendo præfatas 165. contemplationes distinctas per totidem numeros appositas singulas earum singulis pater noster, & singulis Ave Maria ut inter dicendum illa fiant. Sed contra dicendū videtur; tum quia nullæ orationes videntur esse magis præceptæ, quam horarum canonicarum, ^e præsertim illi, qui ratione ordinis sacri, religionis, beneficij, & voti teneretur ad eas recitandas, de qua re alibi^f diximus, & conuenit inter omnes præceptas esse horas Canonicas, ad cleuandam mentem in Deum, eiusdemque res diuinas contemplandum^g: At qui vincit esse ad dicendum eas, satisfacit præcepto dicendi eas, recitando cum aliqua trium intentionum alibi^h declaratarum, etiam si nihil de Deo vel diuinis meditaretur secundum mentem omnium; ergo etiam qui tenetur ad recitandum psalterium, vel Rosarium, suæ obligationi satisfacit, si recitet illud absque vlla præfatorum mysteriorum meditatione; modo id cum aliqua

a l. Et si non sint 6. perueniamus. ff. de aur. & arg. legat.

b l. 2. q. 1. ar. 1. & 3. & q. 2. ar. 1. c. In d. li. bello sup. Rosario sermone Italo scri. pro.

d In n. 30. e extrauagan. Ioan. 22. derit & honest. cl. iuter com munes.

f In Enchirid. de Oratione. c. 7. g c. dolentes de cel. missar.

h In Enchirid. de Oratione. ca. 13. n. 4.

i c. cum dilectus de consueta. l. minime. ff. de legi. 6. 15.

aliqua trium attentionum faceret; tum quia consuetudo est optima legum interpretisⁱ: At consuetudo & praxis recitantium psalterium vel Rosarium adeò hanc partem amplexa est, ut vix vnus de mille recitantibus illud, inueniretur, qui contempleretur ea omnia, quæ præfatus Albertus desiderare videtur, vix vnum de centum; præsertim idiotarum maxime puerorum & puellarum, qui omnia prædicta XV. mysteria meditetur singula quaque vice qua illud recitat; imò & vix decem de quinquaginta, qui dimidium illorum meditantur. Quamuis arbitror, multos etiam idiotas, rusticos, etiam pueros, & puellas aliqua vel aliquot eorum etiam actu Deo id inspirante solere meditari; Omnes tamen obligantur ad proferendum verba *Pater noster* &, *Aue Maria*, & attendendum actu siue actualiter, virtute siue virtualiter ad verba præfata vel ad significata eorum, vel ad Deum ipsum quem orant, vel ad Virginem Matrem, quæ salutant & orant, vel alia diuina, quæ illis æquipollent, iuxta declarationem attentionis debite supra positã: tum quia nullus aut, rarus facit, fecit, aut faciet id quod præfatus Albertus significat, cum vix toto vnus diei dimidio, posset quis vnus psalterium recitare omnia illa, debita cum reuerentia meditando, & de huiusmodi raris non constituuntur leges ut Pomponius & Celsus aiunt^k, tum quia qui tot extraria meditaretur vix satis attenderet verbis, quæ profert, concipiendo conceptus eorum, quos vocant non vltimos, & minus significata eorum per conceptus, quos vocant vltimos: tum quia prædictus Albertus mea sententia non intendit illud quicquid significet in locis prædictis: sed potius allicere lectorem (ut cum per otium id licuerit) meditetur illa, non quidè vna vice omnia, sed vna hæc, & alia, illa, & alia, alia. Quod licet quibusdam assuetis subtilia, & alta prædicare, videri possit reptile ac humile, quia, tamen est quotidianum & omnibus ferè necessarium, dignum profectò esset, quod in concionibus sæpè inculcaretur loco quorundã sublimiorum & subtiliorum, quæ à paucis intellecta paucioribus profunt. Non obstant in cõtraxiũ citata. Ad primũ enim respondere potest; quod licet pro cõperto habeatur Patriarchã illum gloriosum Domini cum Virgine Matre id inspirante statuisse præfatum psalterium, & illud genus orandi omnibus vtilissimum: Non tamen video authentica documenta, quibus probetur intendisse reuocare magis memoriã præfatorum mysteriorum per hoc genus orandi quam per horas Canonicas, sed

k In l. 3. & 4. ff. de leg.

potius voluisse incitare omnes etiam idioras cuiuscunque sexus, ætatis, & ordinis essent, ad contemplandum & amandum Deum & Virginem Matrem, & meditando eorū mysteria per orationes omnibus communes, ad quæ contemplanda viri Ecclesiastici, & doctiores incitabuntur per horas canonicas, & alias sacras scripturas & consequenter, quod vir prudentissimus iuxta ac piissimus non requisivit maiorem attentionem, & contemplationem ad suum psalterium recitandum à rusticis & pastoribus, & pueris & puellis, & aliis idiotis, quàm nouerat requiri ad pronunciandas horas canonicas, etiam à litteratis, & perdoctis viris. Secundo responderi potest, quod finis præcepti, qui est alius a re præcepta non censetur præceptus seu non est in præcepto, vt tradit Thomas receptus^l, quem alibi^m quoque citauimus in Manuali Confessorum, & ita licet finis dicendi psalterium esset contemplatio præfatorū mysteriorum, non tamen ideo esset præceptus, vè eius recitatio, cū aliud sit contemplatio præfata & alij recitatio, vt palam est.

Ad secundum responderetur quod scripta in eo citata significant quidem aliqua ex parte prædictorum mysteriorum contemplationem esse præceptam, sed non clarè, & ita intelligenda sunt potius de finè intento ab statuente, quam de re ipsa præcepta; sicut & in tertio præcepto Decalogi præcipitur abstinere ab operibus mechanicis & seruilibus, vt interdumus contèplationi, & fruitioni Dei, non tamè hæc præcipiuntur sicut illa abstentio, vt docet idem Thomas.ⁿ

l. t. sec. 96.
200. arti. 9.
m. cap. 13.
num. 2.

n. 2. sec. 94.
et. art. 4.

Trigesimumprimum Miscellaneum.

S V M M A R I A.

*Attentio & intentio, dicturi ps. leu. 135
Voluntas non fertur in incognitum. nu. 136*

Trigesimumprimū. An posito quod ad satisfaciendum obligationi dicendi psalterium siue Rosarium non sit necessarium meditari actu præfata, s. mysteria inter dicendum illud; sit tamen necessarium saltem ab initio habere intentionem actualem, vel virtuales meditando illa, inter dicendum quidem primas decades, quinque gaudiosa, & inter dicendum secundas decades, quinque dolorosa; & inter dicendum tertias, quinque gloriosa, licet postea ob fragilitatem id non faciat, sicut diximus alibi² quod obligatus ad horas canonicas debet à principio habere actu, vel virtute intentionem attendendi debite ad eas, licet postea ob mentis instabilitatem non attendat? Cuius questionis partem affirmantem satis exprimunt quedam scripta impressa, de modo dicendi Rosarium, ob quod multi confratres qui dixerunt sua psalteria sine intentione huiusmodi anguntur scrupulis. Sed contrariū videtur verius, tum quia nullo iure nec statuto præfata confratritia quædam in scriptura Authentica colligitur, quod prædictus Patriarcha inuentor psalterij, vel renouator illius inuenti, vel institutor præfata confratritæ iusserit præfata meditationem; imo neque quoad finem meditando præfata mysteria id facerent, sed tantū vt hoc genere orandi (quod est per se optimum) vterentur omnes, etiam idiotæ, & senes, & puellæ, & pueri quorum de omnium inscitia, fragilitate & imperitia, vix vllus prudens tantam tantarum rerum contemplationem sperare potest, & nulli est indicenda obligatio sine lege obligante^b: tum quia non tenetur quis habere intentionem agendi id quod non tenetur agere, vt palam est, cum quia licet intentio & finis præfati Patriarchæ, inuentoris præfati psalterij vel renouatoris eiusdem, fuisset, vt per eiusmodi psalterij recitationem veniretur ad prædictorum mysteriorum meditationem: non tamen ob hoc censetur illa præcepisse. Quia finis præcepti non est in præcepto vt dixi supra, post Thomam receptum in multis locis alibi^d citatis, tum quia consuetudo est optima legum interpret^e: at maior pars, imò ferè omnes recitantes psalterium vel Rosarium recitant illa sine tanta & tam varia meditatione, & sine intentione eam habendi; ergo secundum eam intelligenda est lex de recitando illa. Resoluendo igitur cōcludo primo, sanctum quidem & vtile valde censendum, quod vnusquisque huius præcellentis confratritæ confrater, imò & omnis Christianus nouerit omnia mysteria, quæ proponit contemplanda præfatus Albertus per centum sexagintaquinque contemplationes, præsertim præfata quindecim principalia, & quod eorum quinque appellantur gaudiosa, quinque dolorosa & quinque gloriosa, vt prædictum est^f, & singulariter nosse illa, & frequenter meditari, etiam non dicendo psalterium vel Rosarium. Concludo secundò quod nulla lege naturali, diuina neque humana tenentur regulari ter Christiani, neque confratres prædicti ad sciendū hæc in

gilitatem id non faciat, sicut diximus alibi² quod obligatus ad horas canonicas debet à principio habere actu, vel virtute intentionem attendendi debite ad eas, licet postea ob mentis instabilitatem non attendat? Cuius questionis partem affirmantem satis exprimunt quedam scripta impressa, de modo dicendi Rosarium, ob quod multi confratres qui dixerunt sua psalteria sine intentione huiusmodi anguntur scrupulis. Sed contrariū videtur verius, tum quia nullo iure nec statuto præfata confratritia quædam in scriptura Authentica colligitur, quod prædictus Patriarcha inuentor psalterij, vel renouator illius inuenti, vel institutor præfata confratritæ iusserit præfata meditationem; imo neque quoad finem meditando præfata mysteria id facerent, sed tantū vt hoc genere orandi (quod est per se optimum) vterentur omnes, etiam idiotæ, & senes, & puellæ, & pueri quorum de omnium inscitia, fragilitate & imperitia, vix vllus prudens tantam tantarum rerum contemplationem sperare potest, & nulli est indicenda obligatio sine lege obligante^b: tum quia non tenetur quis habere intentionem agendi id quod non tenetur agere, vt palam est, cum quia licet intentio & finis præfati Patriarchæ, inuentoris præfati psalterij vel renouatoris eiusdem, fuisset, vt per eiusmodi psalterij recitationem veniretur ad prædictorum mysteriorum meditationem: non tamen ob hoc censetur illa præcepisse. Quia finis præcepti non est in præcepto vt dixi supra, post Thomam receptum in multis locis alibi^d citatis, tum quia consuetudo est optima legum interpret^e: at maior pars, imò ferè omnes recitantes psalterium vel Rosarium recitant illa sine tanta & tam varia meditatione, & sine intentione eam habendi; ergo secundum eam intelligenda est lex de recitando illa. Resoluendo igitur cōcludo primo, sanctum quidem & vtile valde censendum, quod vnusquisque huius præcellentis confratritæ confrater, imò & omnis Christianus nouerit omnia mysteria, quæ proponit contemplanda præfatus Albertus per centum sexagintaquinque contemplationes, præsertim præfata quindecim principalia, & quod eorum quinque appellantur gaudiosa, quinque dolorosa & quinque gloriosa, vt prædictum est^f, & singulariter nosse illa, & frequenter meditari, etiam non dicendo psalterium vel Rosarium. Concludo secundò quod nulla lege naturali, diuina neque humana tenentur regulari ter Christiani, neque confratres prædicti ad sciendū hæc in

a in Enchirid. de oratione in c. 13. nu. 13.

b ca. legatur. 24. qu. 2. ca. quod precipitur 14. qu. 1.

c In proximo Miscellaneo. nu. 43.
d In enchirid. de orat. c. 20. num. 29.
e ca. Cum dilectus de consuetu. l. minimè. ff. de leg.

f In Misc. 29. à n. 41.

§ ca. de re-
gra. 2. q. 1.
h. c. hęc est
fides. ead.
cau. & q.
i. 13. de Tri-
nitare Dei.
k. l. cū Ag-
liana. ff. de
transacti.

§ In Enchi-
rid. de ora-
tione. c. 13.
à nu. 4.

specie (vt loquuntur I. C.) vel in diuiduo, vt loquuntur dia-
lectici, licet sic, credere in genere, quatenus sunt de fide ad
salutem necessaria, qui tenentur in genere credere, quic-
quid Ecclesia Romana credit, vt testantur Lucius §. Hiero-
nimus h., & clarius, Athanasius in Symbolo suo. Dixi *regu-*
lariter qui sacras & Canonicas litteras docti tenentur saltem
substantiam eorum scire, licet non omnes quod appellen-
tur gaudiosa, dolorosa, vel gloriosa. Tertio quod cum vo-
luntas non feratur in incognitum, secundum Augustinū i
& Papinianum k., bene dicitur psalterium non tenetur ha-
bere intentionem meditandi prædicta mysteria in specie &
in indiuiduo; præsertim partita per præfatas decades, cum
non teneatur ea specialiter, vt prædictum est nosse. Quarto
quod recitatur bene prædictum psalterium, vel Rosarium,
tenetur habere propositum actuale, vel virtuale debite at-
tendendi ad *Pater noster* & *Aue Maria*, quæ pronuntiabit, si-
cut & bene pronuntiaturus horas Canonicas, vel alias præ-
ces debet habere propositum bene attendendi ad ea quæ
pronuntiat, & quod sicut bene pronuntiaturo horas Cano-
nicas sufficit attendere vna trium attentionum alibi l. de-
claratarum, puta ad verba vel significata eorum, vel ad Deū
& diuina: Ita bene pronuntiaturo psalterium vel Rosarium
sufficit vna illarum. Quinto quod etiam si statutum esset,
vt ad præfatum finem recitaretur Rosarium, & consequen-
ter quod in principio haberet propositum recitandi illud
ad illum finem, satis tamen esset vt dicitur illud haberet
generalem voluntatem dicendi bene, & ad debitum finem
illud, sicut & Parisienses supra citati significauerunt, non oportere
clericum ad bene recitandum horas Canonicas habe-
re propositum actuale vel virtuale, particulari hoc, vel illo
modo in hunc vel illum finem dicendi suas horas; sed satis
esse quod accipiat Breuiarium cum proposito actuali, vel
virtuali generali satisfaciendi suo debito, vel dicendi suas
horas debitas ad finem quem intendit Ecclesia: Et statim
dicere illas sine alio proposito particulari hoc vel illo mo-
do, aut in hunc vel illum finem attendendi, & eadem ratio-
ne videtur idem de accipiente psalterium vel Rosarium,
cum proposito actuali vel virtuali generaliter recitandi il-
lud ad finem ab illius auctore præstitutum. Sexto deni-
que concludo, quod recitans psalterium vel Rosarium
ob amorem vel laudem Dei, & suæ Matris Virginis, vel
vt placeat eis vel ad satisfaciendum obligationi contra-

trig.

triæ Rosarij, sufficiente sine vestit suam recitationem, ad
hoc vt sit bona, & vestita circumstantia finis debiti. Quod
expressè sentit Paulus tertius in confirmatione cuiusdam
declarationis supra m. proposita, licet vestita alia circun-
stantia particulari posset esse melior per ea quæ alibi n. scri-
psimus, de boni operis sine apto, per quæ satis cõciliari pos-
sunt, in vtramque partem adducta, & conteri scrupuli, qui-
bus nonnulli confratres anguntur.

m In Mi-
scel. 27. n.
128.
n c. Cū mi-
nister. 230.
q. 5. n. 37.

Trigesimum secundum Miscellaneum,

S V M M A R I A.

<i>Rosarium dicenti an vile hac meditari.</i>	nu. 137
<i>Oratio attentior cæteris paribus melior.</i>	nu. 137
<i>Intrinsicæ extrinsicæ præponenda.</i>	nu. 138

37 Trigesimum secundum, An posito quod non sit necessa-
rium ad satisfaciendum obligationi recitandi psalterium,
sive Rosarium integrum, meditari prædicta 15. mysteria in-
ter dicendum illud, neque ab initio recitationis intendere
meditari illa in specie inter recitandum illud, sit tamen vti-
le & consulendum alicui vt id faciat? Ad quod respondeo
primò, quod non nisi paucis eo modo quo alique consu-
lunt, nempe quod §. Gaudiosa meditetur inter dicendum
primas quinque decades, & §. Dolorosa inter dicendum
secundas quinque decades, & quinque Gloriosa inter di-
cendum tertias quinque decades, Tum quia id nimium
videtur operosum, & onerosum præsertim idiotis, ru-
sticis, mulieribus, pueris, & puellis quorum magna co-
pia scribitur in præfata confratria, & huiusmodi opero-
sa, & onerosa non videtur voluisse prudentissimus, idem-
que lenissimus Patriarcha Dominicus tantæ multitudini
imponere, iuxta illud Euangelij 2: Alligant onera impor-
tabilia, tum quia consulenda sunt meliora, & non minus
bona b: at Rosarium attentius recitatur cæteris paribus
est melius, quam recitatur minus attentè. Et quod cum
tam varia distractione recitatur, semper aut vt plurimum,
minus attentè recitatur, quia tam varia meditatio necessa-
rio diminuit attentorem ad verba & significata tam oratio-
nis Dominicæ, quam Salutationis Angelicæ, tum quia non
iuuat dicere quod maior bonitas meditatorum præstet &
præemineat bonitati cõtentorum in orationibus recitatis,
quoniam

a Matth.
13. relatum
in ca. alligant. 16. q.
7.
b ca. Qui
bona 17. q.
1. vbi late
Archidia-
conus. ca.
nos neuimus
caus. c. 9. 2.

c In l. a. de
statu ho-
minū per
quā & mul-
ta alia pro-
bar Iason
in rubrica
de ad. con-
tinuos &
confectos
esse debe-
re titulos.

quoniam contenta in *Pater noster* & *Aue Maria*, sunt cum primis optima, & præterea Rosario intrinseca, quorum meditatio cæteris paribus est aptior quam meditatio extrinsecorum iuxta mentem Hermogenis^c, tum quia nimium occupat mentem in cogitando de ordine, numero, & applicatione præfatorum mysteriorum ad numerū & ordinē præfatorum *Pater noster*, & *Aue Maria*, quæ debitam attentionem attenuant iuxta illud, *P. uiribus intentus minor est ad singula sensus*, tum quia nimium videtur parate mentes præsertim fragiles, ad euagationem & capitis vertiginem. Ob quæ non fui ego ausus consulere hunc modum recitandi cuidam mente debili ad utendum eo parato, si eum ei consulissem, sed alium infra scriptum faciliorem, & mea sententia gratiorem Deo & eius Mari, menti quæ recitantis amoeniorem. Dixi *pauca*, quia eruditus, & in contemplandis diuinis valde exercitatus & forti & robusto animo donatus id securius consuli posset, eiusmodi autem personæ collatione aliarum quæ Rosariis vtuntur sunt pauca.

Trigesimum tertium Miscellaneum,

SUMMARI A.

<i>Rosarij dicendi modi qui mali, peiores, & pessimi. & qui boni, meliores & optimi.</i>	nu. 139
<i>Rosarij dicendi modus, qui auctori aptior.</i>	nu. 140
<i>Amor & Reuerentia actuali iuuant attentionem.</i>	nu. 141
<i>Rosarij dicendi modus hic, septem de causis præstat.</i>	nu. 141

TRigesimum tertium Miscellaneum, quod sicut habetur pro constituto per proxime dicta, quod obligatus ad pronuntiandum Psalterium vel Rosarium potest id facere bene, melius, & optime, ita per alia, potest constitui posse quem recitare illamale, peius, & pessime. Male quidem venialiter tantum peccando ob defectum attentionis debet. Quod vereor esse frequentissimum vel ob finem ineptum, vt cum pro fine principali præfiguntur bona temporalia, quod etiam vereor esse frequens per ea quæ alibi^d diximus, vel ob finem venialiter malum puta, laudem, vel gloriam vanam, quod etiam non semel contingit, præsertim pueris & puellis, ad nimis faciendam laudem & gloriam humanam a parentibus animatis contra doctrinam Augustini^e, alibi^f a nobis relati, peius autem cum mortu

a In En-
chiri. siue
Manua. de
Oratione
c. 6. a. n. 12.
in nu. 19.
e lib. 5. de
ciuitate
Dei. ca. 12.
f in c. in-
ter verba.
11. q. 3. n. 3.
conclu. 5.

mortaliter peccando recitant, vt cum id sit propter finem mortaliter malum, vt scilicet moriaturis cui sperant succedere in beneficio vel hæreditate, aut vt lethali aliqua voluptate potiar. Pessimè autem cum in sacrilegā aliquam suspensionem; qua præsertim expressè Cacodæmoni exhibetur diuinus honor, id faciunt iuxta mentem Thomæ & recepti, quibus consequens est quod vt oportet fugere malos dicendi Rosarij modos, & plus quo fuerint peiores, ita decet complecti bonos & quærere meliores. Quare hic scribam vnum modum qui post septuagesimum meæ peregrinationis annum præ aliis (quos antea fueram expertus) placuit, & quo etiam nunc octuagesimum quintum annum agens, cum per otium licet vtor, vsurus eodem (vt puto) dum vita manebit, saltem inter dicendum vnam de tribus tertijs Psalterij quando omnes tres eodem die recitauero: is autem consistit in faciendo tria, quæ subiiciam, vt is cui placuerit possit ea vti. Primū præconcepere breuiter & quasi in instanti & momento temporis sine vllis verbis in principio *Pater noster*, Deum vt patrem & dominum omnium semper & vbique præsentem, & se nihilum & indignum audire dignantem, & cum continuo alloqui humiliter verbis ipsius *Pater noster*, tanquam patrem nostrum, formando quoad eius fieri poterit solos conceptus, quos vocant non vltimos & vltimos eorum, sine tamen reflexione, quod eos concipit vel non concipit sicut solet alium magnum principem, verbis à se compositis, vel occurrentibus humiliter alloqui. In quod plurimum iuuabunt actualis amor & reuerentia in ipsum Deum, qui oratur eo quod valdè retinent mentem, ne in extrinseca vagetur. Dixi supra *sine reflexione &c.* Quia illa fatigat mentem, vt experientia docet, & nocet attentioni secundum Parisienses, imo non est attentio sed obiectum attentionis secundum Caictanum, citatum supra^g.

141 Secundum verò faciendum, est, præconcepere breuiter & quasi in instanti, in initio *Aue Maria*, nullis verbis formati Virginem Matrem aliquem de prædictis actibus^h agentem, seque indignum videre dignantem, & continuo alloqui eam verbis *Aue Maria* seruando circa illa quæ dixi seruanda esse circa verba *Pater noster*. vt alloqui solet aliam magnum principem verbis à se compositis vel occurrentibus. Iuuabunt etiam in hoc valde actualis in eam amor & reuerentia, quæ valdè retinent mentem ne in extrinseca va-
getur

g Sec. 2. q.
94. per to-
tam pfer-
tim. ar. 5.

z In En-
chiri. de
oratione
c. 13. nu. 31.

b In mis-
cell. num. 47.

getur, vt prædixi. Tertium concipere in fine cuiuslibet decadis, quasi recreando animum, & dicere fixis oculis mentis in ipsam Virginem Marrem, vt dictum est imaginatam, infra scripta. In fine quidem primæ decadis hæc: Decies milles benedicant te Virgo mater gloriosa Maria omnes Angeli, Archangeli, & virtutes *Principatus potestates & dominatio nes*, Throni, cherubin & Seraphin, cum quibus speramus te aliquando cernere, coleréque in cælo. Amen.

In fine secundæ decadis hæc, Vigies milles benedicant te Virgo Mater gloriosa, Adam, Eua, Elias, Enoch, Patriarchæ, Prophetæ, Innocentes, Baptista, & omnes alii sancti veteris testamenti cum quibus speramus te aliquando cernere in cælo. Amen.

In fine vero tertię decadis hæc: Trigies milles benedicant te Virgo Mater gloriosa Petrus & Paulus, & omnes Apostoli, Ioannes & omnes Euangelistæ, Stephanus & omnes discipuli Domini, Sebastianus & omnes Martyres gloriosi, cum quibus speramus te aliquando cernere, coleréque in cælo. Amen.

In fine quartæ hæc: *Quadrages milles benedicant te omnes sancti Cōfessores, Syluester, Gregorius, Ambrosius, & Augustinus, Hieronymus, Isidorus, Martinus, & Nicolaus, Benedictus, Bernardus, Dominicus, & Franciscus, & omnes alij Episcopi, Doctores, Monachi, & Eremitæ, Virgines, Vidui, & coniugati, cum quibus speramus te aliquando cernere coleréque in cælo. Amen.*

In fine decadis quintæ hæc: *Quinquages milles benedicant te Virgo Mater gloriosa, Anna mater tua, ambæ Mariæ sorores tuæ, Magdalena cum amicissimis tuis Martha & Marcella, & amicæ, seruzque tuæ Agnes, Cecillia Agatha, Lucia, Catherina, & omnes aliæ sanctæ Martyres, Virgines, Viduæ atque coniugatæ cum quibus speramus te aliquando cernere, coleréque in cælo. Amen.*

Is tamen cui nimium videretur operosum tot nomina propria mente concipere possit tacere illa (quod ego aliquando faciebam) & loco illorum ponere tantum appellatiua generalia, quæ omnia propria comprehendant, puta in fine primæ decadis potest pro omnibus nominibus propriis, nouem Chorum Angelorum, ponere appellatiuum illud generale: Omnes sancti Angeli Dei. Et in fine secundæ pro omnibus nominibus propriis suprapositis, ponere illud appellatiuum: Omnes sancti & sanctæ veteris testamenti

testamenti. Et in fine tertię pro propriis suprapositis illa appellatiua: Omnes apostoli, Euangelistæ, discipuli Domini & Martyres. Et in fine quartæ pro propriis nominibus supra expressis illa appellatiua, Omnes sancti Confessores, Episcopi, Doctores, Monachi, Eremitæ, Virgines, vidui & coniugati. Et in fine quintæ decadis, pro propriis supra expressis illa generalia, Omnes sanctæ, Martyres, Virgines, Viduæ, & coniugatæ. Is item qui voluerit plures nominare potest illorum nomina propria addere, quod ego in fine quintæ decadis soleo facere, & qui voluerit exprimere alios pro supra expressis potest hæc in illa mutare. Hic modus recitandi Rosarium placuit mihi præ aliis Primò quidem quod inter dicendum pater noster proponit Deum ipsum præsentem, & audire dignantem, & inter dicendum Aue Maria, Matrem eius benignè audientem, deinde quod adigit, & fere cogit attendere ad verba suæ intentionis, & significata eorum, quæ maxime spiritualia sunt & suauia. Tertio quod conseruat memoriam decadem Aue Maria iam dictarum. Quarto quod sine vlllo impedimento attendēdi ad ea quæ recitat, excitat fidem, qua figat oculos in omnium Matrem, mouet charitatem qua roget cælestis patriæ ciues, vt eam benedicant, augetq; spem qua speret actu eam cernere, coleréque in cælo. Quinto quod etiam præfatus Albertus vbi supra ait contemplantam esse per multas contemplantiones inter dicendum tertiam partem Psalterij illam indicibilem Angelorum, prophetarum, Apostolorum, martirum, Confessorum, Virginum, & omnium sanctorum & sanctarum gloriam, quod sine vlllo impedimento attendēdi ad recitata fieri potest hoc modo, cum tamē illo suo vix fieri queat sine magno. Sextò quod effectu nulla ferè fiat inter decadem & decadem interruptio, cum interposita sint pauca, & non auertant imo conuertant mentem orantis ad Virginem Matrem, quam salutat, orat & adorat.

Sexto denique quod licet hæc interiecta alicui ab initio videri possint insipida, vsitata tamē ad eo sient sapida, quod discutient somnum, nec dormire permittent precantem, quamuis vulgo dicatur recitationem Rosarij, sicut & aliarum precum vniformium parere somnum, quia imaginatio quod tanta princeps auscultat, & recordatio supernæ patriæ & desiderium, quod tot & tanti ciues illius eam benedicant & spes actualis cernēdi, & colēdi eam in illa (quod hic

c à n. 193.
vsq. ad n.
201. Includit.
hic.

d In Hym. laudibus feriz teriz deputa to.

e Intra & de indulgētiis. f Quz est secūda de pōnitent. & remiffio. declarata à nobis in tractat. de indul. not. 7. g In tractat. de indul. notab. 11. & 13. nu. 4. post Inno. & alios multos ibi relatos.

hic interiecta continent) mentem intentam, & cor mūdum faciunt, & intentā supplicatio (vt ait Prudentius d) cor mūdum dormire vetat. Ne quis autem putet me oleum & operam in his monendis perdere, consideret quam vtilissimum esse, nosse modos, ac quibus æquo labore, æquocō tempore ac studio, potest quis longē plus mereri, & satisfacere, quam faciendo idem alio modo etiam bono. Et reuocet ad memoriā id quod alibi e probauimus per quādam extrauagantē f nempe quod per eādem preces vno modo dictas potest quærere plus de vna. & eadem indulgētia concessa, quā per eādem preces alio modo etiam bono factas & quod preces vno modo etiam bono factas, non sunt tam grandis causa indulgentiæ concedendæ, & quærendæ, quam sunt eādem preces, o primo & heroico modo factas, vt vtiliter alibi & declarauimus, & quod plurimæ indies indulgētiæ ob alias & alias causas conceduntur p salterium & Rotarium recitantibus.

Trigesimumquartum Miscellaneum,

SUMMARI A.

<i>Pater noster dicturus nomen Dei quale præconcipt.</i>	nu. 142
<i>Oratio quæuis Deo directa, sic multum iuuatur.</i>	nu. 142
<i>Nomen Dei quale præconcipt orans eum.</i>	nu. 143
<i>Oratio breuis omnibus omni loco, & tempore apta.</i>	nu. 144

Trigesimumquartum Miscellaneum, quod non solum ad deuotē ac lapidē dicendas quindecim orationes Dominicas contentas in psalterio præfato: sed etiam ad maiore cum merito pronunciantas illas & alias præceptas per regulas horarum Canonicarum vel in penitentiam impostas, vel voto, aut alia ratione debitas, aut consultas, imo & ad prosperandum quamcumque orationem ad Deum immediatē directam, quales sunt quæ appelluntur Collectæ, & ad contrahendam familiaritatem cum Deo, imitando Diuam Catherinam, cui fuit ab Angelo dictum, *Quia concipi, alto corde; Deum concessa tibi consortia. Diuum* 2 proderit multum consuefcere ad præconciptandum in earum initiis aliam mentē aliquod nomen mentale Dei, ad quem illa dirigitur, non quidem tale quod clarē, & perfectē representet eum nobis, quia non potest tale in statu viæ nec in patria abique lumine glo

a Bapti. Ma li. i. Par then.

negloriæ b concipi. De quali nomine cognoscendi Deum, vti est, intelligitur illud Dyonisiij c: Nullum esse nomen Dei, & illud Salomonis d: *quod nomē eius & nomē filiū eius, si nosti?* neque vniuocū, quod omnino eadem ratione, & conceptu conueniat ei, & suis creaturis, vt luculenter de more Thom. e probat, sed nec conuenit concipere penitus æquiuocum sed analogū, quod per prius de ipso, quam de creaturis prædicatur, vt declarat idem Thomas vbi supra f, quale noster intellectus iux. illud Pau. & *Inuisibilia Dei, per ea quæ facta sunt &c.* intelligere potest nepe per habitudinem, & relationem creaturarum ad creatorem & earum perfectionum imperfectarum ad perfectiones eius perfectissimæ quæ eminenter, indicibiliter, & infinitè cōtinent & superant eas, iuxta Dionysium i & Thomam k receptum. Quale imprimis est iuxta eundem, illud nomen, *Qui est, eo quod sit ens primum, quod à se tantum est, & omnibus dat esse.* Quale item est, *Causa prima, eo quod à nullo causata, siue producta omnia causat, siue producit, quale motor primus, eo quod immotus in se permanēs, omnia mouet.* Quale Deus, eo quod nullius cura & prouisione indigēs, omnia curat & omnibus prouidet, quale æternum, eo, quod principio sineque carens, omnium est principium & finis, quale omnipotens iuxta illud l: *Omnipotens est nomen eius eo quod omnia potens, omnia facit, & regit.* de quo est illud elegantissimè *tristichon.* m

*Quicquid habet flegelhon, quicquid cava viscera terra,
Quicquid inest pelago, quicquid secas aera pennis,
Condidit & solus totum hoc opus ipse gubernat.*

Quale trinus & vnus, & alia multa incompleta vel complexa ei soli conuenientia, & in his illud existens, siue manēs in omnibus & vbiq; eo quod in eis existat & maneat, vt declarat Th. n per potentiam, & præsentiam, & essentiam tanquam in omnibus habens potestatem, omnia ceruens, & in omnibus manens essentialiter, essentiā eis indens & conseruās, quod vti est de nominibus eius facillimis cōceptu, ita videtur esse de vtilioribus eorum non solum ad orandū, sed etiam ad totam vitā recte agēdam iuxta illud sapiētis. o *Bestis vir qui in iustitia meditabitur. & in sensu cogitabit circumspectionem Dei.* Quare vtile valde fuerit in præfatarum orationum Dominicarum initiis per verbum *Pater noster* concipere aliquod præfatorum nominum Dei, præsertim illud complexum, *Omnipotēs, & vbiq; præfens, & cōsiderando*

b Thomas I. part. qu. 12. c. i. de diuisiononibus. d Preuer. 30. cap. e I. par. q. 13. art. 5. f ar. 5 & 6. g ad Rom. cap. 1. h d. c. 1. i Lib. j. sen ten. dist. 3. & l. p. sum mæ q6. 13. pertortam. k d. q6. 13. art. 21. per text. ca. 30. Exod.

l Exod. c. 15.

m & Bapti. Mantuan. lib. 3. Parth. 2.

n par. i. q. 8 art. 3. d Ecclesia. cap. 14.

Qq

p In hym.
laudib. fe-
ri. s. depu-
tato.

cum omnipotentem & præsentem, & nos (vt ait Prudentius, P diebus ac noctibus, actusque nostros à luce prima in vesperum prospicietem humiliter ac deuotè alloquedo reliqua præfata orationis Dominicæ pronunciare. Ad quædam autem nobis præfata consuetudinem & habitum facile præcæcipiendj præfata nomina & conciliandâ cum ipso Deo tanquã cum Patre nostro familiaritatẽ omnibus omni modo desiderandam, ad magnumque opere prætium paruo labore faciendum, Valdè vrile fuerit, dicere Deo frequenter cõtenta in meditatione & oratione insequenti per ipsa verba eius, vel alia plura, vel pauciora quæ dicenti occurrerent eandem sententiam continentia, quam meditationem & orationem à maioribus nostris olim accepimus dignam quæ frequenter fiat, in memoriam quinque Christi plagarum, & in gratias beneficiorum à Deo acceptorum.

MEDITATIO ET ORATIO

omni ætati, sexui, ordini, tempori &
loco conueniens.

Omnipotens vbique manens Deus noster, gratias ago ¹⁴⁴ tibi, primò quod dedisti mihi esse. *Pater noster* (quod totum est attente recitandum.) Secundò quod dedisti esse non quale quales; sed ad imaginem & similitudinem tuam & tuæ Maiestatis, cognitionis & fruitionis capax. *Pater noster*. Tertio quòd tam clarè pretiosissimo Christi sanguine me redemisti. *Pater noster*. Quarto quòd Angelum adeo magnum, sapientem & potentem in custodem, directorem & protectorem mihi deputasti. *Pater noster*. Quintò quòd non solum mihi das hanc vitam temporariam & eius alimenta, sed etiam vitam & gloriam æternam, de tua miserordia sperare concedis. *Pater noster*.

Trigesimumquintum Miscellaneum,

SUMMARIA.

<i>Aue Maria dicturus hoc præcontipiatur.</i>	nu. 145
<i>Oratio quevis ad S. Mariam directam hoc multum augetur</i>	nu. 146
<i>Oratio trina ad Virginem Matrem directa.</i>	nu. 147
	Trige

TRigesimumquintum Miscellaneum, quod sicut ad attentius, amœnius & cum maiore merito pronuntians 15. orationes Dominicas totius psalterij Virginis Matris, vel quinque 3. partis eiusdem, plurimum vt proximè dictum est prodest in earum initijs præconcepere aliquod nomen Dei mentale, soli ei conueniẽs, ita supra modum proderit, ad deuotè, iucundè, maioreque cum merito profertur da omnia. *Aue Maria*, siue Salutationes Angelicas eiusdem Psalterij siue Rosarij; Imo & ad pronuntiandum deuotè quamlibet aliam ad ipsam immediatè directam, *Qualis est Salue Regina. Aue sanctissima. Obsecro te & id genus alie*. Plurimum inquam proderit præmeditari præfata 15. mysteria, vel acta eiusdem Virginis Matris Gaudiosa, Dolorosa & Gloriosa, non quidem omnia vna vice, neque eadem, omni tempore & loco, sed alia alijs vicibus, & alijs temporibus, & interdum plura, & interdum pauciora, & interdum vnum tantum pro animi varia & maiore vel minore virtute, siue vi, habitu, vel dispositione, & pro varietate temporum festorum & feriarum, & quod feria 2. 3. & sabbatho præmeditemur gaudiosa vel aliquod vel aliqua ex illis, diebus autem festis ea, quæ magis conueniunt illis: At quia hæc vix possunt præstari, vel seruari, nisi ab eruditjs, & amplissima Virgo Mater non inspirauit suo charissimo Dominico præfatum psalterium siue Rosarium, nec renouationem eius suo charo Alano pro soljs eruditjs, sed etiam, imo fortè magis pro idiotjs & illiteratis, ac simplicibus, Quia item præfata confratria præfati Rosarij non solum fuit instituta à præfato Iacobo prouinciali pro eruditjs prædictjs, sed etiam pro omnibus vtriusque sexus, & cuiuslibet conditionis, status, & ordinis, totius orbis Christiani, ideo videtur consulendum idiotjs, & promiscuo vulgo, vt in initio salutationum Angelicarum psalterij vel Rosarij, vel aliarum orationum, ad Virginem Matrem immediatè directarum imaginentur eam humili, reuerenti, & deuota mente solitariam, aut vnum de tribus quæ ferè omnes saltem per picturas nouerunt agentem, nempe audientem Salutationem mirabilem ab Angelo tam humiliter & reuerenter factam, aut fouentem suum & altissimi filium infantem in vlnis, & summo amore sic tractantem quod, vt quidam eius deuotus ait. ²

*Conspiciens oculis oculos, præcordia flammis
Dulcibus vtebat: teneros amplexibus artus*

Q9 2

² Baptiste
lib. 1. par-
thenicæ
Marionæ.

Stringebat lachrymans: rosea dabat oscula fronti:
Aut in cœlis regnantem, & benignissimè nos audire dignantem iuxta illud eiusdem.

*Tu licet à nostro spatii ingentibus orbe,
Disfungare suos quantum polus elevat ignes
Non tamen humanos casus oblita, tuumque
Nil pertæsa, genus, vigili mortalia cura
Suscipis, & lachrymans tangunt tua pectora nostra.*

Ad quærendam autem consuetudinem, siue facile imaginandi eandem Virginem Matrem Solitariam, aut aliquem trium præfatorum actuum agentem, & ad familiaritatem cum ea contrahendam, multum proderit, ter in die, mane, meridie, & vespere. cum ad id campana invitaret eam imaginari solitariam, aut aliquem horum trium agentem, & humiliter, & reuerenter tres eius partes, in quibus tria mira facta sunt, salutate subsequenti forma, quam olim à maioribus nostris præfatis tribus horis faciendam accepimus.

MEDITATIO ET ORATIO

trina, omni sexui, ætati, statui, & ordini conueniens, mane, meridie & vespere, cum ad id ter campana de more inuitat, dicenda.

O gloriosissima Regina misericordiæ saluto venerabile templum vteri tui, in quo requieuit Dominus meus, *Aue Maria* dicendum totum attente,

O gloriosissima Regina misericordiæ saluto cor Virgineum tuum quod purissimum fuit ab omni contagione peccati. *Aue Maria.*

O gloriosissima Regina misericordiæ saluto nobilissimam animam tuam quæ ornata fuit omnibus pretiosis ornamentis donorum, virtutum & gratiarum *Aue Maria.*

Trigesimumseptimum Miscellaneum,

S V M M A R I A.

Rosarium debitum ob plures causas pluries dicendum. nu. 148

Hæc ob plures causas debita an pluries dicenda. nu. 149

Trige

148 **T**Rigesimum sextum Miscellaneum, an obligatus dicere psalterium, vel Rosarium pluribus de causis, satisfaciat semel dicendo illud, verbi gratia tenetur quis dicere illud, quia est confrater confratris Rosarii, vel quia per commutationem voti, castitatis, religionis vel alius imposita est ei recitatio illius, & quia vult recitare illud & quia est ei à sede Apostolica concessum, vt recitando illud, quærat indulgentias illo die statas aut quaspiam alias, qualis nuper concessa fuit dicentibus illud per quosdam calculos precatorios à S.D.N. benedictos, pro perseverantia in fide, & liberatione à captiuitate Regine multis nominibus, & in his exemplo constantiæ fidei in clityæ, gloriosissimæque Mariæ Scotia: An inquam satisfaciat præfatis omnibus obligationibus, dicendo illud semel tantum? Et quidem pro parte affirmante facit primò quod obligatus ad dicendas horas Canonicas ratione duorum beneficiorum ob quorum quodlibet tenetur ad illas, satisfacit dicendo eas semel tantum, vt dictum est alibi ^a, Obligatus item ratione plurium sacrorum ordinum, ob quorum quemlibet tenetur illas, satisfacit dicendo semel eas, imò & obligatus ratione beneficij, ordinis, & religionis, ob quorum quodlibet, vt alibi ^b dictum est tenetur ad illas. Secundò quod cum festum B. Mariæ incidit in quadragesima, satisfacimus præcepto de ieiunando in vigilia eius, & in quadragesima semel tantum ieiunando, præcepto item de ieiunando quatuor temporibus incidentibus in quadragesima satisfacimus, per eadè ieiunia, quibus implemus præceptum de ieiunando quadragesimam. Et Franciscani per idem ieiunium satisfaciant non solum præcepto Ecclesiæ, Sed etiam suæ regulæ ieiunando semel feriis sextis quadragesimæ: Quibus tamen non obstantibus ¹⁴⁹ verior videtur pars negas scilicet quod non satisfacit, tum quia solutio facta pro vna obligatione non tollit aliam vt probat Vlpian. responsum ^c, & solutio facta vni non tollit obligationem, qua solvens tenetur alteri ^d, tum quia bona satisfactoria facta pro aliquo, non satisfaciunt pro alio, etiam pro ipso faciente, vt sentit Thom. in vno loco ^e, & exprimit in alio ^f tum quia secundum receptiorem sententiam, missa dicta vel facta pro multis non prodest eorum singulis tantum, quantum si pro eorum singulis singulariter diceretur, vt alibi ^g trahtimus post alios vtrobique citatos, Non obstant opposita, ad prius enim respondeatur quod illud non tam de stricto iure, & ratione generali

a In Enchirid. siue Manual. de oratione. c. 22. nu. 52.

b In Enchirid. siue Manual. de oratione. c. 22. nu. 52.

c l. j. ff. de solutione. d. c. cæte. de iurciu. e In 4. d. 15. quæst. 2. art. 4. f In 4. dif. 45. art. 1. q. 2. q. 3. g cap. non mediocriter. de consecr. dist. 5. post gl. pe. eius & in Manual. con. sess. ca. 125. nu. 22.

procedit, quam de quadam æquitate, & ratione speciali, scilicet quod plura beneficia iuste collata vni habentur pro vno quia pro iusta vnius sustentatione cõferuntur & quod ordo, religio, quæ etiam per se obligant ad horas, videntur reduci ad eandem causam; quam inducit beneficium, eo quod beneficium datur propter officium, & officium requirit sustentationem, quam præstat beneficium, & ita non est extendendum ad nostrum casum; in quo diuersæ omnino sunt causæ dicendi Rosarium. Vnde vt supra dictum est qui voto, pacto vel aliquo speciali onere deberet bis dicere horas, non satisfacere semel dicendo, vt passim contingit in Tricendis mortuorum Hispaniæ quæ trentenas clausas vocant. Ad posterius autem respondetur quod etiam illud contingit ex ratione illa speciali, quod non potest bis quis in eodem die ieiunare, quod non contingit in nostro casu, in quo quis potest pluries in die Rosarium recitare: Et illa quæ speciali ratione statuuntur non debet extendi ad alia, saltem illa in quibus illa non inuenitur, tanquam à iure communi exorbitant: a. Cauemus igitur ne qui sumus confratres huius præcellētis confratriæ putemus vna & eadem recitatione psalterij vel Rosarij satisfacere obligationi eius, & aliis quæ ex voto, pœnitentia, pacto, vel ob indulgentiam querendam descendit, in quo arbitror non paucos errare.

Trigesimumseptimum Miscellaneum,

SUMMARIA.

<i>Rosario à dicendo rarissime morbus excusatur & eo excusatus, non querit indulgentias. Vnde horum confratria gaudeat.</i>	nu.	149
<i>Gustij constantia gratia in recitando Rosarium.</i>	nu.	150
<i>Confrater non implens onus, non gratis gaudeat.</i>	nu.	151
<i>Conditio & modus multum differunt.</i>	nu.	152

Trigesimumseptimum Miscellaneum, an posito quod confrater huius confratriæ morbo vel alio legitimo impedimento impeditus diceret psalterium in hebdomada, excusetur etiã à dicendo illud per alium, ad effectum fruendi communicatione benèrum spiritualium rotius confratriæ vt supra dictum fuit? Quæstionis tamen subtilis est an etiam excusetur quoad effectum fruendi indulgentiis concessis dicentibus illud, ita vt perinde eas consequatur, ac si

a in Miscell. 25. n. 116.

ac si recitaret illud. Et re altius pensata videtur dicendum primò quod rarissimè occurrit cuiquam iustum impedimentum recitandi hoc psalterium intra vnam hebdomadam, cum possit illud dicere faciendo tres partes dicendas tribus diebus, cumque etiam perditis calculis, precatoriis possit dicere per digitos, cumque memoria teneantur omnia dicenda. Secundò quòd non consequitur eas, si per se non dixerit; licet sit impeditus, quia indulgentia concessa facienti aliquid, non quaritur ab eo, qui non facit illud, etiam si à faciendo eo, iusto impedimento arceatur, vt latè alibi ^b probamus argumento extrauagantis, Vnigenitus. ^c etiam si faceret dicere illud per alium, nisi aliud aliunde appareat, vt probatum est supra. ^d Tertio quod exhortandi sunt, vt illud per semetiplos dicant, nec se vllò impedimento morbi excusent simul animandi ea spe certa quod eorum conatibus adierit piensissima Virgo Mater, vt fertur ad fuisse adeo illi Illustrissimo fortissimoque Duci Guisio, vt licet esset laicus, coniugatus, & miles strenuus, cum ciuitatem Mediomatricum ab potentissimo exercitu obsessam ab hinc circiter 25. annis, defenderet quolibet die sub auroram de strato surgens, tanta constantia, & fiducia ante omnia recitabat Rosarium, siue tertiam partem prædicti psalterij, vt ob nullum strepitum, vel clamorem bellicum, nec ob vllam rebus gerendis curam ab eo finiendo desisteret, quod à quodam nostro Hispano captiuo eius fide digno accepimus. Sunt & aliæ quæstiones de præfatis & aliis confratribus quotidianæ, à nemine quem legerim tractatæ. Prima est illa, quæ me olim toruit, an confratres cuiusdam celeberrimæ confratriæ, quibus erant concessæ multæ gratiæ puta, eligendi confessarij, comedendi oua, & lacticiuia in diebus ieiuniorum, audiendi diuina officia tẽporè interditi, & querendi indulgentias plurimas, & in his aliquas plenarias in iuncto confratribus onere dicendi semel in hebdomada quinque pater noster, & toridem Aue Maria, & audiendi quæsdam in anno missas, & interessendi quibusdam supplicationibus & congregationibus, An inquam confratres illius confratriæ, qui absque iusta causa desinebant subire & implere omnia prædicta, sed tantum aliqua, vel for: è nulla, possent iuste vti præfatis gratiis? Nam pro parte negante virgebat illud Apostoli. ^e *Qui non laborat non manducet*, & illud Elogiũ naturale: *Cõmoda qui sentis, iungus aris emolumerũ.* Pro parte verò affirmante premebat quod pauci omnia illa

b In tract. de Indul. super s. in Ieiunio. de pœnit. d. r. not. 19. n. 1. c. De pœnit. & remiss. & aliorum ibi citatorum. Et breuius in d. tra. not. 32. nu. 50. d. In Miscell. 25. n. 115. & 116.

e 1 ad Co. 9. c. Cũ secundũ. De præbend. vbi gl. Cl. 1. De censibus l. secundum naturam ff. de reg. iuris.

§ c. si quis
insuadente,
17. qu. 4.
h. cap. fin.
De relict.
libr. 6.
i. in En-
chirid. de
oratione.
cap. 7.
k. §. omnis
inst. de ver-
bo. obliga.
cap. si pro-
te. de re-
scrip. li. 6.
l. c. Verum
de condi.
appos.
m. l. ea. l.
c. de cod.
ob causā.
L. i. per lo-
cum à spe.
C. de cod.
quæ sub
mod.

a. ca. cum
ex co. & c.
quod autē.
De penit.
& remiss.

onera toto anno implebant, & durum videbatur eos omnes excludere à gratiis tam quotidianis, quibus sine scrupulo utebantur, & quod clerici & religiosi apostata gauderent privilegiis Canonici, & fori & licet non recitent horas nec gestent suum habitum, & quod beneficiarius non perdit suum beneficium quamvis non residet, nec suum iustè faciat officium, licet ob hoc illud detur ^h. Nec ius colligendi illius reditus, licet teneatur ad restitutionē iuxta alibi ^l dicta. Denique quod licet acceptum sub conditione propria non quærat, nisi ea impleta ^k, acceptum tamen sub modo, qui aliquando appellatur conditio, licet improprie ^l regulariter quæritur ante modum impletum ^m ob quæ, & alia quædam in hanc inclinavi partem, in quam etiam nunc inclino per eadem, & ad opposita responderi posset, quod probant quidem illos confratres obligatos fuisse ad subeunda onera suæ confratriæ & peccasse non subeundo illa absque iusta causa nisi statuta liberassent eos à peccato, ut, statum ¹⁵² huius sanctæ confratriæ liberat; non tamen propterea perdidisse illas gratias, sicut & præfati clerici, religiosi, & beneficiarij peccant quidem non recitando, non gestando suum habitum, vel non residendo, sed non propterea perdunt ipso iure beneficia, & gratias ordini & religioni concessas.

Secunda quæstio huic affinis est. An indulgentiam plenariam præfaram semel in vita & semel in morte ab Innoc. 8. concessam, quærat is confrater qui aliquot hebdomadis, mensibus, vel annis, dixit psalterium, & aliis non? Et breviter dicendum quod sic; tum per dicta in proxima quæstione; tum quod qui dicit illud aliquot hebdomadis, & aliquot non, licet perdat communicationem bonorum confratriæ illarum hebdomadarum, quibus non recitat illud, non autem perdit participium illarum, quibus recitat; tum quia indulgentia fuit ab Innoc. VII. concessa, his qui legitime scriberentur in confratria nihil addito de recitatione psalterij, & ita videtur sufficere, quod scribatur quis in illa & obliget se ad servanda statuta eius; quoniam sicut non quærunnt indulgentiam, qui non faciunt opus ob quod illa conceditur, ita quærunnt eam qui faciunt id quod ob illa conceditur & sola scriptio cum vera voluntate implendi statuta, est bonum opus ob quod indulgentia potest concedi ex mente omnium ⁿ. Tum quia omisio recitationis psalterij non est peccatum confratri eam omittenti per tertium statutum

rutum supra ^o relatum, & non videretur tantæ indulgentiæ iactura multandus; qui nihil peccavit ^p: tum quia qui contrariam partem teneret, cogeret concedere, quod solus ille lucraretur illam, qui omnibus hebdomadis vitæ suæ, à tempore scriptiōnis recitaret psalterium. Nam qua ratione requirerentur aliquot recitationes eadem requirerentur omnes, quod nemo concedat.

Sunt aliz 4. quæstiones his affines. Prima, an confrater huius confratriæ recitans qualibet hebdomada psalterium, & non faciens alia, ad quæ obligetur, fruatur omnibus gratiis confratribus concessis. Secunda an contra, faciens omnia alia, & non recitans psalterium qualibet hebdomada fruatur eisdem. Tertia an recitans psalterium aliquot hebdomadis & aliquot non, fruatur eisdem.

Quarta, An implens aliqua de illis & aliqua non, fruatur eisdem.

Ad quarum primam ex æquo & bono responderi potest, quod huiusmodi confrater gaudebit communicatione omnium bonorum confraternitatis, exceptis iis quæ sunt in illis actibus quibus debens interesse sine iusta causa, non interest, quales sunt, Missa diei Annunciationis, & aliz præfatorum anniversariorum, quia ratio particularis suadet, ut non gaudeat his, licet generaliter aliis gaudeat etiam indulgentiis concessis ob recitationem psalterij, imo & indulgentia præfata plenaria iuxta supradicta ^q, & indulgentia centum dierum concessa quolibet quinque festorum prædictorum. ^r

Ad secundum ex eodem æquo & bono responderi potest quod eiusmodi confrater gaudebit participatione bonorum, quæ sunt à confratribus in actibus, quibus ipse interest, non autem in aliis. Quia licet non recitans psalterium debitum non peccet; perdit tamen communicationem bonorum aliorum confratrum, ut habet tertium statutum. ^s

Ad tertium responderetur quod pro hebdomadis quibus recitat, gaudebit omnibus; exceptis actibus, quibus debet interesse, non interest, quibus autem non recitat perdit pro illo tempore participationem omnium bonorum exceptis bonis actuum quibus interfuerit.

Ad quartum quod hebdomadis quibus non recitat psalterium, non gaudebit, nisi bonis actuum, quibus interest, & indulgentiis quæ conceduntur confratribus principaliter eò quò sunt confratres, sine mentione aliquid aliud facien-

o in Miscell. 25. po. num. 115.
p Arg. ca. 2. de cõri.

q In principio huius Miscell. r in Miscell. 24. n. 112. in litteris Alex. legati.

s In Miscell. 25. post n. 115.

In d. litor. nu. iii. Misc. 2. 4.

di: qualis videtur indulgentia plenaria Innoc. VIII. & indulgentia ceterum dierum, pro quinque diebus festis ab Alexandro legato concessa, quarum responsonum fundamenta gratia breuitatis non explico.

Trigesimum octauum Miscellaneum.

S V M M A R I A.

- Orandi doctrinam ad personas orantes extendi. nu. 153
- Confessorij, bona pars cultorum vineæ Domini. nu. 153
- Beneficia omnia, an requirant tot, quot Episcopatus. nu. 154
- Doctoratum qualem requirit Episcopatus, & qualem alia beneficia. nu. 154

Trigesimum octauum Miscellaneum & alia ferè omnia consequentia, continebunt doctrinam de vitandis peccatis, quæ in modis deligendi ministros ad munera orandi, admitti solent; partim quia id facere rogamur, partim quia in Enchiridio de oratione hanc partem omisimus, & nonnullis eruditis videtur ad integram de oratione doctrinam pertinere, vt per eam noscatur; Quis, & quo fine, ac modo munera orandi appetere & petere iuste possit. Simul quo fine, quoque modo deligere, promouereque debeant ij, ad quos eares pertinet, iuxta illud Caii. ^a iureconsulti: *Quæsturus de testamenti valore in primis debet querere, de persona, an testamenti factionem habuerit:* partim quia Cõfessorijs quibus tanquam præcipuis vineæ Domini cultoribus operam nostram libenter impartitur, multa dubia quotidiana occurrunt, circa huiusmodi sordidas manerum appetitiones, petitiones, & competitiones, electiones, & promotiones.

Quæritur igitur primo, an ea omnia, quæ Paulus ille diuinus in Epistolis ad Timoth. ^b & ad Titum ^c requirit in aliquo ad hoc vt sit dignus, siue idoneus Episcopatu requirantur ad hoc, vt quis sit dignus siue idoneus alio beneficio inferiore curato vel simplici? Ad quod respondeo primò quæstionem esse nouam, & eius partem negatiuam proculdubio videri veram vulgo, & appetentibus beneficia magis ob redditus eorum, quam ob officia spiritalia eis incumbentia. Pro quibus facit quòd Paulus de requisitis tantum ad episcopatum statuit. Et multa specialia statuuntur per Canones ^d, pro habentibus Episcopatus, quæ non conueniunt habentibus alia beneficia, & quod illa quæ requirit Paulus ad Episcopatum videntur esse numium multa, ad hoc vt requirant

a I. si queramus. ff. de testam.

b I. ad Timoth. c. 3. c. ad Titum. capit. I.

d c. quoruñdam. 23. di. c. legimus. 93. dist. ca. quanto. de consecr. c. quia periculotum. de sent. ex co. in 6. & sim. multi.

154

quirantur ad alia beneficia Ecclesiastica. Paulus enim ad Tim. sic ait: *Oportet Episcopum irreprehensibilem esse, vnius uxoris virum, sobrium, ornatum, prudentem, pudicum, hospitalem, doctorem, non violentum, non percussorem: sed modestum, non litigiosum, non cupidum, sed sue domui bene præpositum.* hæc ibi: quæ ipsa in sententia eisdem fermè, verbis repetit ad Titum ^e Per quæ videtur ad Episcopatum requiri Doctoratus & scientia docendi sanam doctrinam, & respondendi contradicentibus: at constat non esse necessarium Doctoratum nec tantam scientiam ad alia beneficia.

Contraria tamen pars affirmatiua videtur verior, tum quia Gratianus ille in hac re versatissimus præfata duo dicta Pauli citat in quodam loco ^f, & in eorum declaratione, quam per multas distinctiones prosequitur, videtur extendere illa ad omnes clericos ad beneficia promouendos, in aliquot summis siue principiis earum ^g, tum quod Alexander 3. in Concilio Lateranen. sic ait ^h, *In cunctis sacri ordinibus, & Ecclesiasticis ministerijs sunt etatis maturitas, grauitas morum, & litterarum scientia inquirenda.*

Hæc ibi, In quibus pondera verbum cunctis ministerijs & quod tria illa comprehendunt fere omnia, quæ requirit Paulus in d. epistola, si satis perpendantur, excepta fortè bigamia à qua immunem debere esse episcopum ipse statuit per illa verba, *vnius uxoris virum* à qua etiam omnes ordinandos, & promouendos esse debere alienos multis canonibus canetur ⁱ. Nec obstat quod videtur requirere quod sit Doctor ad Episcopatum & quod in Cõcilio Triditino in nouè statutum sit, vt sit Doctor, Magister, vel Licentiatus in Theologia vel iure Canonico aut saltem habeat publicum testimonium alicuius Academia, de sufficienti ad Episcopatu eruditione Non inquam hæc obstant, Quia Paulus non requirit gradum Doctoratus, siue munus illud Mineruale, quo in Academia donantur Doctorandi, sed quod sit tanta doctrina, quanta est ad Episcopatum rectè gerendum necessaria. Et Alexander 3. etiam requirit tantam litterarum scientiam ad omnia beneficia, quanta est ad illa bene gerenda necessaria, ad hoc vt illorum collatio sit bene facta, licet non quoad hoc, vt sit valida. Et ita in effectu talem doctoratum siue scientiam requirit ad illorum singula, qualis est ea regendum esse necessaria, vt Inno. & omnes alij significant declarando eius dictum ^k, & cõsequenter ex dicto Pauli colligitur quidem maiorem scientiam requiri ad episcopatum, quiran

e ca. I. ad Titum.

f In s. n. sic autè sub c. vnum orarium. 25. d. 2. præsertim in sum ma d. 32. & 37. & s. sequentium. g ca. cum in cunctis. de elec.

h 26. d. p. rot. & rot. ti. de biga. c. i. de vit. & honest. cle. 3. b. 6. i. sess. 22. c. 2. de reform. mat.

i In d. ca. cum in cunctis. i. prim. c. de elec.

quam ad alia, sed non, quod non requiratur ad alia, scientia ad ea regenda idonea: Immo potius colligitur contrarium si bene perpendatur. Non obstat etiam præfatum Concilium Tridentinum quod ad episcopatum requirit testimonium de sufficientia literaturæ publicum, quod non requiritur ad alia omnia beneficia. Quia ego loquor de requisitis à Paulo & non de requisitis à posterioribus eius. Quare resoluendum videtur quod omnia quæ requirit Paulus ad Episcopatum, ut quis Episcopatu sit dignus & idoneus, requiruntur etiam ad hoc, ut quis sit dignus & idoneus ad alia beneficia, sed non adeo magna, & eiusdem gradus, & consequenter neminem esse dignum beneficio, cui non insit puritas à vitiis, & ornatus virtutum, quas episcopatus requirit, saltem in gradu inferiori, quod maximè ponderandum arbitror ab omnibus beneficia cupientibus.

Trigesimum nonum Miscellaneum,

S Y M M A R I A.

<i>Beneficio indignus an sit omnis peccato mortifero infectus.</i>	nu.	155
<i>Gratia gratum faciente carens, an iuste promoueat.</i>	nu.	155
<i>Gratia & charitas idem vel simul semper sunt.</i>	nu.	ibid.
<i>Malus non promouendus licet boni desint.</i>	nu.	155
<i>Status in mortifero peccato septuplex.</i>	nu.	156
<i>Beneficij prouisio facta peccatori quæ valet.</i>	nu.	157
<i>Promotione non impediunt venialia nec mortifera emendata.</i>	nu.	157
<i>Gregorius X I I I. etiam in hoc magnum exemplum.</i>	nu.	158
<i>Beneficium querenti oratio apta.</i>	nu.	158

Trigesimum nonum Miscellan. quod magnæ & quotidianæ parumque pro dignitate tractatæ quæstionis est: An præter prædicta requiratur quod promouendi ad beneficia, sint in statu gratiæ, ita quod omnis peccato mortifero infectus, sit adeo indignus eis, ut patiens se promoueri, & eum scienter promouens peccent? Cuius partem affirmatiuam videntur astruere Caietan. & Sor. Nam Caietan. ² sic ait: *Nota quod omnes comparationes eligibilium ad Ecclesiastica ministeria presupponunt bonitatem absolute hoc est esse bonum virum, hoc est quantum humana fragilitas concedit personam illam esse in gratia Dei, Unde qui manifestè tenet concubinam vel in alio peccato mortali creditur versari, extra latitudinem eligibilium seu promouendorum est. Propterea in littera dicitur quod interdum minus boni,*

& non

& non dicitur quod mali præferantur, melioribus: Hæc Caietan. Sorus autem ^b requirit in promouendo ad beneficium, ut in eo sanguis Christi ferueat & eius amor inardescat, & insit ei charitas, At constat quod charitas est idem, quod gratia gratum faciens secundum aliquos, ^c aut saltem nusquam est sine illa, licet non sit eadem secundum Thomam, ^d quem defendit Caietan. quemque soleo sequi postquam satis perpendi quandam Clementinam, quæ est prima de summa Trinitate, ^e Et idem Sor. alibi ^f sic ait, *Nemo sine charitate potest simpliciter dici bonus,* & paulo inferius: Primum idoneitatis fundamentum debet esse bonitas siue probitas sine qua nemo potest esse ad spiritualia beneficia idoneus, quorum uterque nititur doctrina Thom. ^g qui alibi ait charitatem efficere quem bonum, aut meliorem simpliciter, & paulo inferius significat, eligendum debere pollere sanctitate, non tamen excedere alios illa, si aliis donis est aprior ad fungendum munere, ad quod eligitur. Adde, quod Caietan. ^h ut prædictum est ponderat, quod S. Thom. dixit quidem minus dignum, siue minus bonum interdum eligi posse, non tamen indignum siue prauum. Et Albertus probatus ab Angelo, ⁱ ait mortiferè peccat illum qui confert beneficium malo etiam si deficiant ministri. Sed & Panormitanus, ² ait existentem in peccato mortali non posse eligi, vbi & alibi ^b resoluendo addit: Collationem factam existenti in peccato graui mortali, non valere, quod etiam glosa Ioannistener. ^c Idem Sentit Fredericus, ^d dicens: Collationem periuro factam non valere, quem & alios multos ad hoc citat Felinus. ^e Pro quibus primò faciunt multa capitula, quæ citat Gratianus, ^f dicens in summa: quod homicida, adulter, fornicator, & fur, si post promotionem conuincantur, debent deici. Secundo facit illud supra citatum ¹ Alexandri. *In cunctis ministeriis Ecclesiasticis requiritur etatis maturitas, & morum grauitas,* Peccatum enim mortiferum repugnat charitati sine qua nulli perfecti mores, nec vlla virtus vera, vel saltem quæ plenè virtutis rationem habeat, est, secundum Thomam, ^m iuxta declarationem Caietan. ⁿ & illud Apostoli. ^m Oportet Episcopum esse irreprehensibilem & illud eiusdem ad Titum: ⁿ Oportet Episcopum esse sine crimine, id est, peccato mortifero secundum Augustinum relatum à Gratiano. ^o Secundo facit quod duo illa

q. 32. ar. 7. n. ibidem. m. 1. ad Timot. c. 3. n. ad Titum c. 1. o. d. 5. Nunc autem col. 2.

Apostoli

b. lib. 3. q. 6. ar. 2. con. clus. 5. & in princ. c. 6. clus. 6. c. Mag. sco. & sequa. eius & Maior. libr. 2. sent. d. 26. d. 1. sec. q. 110. ar. 3. & 4. e. 5. si vbi bona glos. verbo informans gratia. f. lib. 10. q. 2. ar. 3. g. 2. sec. q. 185. ar. 3. & quolibet 6. ar. 9. h. in d. q. 63. ar. 2. i. in sum. verb. acceptio. §. 6. a. c. si celebrat. De cler. exc. 6. mini. n. 6. b. in ca. sicur. no. stris. de iur. reurand. nu. 3. c. ca. 1. 98. dist. d. 66. 50. e. ca. 2. de rescriptis nu. 4. f. ca. Apostolus. & alia multa præsertim c. Quicumque si. dist. & 5. 1. sub d. ca. Apostolus. l. c. cum in cunctis. de cle. & m. 2. sec. autem col. 2.

a in d. 6.
Nunc autē.
b vt dictū
est supra.

q in Encli
rid. de O-
rator. c. 18 n.
1. & ca. 23.
nu. 3.
r 3. p. q. 22.
ar. 1.
3 45. d. in
pna. argu.
ca. ipi. l. q.
1. & c. Co-
uenior. r. 3.
q. 8. tradit
Tho. quod
lib. 8. ar. 6.
r 12 cob. c.
2. & ca. 1. 6.
de fecat. de
pœnit. d. 5.
& cap. de
fecat. de
reg. iur.
a in ca. 2.
de rescrip.
nu. 4.

b c. de ho-
mine. De
celebrat.
Missar.
c. Can. vl.
fess. 13.

Apostoli dicta Gratian. citat. ^a Et in eorum declaratione, quam per multas distinctiones prosequitur videtur ^b extendere, ad omnes in Ecclesiastica munera promouendos. Tertio facit hæc ratio noua & neruosa, quod promoti ad beneficia sunt intercessores & legati populi ad Deum, pro eius gratia impetranda, & peccatorum venia, vt alibi ^q post Thomam ^r diximus, & tales intercessores non debent esse inimici dei: Quia secundum Gregorium in Pastoralis, relatum à Gratian. in summa: ^s *Cum u qui displicet ad intercedendum mittitur, irati animus ad deteriora pronocetur, ac constat omnem peccato mortifero quamlibet patuo infectum esse inimicum Dei, Ergo mortifero peccato infectus non est dignus beneficio. Contraria tamen pars videtur vltimo gratior, tum quia alioqui sequeretur multos promotores & promotos peccasse, peccatæque mortiferæ multa peccata de quibus pauci se accusant, tum quia promotio criminosa valet, nisi cum crimen inducit irregularitatem vel inhabilitatem specialem iuxta Theoriam communem in praxi receptam & à Felino ^r & à citatis ab eo fundatam, tum quia alioqui sequeretur promouendos oportere se perinde præparare ad beneficia acceptanda, ac ad suscipienda sacramenta, præterquam Eucharistiæ, (ad quod requiritur non solum contritio vt ad alia, sed etiam confessio iuxta quandam gloss. singularem ^b, in Canonem à concilio Trid. ^c redactam.) Quod & si certe optandum & consulendum esset, vulgo tamen non videtur necessarium, tum quia præfatus Alexander & Concilium Lateranense, non statuerunt promouendum debere esse in statu gratiæ, sed debere habere morum grauitatem, quæ non videtur quocunque peccato mortali tolli, tum denique quod nec S. Thomas, nec Augustin. nec alij interpretes epistolarum Pauli, videntur requirere statum gratiæ in Episcopo quando eligitur, vel confirmatur vel ei confertur episcopatus, licet cum consecratur (quia tunc Sacramentum ordinis, & Eucharistiæ ac ipi) aut cum celebrat debeat procurare, vt in eo statu inueniatur. Pro resolutione & concordia omnium supra pro vtraque parte citatorum videtur dicendum primo, quod sex modis contingit promouendum esse in statu peccati mortiferi. Primo quidem, cum est infectus mortifero peccato inducente ipso iure irregularitatem, vel aliam specialem inhabilitatem ad beneficia. De quo dicendum est, quod non solum peccat mortifere acceptando benefi-*

156

ficiū ad quod est inhabilis, siue peccatum sit notorium siue famosum, siue occultum, sed etiam promotio est ipso iure nulla, & indiget nouo titulo, adempta prius habilitate ad habendum illud ^c.

Secundò contingit promouendum esse in statu peccati mortiferi, quod non inducit quidem irregularitatem vel aliam inhabilitatem specialem ipso iure: sed est notorium & depositione dignum, de quo est dicendum idem, quod est dictum de priore: Quia per notorietatē huiusmodi criminis inducitur irregularitas ^f, de qua vtiliter & compediōse scripsimus in Manu. Confessar. ^g Tertio contingit promouendum esse in statu peccati mortiferi, quod non inducit ipso iure inhabilitatem, nec est dignum depositione, sed est notorium, vel famosum, de quo dicendum quod acceptando beneficium, peccat mortifere, & non valet promotio: Quia illa sit contra Concilium Lateranense ^h, & collationes factæ contra illud sunt ipso iure nullæ, vt satis probatur in eodem, vbi Panormi. communiter receptus id annotauit. Quod tamen arbitror limitandum, vt solum procedat in crimine graui, vel ita qualificato infamia iuris, scā dalo, diutina continuatione, vel alia qualitate propter quod iudicis arbitrio veniret deponendus, saltem à beneficio iuxta pulchre notata per Panormitan. ^l Quarto contingit promouendum esse in statu peccati mortiferi quod tamen non inducit ipso iure inhabilitatem ad beneficia nec est notorium, vel famosum, licet sit probabile. De quo dicendum quod si sciens se in tali statu esse acceptat, mortifere peccat, præsertim si esset in affectu continuandi peccatum, per præcitata pro parte affirmatiua quæstionis, quæ probant idem esse dicendum etiam si non habeat affectū continuandi peccatum modo non pœniteat eum iam perpetrati, sed promotio tenet ipso iure, nec indiget nouo titulo: Quia nō videtur facta contra Concilium præfatum Lateranense, Cum per peccata huiusmodi occulta nō videatur telli grauitas morum per illud necessario requisita. Cumque Sanct. Thomas in præfata epistola ad Titum sit dicat: non vult dicere, Apostolus quod qui mortaliter peccat post baptismum non possit eligi, sed quod eligendus non est infamis, hæc ille.

Quintò contingit promouendum esse in statu peccati mortiferi qui ignorat probabiliter se in eo esse, propterea quod confessus est, vel contriuit peccata sua modo, suo iudicio,

e ca. c. si
in cunctis c. si
celebrat.
de cler. ex
mini. cum
annotar. ei
per Inno.
ibi & c. Cū
nostris de
concess.
præben.
f Arg. c. si.
de tempo.
ordinan.
g c. 25. nu.
73. & c. 27.
n. 24. &
h relatum
in d. c. cum
in cunctis.
i in §. fin.

l in ca. At
si clerici. à
nu. 33.

dicio, sufficienti, licet verè coram Deo non fuerit talis, de quo dicendum quod non peccat acceptando, & valet promerito, Quia nullus qui semel mortiferè peccauit potest certò scire, nisi per diuinam reuelationem, se esse dignum amore Dei & gratia eius ornatum, vt post Iobum ^m & Ecclesiasticum ⁿ declarauit Concilium Tridentinum ^o.

Sexto quòd contingere potest promouendum esse in statu peccati mortiferi occulti, & non inducentis ipso iure inhabilitatem, sed non pœnitentis eius, Quia non meminit, vel non aduertit se esse in tali statu. Neque nouit quod ad acceptandum beneficium requiritur tanta puritas, & propter hanc ignorantiam & incogitantiam non agit pœnitentiam, quam ageret, saltem mentalem si hæc nosset vel aduertet. De hoc videtur satis æque possedici quod non peccat, saltem mortiferè, acceptando non præmissa pœnitentia. Quia ignorantia & incogitantia, quæ est causa transgressionis legis excusat à peccato saltem mortifero quãdo ipsa non est peccatum, secundum Thomam communiter receptum. ^p Aduertendum tamen primò, quod non ociosè dixi de existente in statu peccati mortiferi. Quia peccata venialia etiam notoria, vel famosa non sufficiunt ad faciendum quem indignum beneficio ita vt peccet mortiferè acceptans beneficium eo infectus, vt latè probat Gratianus ^q auctoritate Augustini, Hyeronimi & aliorum. Aduertendum secundò quod non sufficeret ad prædicta fuisse aliquo mortali crimine infectum vel infamatum, si iusta pœnitentia & emendatio subsequatur essent, vt elegantè determinat Rabanus ^r, nisi crimen induceret inhabilitatem vel impediret executionem ordinis ipso iure post pœnitentiam per quoddam responsum Gregorij ^s, Vnde non abs re vidimus sanctè promotum fuisse quendam egregium virum præsentatum ad episcopatum, contra quem fuit obiectum crimen ante decem annos commissum (quod erat quidem graue, sed non inducens inhabilitatem nec impediens executionem post pœnitentiam) eò quod iusta pœnitentia & emendatio subsequatur fuissent.

Ex quibus colligitur primo ratio, qua S. D. N. Gregor. XII. iuxta suum nomen in regendo suo grege vigilantissimus, magno promotorum omnium exemplo iubet, vt beneficiorum collationes à se faciendas præcedat informatio morum sufficiens promouendorum, in terris eorum, vel in Vrbe facta. Secundo valdè præpolterum esse maxima cura & se

m Iob. c. 9.
n cap. 9.
o Sen. l. 6. c.
9. & Cato.
16. & Ca.
non. 23.

p l. 2. q. 6.
ar. 2. & q.
76. ar. 4.

q In d. 5.
nunc autè
23. d.

r c. de his
50. dist.
s c. fin. de
tēpo. ordi.

157

& sollicitudine per se & alios, per fas & nefas quærere beneficium & parum curare de cõtritione, & minus de Cõfessione culpârũ mortiferarum, quod à multis vbique fieri videmus.

Tertiò saluberrimum antidotum fore volenti acceptare præsentationem, electionem, collationem, vel aliã quamlibet prouisionem beneficij sibi faciendam præmittere, confessioni Sacramentalis, aut certè contritioni, per illum modum, breuem quem nos alibi ^t ponimus orationè, nempe,

Confiteor tibi domine omnipotens & misericors Deus, quod N. peccatum peccaui, & pœnitent me illius, & omnium aliorum mortiferorum, quæ vnquam admisi ob amorè quo te, super omnia diligèda, diligere, & tuas offensiones mortiferas, super omnia odio habendas odisse debeo, & propono, tua ope, nũquam ea iterare, nec alia mortifera committere, & tempore debito ea confiteri præmissa speciali, quæ in id fuerit necessaria, detestatione, oroque summissimè, vt secundum magnam misericordiam tuam misereris mei, quo beneficium hoc dignè valeam acceptare, & siam apud te intercessor populi tui vtcunq; acceptus.

e In Manual. con-
fess. cap. 2.
nu. 25.

Quadragesimum Miscellaneum,

S V M M A R I A.

<i>Beneficium indigno conferens vel procurans vt ei conferatur, peccat mortiferè, etiam si sit Papa nisi &c.</i>	nu.	159
<i>Papa non est dominus, sed summus dispensator beneficiorum & omnium reddituum eorum.</i>	nu.	159
<i>Gregorius XIII. ab his monstri abhorret.</i>	nu.	160
<i>Papa scienter conferens indigno quando dispensat.</i>	nu.	ibid.
<i>Papam & praelatos vrgendo ad conferendum quò peccant.</i>	nu.	ibi.

Quadragesimũ Miscellaneũ quod omnis qui sciens vel debens scire, promouet, vel procurat vt promoueatur indignus ad beneficium Ecclesiasticum, peccat mortiferè ^a, etiam si esset Pontifex Max. secundum Caiet. ^b Cuiusdictũ magnopere amplificat Sotus ^c quorum vterque id colligit ex Thoma ^d dicente praelatos nõ esse dominos sed dispensatores beneficiorum Ecclesiasticorum, quæ verba ponderans Caiet. sic ait: Nota quod praelatus Ecclesiasticus nõ est dominus, vt ministeria Ecclesiastica possit dare pro libito, sed dispensator, & sub nomine Ecclesiastici praelati claudi-

a c. graue.
de præb.
b In Sec.
q. 68. ar. 2.
c In lib. 3.
de iust. &
iur. qu. 6.
ar. 2.
d In d. 2.
ti. 2.

tur etiam Papa, ut patet per autoritatem Pauli allatam in littera ad probandum intentum. Est namque Christi minister, & dispensator ministeriorum Dei, hæc ille: quæ confirmat Sotus ubi supra ^c per alia, & in his per illud Pauli ad Corinthios ^f: Sic nos existimet homo tanquam ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei, & per illud Lucæ: Quis putas est fidelis servus & prudens quem constituit dominus super familiam suam? Ex quibus colligit Papam iure diuino esse dispensatorem, & non dominum horum spiritualium, Quam conclusionem maximè deberent perpendere summates & alij multi intercedentes apud Pontificem Maximum, & alios inferiores prelatos, ne nimis obnixè & importunè beneficia peterent pro suis amicis & familiaribus, ut quidam petaces faciunt, qui & semel & iterum sancte repulsi, non cessant à molestando per se & alios donec obtineant, nec à detrahendo, si non obtinuerint, reputantes secum promotores nullam Deo de beneficiorum dispensatione, reddituros rationem. Id autem quod Caiet. & Sotus dicunt quod Papa non sit dominus beneficiorum, ipse profundius quam alij, alibi ^g declaravi, exponendo quandam glosam ^h dicentem quod in beneficiis, Papæ est pro ratione voluntas, Ex qua Dominicus, & quidam alij intulerunt quædam monstra, quæ ibi refero (à quibus S. D. N. Gregorius XII. qui est totius iuris callentissimus magno totius orbis exemplo abhorret) ibidem tamen efficaciter probo, eum etiam non sit dominus beneficiorum ecclesiasticorum, esse tamen summum, & immediatum Dei dispensatorem omnium eorum & reddituum ipsorum: ita quod nemo alius habeat dispensationem etiam partis eorum nisi ab eo immediatè vel mediatè acceptam.

Adde tamen primò quòd prædicta extensio Caiet. & Soti limitanda est, ne procedat quando indignitas esset eiusmodi, quam ipse sua maxima potestate abolere posset, qualis est defectus Natalium vel irregularitas iuxta Innocentiū ⁱ, aut alia similis iure humano inducta, adeo quod quamvis expressè non dispensaret, tamen tacitè videretur id facere promouendo scienter. Quæ recepta conclusio est, & probatur per aliquot leges ^k & traditur à Feli. ^l Nolo tamen diceri quod Papa non peccaret dispensando sic tacitè, vel expressè, sine iusta causa, sed quod valeret actus, licet ipse peccaret, quod ubi supra magis declaravi, & sentit Innoc. ^m

^a Colu. 4.
& penul.
^b L. c. 4.

^g In comment.
de spol. super
ca. non liceat. 12. q.
2. §. 3. num.
4. 5. 6.
^h In d. c. si
gratiose.

ⁱ c. Nisi est
prudens. de
renunciat.
& c. ad au-
diē. de h. s.
citarum in
Man. c. 27.
nu. 191.
^k l. idem
Vlpian. ff.
de exc. tu-
torum l.
quidā cō-
sulebat ff.
de re iudl.
^l In cap. si
quando. de
rescrip.
^m c. inno-
mit. de e-
lecc.

Qua

Quadragesimum primum Miscellaneum.

SUMMARI A.

Beneficium quale, à quo & ob quid iuste appetitur. nu. 161
Beneficium laicum ut iuste appetit. nu. ibid.
Spiritualia ordinare in temporaria quale peccatum. nu. 162
Beneficium curatum ut appeti potest. nu. ibid.

161 **Q**uadragesimum primum Miscella. An liceat cuiquam petere vel saltē appetere beneficia Ecclesiastica? Pro parte enim negante facit, quod appetere superiorem locum spiritualem videtur esse peccatum secundum Augustinum ^a dicentem quod locus superior licet benè regatur, indecenter tamen appetitur. Pro parte vero affirmante stat vsus totius Orbis Christiani desiderandi beneficia non solum parua, sed etiam media & maxima. Pro cuius resolutione dico ^b quod ei, qui non est dignus beneficio, ob aliquem defectum iuris naturalis, diuini vel humani, non licet appetere illud pro tempore, quo fuerit eo indignus, tūm quia desideraret rem non suam indebito modo habere, quod est contra præceptum decimum Decalogi ^b relatum à glos. ^c quadam, tūm quia non licet cuiquam desiderare officium, vel munus pro tempore, quo eo iuste fungi non potest, vel nescit secundum Caium ^d l. c. Et Gregorium ^e & illud Horatii relatum à quadam glos.

*Sumite materiam vestris quis scribitis equam
 Viribus, & versate diu, quid ferre recusent,
 Quod valeant humeri. Et illud Persij:
 Publica lex hominum, natura que continet hoc fas,
 Vt teneat vetitos inscittia debiliu actum.*

Dixi pro tempore quo est indignus. Nam pro tempore quo post suppletionem vel defectionem defectus fuerit dignus effectus, perinde potest desiderare ac dignus pro tempore præsentis, sicut potest quis. etiā iuste desiderare habere rem alienā pro tempore, quo iusto modo fuerit facta sua. Secundo dico quòd quilibet clericus alioqui dignus potest licitè appetere in genere beneficium ad se sustentandum in statu clericali: Quia secundum Apostolum ^g relatum ab Inno. ^h

Qui altari seruit de altari vivere debet.

Tertio dico quòd quilibet clericus potest desiderare etiā in specie hoc vel illud beneficium simplex ad cui seruiendum se iuste iudicat idoneum: Quia nullo iure nec vlla

^a In c. Qui
Episcopa-
patū 8. q. 1.

^b Exo. 10.
c. c. Quid
in omnib.
32. q. 7.
^d Iudè in
ris. ff. ad l.
Aquiliam.
^e c. nō. est
putanda. 2.
qu. 1.

^g I. ad Cor-
inth. 9.
^h c. C. cum
secundum.
de præb.

efficaci ratione id prohibetur. Nam Augustinus pro contra-
ria parte citatus non intelligitur de beneficio simplici. O-
porteret autem quod principalius desideret illud ob officium
spirituale iniunctum ei, quam ob redditus temporarios, alio-
qui enim peccaret. Quia cum beneficium detur propter of-
ficium ¹ & consequenter officium sit finis beneficii, & red-
ditum eius, perverteret ordinem, volendo principalius hoc
quam illud, & ita peccaret contra illud Apostoli, & relaxam
in extrauaganti; Vnam sanctam ¹. Quae à Deo sunt, ordina-
ta sunt, & illud Iustiniani: ^m Nil debet esse inordinatum.

Ex quo facile inferas plurimos debere refrenare, dolere,
aut reformare suas beneficiorum appetitiones, & retentiones.
Quia plurimi appetunt & retinent principaliter beneficia
ob redditus temporarios eorum, quam ob officia spiri-
tualia eis adiuncta, & adeo quidem ut sint qui nullatenus
ob ea illa desiderant nec retineant. Quamuis arbitret eos
ob hoc solum non peccare mortiferè, si illa quae ob ea de
praecepto debent, velint facere & faciant, sed tantum venia-
liter, at grauiter per infra dicenda. Quod tamen valde fu-
giendum est, cum nullum peccatum etiam leue veniale sit
committendum propter vllum bonum temporarium, iuxta
mentem cuiusdam glosae: ⁿ Quae satis elicitur ex quodam
elogio August ^o & ex quadam Decretali Alexandri P 3. Et
si qui tantoperè anhelant ad beneficia, suas appetitiones,
petitiones, & retentiones refrenarèt, dolerent aut reformar-
ent iuxta praedicta, tranquillius viuerent, & affluerent si-
nem ponere curis.

Quarto dico quod laicus non potest iuste desiderare be-
neficium pro tempore quo laicus fuerit, Imo neque cleri-
catum, ut illo mediante adipiscatur redditus beneficii, qui-
bus sustentetur, Quia ut subtiliter de more ait Caietan. ^q
qui hoc facit, refert bonum spirituale scilicet clericatum
tanquam medium ad bonum temporarium, quod ait esse
illicitum, & mortiferum, propter iniuriam magnam quam
facit rei spirituali, ordinando illà ad bona temporaria tan-
quam ad finem, & subdit orbem esse plenum laicis id facie-
tibus. Quam conclusionem arbitror verissimam quatenus
habet eos peccare, non tamen credo eam veram quatenus
habet eos peccare mortiferè, tum quia terribilis est, eo
quod damnat innumeros, & obligat ad confitenda innum-
mera peccata mortifera saltem mentalia & vocalia, tum
quia falsum videtur fundamentum eius, quod ordinare spi-
ritualia

ⁱ c. fin. de
refcr. li. 6.

^h ad Ro-
manos 13.
1 de maio.
& obed.
m in Au-
th. de her.
& Falcid.
nihil in-
ordinata.

^g c. si alii
quid. 22. q.

^o c. 1. & c.
de quis. 22.
q. 3.

^p c. super
eo. de vsu-
ris.

^q d. 2. sec.
1. 189. ar. 1.

ritualia ad temporaria, nulla alia malitia addita sit; pecca-
tum mortiferum, quoniam ut alibi probamus ^t contra An-
gelum ³ pro Syuefro ^t & pro postilla eiusdem Angeli ^v
Mistare & alia spiritualia, etiam quae sunt specialiter ordi-
nata in gloriam Dei; facere etiam principaliter ob gloriam
humanam non est peccatum mortale nec vllò iure vel ef-
ficaci ratione probat Caietan. quod peruersio ordinis qua
spiritualia ordinantur ad temporalia, sit mortifera, licet sit
peccatum, tum quia certum est, ac à nobis latè probatum
tam ibi ^x, quam alibi ^y; quod temporalia possunt esse fi-
nis minus principalis cuiuslibet virtutis, & ita potest laicus
etiam iuste sine peccato desiderare clericatum principaliter
ad seruiendum Deo & minus principaliter ad habenda
temporalia suae sustentationi, honestè necessaria, quanto
magis beneficium quod inter spiritualia numeratur ^z. Quare
concludendum videtur licere laico velle suum statum in
clericalem mutare principaliter ad seruiendum Deo & mi-
nus principaliter ad quaerendum modo licito beneficium
& redditus eius ad se sustentandum. Non tamen desiderate
clericatum principaliter ob beneficium & redditus eius;
saltem non referendo illa in obsequium Dei & ad seruien-
dum suae Maiestati, sed ob id solum, non peccare mortaliter.
Dixi saltem non referendo illa in obsequium Dei, Quia si
faceret illud, desinerent esse finis principalis, quia ut alibi
diximus ² quod relatio finis alicuius operis in alium, effi-
cit ut ille relatus non sit principalis, & ita huiusmodi desi-
derium cum tali relatione non solum non esset mortale
sed neque veniale. Quae omnia sunt valde notanda, quia
quotidiana & à nemine quod sciam resoluta. Quinto dico
²⁶² (quod licet contrarium communiter doceatur) quod lici-
tum est clerico digno aliqua ecclesia parochiali appetere il-
lam, tum per proximè dicta, tum quia qui definit aliquid ef-
fesse iustum, videtur definire tale esse illud sine quo id consi-
stere nequit: Imo & illud sine quo id commodè consistere
nequit ^b, ut pulchre determinat Aretinus ^c, per quasdam
leges in hoc aptissimas, ^d quem frequenter in hoc commē-
dat Dec. cap. vi de bitus. de appellat. nu. 24. & c. praeter ea de
offi. deleg. nu. 6. & alibi saepe contra quandam glosam. ^e At
SS. Concilium Tridentinum statuit quod omnes ecclesiae
parochiales conferantur per obcursum candidatorum siue
oppositorum siue copetitorum, qui moribus & scientia fue-
rant inuesti digniores Quod non posset esse iustum, nisi etiam

^r In consi-
men. ci cō
minist. 23.
q. 5. nu. 64.
& in Ench.
de orat. cō
22.

³ In sum.
verb. vana
gloria.

^v In sum.
verb. vana
gloria.

^y In verb.
vana glo-
ria.

^x In Man.
c. 6. nu. 15.
y d. c. cum
ministe. 23.

^z q. 3. nu. 9.
z ca. dile-
cto. de pra-
ben.

² In Ench.
de oratio.
c. 6. nu. 15.
& d. c. cum
minist. nu.
8. & 26. cū
aliis sequē
tibus.

^b La. ff. de
iuris. omni.
iud. c. pra-
terea. de
offic. dele.
c. In ca. de
testibus.

^c l. pen. ff.
de vsufru.
l. quicun-
que. §. si ei
quē. ff. de
insti. actio.

^d In c. so-
len. de sen-
excommu.
lib. 6.

^e ca. 18. de
reformati-
seff. 4.

esset iustum non solum illas appetere, sed & petere & competere, cum illud abque hoc nequeat esse iustum. Quæ definitio conciliaris profectò satis virget ad dicendum illum, qui dignus est posse iuste desiderare episcopatum principaliter vt profit quam vt præsit. Cū etiam potuisset Concilium statuere vt episcopatus omnes vel alicuius prouinciz conferrentur per concursum. Dixi principaliter, vt profit, quam vt præsit, Quia neque huiusmodi Ecclesiam, neque episcopatus, neque vllum aliud beneficiū spirituale, potest à quoquam appeti principaliter neque æque principaliter vt præsit, honoretur & habeat redditus: æque vt profit: Quia esset actus inordinatus, quo temporaria fierent finis principalis spiritualis, quod nullatenus licet, vt sæpe prædictū est. §

§ In c. cō
ministe. 23.
q. 5. nu. 29.

Quadragesimumsecundum Miscellaneum.

SUMMARI A.

- Episcopatus malè appetitur etiam à digno, nisi in duobus casibus secundum communem, à qua infra receditur.* nu. 163
Episcopatus nullus appetit iuste vilo casu principaliter vt præsit. nu. *ibid.*
Episcopatus tria continet, vnum vt finem, alia vt media. nu. 164
Episcopatum appetere ob temporaria cur non est mortificationis. nu. 164
Finis actus rei spiritualis nequit esse temporarius. nu. 165
Episcopatum appetere ob Deum & spiritualia tantum vel principaliter ob illa, & minus principaliter ob temporaria non est malum. nu. 165
Referrī potest in Deum omne quod non est peccatum. nu. 166
Bonum omne ob se tantum, vel ob se & alia, vel ob alia tantum optabile. nu. 166
Bonum honorarium tam vel plus appeti potest quam pecuniarium. nu. *ibid.*
Bona honoraria & pecuniaria appetere ob se tantum, malè. nu. 167
Possunt autem appeti ob alia sicut & contemni. nu. 167
Verbum videri fictionem vel presumptionem significat. nu. 167
Intellectus Elogij cuiusdam celeberrimi Augustini. nu. 167
Episcopatus appetitus non est ita per se malus vt mendaciū. nu. 167
Presumptio contraria veritati cessat in foro Dei. nu. 167
Appetitus episcopatus & altioris loci ita licitus vel illicitus vt appetitus laudis & honoris & alius rei vtilis. nu. 168

Appeti

Appetitus quis minus principalis licet, & non principalis nu. 168
Beneficium ob quid licet optare principaliter. nu. 168
Episcopatus iuste optari potest, sed iustius renui. nu. 168

163 **Q**uadragesimumsecundum Miscellaneum, an liceat etiam clerico digno Episcopatu, appetere illum & communiter tenetur quod non, per illud Augustini²: *superior locus, licet bene regatur, indecenter tamen appetitur.* in quo se fundat etiam Thomas communiter receptus, nisi in duobus casibus. Prior est, quando & vbi necessitas ecclesie id requirit, vt idem August. exprimit.⁶

Posterior cum charitas à Deo inspirata in id mouet iuxta illud Esaiæ^d: *Ecce ego, mitte me.* relatum à Gregorio^e, sed quia inspiratio potest esse à bono & malo spiritu, non debet illi credere, nisi aliquo supernaturali signo id sibi innotescat, vt satis sentit Thomas & notabiliter declarat Caiet.^f Pro quo facit quod inspiratio & missio interior non est credenda, nisi miraculo, vel sacræ scripturæ testimonio comprobetur, secundum Innoc. 3. § Quæ tamen limitationes etiam sublimirandæ sunt, vt solum procedant in iis qui desiderant episcopatum principaliter vt profint siue vt faciant opera & officia episcopalia, quia nunquam licet illum appetere principaliter vt præsent, siue vt habeant celsitudinem gradus, aut honorem aut redditus temporarios; quia non licet spiritualia ordinare ad temporaria, tanquam ad finem eorum vt prædictum est^h; tum quia illud Apost.ⁱ *Qui episcopatum desiderat bonum opus desiderat* relatu ab Augustino, ^k significat quod qui bene desiderat episcopatum, præcipue desiderat ad operandum opera incumbencia episcopatus, id est vt proximis profint. Tria enim inueniuntur in episcopatu secundum Thomam emunctissimè de more sic ferè loquentem: *In episcopatu tria possunt considerari, quorum vnum est principale, & finale scilicet episcopalis operatio, per quam vtilitati proximorum intenditur, secundum illud^l pascite oues meas: Alterum autem est altitudo gradus, quia episcopus super alios constituitur, secundum illud^m Math. ⁿ *fidelis seruus & prudens, quem constituit dominus super familiam suam. Tertium autem est, quod consequenter se habet ad ista scilicet reuerentia & honor, & sufficientia temporalium secundum illud ad Timoth. ^o *Qui bene præfuit præbiteri dupliti honore digni habeantur,* ^p hæc ille: & mox in summa determinat quod appetere siue desiderare Episcopatum propter honorem, reuerentiam, & sufficientiam tem.**

164

*In episcopatu tria possunt considerari, quorum vnum est principale, & finale scilicet episcopalis operatio, per quam vtilitati proximorum intenditur, secundum illud^l pascite oues meas: Alterum autem est altitudo gradus, quia episcopus super alios constituitur, secundum illud^m Math. ⁿ *fidelis seruus & prudens, quem constituit dominus super familiam suam. Tertium autem est, quod consequenter se habet ad ista scilicet reuerentia & honor, & sufficientia temporalium secundum illud ad Timoth. ^o *Qui bene præfuit præbiteri dupliti honore digni habeantur,* ^p hæc ille: & mox in summa determinat quod appetere siue desiderare Episcopatum propter honorem, reuerentiam, & sufficientiam tem.**

R r 4

a In d. ca.
Quæ episco-
patus d. qu.

b 2 sec. q.
183. arti. 1.
c in d. ca.
qui episco-
patus.
d Efa. c. 6.
e in d. ca.
in scriptu.
f in c. ar. 2
g in c. cum
ex innum.
20. de

h in misc.
precedet.
i 1. ad T. 3.
k in d. ca.
qui episco-
patus.

l 1o. vlti-
cap.

m Matthei.
cap. 23.

n 1. ad Ti-
moth. 2.

potariam & bona temporaria, manifestè est vitiosum, & pertinet ad ambitionem vel auariciam: Appetere autè propter celsitudinem gradus esse presum ptuosum, appetere autem propter operationem vt profit proximis, esse quidè pè se laudabile; sed quia habet coniunctam celsitudinem gradus, & ob eam debetur honor & reuerentia, videtur presum ptuosum; & ideo cessante necessitate, & inspiratione diuina non licet illum appetere etiam propter operationem, vt profit: hæc ille.

Circa quæ aduertendum primum quod licet omnes tres præfati modi appetendi dicantur illiciti à Tho. extra duos prædictos casus, nullus tamen eorum dicitur esse mortifer ab eo.

Secundo quod Caiet. ait primum eorum esse mortiferum, eo quod per eum appetitur episcopatus tanquam medium ad bona temporaria vt finem, & ita continet peruersionem ordinis, quem habent bona temporaria ad episcopatum & curam animarum, quæ sunt spiritualia, eò quod hæc quæ debent esse finis, efficiunt medium ad illa quæ debent esse medium. Cuius conclusio quam etiam tenuit alibi ^o semper in hunc diem nobis placuit: sed nunc displicet eisdem rationibus quibus supra P displicuit illa eiusdem qua tenuit laicum peccare mortaliter desiderando clericatum ob beneficium & redditus eius.

Secundo quod ipsemet fatetur alios duos modos appetendi non esse mortiferos; attamen (quicquid ipse subtiliter certe de more disputat) etiam in eis peruertitur ordo, licet non tantum quantum in hoc. Tertio quòd sequeretur ex sua conclusione plenior esse orbem huiusmodi peccatoribus clericis quam laicis desiderantibus clericatum ob beneficia, quibus ipse dixit orbem esse plenum, & horret animus damnare peccati mortiferi tot animas non solum clericorum; sed etiam laycorum etiam militum, & mercatorum quorum plurimi vellent habere Pontificatum Maximum, vel alios magnos; opulentos & excelsos propter celsitudinem gradus, vel reuerentiam & honorem, & bona pecuniaria ad eos pertinentia.

Quarto, quia huiusmodi appetitus nullam iniustitiam continet, in eo qui aliàs esset dignus, si modo actu vel virtute, eo sit animo, quòd velit eiusmodi omnib⁹ bonis, ita vt, & ita subire onera eis incumbentia vt Canones præcipiunt.

Quinto quod qui dignus est Ecclesia parochiali, iuste potest

o Caietac.
25. art. 4.
p. in Mi-
lita. præco-
santi.

test eam appetere, petere & competere vt, dictum est supra ^a, iuxta Canonem Concilij Tridentini ^b, & si res satis perpendatur, similis ratio est de episcopatu per ibi dicta: tum quod multæ sunt parochiales Ecclesiæ maiorum reddituum quam aliquot episcopatus; tum quod idem Concilium potuisset statuere quod aliquot Episcopatus, vel aliquot alicuius prouinciarum conferrentur per concursum, & competentiam; Ergo non est appetentia eius iure naturali, vel diuino prohibita, si eam circumstantia iusti finis proficiendi proximo adornet, quam appetentia Ecclesiæ parochialis. Per quæ, credo ideo Thomam nullum trium præfatorum modorum dixisse mortiferum quia nullum eorum putauit esse talem; licet vnus eorum visus fuisset manifestè vitiosus.

Tertio aduertendum est quod communis opinio, quæ habet appetere episcopatum esse peccatum saltem veniale; proculdubio est vera, cum appetitur propter se tantum, vel principaliter, quatenus habet celsitudinem loci, aut honorem, aut alia bona temporaria, Quia vt probamus alibi ^c late, & retulimus alibi ^d post Adrianum sextum ^e: Nullum bonum temporale potest esse finis principalis alicuius actus virtutis, adeo quod omnis actio cuius finis principalis est bonum temporale, est vitiosa. At episcopatus quatenus in sunt ei celsitudo, honor, & alia bona temporaria eius, est quiddam bonum temporarium, ergo non potest esse finis principalis alicuius bonæ actionis, nec consequenter alicuius boni appetitus, & ita appetitio eius propter se tantum, vel æque principaliter propter se ac propter officium spirituale, est vitiosa.

Quarto aduertendum, quòd appetitus Episcopatus, & eorum quæ ille continet non propter se tantum, nec principaliter propter se & illud, sed principaliter propter Deum & proximum ad seruiendum illi & proficiendum huic, & minus principaliter propter honorem & temporaria quæ in sunt ei, nullum videtur esse peccatum; imo meritum si aliæ circumstantiæ in id necessariæ adsint. Primo quidem quod omne quod non est peccatum, est referibile, & dirigibile in Deum vt sentit Apost. dum ait: *Omnia in gloriam Dei facite*, & tradit Caietanus vno loco ^f: at Episcopatus quatenus continet prædicta tria à S. Thoma subtiliter notata, non est peccatum, ergo est referibile in Deum, & appetibile aliquo bono fine & respectu. Secundo quod vt alibi probamus ^g: Omne bonum est appetibile, vel propter se tantum, quale

a in Mito
præceden.
b c. 18. sess.
24. de re-
form.

c in d. ca.
inter ver-
ba concl.
6. à nu. 14.
& resolu-
tius in d. ca.
cum mini-
ster nu. 39.
d in Ench.
de oratio-
ne c. 6. nu.
7. & 19.
e quolib.
16. col. 4.

f 1. 1. qu. 8.
art. 3. & cla-
rius 1. 1. q.
100. ar. 17.
g ca. Cum
ministro. 16.
4.

est Deus solus Opt. Max. vel propter se & aliud, qualia sunt bona honesta, & delectabilia, vel propter aliud tantum, qualia sunt bona honoraria, & alia temporaria, quae dicuntur vtilia; quia non sunt propter se, sed propter aliud tantum amabilia, At Episcopus quatenus continet praedicta, est quoddam bonum, ergo licebit illum appetere saltem propter aliud. Tertio quod bona honoraria tam sunt appetibilia, quam bona pecuniaria; imo plus, quia sunt maiora bona, vt nos in quodam loco ^h latissime probamus, & resolutius alibi ⁱ. Et ideo vt ibi diximus post Caetan. ^k sicut appetitus pecuniae propter finem bonum est bonus; ita etiam appetitus gloriae, honoris & famae propter finem aptum, erit bonus ratione appetitus Episcopatus, & loci altioris, propter finem iustum erit bonus. Non enim appetitus famae, & aliorum bonorum honorariorum est de se malus nec bonus: Quia vt ait Thomas ^l, iuste possunt appeti & contemni, vt latius alibi ^m retulimus. Et contra sicut appetitus pecuniae propter ipsam tantum est malus, quia est de appetibilibus propter aliud tantum vt praedictum est; ita appetitus gloriae, laudis, & honoris, & consequenter loci altioris propter se ipsos, erit malus. Vt definit Thomas ⁿ & consequenter appetitus Episcopatus propter alium iustum finem erit bonus, & propter se ipsum tantum, erit malus, & per consequens appetitus eius, vt profit, erit bonus si aliae circumstantiae in id necessariae aderint.

Quarto quod nisi haec pars teneatur, impossibile est defendere id, quod omnes consentunt, scilicet ei qui est dignus beneficio simplici, etiam grandi, licet appetere illud, vt profit, nec etiam defendi posse videtur id quod cogimur omnes confiteri per Concilium Tridentinum, scilicet licere Ecclesiam parochialem appetere, petere, & competere. Quinto quod hoc non videtur esse contra mentem Thomae, quia non dicit ille ^o expresse, quod appetere Episcopatum ad proficiendum proximo sit praesumptuosum; sed tantum videri esse praesumptuosum, id est praesumi esse praesumptuosum. Nam verbum videri non significat veritatem affirmatiuam, sed fictionem vel praesumptionem secundum Barth. receptum, ^p & ita Thomas voluit dicere quod per locum a communiter accidentibus praesumitur quis praesumptuosus vel ambitiosus petere Episcopatum. Sed si quis dixisset ei esse aliquem dignum Episcopatu, qui verè coram Deo desiderat illum solum propter Deum, & vt profit, & nullatenus vt pra-

fit. &

h In repe. cap. Inter verba cōc. 5. num. 15. d. c. Cū mī nister. n. 91 i In Enchi ri. De Ora. c. 6. nu. 10. & 19. k In sum. verb. Gfo. l. quolibet. 10. arti. 13. m In d. ca. Inter ver. con. 5. n. 2. n. c. 2. q. 131. arti. ad 3. & qu. 132. arti. & qu. 133. arti. 2.

o In dist. articl. 1.

p. si is qui pro tempore ff. de v. sac. apionik

fit, & dicescat, respondisset coram Deo non peccare. Sexto quod nec etiam videtur contra mentem Augustini ^q, quia per supradicta, necessario restringendum est dictum eius super praecitatum ad appetitum inordinatum, quo locus superior appetitur propter se tantum, vel propter cellicitudinem, honorem, & redditus eius tantum, vel principaliter propter se & haec, ac vt profit, aut aequè principaliter propter se & haec, ac vt profit. Non enim est extendendum ad appetitum ordinatum, quo altitudo loci ordinatè appetitur. Nec est dicendum quod B. Augustinus noluit dicere quod appetitus altioris loci est suapte natura inordinatus & malus, ita quod talis altitudo nec propter se nec propter aliud, neque principaliter neque minus principaliter potest rectè appeti, sicut nec mendacium, nec fornicatio, rectè appeti possunt, iuxta eundem Augustinum ^r, non inquam est hoc dicendum, tum quia ipsemet receptus à Thoma, & ab aliis fateatur licere appetere episcopatum ob necessitatē, quod profectò non esset verum, si eius appetitus esset suapte natura malus, vt sunt mendacium & fornicatio secundum eundem metipsum, tum quia eiusmodi appetitus non est ita suapte natura malus, vt nulla circumstantia possit fieri bonus, cum vt praedictum est circumstantia necessitatis possit fieri talis: tum quia licet qui huiusmodi appetitum habet, per locum a frequenter accidentibus aliquatè praesumatur duci ambitione vel cupiditate vel quòd principalius, vel aequè principaliter appetit vt praesit, ac vt profit: si tamen coram Deo principalius verè appetit, vt profit quàm vt praesit, non peccat, coram eo, quia ei omnia sunt nuda & aperta ^v & coram eo & in foro conscientiae cessat praesumptio, quae veritati repugnat secundum omnes ^x, tum quia si praefatum elogium Augustini tamlatè intelligeretur, sequeretur quod omnes fere Reges, Duces, Comites, & quibus alij cuiuslibet ordinis homines, tam spirituales quàm seculares essent in peccato, cum fere omnes eu-
pian habere vel retinere locum aliquo modo altiozem iuste quaesitum, vel quaerendum, secundum conditionem suam, tum quia licet appetitus loci superioris sit illicitus, cum appetitur tantum vel principaliter, eo quod est superior, quia est vanitas quaedam sicut appetitus laudis tantum vel principaliter, eò quod est laus, dicitur vanitas, & illicitus: ita etiam sicut appetitus laudis relatae ad iustum finem, dicendus est licitus, ita appetitus altioris loci, relati ad iustum finem, dicens

q c. primū & cap. ne quis 22. q. 2. c. meretrices 33. q. 4. ad ianuā c. Ita ne 32. q. 5. r. c. Qui Episcopus 8. q. 1.

s c. primū & c. ne quis 22. q. 2. ca. meretrices 32. qu. 4. ad ianuā c. Ita ne 32. q. 5. r. c. qui episcopus 8. q. 1.

v ad Heb. 14. & cap. Deus omnipotens. 2. q. 1. x c. is qui ca. tua. de sponsal.

dicendus est licitus, & consequenter quamvis appetitus episcopatus, eo solo vel principaliter, quod est locus superior, sit vanus & illicitus, appetitus tamen eiusdem principaliter quatenus est gratus Deo, & utilis proximo, erit ordinatus & licitus, tum quia multa licet appetere minus principaliter, appetendo alia principaliter, quae non liceret principaliter. Nam quamvis non liceat amare Deum principaliter propter nos, vel propter salutem, honorem & alia bona temporaria nostra, licet tamen amare ipsum principaliter propter ipsum, & minus principaliter propter nos, & praefata bona temporaria. Iuxta illud psalmi **Y**: *Inclinaui cor meum ad custodiendas iustificaciones tuas propter retributionem.* Sic licet ire principaliter ad horas propter Deum & minus principaliter propter distributiones iuxta gloriam ultimarum^a, & alia multa quae alibi **b**, Sic licet nullus clericus potest licite appetere beneficium principaliter propter redditus, etiam si sit eo dignus, quilibet tamen talis licite potest appetere beneficium, quo est dignus, principaliter ut seruiat Deo, & profit proximo, & minus principaliter ut habeat redditus quibus se sustentet, etiam si beneficium sit curatum, ut supra diximus^c, tum quia paucissimi sunt collatione aliorum qui desiderant habere vel retinere spiritualia, nullatenus desiderando saltem minus principaliter temporaria eis annexa, iuxta illud: *Virtutem qui amplectitur vitam, premia sitolida?* Et illud, *honor alie artes.* & ita si non liceret vilo modo etiam minus principaliter desiderare celsitudinem, honorem, & diuitias episcopatus, vix vllus esset, qui etiam causa necessitatis acciperet vel retineret episcopatum, tum denique ad hanc partem tuendam vrget, quod videmus quam plurimos cupientes episcopatus, & Christianae charitatis videtur esse velle saluare a praefato saltem illos pios, & eruditos, qui principaliter cupiunt eos ut profint, quam ut praesint. Quamuis profecto longè laudabilis esset, eos cessante iusta necessitate, & inspiratione supernaturali nullatenus eum appetere & minus petere, & minime muneribus, obsequiis, importunisq; precibus, ne dicam pretio per se, perque alios iura promouendi habentes, flagitare.

Quadragesimum tertium Miscellaneum,

S Y M M A R I A.

Beneficium non conferens digniori, cas mortiferè peccat. nu. 169
Iustit

7 Psal. 118.
a cap. 1. de
cle. nò re-
sid. lib. 6.
b in ca. cñ
minister
23. q. n. 30.

e in Misc.
prijcedeti.

Iustitia duplex, distributiva & commutativa, seruanda. nu. 169
Beneficij collatio iniusta, interdum valet. nu. 169
Beneficium etiam simplex, dandum digniori. nu. 170
Beneficio in conferendo duplex iustitia seruanda. nu. 170
Impedimento vno sublato, non tollitur alterum. nu. 170
Beneficium resignans, vt deitur minus digno, vt peccat. nu. 171
Beneficium dari potest minus digno, quando maior pietas, misericordia, vel utilitas rei Christiana ex eo insurgens, aequat vel superat maiorem dignitatem cum aliquot exemplis. nu. 172
Beneficij collatorem mouere possunt minus principaliter ad conferendum huic, vel illi merita publica parentum, &c. nu. 173

a in ca. si-
cet. 7. q. 2.
c. monaste-
rii. 1. q. 7.
b 22. q. 6.
art. 1. & q.
13. ar. 1. &
in quolib.
6. q. 9.
c c. metro-
politano,
63. d.
d d. c. licet
e c. graue-
de prab.
f d. 11. 3. q.
6. ar. 2.
g c. consti-
tutus. el. 2.
de appella-
tionibus.
h d. c. cõ-
stitutus.
i in sum.
verb. bene-
ficium.
l in d. 11. 3.
q. 6. ar. 2. &
10. q. 2. ar.
3. de iusti-
& iure.
m 2. sec. q.
63. ar. 2.
n in ca. 2.
sec. q. 59.
ar. 4.
o ca. cum
nobis c. cñ
dilectus.
De electi.
& c. mona-
sterii. 16.
quæ. 7.
p in 2. sec.
q. 63. ar. 2.
q cap. 1. de
ma. cõtra.
contra in-
ter. Ecclef.
r c. rufus
Qui cler.
vel vouit.
s c. nullus.
61. d. 11.

69 **Q**uadragesimum tertium Miscellaneum. Quod qui promouet aliquem minus dignum omisso digniore peccat, quicquid sentiant aliquot glofæ^a ea firma ratione, qua id tener S. Thomas vbi supra **b**, nempe quod huiusmodi promotio fit contra iustitiam distributiuam, qua prelati tenetur conferre illa dignioribus secundum Leonem Papam ^c, & secundum Hieronimum ^d, & colligitur ex libro Ethicorum & aliis fundamentis, quae nos pridem alibi ^e addimus, & post addidit Sorus ^f. Quam S. Thomæ doctrinam sequuntur communiter non solum Theologi, sed etiã Canonistæ, quicquid significet Sorus, vt monstrat Decius ^g, defendendo Panormitanum eam tenentem ab argumentis Philippi Franci ^h & Præpositi contradicentium, peccat inquam non solum vtrunque sed mortiferè regulariter, vt Caiet. ⁱ & Sor. ^l exprimunt, & licet Thomas id non expresserit, tacitè tamen id eum intellexisse colligit Sorus, ex eo quod in vno loco ^m affirmat huiusmodi promotionem esse contra iustitiam distributiuam, & in alio ⁿ asserit peccata contra iustitiam esse mortifera nisi exiguitate damni excusentur. Non obstant iura ^o defendentia promotiones digniorum factas postpositis dignioribus, Quia defendit eas tanquam validas, & non tanquam bene sine peccato factas, vt Thomas ipse responderet ^p. Quia multa quæ geri non debent, facta tenent, vt matrimonium contractum contra interdictum Ecclesiæ ^q, & contractum contra simplex votum castitatis ^r. Dixi regulariter, Quia fallit primò cum eligitur dignus de gremio Ecclesiæ posthabito digniore extraneo, vt colligitur ex quodam decreto Cœlestini ^s, & idem videtur dicendum cum eligitur indigena dignus, alienigena digniore, licet non sit paræcus siue parochianus Ecclesiæ, cuius est

e l. in Ec-
clesiis. C.
de episc. &
cler.
m In Misc.
39. n. 64.
b in d. q. 6.
ar. 2. col. 8.
c d. itac. 12.
d in d. q. 2.
sub finem.
e Caieta.
in d. qu. 63.
art. 2. Sor.
in d. qu. 6.
art. 2.

f in d. sec.
9. 63. ar. 4.

g in d. li.
3. q. 6. ar. 2.

h in Man.
C. 17. du. 3.

ius est beneficium per quamdam legem Cæsaream^e. Fallit
secundo cum per statuta, vel foundationem debetur benefi-
cium clericis alicuius loci, vel cognationis. Quia tunc tan-
tum est promouendus eorum dignissimus, si quis eorum re-
peritur dignus. Nam indignus nunquam est eligendus vt
prædictum est², etiam si per statuta foundationis, vel alia, vo-
cetur vt pulchre præ cæteris dixit Sorus^b. Fallit tertio in
beneficiis simplicibus, quoad culpam mortalem. Quia licet
peccet promotor venialiter, postponendo digniorem, non
tamen mortifere secundum Caiet.^c & Sor.^d. Quod mea
sententia, nulla firma ratione nititur, & refelli videtur du-
plici nervosa. Altera est quod ambo^e secuti Thomam fa-
tentur ideo promotionem digni posthabito digniore esse
peccatum, quia continet acceptiōne personæ, quod est peccatum
contra iustitiam distributiua, & secundum Sor. etiam
contra iustitiam commutatiua: At peccata contra iustitiã
siue distributiua siue commutatiua sunt mortifera se-
cundum eosdem, & alibi tradit Thom. receptus^f. Altera est
quod ratio præcipua, qua promotio ad episcopatum, vel al-
liud beneficium curatum postposito digniore dicitur mor-
tifera, est, secundum eosdem, quod fit per acceptiōnem per-
sonæ contra iustitias prædictas: At promotio ad alia simpli-
cia beneficia facta posthabito digniore, est contra easdẽ, vt
efficaciter & late probat præfatus Sorus^g. Ergo & illa mor-
tifera, nec prodest eis respondere, quod promotio ad simpli-
cia malè facta, non est adeo damnosa, ac est facta ad curata.

Nam vt peccatum factum contra iustitiam sit mortife-
rum, sufficit, vt per illud inferatur damnum notabile, vt ali-
bilatè monstramus^h, licet non inferat maximum. Non e-
nim desinit esse mortiferum, furtum vnus scuti, eò quòd
non sit tam grande ac furtum mille scutorum, & palam est
per promotionem ad simplicia posse fieri notabile dam-
num Ecclesiæ cui prouideretur, & digniori qui posthabetur,
imo & aliquando multo maius, quàm per promotionem ad
aliquod curatum. Damnosior enim reputatur communiter
promotio mala ad Archidiaconatum Toletan. cui nulla im-
minet cura, & est redditus viginti millium & amplius scutorum
& Canonicatus eiusdem Ecclesiæ redditus duorum millium
scutorum, & aliorum innumerorum beneficiorum simpli-
cium, præsertim habentium suffragium in gubernatione re-
giminis bonorũ Ecclesiarum, quàm promotio ad curatum
alicuius plebeculæ decem vel viginti paræcorum siue paro-
chiano

chianorum. Quamuis enim regimẽ animarum etiam pau-
carum præster regimini bonorum etiã multorumⁱ, facilius
tamen est supplere defectum regiministam paucarum ani-
marum, quã defectũ regiminis multorum bonorũ tempo-
rariorum, & saltem non potest negari notabile dñum in-
ueniri posse in seruitio beneficii simplicis, quod sufficit, vt
prædictum est, ad constituendum peccatum mortiferum.

Præterea prædicta limitatio nullatenus procedere potest,
quãdo promotor iurat promouere digniorem, vt secundum
statuta Gallicana iuratur à Canonicis, quando electio perti-
net ad eos¹, & vt plurimum solent iurare etiam examinato-
res concurrentium ad ecclesias parochiales iuxta statutum
Concilij Tridentini^m, & concurrentium ad beneficia pa-
rimonialia, imo & Canonici suffragari concurrentibus
ad Canonicatus doctorales institutos per Conciliũ Triden-
tinumⁿ, & per alia privilegia, & statuta eorum particularia.

Fallit tertio prædicta cõclusio quando dignitas siue ido-
neitas maior dignioris parum excederet dignitatem minus
digni. Quia vt proximè dixi post Thomã^o, exiguitas dam-
ni efficit vt iniustitia non sit mortifera, & idem eadem ra-
tione putaret quispiam dicendum, cum beneficium esset
huiusmodi, quod parũ plus prodesset Ecclesiæ conferre di-
gniori, quàm minus digno, vt quia beneficium est institutum
ad canendum, & minus dignus concurrat cum digniore
æque bene cãtat ac dignior, sed contrarium videtur verius.
Quia licet eo casu iniustitia commutatiua, quæ consistit in
quantum beneficium est quoddam stipendiũ, quod confer-
tur ob onus & laborem canendi, parum læderetur, iustitia
tamen distributiua, quæ cõsistit in hoc, quod ad munera pu-
blica digniores assumantur, multum læderetur, & magna fie-
ret iniuria digniori. Fingamus enim quod concurrunt duo
ad portionem, vel præbendam institutam ad canendum, &
vterque calleat æque cantum, at alter superat alterum egre-
gia eruditione Theologiæ, Canonum, vel artium libera-
lium, & si insignitus gradu Doctoratus, vel licentiatus, non-
ne magna iniuria fieret huic, si postponeretur illi, qui solum
cantum calleat? Non igitur sufficit ad excusandum conse-
rentem à peccato, quod parum obfit Ecclesiæ violando iu-
sticiam commutatiua, sed oportet quod etiam parum ob-
fit digniori postposito, violando iusticiam distributiua, quo-
niam non sufficit tollere alterum impedimentum, quando
duo concurrant P. Quare non crederem id licere nisi fieret

consen

i c. præci-
pimus. 12.
q. 1.

l In tit. de
electione.
§. Et cū hu-
man. ver-
sic. Ego. N.
& c.
m c. 18. de
refor. sens.
24.
n ca. 8. de
reformat.
sens. 24.
o in d. q.
59. arti. 4.

p c. ex tua
rũ. de au-
tor. & vñ
pallij. & l.
sĩdom. ff.
de ser. vr-
bã. præd. §.
affinitatis.
inf. de nu-
ptiis.

q. c. scienti. de rega. iur. lib. 6.

r. c. diligenti. de for. cōpenti. l. ius pub. ff. de pactis. l. in d. q. 6. §. 3. ar. 2. no tab. 4. Arg. l. ne pos. proca. lo. ff. de verb. sign. ca. faciat. 22. q. 6. 2.

a. Arg. ca. admonet. & ca. quod in dubiis. de renunt. & glo. Cle. 1. de renū. & Clem. 1. de rerum permut. b. lib. 3. q. 6. ar. 1. sub finem. de iur. & iur. c. c. in. de iniuriis. l. q. occidit. ff. ad legē Aquiliam. d. cap. 1. ad Rom. ca. 1. de offi. de legat.

e. cap. cum olim. de rerum permutat. & c. 1. & Clem. 1. eo. tit. l. 6.

consentiente digniore, vel consentientibus dignioribus; cum eorū tamen consensu sic, iuxta illam regulam⁹, scienti & consentienti non fit iniuria neque dolus. Quamvis arbitror non sufficere consensum illorum quando notabiliter plus prodesset Ecclesie promotio dignioris. Quia eorū consensus non potest illius iuri publico nocere, licet si non solum consentirent, sed etiam renuerent accipere beneficium, & ad id compelli non possent, licet minus digno daretur: Quia tunc non fieret iniuria dignioribus¹⁰.

Fallit quartò cum dignior non potest haberi: Quia ut ait Caictanus¹¹: *Sicut extra latitudinem eligibilium sunt indigni, ita extra illam sunt qui non possunt haberi.* Cuius dictum arbitror habere locum etiam cum haberi potest dignior, sed magna cum difficultate, quia non videtur loquutus de possibilitate logica sed tantum morali & civili¹².

Quinro videtur aliquibus fallere in resignatoribus, qui sine vlla consideratione dignitatis maioris sua beneficia renunciant in fauorem suorum cognatorum, vel amicorum, pro quibus facit, quod illi non sunt promotores, neque conferunt beneficia que resignant sed tantum eis renunciant in manibus eorum, ad quos spectat ea conferre, vel renunciationem admittere¹³. Contrarium tamen tenet Sotus¹⁴ & merito quidem. Quoniam & si non sunt collatores, neque conferant beneficia sua, sunt tamen causa conferendi ea suis cognatis vel amicis minus dignis, & qui causam damni dat, damnū dedisse videtur¹⁵. Et non solum, qui est causa peccati, sed etiam qui consentit in illo, peccat secundum Apostolum¹⁶. Quam Soti conclusionem, & (qua illa nititur) rationem consequitur grauius peccare prelatos admittentes huiusmodi renunciations in fauorem cognatorum & amicorum minus dignorum, quam ipsi resignatores. Consequitur etiam non solum resignatores & admittentes renunciations, sed etiam omnes alios parentes, cognatos, heros, & amicos, ea, recta vel indirecta via, etiam sine vllò pretio & Simonia procurantes, peccare mortifere, quod si concedas, quis saluus erit? Cum passim ab omnibus, & vbiq; gerium hæc fiant, aut certe procurantur vel optentur aut approbentur. Quare præfata conclusio Soti limitanda videtur primò saltem in permutatione beneficiorum cãdido animo facta, cum iustitia commutatiua nitatur, iuxta quoddam c.¹⁷ Dixi cãdido animo facta, quoniam non audeam excusare à peccato permutationes & renunciations illas, quibus aliquot senes

senes eruditi, & exemplares viri renunciant causa permutationis, magna & pingua beneficia cum paruis nepotum, cognatorum, vel amicorum suorum exigua virtutis & eruditionis, ea causa principaliter moti, ne ipsi senectute deficientibus, sua pingua beneficia extra suam familiam & suos amicos aliis conferantur, tum quia principalis causa, & finis dispositionis spiritualis non debet esse res temporalia per supra tradita¹⁸: imo per alibi g. dicta; quamdam Simoniam sapit. Dixi ea sola causa principaliter, quia si principaliter mouerentur spe probabili quod resignarij studebunt virtuti & literis ad obsequendum Deo, & minus principaliter, ut eos, & cognatos eorum paupertate aut calamitate oppressos, leuent, consolentur & in virtutis officii contineant, iuuando parentes aut alios cognatos pro sua conditione pauperes, & locando sorores vel alias cognatas pro sua conditione pauperes, satis tolerari posse videtur propter limitationem sequentem, nempe, quod secundo limitanda videtur præfata conclusio Soti. ne procedat in resignatore qui resignat beneficium ea mente, ut detur alicui suo cognato, vel extraneo tam digno quam est ipse, omniis dignioribus. Cum enim posset ipsemet retinere, nulli videtur iniurius, si procuraret ut illud conferatur ei qui est æque dignus ac ipse. Nam qui doctor potest legere per substitutum, satisfacit substituendo æque peritum, ut tenet Barth. communiter receptus¹⁹.

712 Tertio limitari posse videtur conclusio prædicta principalis, nempe non licere conferre minus digno postposito digniore, quando in minus digno concurrunt aliqua pietatis, misericordie vel vtilitatis publicæ quæ conficiunt iustam causam arbitrio boni viri, præferatur digniori, etiam si nõ efficiant eum digniorem, tum quod bona pars virorum prudentum laudaret Papam, qui mortuo in Curia quopiam de S. S. Sed. Apost. & de repub. Christiana egregie benemerito (qui sui beneficij red. itibus parètes, fratres, vel sorores pro sua conditione pauperes ad honestè viuendum, vel ad discendas bonas artes alebat) conferret illud beneficium fratri eius, digno quidem eo, sed minus multis aliis extraneis, principaliter quidè, ut inseruiret Deo, & minus principaliter autem, eò quod probabiliter speratur id ipsum, quod frater faciebat, facturus, tum quod nemo damnat Collationes beneficiorum, quas nonnunquam Maximi Pontifices & alij faciunt ad preces obnixas Monarcharum, & aliorum

f. In Miscell. 41. n. 162. & Miscella. 42. nu. 165. g. In Man. Confessar. c. 23. n. 99. & 100.

h. In nemo ff. de duobus reis.

1 In Enchi-
ri. de ora-
tione. cap.
22. Miscel.
17. nu. 76.

k l. non
possum. ff.
de legibus
ca. dudum
2. de ele-
ctione.

l In histo-
ria de vitis
Pontificum
Roma. in
vita. Pij. 2.

m In Misc.
39. nu. 156.
o 2. sec. qu.
63. art. 2.

summatum postpositis dignioribus, principaliter quidem ut Collatarij seruiant Deo, minus principaliter autem, ut conferuent vel augeant voluntatem rogantium ad cultum Sed. Apostolicæ fideique reipub. Christianæ augmentum, vel ad aliquam pacem publicam ineundam, tum quod supra diximus, quod Papa iuste potest etiam post Concil. Tridentinum dispensare, ut quis habeat plura beneficia, quorum vnū sibi sufficiat eo, quod habeat parentes, fratres, sorores, neptes. vel alias cognatas pauperes, quos eū oporteat alere, collocare, vel in aliquam viam salutis æternæ dirigere: tum denique quod ratio quare Collatio fieri debeat digniori, est, Quia maior inde vtilitas & decor Ecclesiæ, & rei Christianæ insurgit. Ergo eadem ratione, si aliquo iusto respectu maior vtilitas & decor Ecclesiæ & rei Christianæ insurgeret ex eo quod aliquo casu collatio fiat minus digno, poterit illi fieri iuste, argumento à simili quod valet^k, præsupposita enim dignitate siue idoneitate personæ Collatarij tam maior dignitas, quam maior pietas, misericordia, & maior vtilitas rei Christianæ accedunt, uti quidam cumuli perfectionis, & ita potest in vno casu alius maioris ponderis esse quam alius, tum quod memini laudatam fuisse in quadam parocchia præsentationem vnus populi, qua minus dignum ætate, litteris & virtute præsentauit, prætermisissis aliquanto dignioribus, eo quod erat frater præmortui, & filius patris optimè de Ecclesiæ & populo meritum, & erat bonæ indolis, & longè pauperior, & aliquanto genere honestior illis, tum quod merita publica parentum, fratrum, patruorum & auunculorum posse hanc legem de digniore præferendo mitigare, plurimum facit commendatio illa, qua quidam Pontifices Maximi (in quibus, teste Platina^l, fuit ille doctiss. iuxta ac piissimus Pius secundus) iam iam morituri commendarunt sacrosancto Cardinalium Collegio nepotes & cognatos aliquot suos orphanos, destitutos & pro sua conditione pauperes, quò qui eligeretur Papa iuuaret eos beneficiis. Commendatio enim illa parum prodesset, nisi conferre possent eis (si essent digni) beneficia prætermisissis dignioribus, ut palam est. Dixi supra præsupposita dignitate siue idoneitate. Quia licet interdum minus dignus litteris & moribus præferatur ob aliquas alias qualitates digniori, & meliori, nunquam tamen indignus, & malus debet præferri digno & bono, ut dictum est supra^m post vtrumque Thom.ⁿ

Quadra

Quadragesimum quartum Miscellaneum,
S V M M A R I A.

<i>Beneficij Collatarij an peccet quoties collator, & contra.</i>	nu.	174
<i>Beneficij qui dat vel accipit, principaliter ut præsit, peccat.</i>	nu.	174
<i>Beneficium collatum accipere, ut melius quam appetere.</i>	nu.	175
<i>Consentens actui peccati, non omnis peccat.</i>	nu.	176
<i>Elemosina male data, ut bene capiatur.</i>	nu.	177
<i>Beneficia dantes & capientes hec dolare debent.</i>	nu.	178
<i>Beneficium dare indigno, & dare minus digno & dare digno sine inepto, ut sunt peccata inæqualia.</i>	nu.	179
<i>Beneficij iuste obtenti retentio sine inepto, mala.</i>	nu.	180
<i>Actus sic malus non solum sine malo, sed etiam inepto.</i>	nu.	181
<i>Finis principalis boni actus nihil temporale.</i>	nu.	181

Quadragesimum quartum Miscellaneum, quod quotidiana quæstionis est, an quoties peccat promouens malè, eo quod promoueat minus dignum posthabito digniore, vel ob aliam causam toties etiam promotus peccet, & è contrario: An quoties peccat promotus, peccet etiam promotor? Nam pro parte affirmante facit primo quòd consentiens peccato, peccat secundum Paulum ad Roma.^a Secundo quod petere, & appetere sibi quod debetur alteri, videtur esse contra præceptum Decalogi^b decimum: non concupisces rem alienam^c. Conferri item vni, quod est conferendum alteri est contra iustitiam, quæ reddit vnicuique quod suum est^d, & vtrumque horum videtur interuenire, quoties promotor confert beneficium minus digno illud acceptanti, Sed contra dicendum est tum quia fieri potest, ut superior promoueat aliquem suum cognatum, vel amicum, quem credit esse minus dignum alio, & tamen ipse promotor iuste ignoret, & ita promotor peccat, ob malam conscientiam, & promotus excusatur ob iustam ignorantiam^e, tum quia fieri potest, quod promotor conferat beneficium amico vel cognato principaliter ut præsit siue ob honorem, & redditus, & promotus dignus acceptet principaliter ut prosit proximo, & obsequatur Deo, & ita promotor peccabit ob inordinatum finem, & promotus excusabitur ob ordinatum per supra dicta^f, tum quia promotor nulli videtur esse iniurius acceptando bona fide manus à superiore collatum, sine vlla sua petitione formali vel æquipollenti iniusta præcedente. Quia non quoties est

a Ad Rō. 12
& ca. notia.
2. q. 1. ca. 1.
de offi. delegat.
b Exo. 20.
& glof.
c C. Quid adulterio. graui. 32. qu. 7.
d l. iustitia. ff. de iust. & iure. §. 1. infra. eo. titulo.
e ca. 2. de constit. ca. Apostolica. De elec. excommuni. ministr.

f In duobus
Mile. pro
ximus.

cap. Qui
episcopa-
tum. 8. q. 1.
in c. in scri-
pturis. ca-
de. c. & qu.
i. 2. sec. qu.
18. ar. 1. ad
tertium.
k. ca. 1. de
offi. dele-
gat.
l. Arg. cap.
§. de iniu-
ria.

peccatum petere vel appetere locum superiorem, est peccatum sponte oblatum accipere. Nam secundum communem semper peccatur à petentibus Episcopatus, non tamen ab accipientibus oblatos, ut sentit Augustinus §, & Gregorius^h & exprimit Thomasⁱ, Dixi bona fide: Quia si promouendus videt, quod promotor ob cognationem vel amicitiam confert ei pingue beneficium, postposito scienter digniore, & id sibi placet, non excusabitur à peccato, cum consentiat peccanti^k, & iniuriam facienti^l.

Dixi etiam æquipollenti, quia frequenter non sunt petitiones formales, & directæ, sed æquipollentes, & indirectæ, tum quia etiam è contrario frequenter promotus peccat acceptando beneficium principaliter, vel æquè principaliter propter honorem, & redditus, & ut præsit, & non promotor cōferendo illud principaliter ob obsequium Dei, & ut proficit, tum quia frequenter superior, falsa informatione illius, qui est promouendus vel alius pro eo promouet eum credens esse digniorem aliis, & ipse promotus scit contrarium, & tacet, & ita promotorem excusat iusta ignorantia, & promotum accusat mala conscientia per iura prædicta.

Ad prius oppositum responderetur, quod non omnis qui¹⁷⁶ consentit actui, qui est peccatum, peccat, sed solum qui cōsentit ei, quem scit esse peccatum, & consentit in eo quatenus est peccatum. Et consequenter non qui iuste ignorat illum esse peccatum, vel consentit in eo alia ratione, quam quia est peccatum, Verbi gratia, consentio donationi rei furtiuae, ignorans eam esse furtiuam, vel sciens illam esse furtiuam, sed non ea ratione qua est peccatum, sed alia puta ut seruem illam domino suo non pecco. Quia priori casu ignoro illum peccare, & ita non consentio peccato^m: In posteriore verò consentio quidem actui donandi sciens illum esse peccatum, sed non illa ratione, qua est peccatum, & ita non pecco, sicut sanctè cōsentimus percussioni Christi, quatenus fuit actus patientiæ ipsius indicibilis, licet detestemur eam quatenus fuit actio incredulorum detestabilissima, iuxta illud glōsāⁿ: Actio displicuit, passio grata fuit. Sic promotor ignorans conferentem beneficium peccare, potest collationē acceptare sine peccato, Imo & sciens conferentem peccare ob malum animum.

Quia confert ei principaliter ut præsit, & non ut proficit,¹⁷⁷ potest acceptare illam quatenus est donatio beneficii ea mente ut proficit principaliter. Sicut & pauper potest consentire

m. I. si quis
per erro-
re ff. de iu-
risdict. o-
mnium iu-
dicum. ca.
Quæsiis 38.
dist.
n. ca. 1. de
cōsecr. Ec-
cle. lib. 6.

tire largitioni Eleemosinæ, quatenus est sua subuentio, non consentiendo ei, quatenus est actus vanæ gloriæ, ob quam credit sibi eam largiri.

Ad posterius oppositum responderetur concedendo quidem, quod aliquando & vrinam non frequenter in collatione beneficii concurrens inordinata cupiditas beneficii alteri debiti, iniustitia facientis eam vni cum deberet fieri alteri: sed negamus id semper contingere, cum frequenter contingat collatorem iniquè vel iniquo animo conferre, & promotum æquè, æquoque animo collationem acceptare, & contra promouendos inique vel iniquo animo collationes petere, & Collatores æquè æquoque animo eas facere per supradicta.

Ex quibus facile inferas, plurimos promotores peccare non solum conferendo beneficia indignis, & dignis, posthabitis dignioribus, sed etiam malo vel inepto sine cōferendo illa, & è contrario plurimos promotos peccare, non solum appetendo, petendo & acceptando beneficia quibus non sunt digni, vel scientes, quod per eas fit iniuria dignioribus, sed etiam appetendo & acceptando ea malo, vano, vel inepto fine, & ideo necessariū esse multis promouendis & promotoris refrenare, dolere, aut certè mutare suas beneficiorum appetitiones, petitiones & acceptationes. Multos item promotores, oportere reformare, vel mutare suas voluntates promouendi & conferendi, non solum eas, quibus volunt promouere indignos vel dignos post habitis dignioribus, sed etiam eas, quibus cupiunt promouere vel promouēt malo, vano, vel inepto fine, siue principaliter promouendo ob honorem & redditus, siue ut præsent quàm ad obsequium Dei, & ut proficiant, vel æquè principaliter ut præsent, ac ut proficiant.

Aduertendum autem plurimum, quod non parum refert inter peccatum, quod committitur in promouendo indignos ex vna parte, vel dignos posthabitis dignioribus ex altera, quia licet vtrumque sit mortiferum per supradicta, quod tamen committitur admittendo conferendo digno posthabito digniore, non reddit promotionem nullam, ut supradictum est^o, peccatum verò quod committitur conferendo indigno frequentissime reddit collationem nullam, per ea quæ alibi^p diximus & supra tetigimus^q.

Aduertendum item quod inter peccatum quod admittitur in conferendo indigno, vel minus digno, posthabito digniore ex vna parte, & peccatum quod committitur con-

o Miscell.
43. nu. 169.
p In man.
de oratione
c. 22. nu.
106.
q In Misc.
39. nu. 156.

ferendo digno, vano vel inepto fine, siue principaliter ob tēporaria, quam ob spiritualia, vel æque principaliter ob vtraque ex altera, plurimum differt: quia hoc tantum est veniale licet graue, dummodo eo animo conferatur, vt debeat facere omnia quæ beneficium de præcepto requirit; illud autem mortiferū per supradicta. Quod ipsum dicendum est, de acceptatione beneficii ab indigno facta ex vna parte & acceptatione, vano vel inepto fine à digno facta ex altera, quia hoc est veniale, dummodo acceptet animo implendi omnia quæcunque beneficium acceptatum de præcepto requirit, & illud mortale per supradicta.

An autem retentio beneficii iuste acceptati fiat illicita eo quod principaliter retineatur propter honorem & redditus, siue vt præsit, quam propter officium spirituale, siue vt profit, questio nona est. Cui tamen nuper respondimus, quod sic, per illam regulam Topicam: Cuius finis malus est, ipsum quoque malum est, & quia nullus actus, cui deest aliqua circumstantia, ad bonitatem requisita, qualis est circumstantia finis boni & apti, est bonus, iuxta illud Dionisij: Bonum constat ex integra causa & tradit Thomas^v, & tradunt omnes in libro 3. sentent. ² & vt alibi conclusimus^v post alios præsertim Adrianum sextum², Quod ad bonitatem actus, non solum requiritur, quod finis eius principalis sit bonus, sed etiam quod sit aptus, ita quod sit maius bonum illo, quod ad ipsum ordinatur, adeo quod nullum bonum temporarium potest esse finis aptus cuiuspiam actus virtutis nec rei spiritualis, cum hæc præcellant omnia bona temporaria, & adeo quidem, vt Caietanus² asserat mortiferum peccatum esse, facere finem rei spiritualis bonum temporarium, cuius tamen contrarium firmis rationibus sup. ^b tenuimus, asserentes esse quidem peccatum graue, sed tantum veniale.

Quadragesimum quintum Miscellaneum,

S V M M A R I A.

Beneficium, An iuste competat minus digno cum digniore.
Confessarij multum rem Christianam augent.

nu. 182

nu. 183

Benef.

<i>Beneficia competuntur per duplicem concursum, quorum alterum nullus aut rarus seruat.</i>	nu.	184
<i>Beneficij collator quare non dicitur liberalis.</i>	nu.	185
<i>Rex Philippus secundus hac in re laude dignissimus.</i>	nu.	186
<i>Concursum duorum magna differentia.</i>	nu.	187
<i>Beneficium qui competit, duobus modis potest esse indignus.</i>	nu.	188
<i>Beneficij collatio, quo litterarum, vel morum defectu nulla.</i>	nu.	189
<i>Iuri ad rem per concursum quesito non derogat Papa.</i>	nu.	189
<i>Beneficij competitor minus dignus, quando peccat.</i>	nu.	190
<i>Episcoporum in concurrentes fraus magna.</i>	nu.	191
<i>Beneficij competitor minus dignus, an, & quomodo potest excusari à peccato, concurrente cum digniore.</i>	nu.	192
<i>Competitorum excusatio communis, an excuset.</i>	nu.	192
<i>Competitores, vt graue, grauius, & grauissime peccent.</i>	nu.	193
<i>Competitorum intercessores qui grauiter peccant.</i>	nu.	194
<i>Competitor imponens, vel reuelans crimen, vt peccat.</i>	nu.	195

Quadragesimum quintum Miscellaneum. Quod quæstio quotidiana in prætorio præsertim diuino est, de Candidatis siue concurrentibus, & competentibus ad quærendas Ecclesias parochiales iuxta præfatum decretum Concilij Tridentini², & ad alia officia vel munera, quibus est orandi onus annexum, qualia sunt omnia beneficia Ecclesiastica, quales capellanix, etiam si non sint beneficia, quales Cantorix, siue officia canendi, psalendi, & organa Ecclesiastica pulsandi, & id genus alia, Quæstio inquam quotidiana est de præfatis numeribus orandi, An qui sunt minus digni eis, possint abque peccato competere illa, & in arenam siue concursum examinationis descendere cum aliis se dignioribus.

Ad quam quæstionem dico primo, quod illa est satis similis illi quotidianæ, quæ passim occurrit confessariis in Academijs & collegijs studiorum, vbi gymnastæ, & college per concursum candidatorum deliguntur suffragiis doctorum, scholasticorum, vel collegarum, patronorum, examinatorum, vel aliorum ad quos ea res pertinet, qua de re quædam diximus alibi & præsertim in Manuali Confessariorum^b.

Secundo, quod circa hæc toties fui antequam in urbem appellare interrogatus, & toties postea quæ in eam appuli, vt vix iusto libello eis satisfieri possit. Quia tamē multi vixi

SS 4

f Misc. 43
n. 166. & in
Miscel. 39.

2 ca. cum
min. 23.
q. 5. ad iur.
c. illis
quæ ei nu-
per adieci-
mus.

2 ca. 4. de
diuini no-
mi.

v l. 2. q. 7.
arc. 1. & q.
18. ar. 4.

x dist. 38.
p. c. inter.
verbo. 11.

qu. con. n.
& in En-
chirid. de
oratione

c. 6. nu. 2. &
c. c. mini-
ster. 23. q. 7.
num. 5.

2 In quoli.
10. li. vera
B. & G.

2 2. sec. qu.
185. art. 1.

b Miscel.
41. nu. 166.

2 ca. 18. de
refer. scilicet,
24.

b c. 17. 2 n.
69. p. 1. 1. 73.
rim. nu. 73.
& 7. 4.

d. l. 3. q. 6. ar. 2. c. 7. & vlt. de Infit. & in erlib. 10.

prudentissimi (in quibus est Sotus vbi supra ^c, maxime vero Reuerendissimus in Christo pater Episcopus Rossensis, Ioannes Leslaus, Illustissimo genere prognatus, omnigenaque eruditione clarus, in libro, quem de gestis Regis Sotorum pietate, prudentia, & modestia referunt, dictionisque politicæ nitentem nuper edidit ^d) arbitrantur neglectum curæ animarum, hæreses, & alia multa mala euenisse orbi Christiano, ex eo quod Prælati desierunt habere in distributione beneficiorum, iustam meritorum rationem, subiciam pauca generalia, per quæ confessarij animarum salutem zelantes (quibus, tanquam rem Christianam maxime promotibus inferuire percipio) facilius possint admonere aliquos sibi cõsistentes, quæ in hac re admittuntur peccata.

Tertio quod competitores eiusdem beneficij, Cathedre, vel muneris ab eruditioribus appellantur candidati, eo quod olim candida veste amicti poscebant suffragia, etiam dicantur ambientes, eo quod circumibant suffragatores. Vulgo autem in vrbibus vocantur concurrentes, & in Hispania competentes, & oppositores.

Actus autem competendi dicitur vulgò concursus in Vr. ¹⁸³ be, & alibi competentia, & oppositio. Est autem (sicut à nemine quod meminerim legi expressum) duplex. Alter qui à iure naturali & diuino dicitur, alter qui à iure humano cõmuni vel particulari præscribitur. Concursus qui à iure naturali & diuino dicitur, requirit, vt distributor aliquanto tempore arbitrio boni viri determinando debeat ante & post vacationem deliberare de personis, quibus debeat illa distribuere, & non statim ac sciuerit illa vacare, vel se posse illa conferre, nec primo aut alteri roganti, absque alia consideratione illa distribuere, quo probatur illo iure naturali, quo dicitur, cum qui tenetur facere aliquid bene, teneri præmittere id sine quo id bene facere nequit: Sicut & qui potest facere aliquid, potest facere id, sine quo illud fieri nequit. ^e

At palam est distributorem beneficiorum, vel aliorum ¹⁸⁴ munerum publicorum non posse illa bene vt plurimum distribuere, quibus conuenit nisi præmissa deliberatione aliqua de personis, quibus sunt distribuenda. Quod autem iure diuino idem fieri debeat, satis visus est sentire Paulus, & cum Timotheo sic præcipit: *Ne cui cito manum imposueris.* Nam exponens id S. Thomas ^f sic inquit: Agit de promotione, & monet, quod sicut non debet cito punire; ita non debet

e. 2. ff. de iuris. dict. om iud. c. præterea. de offic. de legat. f. l. ad Timotheo. c. 5. reletus in c. 1. 24. d. & in c. quid est 78. d. & capi. cum nobis. de electione. g. in d. c. 9.

debet cito promouere. Facit etiam quod ipsemet Paulus subdit pro ratione sui dicti: Neque communicaueris peccatis alienis. Quod exponens idem Thomas sic ait: quia si inordinate promoueas, & ex hoc contingat peccatum eis, vel in plebe, hoc tibi imputabitur.

Ex quibus inferitur primò quod illa conclusio recepta, & probata, ^h cui satis concordant Concordata Ecclesiæ Gallicanæ ⁱ, quod Collatores beneficiorum exercent liberalitatem, non quidem in conferendo, quia tenentur conferre: sed in cui vel quibus conferendo. Quia possunt illa quibus volunt conferre, non est intelligenda (vt multi collatores intelligunt) scilicet quod possunt conferre illa sine peccato quibus, quando, & quomodo eis libet, cognatis, familiaribus, & amicis, dignis & non dignis, & dignioribus & minus dignis, & subito cum vacauerint, & maxime primis vacationem monentibus & rogantibus, etiam diplomate vrunt, sed intelligenda est quod Collationes factæ dignis, erunt quidem validæ: sed conferentes peccant, si non deliberant, quantum debent prius de personis, quibus illa beneficia sint distribuenda, & qui sunt digniores. & magis non conferendo ea illis, etiam si tardius, vel nullatenus illa pederet, quod à nullo Episcoporum satis seruatum illa pederet, toto tempore quo in Hispaniis & Galliis degi, nisi à duobus tantum, qui non conferebant beneficia petentibus neque rogantibus, nisi scirent eos esse digniores aliis clericis suorum episcopatum, sed ipsi rogabant eos, qui sudabant in Academiis virtutibus & litteris (quorum catalogum in libris suis scriptum habebant, cum informatione, quam quotannis de vitis & studiis eorum per fideles amicos faciebant) vt vellent accipere illa beneficia, & adiuuandum se in pascendis gregibus sibi commissis, quam citius possent venire.

Secundo quod hinc videtur habuisse originem illud priuilegium Ecclesiæ Gallicanæ, quod omnes ordinarij Collatores tenentur conferre graduatis & nominatis in Academiis omnia beneficia vacatia in quatuor mensibus scilicet, Aprili, Iulio, Octobri, & Ianuario. Cui enim collatores conferrent prohibito suo beneficia omnia, quibus volebant, oportuit inuenire viam, qua saltem pars tertia eorum conferretur eruditis, & in Academiis versatis. Et quamuis vlla glosarum concordatorum, nec aliorum statutorum præfata Ecclesiæ, vnde illa fuerunt desumpta, animaduertit: admonendi tamen sunt omnes ordinarij Galliarum, quod

h in concordatum ad iuncta glossa. de pigben. i §. 1. titu. 10. de collat.

non possunt alias duas tertias beneficiorum conferre pro libito, sed secundum prædicta iure naturali & diuino fundata. Tertio quod merito hac in re plurimum laudatur Rex Catholicus Philippus Secundus, qui presentaturus ad beneficia sui iuris pattonatus vacantia nunquam vel rarissime primos nuntiantes vacationem beneficiorum, & se presentari ad ea togantes, statim presentat, sed prædictum ius naturale, & diuinum obseruando expectat & alios competentes, quo queat deligere digniores & aptiores. Alter concursus, qui iure humano communi, vel particulari statuitur, est quem superior debet ordinare habita vacationis notitia, præfigendo certum diem intra quem possint & debeant venire qui volent, ad competendum illa, ea lege, vt præuia examinatione conferantur dignioribus, qualis est ille Tridentini¹, iubentis eum fieri modo in eò prescripto, circa prouisionem Ecclesiarum parochialium. Quales sunt etiam ille, quæ debent fieri per statuta particularia id iubentia.

1 Scff. 24.
cap. 18.

In quorum utroque concursu solent admitti multa peccata. Quædam per concurrentes, quædam per examinatores, & illos coram quibus fit concursus, quædam per promotores siue collatores, & alios ius in re vel ad rem vel ius implorandi officium iudicis tradere valentes. De quorum primis tantum dicam in hoc Miscellaneo.

Quarto quod inter hos duos modos concurrendi magna est differentia à nemine quod sciam expressè perpensa. In modo enim priore beneficium vacans, licet debeatur vni ex competentibus vel digniori, Non tamen adeo, vt ita illi afficiatur, vt collatio illius alij digno etiam iniuste facta non valeat per supradicta^m.

In Miscell. 39.
nu. 157.

Quia ei nihil iuris in re nec ad rem quæritur. In posteriore autem ita afficitur siue debetur vni ex his, qui se intra terminum præfixum, iuxta tenorem edicti propositi, concurrunt, vt non possit illud conferri alteri postea venienti, etiam si fuerit dignissimusⁿ.

n Argum.
Clem. 1. de
cõcess. præ
bend. in præ
cipio & 6.
secus, ad
iudicã glo
riã ver. in
tra mensẽ.
o In Misc.
41. nu. 164.

Quinto, quod qui petunt vel competunt beneficia per concursum, tantum & plus peccant concurrente & competendo quam facerent appetendo, de quibus dictum est supra^o: Cum competitio, appetitionem includat, & ei aliquid addat.

Sexto quod multum refert: An indignitas sit talis quæ reddat collationem non solum malam, sed etiam ipso iure nullam, An verò talis, quæ reddat ipsam quidem malam, sed

sed non ipso iure nullam. Quia priore casu peccat & mortiferè quidem petendo beneficium, & plus accipiendo, & retinendo, & tenetur ad relinquendum illud, & restituendo fructus acceptos P. Posteriore autem peccat quidem petendo & accipiendo: non tamen retinendo, si rectificare voluerit suum appetitum, & intentionem, & facere omnia quæ debet, vt dignus eo efficiatur, nec tenetur restituere fructus, per ea quæ notat Innoc. communiter receptus^q, & Panor.^r

Septimo quod indignitas illa reddit promotionem nullam ipso iure quæ descendit ex aliquo defectu illorum, quæ Alexander tertius in Concilio Lateranensi^r requisit ad beneficia suscipienda, nempe ætatis maturitas, grauitas moris, litterarum scientia, & natiuitas legitima.

169 Prouisio enim facta alicui, patienti aliquem horum defectuum, est ipso iure nulla, vt satis decernit ipsemet Alexander^r, declaratus à Panor. ibidem, & à Felino: & citatis ab eo^v. Per defectum autem litteraturæ, non debet intelligi defectus scientiæ competentis, sed totius litteraturæ: ita quod nesciat legere, per quædam Iura in hoc apta^x. Licet enim defectus scientiæ sufficiens reddat collationem iniustam, non tamen reddit nullam, si non reddat prorsus amissum, siue illiterarum, & per defectum morum grauitatis, non debet intelligi omne peccatum mortiferum, quod inducit defectum gratiæ gratum facientis, sed solum illud, quod est graue, quodque comitatur etiam defectus bonæ famæ seu infamia vel (vt ita dicam) notorietas, per supra dicta^y, vel sit tale per quod inducatur irregularitas, Ex cõmunicatio, suspensio, vel alia inhabilitas specialis ab beneficiis. Vnde indignitas resultans ex mortali occulto qualibet graui, non impediente executionem post penitentiam, neque inducente irregularitatem, vel inhabilitatem specialem, non reddit collationem nullam, & consequenter non est nulla, licet sit iniusta collatio facta appetenti, vel petenti beneficium principaliter ob temporaria bona, vel ad otian dum, vel sine proposito actuali, vel virtuali dicendi, vel efficiendi ea ad quæ beneficium de præcepto obligat. Per quæ, & superius^z tradita, longè clarius, quum alibi resolutur quæstio illa grauissima, An collatio facta criminosa valeat, quam Felin. & citati per eum^z, multum confundunt.

Octauo quod ex his colligitur ratio respondendi, ad quæstiones graues occurrentes de indignis, qui per concursum expressum inductum iure humano consequuntur benefici

p ca. j. de
regu. iuris.
lib. sexto.
& ca. spe.
ca. granis.
De restitu.
spol. & no
ta in il
lis.

q ca. cum
nostris. De
concess. præ
bend.

r c. vene
rabilis. de
præbend.
s c. cum in
cunctis. de
elect.

t In ca. ff
in cunctis.
9. ff. de elec.
v In c. 2. de
rescrip.
x In c. li
teratos. 36
dist. & c. 6.
de tempo.
ord. lib. 6.

y In Misc.
35. nu. 156.

z In Misc.
39. à n. 156.

a In d. c. 2.
de rescri.

beneficia. Nam si indignitas fuerit primi generis, non dabit eis Papa remedium retinendi illa, etiam quo ad forum conscientiae tantum, quia non vult praedudicare iuri ad rem quaesito per concursum suis competitoribus, nisi consentirent illi, facti de praefato defectu certiores ^b vt saepe responsum dimis, si autem est secundi generis, dabit pro sua benignitate, saltem ex causa iusta remedium oportunae dispensationis. Dixi sup. de his, qui per concursum expressum iure humano inductum, & c. quia hoc non haberet locum in consequutis per concursum tacitum, siue iure naturali seruandum, cum per illum nullum penitus ius quaeratur concurrentibus, vt praedictum est ^c.

Nono quod etiam videtur peccate mortifere minus dignus concurrendo in concursu cum eo, qui est notorie vel manifeste dignior ipso, prosequendo saltem concursum ¹⁹⁰ vsque ad examinationis, vel suffragationis finem, vt satis mihi videtur sensisse Caieranus ^d, tum quia videtur dare causam peccandi mortifere examineribus, vel suffragatoribus, vel collatori, nocendo notabiliter Competenti, quod est mortiferum, secundum mentem Beati Pauli ^e, tum quia laedit notabiliter digniorem etiam si beneficium assequatur, obligando eum ad faciendum aliquot impensas, & dandas propinas, quae examineribus, vel aliis de more, vel statuto eis debentur, quod est mortiferum, iuxta mentem Augustini ^f. Dixi *contra notorie, vel manifeste digniorem*. Quia concurrere cum alio digniore, sine dolo, & mendacio, quo detrahat, vel alias noceat ei, quem putat esse digniorem consideratione, quod forte aliquo respectu honesto parauit superior se esse digniorem, vel aequum dignum, possit iuste concurrere in utroque modo concurrenti supra dicto vt notabiliter dixit Caieranus ^g, quia vt ait Paulus iurifultus ^h: non tenetur quis suum ius dubium dimittere indiscussum.

Dixi *animo prosequendi concursum vsque ad finem*. tum quia ratio peccati mortiferi cessaret, si antequam damnus notabile inferretur digniori a prosecutione desisteret ⁱ, non etiam, vt nobis videtur peccaret prosequendo vsque in finem, quando id faceret, eo sine vt obuiaret fraudi, qua quidam praelati post concilium Tridentinum feruntur vsi ad conferendum Ecclesias parochiales suis amicis parum habilibus, faciendo sequentia.

Primum vocado, & rogando aliquot amicos suos dignissimos, vt concurrerent ad finem quo aliqui mediocriter, sed

b arg. ca. super eod. de off. de leg. & reg. cancela. de no pre iudicando iuri quaesito alteri, c. in 9. d.

d in sum. verb. Bene ficiam.

e x. ad Roma. ca. no. tum 2. q. 1. ca. primo de off. de leg.

f c. poena nale. 14. q. 5. traditur in Ma. C6. fessa. c. 17. post principium.

g in dicta sum. verb. beneficiorum. ar. 1. h in l. illud. ff. de peti. h. re. & ibi gloria nota. i Arg. ca. cu cessante. de appella.

sed minus digni eis, & digniores aliis suis amicis nolent concurrere frustra cum illis dignis. Secundo consulendo praefatis mediocribus ne frustra concurrerent contra tam manifeste dignos.

192 Tertio admittendo clam suos amicos parum habiles ad concursum, sub finem termini ad concurrendum praefixi.

Quarto rogando post lapsum praefati termini illos dignissimos, vt desisterent a progressu concursus, quo nullo alio currente, leui examine praemisso amicis parum dignis Ecclesias conferrent, in hunc inquam finem, iuste posset minus dignus probabiliter id suspicans cum dignissimo quoque concurrere, quia hominum malitiis, vt ait Iurifcon sultus ^k, obuiare licet.

Decimo quod quotidiana quaestio est, An competens, qui se agnoscit minus dignum, aliis concurrentibus excusetur a peccato, eo quod id faciat, non vt manifeste digniori praeponeatur, sed vt possit allegare se iam alias concurrisse, vel concurrisse cum viro adeo digno, quod ei aliquando posset esse honori, & etiam commodo, vel ne habeatur minoris, vt postponatur aliis, qui non sunt digniores ipso, & volunt concurrere vt in alio concursu allegare possint, se iam alias concurrisse, & non obtinuisse ideoque debere aliis, qui nunquam concurrerunt praferri.

Ad hanc quaestionem omissa longa disputatione, quae super ea texi posset responderetur breuiter negatiue scilicet, quod non excusatur, tum quia non licet quaerere honorem, vel commodum cum iniuria proximi, exemplo Gregorij ^l, tum per illud Ambrosij ^m, *nihil facias commendandi tui causa, quo minor alius fiat*. Tum denique quod propter nullum honorem, vel commodum est peccandum, iuxta illud Marthae ⁿ. *Quid prodest homini totum mundum lucrari, si anima sua detrimentum patitur*, relatum ^o aliis, posset tamen huiusmodi vir pius excusari, si cum se in albo competitorum scribit, protestetur nolle sibi conferri beneficium cum praedudicio. N. quem agnoscit se digniorem, quodque nullum suffragium sibi petit ex his, qui illi vellent suffragari, quodque libenter discederet a competencia, si alij sibi aequales ab ea discedere vellent, quodque si minus competitum est adiudicandum ei, qui haberet suffragia plura, nollet, vt vltus, qui suffragaturus esset praefato. N. si ipse non concurreret suffragaretur sibi: quodque damnum impensarum, quo illi digniori eueniret, eo quod ipse concurreret, est paratus restituere. Per

has enim

k in l. in fundo. ff. de rei ven.

l ca. Ecce 69. d. m in ca. 6 quis vero 11. q. 3. n c. 16. o in capi. Matth. de cimo.

has enim protestationes satis viderentur cessare causæ ob quas suis concurrenti actus fieret sine peccato P.

Vndecimo quod huiusmodi competitores peccant etiam sola mente desiderando expressè, vel tacitè, vt præponantur aliis etiam dignioribus, grauius autem qui non sola mente sed etiam verbo, vel scripto per se obnixissimè & absolute rogant suffragatores, vel promotores, vt eos præponant, grauius vero qui procurant, vt aliquot alij magnates, aut potentiores, vel multum valentes gratia, & amicitia apud suffragatores idem per se, vel per nuncios, aut litteras faciant, quod planè valde illicitum est, nisi forte illis, qui se nouerunt esse aliis suis competitoribus euidenter digniores. Sola enim illa rogatio modesta (qua in concursibus meis olim Salmanticæ ad munera Cathedrarum utebar, & vtendum esse publicè, ac priuatim docebam) licere mihi videtur, nempe quod serena mente, meritis omnium competitorum libratis si mea iudicarent maiora, vel paria, mihi gratificarentur, quia ceteris paribus gratificationi est locus. Vt Episcopus, cum patronus laicus variandos duos æque idoneos ad beneficium ei præsentat, potest alteri eorum gratificari, & vtrum eorum voluerit instituire ^q. Quare grauius errant qui obnixè rogant, & flagitant non solum Monarchas, summates, & mediocres, sed etiam infimates, & interdum impudicissimas fœminas, vt sine vlla modificatione rogent promotores vt eis cõferant beneficia, Cathedras vel alia id genus munera, vel ad ea non nihil iuris præbeant, agnoscetes coram Deo competitorum eorum esse longè digniores, siue concursus, & competentia debeat fieri expressè iure humano, siue tacitè iure naturali, & diuino. Quantum verò errent huiusmodi rogati, & intercessores exequendo rogata, ipsi viderint: mihi enim certum est eos grauius peccare, non solum in legem diuinam, & Christianam, sed etiam in illam ethnicam de rationis naturalis fonte deductam, qua Cicero Ethnicus ^r ait: cauere ne amicis turpia, & inhonesta rogemus, nè ve pro illis rogari faciamus. Certum item multos eorum incidere in obligationem restituendi damna, quæ dignioribus, & Ecclesiis intulerunt, iuxta ea quæ alibi ^s diximus.

Duodecimo quod manifestius peccat, qui cõpetitoribus falsa crimina, vel falsos defectus imponit, vel occulta illegitimè reuelat, quo minus beneficia vel alia competitumunera, alioquin sibi conuenientia consequantur: grauius autem

P Arg. ca. cū cessante. de app. & lege. a. digere. §. quibus. ff. de iur. pa.

q In e. cum autem. de iur. pa. vbi id annota. Ioan. And. communi. recep. à Pa. nor. & ab aliis ibi, & à citat. Ro. ep. de iur. pat. verbo Honoris. cum. q. 17.

r lib. 7. de amicitia.

s In Man. confess. ca. num. 69. & multis seq.

tem qui minis, & terroribus à competendo illa, vel à proficundo competentiam, vel concursum iam cœptum arcent, & impediunt, neque à peccato hypocrisis sunt alieni, qui falsa sibi virtutes, aut falsa gesta sua, aut parentum, & cognatorum suorum dolose narrant, quo suffragatoribus, aut collatoribus digniores falso appareant, & consequenter munera competitum malè assequantur. Hi enim omnes non solum peccant supra dicta facientes, sed etiam si competitum consequantur munera, tenentur ad restitutionem, quia contra leges iustitiæ specialis peccando assequantur. Iuxta ea quæ alibi ^t scribimus. Illi verò, qui collatoribus, vel suffragatoribus, offerunt munera principaliter ob habenda eorum suffragia, & vota siue consensus ad obtinenda beneficia requisita, plus peccant, plusque tenentur ad restitutionem. Quippe qui simoniam admittunt, aut quod peius est si id apud sanctam sedem Apostolicam fiat, incurrunt pœnas illas grauiissimas extrauagantis Bonif. octa. ^x innouatæ per Sanctiss. Dominum Nostrium Gregorium XIII. per extrauagantem ab ipso, quam nos iusto commentario nuper donauimus. Y

Quadragesimum sextum Miscellaneum.

S V M M A R I A.

Beneficij competitores admittens vt peccat. nu. 196
Competitorum, examinatorum peccata. nu. 197

196 **Q**uadragesimum sextum Miscellaneum quod examinatores competitorum, & qui potestatem ad examen admittendi habent, frequenter, & grauius, peccant.

Primum quidem admittendo ad examen eos, quos iure non deberent admittere, vel contra, non admittendo eos, qui iure deberent admitti: Quod aliquando factum in Vrbe accepi, ex falsa competitorum suggestione, & informatione potius, quam ex intentionis admittentium ^a (quæ præsumenda est sancta) prauitate. Quare valde cauendum est, ne facile inuidis & eis fauentibus facile credatur. Iuxta canones in hoc aptos ^b. Ad quam vero restitutionem teneantur huiusmodi admittentes vel excludentes, potest ex iis, quæ alibi diximus ^c colligi.

197 Secundo solent examinatores peccare, communicando per se, vel per alios amicis examinandis puncta quæ interrogabuntur

t In Man. confess. ca. 17. nu. 69.
v In c. sūt nonnulli. Ia. q. 1. & tradita I præfatio ma. ca. 23. nu. 1000. c. seq.
x Quæ est prima de sent. exc. 6. in extr. c. 6. mium.
y In tractatu de datis & promissis.

a In c. presentia. de renuntia. b ca. non solū In q. 3. & ca. fin. quis vero 86. dist. c In d. ma. confess. c. 17. nu. 69. & seq.

gabuntur, vt pramoniti superent alios non pramonitos, contra quod prudenter in Episcopatu Palentino cautam est, ne vllus examinatorum (antequam intra conclaue conueniant omnes) nouerit, quæ sint interroganda; sed casu, vel ab infante aliquo aperitur liber Sententiarum Theologis, & Decretalium Canonistis, & Logicæ Aristotelis Artiftis, & Hieronymi, vel Cypriani, vel alius similis humanistis, vt ex tempore super eo loco, qui contigerit respondeant, quod aliquando memini dicere S. D. N. esse adeo necessarium, quod alioqui timere posset eruditissimus quisque Canonista concurrere cum scholastico eiusdem facultatis anniculo, cum possent deligi puncta infueta tractari, ad quæ non posset ex tempore vllus eruditissimus, vel mediocriter respondere: Anniculus autem pramonitus posset copiose satisfacere, quod aliquando factum esse in vrbe à fide digno accepimus. Sunt & alia, contra hoc periculum tam imminens, in dicto Episcopatu Palentino, statuta, quæ gratia breuitatis hic non refero.

Terriò peccare solent præfati examinatores illis modis quibus alij iudices qui non parent Innocentio quarto sic iubenti. *Caueant Ecclesiastici iudices, & prudenter attendant, vt nil vendicet odium, vel fauor usurpet, timor exculet, pramium, aut expectatio premij iustitiam non auertat, sed stateram gestent in manibus, lances appendant a quo libramine.*

d in c. 1.
de re iudi.
lib. 6.

Quadragesimumseptimum, Miscellaneum.

S Y M M A R I A.

Beneficij collator, & patronus, vt peccat grauius promouendo sine concursu formali, & grauius cum eo. nu. 198
Episcopi ambientes alios Episcopatus, vt cognatos, & familiares promoueat, quam grauius peccant. nu. 199
Patronus, qui noluit esse, vt vitaret peccatum. nu. 200

Quadragesimumseptimum Miscellaneum, quod collatores, & alij promotores, præsertim patroni, qui sine concursu formali promouent ad beneficia, solent peccare passim promouendo ad ea indignos; aut certe minus dignos per acceptionem personæ, ob cognationem, familiaritatem, amicitiam, aut munera data, vel promissa, iuxta supradicta ^b. Quod cum adeo splendidum vitium sit: vt etiam ipsi promotores id confiteantur iure quis miretur paucissimos,

b in misc.
19. dist. 44.

mos, & vt ille ait, raros nantes in gurgite vasto, esse, qui ab eo abstinent, tam verum est illud Hieronymi: Esse quibus confessa vitia placent, quo fit, vt non desint, qui dicere audeant iustius beneficia Ecclesiastica distribui per reges, & magnates laicos, quam per ordinarios, & patronos inferiores, quorum aliquot nouimus, eò præcipue, nomine reliquisse suos Episcopatus, & procuraſse habere alios, ad quos libera multorum beneficiorum collatio pertinebat, vt per ea possent suis cognatis, & familiaribus prouidere, idque fecerunt cum magna suorum familiarium laude; sed cum magno vituperio illorù piorum, & eruditorum qui ab vna parte nouerant ex Thom. communiter recepto, tum demum cognatos, & familiares posse iuste alijs præferri, quum sunt digniores, vel certe pares eis, & ab altera parte sciebant ex facto plurimos esse in Episcopatibus, quos ambierunt longe digniores cognatis, & familiaribus eorum, & cõsequenter inferebant, eos voluisse quærere novos episcopatus, eò præcipue, vt antiqua peccata sola mente concepta nouis operibus exquerentur: & animum peccandi in quo diu permanerant, diutius continuarent. Quare prælatorum confessarijs curæ maximæ debet esse adhortari eos, vt ab hac iniustitia (qua læduntur Ecclesia, qua populi scandalizantur, quaque nomini eorum maxime detrahitur) omnino abstineant, doleant non abstinuisse cum proposito firmo semper, & vbique (non obstantibus cognatorum, & amicorum precibus) canones sacros de hac re decernentes seruandi, & docendi nos opere, vt Deum in omnibus & super omnia diligentes, ad promissiones eius, quæ omne desiderium superant currere, anhelareque debeamus Amen.

³⁰⁰ Est mihi egregius in vrbe amicus (prudẽtia senior quam annis) qui capellaniam quandam copiose dotaturus, noluit sibi, suisque heredibus ius præsentandi Capellanum reseruare. Ne posteris suis peccandi occasionem præberet, eò quod nouerat per absolutiones, condonationes, dispensationes, quas pro patronis, & promotoribus in hac peccantibus impetrare solent, plurima in præsentando, promouendoque peccata committi. Ideoque raro exemplo ius præsentandi reseruare fecit cuidam selectissimorum sacerdotum collegio.

Secundo grauius peccant promotores, qui per concursum formalem promouent, procurando multis modis, vt ab examinatribus iudicentur digniores, qui sibi sunt ac-

In s. 2. quæ.
63. nu. 2.

ceptiores, gravissimè autem, & cum magno scádalo proponendos eos, duos examinatores postposuerunt, dando magnam diu litigandi causam; qui ter, quaterque videtur peccare. Procurando primo minuere honorem vnus iniuste per examinatores, deinde procurando augere honorem alterius inique per eosdem.

Tertio iniustius conferendo minus dignis. Quarto præbendo causam litigandi, & fouendo multo tempore lites iniustas.

Quartè horum omnium confessariis, magnæ curæ debet esse admonere illos non solum, vt eos pœniteat peccasse, sed etiam, vt meminerint restitutionis ad quam tenentur, iuxta ea, quæ alibi d diximus.

d In Man. Confess. c. 17. à n. 69.

Quadragesimum octauum Miscellaneum.

SUMMARIA.

Beneficium ob simplex, an qui cogatur ad ordines recipere, & an accipiens illud teneatur habere animum accipiendi eos. nu. 201

Beneficium simplex plura, quæ ordines minores requirit. nu. 202

Ordo minor & prima tonsura, quantam scientiã requirit. nu. 203

a Per totã dicit. 74. in cuiuspric. duo c. pro parte negante adduxit, & mox plura pro affirmante vt que ad s. verum.
b In fine d. gl'ofæ.
c. c. querit. De stat. & qualite. d. d. c. Quærit.
g Per cap. cum in c. d. s. s. s. de cler. & c. licet canon. c. c. m. s. e. od. tit. lib. 6. & Clem. vt. hi qui de stat. & qualitat. cum eis an notat.

Quadragesimum octauum Miscellaneum est, an beneficij etiam simplicium beneficiorum, possint committi ab Episcopo, ad suscipiendos ordines sacros, per suspensionem, vel priuationem suorum beneficiorum? Ad quod respondeo, quod id serio disputauit magnus ille Magister Gratianus, & determinationem eius subobscuram, obscuriorem reddit gl'of. Ioãnis in summa illius distinctionis, referendo multas opiniones, Sed additio Bartholomæi resoluit per Decr. Alexandri tertij nempe quod potest cogi, quando vtilitas, vel necessitas id suadet, nõ autem alias. Cui addo, nec etiam quando adest necessitas potest cogi, si qua de causa iusta excusari potest, vt ex eadem Decretali Alexan. Tertij colligitur.

Addo secundo, quod potest cogi ad assumendum ordinem annexum beneficio si licet nulla suadeat necessitas vel vtilitas, per pœnas à iure constitutas, vel arbitrio iudicis imponendas. Addo 3, quod non potest cogi etiam necessitate suadete, si statuto vel fundatione esset beneficium immune ab omni onere alio, quàm pronuntiandi horas Canonicas

nonicas, quale videtur præstimonium, vel portio præstimonialis, secundum Panor. h receptum.

Addo quarto quod resolutio Bartholomæi procedit etiã in beneficiis, quibus nullus ordo de iure annectitur. Quod consequitur, omnem qui accipit beneficium etiam simplex debere habere animum actualem vel virtualem accipiendi ordines maiores in casu necessitatis vel vtilitatis. Arbitror autem quod ad salutem anime capientis illud sufficit, quod habeat animum disunctiuum accipiẽdo ordines sacros in illo casu necessitatis, aut sponte dimittẽdi beneficium à auctoritate superioris. Quoniam iura supra citata statuentia beneficiarium cogi posse (necessitate id exigente) ad superiores ordines per priuationem vel suspensionem beneficij satis significant non posse cogi absolute, sed conditionaliter, nisi sponte velit illud dimittere. Quod, multum notandum est confessariis, ad absoluendum eos, qui capiunt vel retinent beneficia simplicia, sine animo etiam virtuali accipiendi ordines sacros, quorum nõ est paruus numerus. Addo quinto, quod non insubriliter quidam eruditissimus arguebat, quod ad obtinendum beneficium etiam simplex videbatur requiri maior sufficientia quàm ad primam tonsuram, imò & quàm ad quatuor minores ordines: potest committi ad maiores ordines suscipiendos, si necessitas vel vtilitas id exegerit. Quæ tamen argumentatio non concludit necessario, quia non potest cogi absolute ad ordines maiores, sed conditionaliter nisi beneficium voluerit dimittere, vt prædictum est. Pro quo tamen fortius vrget quedam gl'of. solennis, quæ habet, oportere beneficio donandum scire legere, cantare, & construere, quum tamẽ ad primam tonsuram suscipiendam videatur iure antiquo sufficere quod sciat legere, quod significat Bonifacius octauus 1, Innuens maiorem infantem, imò & minorem si à parentibus tradatur religioni posse prima tonsura insigniri, & gl'ofsa quedam innuit Canones prohibentes illiteratos ordinari. intelligendos esse de ignorantibus prorsus litteras, & ita de necessitibus omnino legere.

Non obstat quod Concilium Trid. plus requirit in hæc verba: *Prima tonsura non iniungatur, qui sacramentum confirmationis non susceperint, & fidei rudimenta edocti non fuerint, qui que legere & scribere nesciant, & de quibus probabilis coniectura non sit, eos non secularis iudicij fugiendi fraude, sed vt Deo fidelem cultum præstent, hac vita genus elegisse.* Hæc ibi. Quæ inquam

h c6f. 47. volum. 1.

i Iuxta c. quod. m d. bis. & ca. admod. per. de regulan.

k Clem. verb. reputamus. de con. præb. l. ca. in. de temp. ord. lib. 6. m. c. præcipimus 24. distio. n. d. c. 2. c. ipimus & cap. illiteratos. 26. di. & c. fin. de tempo. ord. lib. 6. o. s. ff. 23. c. 4. de re. forma.

non obstant, quia vltra omnia requisita à Concilio ad primam consuram, requiritur scientia construendi ad beneficium per dictam glossam P.

q d. Clem.
I. de con-
cess. præb.

Quadragesimum nonum Miscellaneum,

S V M M A R I A.

Beneficium simplex capiens sine animo seruiendi peccat. nu. 104
Beneficium capiens animo relinquendi illud, an peccet? nu. 105

q in Enchi-
rid. de ora-
ti. c. 7. n. 2.
& c. cōque-
rente. de
cleric. non
resid.

q In c. gra-
tia. ver. de
iure. dere-
script. lib.
6. ad quam
se remittit
glo. Clem.
gratiz. co-
tit. & late-
radit Pa-
nor. in ca.
extirpādæ
§. q. vero.

de præb.

t In repet.
Clemen. I.
verb. repu-
tamus. de
conce. præ-
bend.

v Iuxta §.
fi. 4. dist. &
cap. quod
picipitur
14. q. 1.

x de quo.
su. dixim^o.

Misc. 48.

y Iuxta Pa-
nor. confi.

47. col. 2.

z lib. 10. c.
5. art. 6. de
iust. & iur.

a in Enchi-
ri. siue Ma-
nu. de ora-
tione. c. 21.
nu. 52.

Quadragesimum nonum Miscellaneum. An clericus quamlibet dignus volens, petens, vel accipiens beneficium etiam simplex animo nunquam inseruiendi Ecclesie, sed tantum fructibus eius fruendi peccat?

Ad quod dicendum primo eum proculdubio peccare: ²⁰⁴

Tum quia tenetur inseruire Ecclesie recitando saltem horas Canonicas vt dictum est alibi ^q, Tum quia etiam tenetur habere animum inseruiendi in his, ad quæ de præcepto obligatur ratione illius beneficii, qualis est præfata horarum Canonicarum pronunciatio, qualis item est residentia personalis, quam iure communi attentò omne beneficium requirit ^r licet de consuetudine vel statuto multa eam non exigant, iuxta glossam solennem receptam ^s, qualis item est scientia construendi iuxta aliam glossam solennem ^t. Qualia item sunt alia, quæ iure, vel consuetudine particulari exiguntur, licet non peccant, non habendo animum inseruiendi in iis ad quæ non tenentur nisi de consilio ^v. Et consequenter accipiens præstimonium ^x, sine animo inseruiendi Ecclesie in altis quam recitandis horis Canonicis, non peccat, cum ad nil aliud, quam ad dicendas eas obligetur de præcepto ^y.

Secundo maioris & magis quotidianæ quæstionis esse, ²⁰⁵ an peccet qui capit beneficium animo postea relinquendi illud & mutandi statum clericalem in coniugalem.

Ad quod responderet Sotus ^z relatus à nobis alibi ^a quod sic etiam mortifere, licet nõ teneatur ad restitutionem fructuum, sicut tali animo recipiens Ecclesiam parochialem. Cuius tamen opinio subdura visa fuit nobis per ibidem adducta. Sed conciliari possumus intelligendo illam de illis, qui animo absoluto mutandi sic statum clericalem accipiunt beneficia; nostram vero de illis qui non certo & absoluto animo

animo mutandi, sed conditionali, si aliquid suo proposito conuenientius superueniat, id faciunt, cum proposito tamen actuali vel virtuali faciendi omnia, quæ beneficium de præcepto requirit, dum illud tenuerint.

Tertio dico, quod omnis qui accipit beneficium quamlibet simplex, debet habere animum actualem, vel virtualem saltem disunctiue, accipiendi ordines sacros, si necessitas Ecclesie illud exegerit, vel renuntiandi beneficio ratione cuius iuberetur ordinari. Quia per resolutionem præcedentis Miscellanei, tenetur de præcepto accipere ordinem sacrum, cum illi Ecclesie fuerit necessarium, aut renuntiare illud cum auctoritate superioris.

Quinquagesimum Miscellaneum,

S V M M A R I A.

Pensionarius beneficalis, an debeat clericè viuere. nu. 106

Ordinandus etiam prima consura, debet habere animum viuendæ clericaliter. nu. 107

Papa intendit vt viuat clericè in cui dat pensionem. nu. 108

Altari qui non seruit, de illo non viuat. nu. 108

Actus inordinatus omnium, est peccatum. nu. 109

Pensionem vel beneficium accipere animo certo non viuendæ clericè malum, non autem accipere cum dubio nu. 100

Pensionarius qui viuens laicè tenetur restituere accepta. nu. 110

106

Quinquagesimum Miscellaneum, an volens, petens, vel accipiens pensionem super beneficio Ecclesiastico, sine animo viuendi clericè, siue clericaliter, peccet? Cuius partem negantem videtur tenere Sotus ^a relatus à nobis alibi, ^b quatenus ait: quod pensionarius non tenetur ad viuendum clericaliter. Pro quo facit primo, quod multi procurant sibi pensiones huiusmodi, ad finem congerendi aliquas pecunias ex eis, per quas, & per habendas ex redemptione illarum, ditati vel aucti, possint ducere vxores benè dotatas. Multi etiam procurant eas ad finem extinguendi eas statim, aut paulo posteaquam eas tenuerint, per redemptionem earum, qui eas soluere tenebuntur, Imò aliquot ea intentione animi eas quarunt à Pontifice Maximo, vt obrineat dispensationes, quibus liceat eas, post vxores ductas retinere. Qui tamen non videntur vllam de huiusmodi peccatis facere penitentiam, & durum videtur eos ob hæc damnare, contra morem assuetum ^c.

a Lib. 10.
q 5. art. 6.
de iust. &
iure.
b In Enchi-
ri. siue Ma-
nu. de ora-
c. 21. nu. 63.

c Arg. cap.
quæ corra-
3. dist. & 1.
de quibusq.
ff. de legib.

d cap. ex
literis. & ca.
quã graui.
de cri. fal.
e Argu. ca.
toñes. &
c. diuersis.
de cler. cõ
iug.
f in d. ca.
21. nu. 63.
g Sess. 23.
cap. 4. de
reform.
h Arg. au-
thẽ. multo
magis. C.
de sacrof.
Eccle. c. cõ
in cunctis.
de elect.
i Arg. cap.
pen. & ca.
vlt. 12. q. 1.
& c. diuer-
sis falla-
ciis. de cle.
ric. cõiug.
k lib. 7. de
iust. & iur.
q. 6. arti. 2.
sub finem.
l 1. ad Co-
rinth. c. 9.
m in c. cõ
secund. de
prob. & c.
1. 13. q. 1.
n ca. 1. col.
2. 13. q. 1.
o Citatum
à gl. 2. p. e-
fati. c. u. n.
secundum.
& probat-
um per l.
1. 6. pro fe-
cũto. C. de
cad. tollẽ.
p in Ench.
siue Man.
de oratio.
c. 7. nu. 25
q. c. cõ mi-
nist. 13.
q. 5. cõ mul-
tis ei per nos ad editis.

Secundo quòd is actus, nulla ex parte videtur esse in-
ordinatus, neque illicitus. Quia licet clerico primæ ton-
suræ velle, petere, & accipere huiusmodi pensionem,
& eam autoritate Papæ, anticipata solutione extingue-
re, iuxta stylum Curia, qui facit ius ^d, Licet item post
eam relictam laicaliter viuere ^e. Sed pro parte affirman-
te faciunt primò illa quæ contra prædictum Sorum ibidem ¹⁰⁷
adduximus. ^f Secundo quod non licet appetere, nec pe-
tere vel accipere primam tonsuram, nisi volenti clericali-
ter viuere, vt Concilium & Tridentinum significauit
per illa verba: *Ne prima tonsura inuitentur, nisi qui (vt Deo
fidelem cultum præsent) hoc vita genus elgerint*. Ergo à fortiori
non potest quis appetere, petere, vel accipere pensio-
nem huiusmodi ^h, quæ primam tonsuram adeo prærequirit,
vt non debeat eam non habenti constitui ¹⁰⁸. Tertio
quod intentio & mens Papæ illam constituentis est iuua-
re pensionarium, ad se commodius sustentandum in sta-
tu, quem suscipit, clericali, quod colligitur ex verbis
sua Bullæ, quibus eum appellat clericum, & illis, *vt com-
modius te sustentare possis*: Certum est enim Papam nisi aliud
exprimat non præsumi velle constituere pensionem ad
sustentandum eum in statu militari, vel coniugali, vel
alio clericarui contrario vel extraneo. Cum beneficia
Ecclesiastica, & fructus eorum sint instituta ad cultum
Dei & statum clericalem sustentandum ⁱ; adeo quod
Sorus non leui ratione dubitauit in quodam loco ^k, An
Papa posset iuste huiusmodi pensiones constituere ad alios
fines. Quamuis nos mox dicemus eum id iusta de cau-
sa posse. ^{quarto}, quia sicut qui altari seruit, de altari viuere
debet, secundum Apostolum ^l, relatum ab Innocentio
iuxta Dionis. Papam ^m, & illud glossæ ^o: *Commoda quis sentis,
iungus onus emolumentis*. ^{quinto} quod vt alibi ^p dictum est
Pius V. Adiecit pensionariis onus dicendi officium paruum
B. Mariæ. Per quod non obscure significauit huiusmodi
pensionis constitui ad clericale officium exercendum. ^{Sexto}
quod inordinatus est omnis actus, qui ad finem debitum ²⁰⁹
non ordinatur ^q, ob defectum circumstantiæ finis debiti,
qui reddit actum inordinatum. Et omnis actus inordina-
tus est peccatum, vt alibi ^r post Thomam ^s tradimus. Pro
huius (quæ valdè quotidiana est) quæstionis resolutione

dico

dico primò, Pontificem quidem Maximum pro sua plena
& absoluta potestate posse (quicquid dubitet Sorus) iusta
de causa constituere pensionem super fructibus benefi-
cij Ecclesiastici laico ad viuendum honestè, & decenter pro
sua cõditione. Tum quia est summus omnium reddituum
Ecclesiasticorum dispensator à Christo immediatè con-
stitutus, iuxta declarationem Concilij Lateranensis
sub Leone Decimo finiti ², Tum quia licet eius San-
ctitas teneatur illa potestate vt ad aedificationem, &
non ad destructionem ^v, Satis vitur ea ad aedificationem
cum aliquam pensionem constituit laico iusta de causa,
puta, Quia est valdè benè meritus de Christiana Eccle-
sia, pugnando pro fide Catholica, vel agendo negotia
pro pietate, libertate, vel vtilitate Ecclesiastica, aut tan-
ta paupertate, vel membrorum debilitate pressus, vt sit
valdè dignus elemosina, quæ ex his quæ superflunt
ministris Ecclesiasticis debet fieri pauperibus, vel pijs
operibus ², tum quia non obstat, quòd aliqui Pontifices
Maximi, qui constituisse dicuntur aliquas pensiones
aliquibus laicis malè audierunt, & quòd S. D. N. Gre-
gor. XII I. secutus aliquot alios optimè audit, eò quòd
ab huiusmodi constitutione omnino abstinet. Quia illi
aliquas constituerunt sine iusta causa diuitibus, & poten-
tibus, precibus eorum, & aliquorum regum obnixis co-
acti, & ob eas audierunt malè, & non ob iuste constitu-
tas. Et S. D. N. non ideo abstinet ab eiusmodi constitu-
tione quia illa ex se mala sit, sed quia id non potest face-
re de potestate ordinaria, & non vult vt absoluta, & quia
melius est eas constituere clericis, vel monachis egenis,
quorum (gratia Deo) magna copia in Ecclesia Christiana
est. Et ne aperiatur ostiũ laicis rapiendi sibi fructus Ec-
clesiasticos, per suas & suorum principum preces importu-
nas. Dico secundo Pontificem Maximum de sua potestate
absoluta, & iusta de causa etiam posse constituere clerico
in minoribus constituto, pensionem cum clausula, ne te-
neatur clericè viuere. Si enim vt prædictum est, potest eam
constituere laico, à fortiori videtur posse constituere cle-
rico in minoribus constituto, cum libetum sit ei non vt
eis, nec clericaliter viuere, si noluerit eorum priuilegijs
gaudere ^b. Dico tertio quòd pensionarius laicus, cui iam
pridem constituta fuit huiusmodi pensio, vel cui nunc
constitueretur tanquam laico, non teneretur clericaliter

T c 4

e Clem.
de vita &
honestate
cler.

d ca. inno-
tuit. de e-
le&. nu. 5.
e In ca. ad
hæc. de re-
script.
f. c. i. col. 8.
& c. quæ in
Ecclesiarij
de constit.
col. 15.
g. e. cum di-
le&. quod
ad hoc pu-
tauerit fin-
gula. Pan-
ibi. & alij
alibi. de iu-
re patron.
h. ca. quia
nos. de te-
stamen. c.
1. 12. q. 3.
i Miscell.
proximo
49. num. &
in Man. de
orat. c. 21.
nu. 45.

viuere, Quia communiter non decet laicum vitam clericam, si-
cut nec clericum vitam laicam.

Adde tamen quod Papa in dubio non præsumitur eam
constituere cum facultate viuendi laicæ, tum per argumēta
pro parte affirmante supra formata, tum quia Papa in du-
bio non videtur vti plenitudine potestatis, iuxta dictum In-
nocentij receptum, quem sequitur Panor. & Felinus. Et de
potestate ordinaria non debet constitui pensio clerico, nisi
vt in statu clericali commodius viuatur per argumenta præfa-
ta. Quartò quod ex proximè dicto sequitur, quod clericus
minorum ordinum, cui constitueretur pensio, tanquam laico
ex iusta causa non teneretur clericaliter viuere. Quia eadē
ratio idem iuris suadet in hoc, quod in laico: Nam &
clericus, qui est patronus, ratione patrimonij pro laico pa-
trono iudicatur, vt sentit Innocentius & de suis bonis patrimo-
nialibus potest disponere, vt laicus. Quintò quod volens,
petens, aut acceptans pensionem (de qua loquimur) clericalem,
animo non clericè viuendi, saltem tempore quo illam
tenuerit ab alio quam à Papa, vel à Papa non intendente de
potestate absoluta. constituere illi eam tanquam laico, ex
aliqua iusta causa, grauius peccat, Tum quia volens, petens,
aut acceptans beneficium quolibet simplex, animo non
viuendi clericè, saltem tempore quo illud tenuerit, grauius
peccat, vt post Sor. dixi supra. Et quod ad hoc nulla videretur
differentia inter tale beneficium simplex, & huiusmodi pen-
sionem clericalem per suprascripta.

Dixi ab alio quam à Papa; Quoniam alius à Papa non po-
test eam ei tanquam laico constituere, Dixi vel à Papa non in-
tendente &c. Quia Papa non intendit id facere, nisi exprimat,
vt prædictum est.

Sextò quod sicut acceptans beneficium animo certo &
determinato, quod non perseverabit in statu clericali, pec-
cat, vt alibi post Sor. diximus ita volens, petens, vel accipi-
entem pensionem clericalem cum simili animo certo, & de-
terminato non perseverandi in statu clericali, peccat, per ra-
tiones paulò ante & alibi adductas.

Dixi certo & determinato animo non perseverandi in statu cleri-
cali. Quia in ea sum opinione, contra Sotum, quod clericus
acceptans beneficium animo viuendi clericè, & sub-
eundi onera eius quæ de præcepto incumbunt illi, tem-
pore quo illud tenuerit, & cum incerto & conditionali,
quod non mutabit statum, nisi superueniat casus, in
quo

1 In Ench.
de orat. c.
21. nu. 52.
2 In eod.
Miscel.
3 In Ench.
de orat. c.
21. nu. 45.

quo prudentium consilio illud facere deccat, non peccat.
Pro quibus facit, quod sicut alibi tenuimus cum Soto, pec-
cat ille, qui accipit Ecclesiam parrochiam cum animo cer-
to & absoluto non assumendi sacerdotium, ita tenuimus
contra eum quod non peccat, qui accipit eam cum prædicto animo
incerto & conditionali sumendi illud, nisi superueniat aliquid,
ob quod sine offensa Dei magis conuenire sibi videatur.

Septimo quod licet accipiens pensionem, sine villo a-
nimo viuendi clericaliter, peccet, non tamen tenetur ad
restitutionem perceptorum, si alias illa sibi Canonice con-
stituatur, & officium B. Mariæ paruum recitauerit toto tem-
pore quo pensionem tenuerit, & fructus in suos honestos,
vel pios usus impenderit, vel seruauerit. Nam vt alibi P
tenuimus cum Soto, etiam qui accipit aliquod beneficium
Ecclesiasticum aliud ab Ecclesia parrochiali sine villo ani-
mo perseverandi in clericali, peccat quidem, Sed si alias ei
Canonice conferatur, non tenetur ad restituendos fructus
perceptos, quia huiusmodi obligatio restituendi specialiter
imponitur à Bonifacio ei tantum, qui Ecclesiam parro-
chiam, sine villo animo accipiendi præbyterium assumit.
Dixi modo officium paruum B. Mariæ recitauerit, propter extra-
uagantem Pii V. Dixi & fructus in suos usus honestos, vel pios im-
penderit vel seruet; quia vt alibi probamus, ita pensionarius
tenetur ad benè impendendum fructus ex sua pensione per-
ceptos sub pena restitutionis, ac beneficiarius ex suo benefi-
cio perceptos.

Octauò quod hæc consequitur, peccare quidem, sed non
teneri ad restitutionem pensionum acceptarum eos, qui
procurant querere sibi, sine animo certo vel conditionali
præfato seruendi Deo in statu Ecclesiastico, ad hoc, vt con-
gerant aliquot pecunias ex iis, vel earum redemptione, cum
quibus possint ducere uxores benè dotatas, vel vt possint iis
frui, etiam post illas ductas de gratia Pontificis Maximi
speciali, consequitur etiam fuisse reformationem maxima
laude dignam, qua S. D. N. reuocauit equitibus Sanctorum
Petri & Pauli facultatem retinendi pensiones Ecclesiasticas,
post uxores ductas, quas consequuti fuere ante illas du-
cendas.

o In d. En-
chidio. de
orat. c. 21.
nu. 45.

p In Ench.
de orat. c.
21. nu. 52.

q c. 66 mis-
sa. h. cæte-
rum. de e-
le&. lib. 6.
r Relat. à
nobis in præ-
dicto En-
chirid. de
orat. ca. 7.
nu. 31.
s In Apol.
11. de redi-
gib. Eccle-
siar. super
c. fin. 16. q.
1. monito.
20. q. 1.

Quinquagesimum primum Miscellaneum,
S V M M A R I A.

<i>Beneficium, vel pensionem conferens vel procurans confer- ri vel constitui volenti clerico viuere vt peccat.</i>	nu.	211
<i>Papa summus est Ecclesiasticorum fructuum dispensator.</i>	nu.	212
<i>Pensionem cur Gregorius XIII. non constituit laicis.</i>	nu.	213
<i>Voluntas non fertur in incognitum.</i>	nu.	214
<i>Actus agentium limitantur ad mentem eorum.</i>	nu.	214
<i>Clericatus & Monachismus periculosè relinquitur.</i>	nu.	215
<i>Clericatus non accipiendus ob redditus principaliter.</i>	nu.	216

Quinquagesimum primum Miscellaneum, An beneficium simplex, vel constituens pensionem ei, quæ nouit non esse perseveraturum in clericatu vel Monachatu, peccet? & quid de procurante, consulente & fauente? Respondeo ad primam partem quæstionis, quod peccat, si conferens vel constituens est inferior Papa, Tum quia facit actum inordinatum contra illud Iustiniani ^a: *Nihil inordinatum, & contra illud Apostol. b Quæ à Deo sunt, ordinata sunt*: tum quia consentit peccanti accipienti illa, qui vt prædictum est peccat: & consentiens peccato peccat secundum Apostolum ^c. *Dixi inferior Papa, Quia ipse pro summa quam habet in dispensandis Ecclesiæ retribus potestate (vt in Concilio Lateranensi declaratum fuit ^d) non solum posset intuitu paupertatis & pietatis constituere huiusmodi pensionem præfatis clericis non intendentibus in clericatu perseverare, sed etiam laicis pauperibus vt supra diximus ^e. A quo tamen ultimo, vt prædiximus magna piaque cum prudentia & constantia S. D. N. Gregorius XIII. abstinet, ne laicis aperiat ostium inuadendi, per preces importunas Ecclesiasticos fructus, quibus potius clerici, & Monachi indigentes sunt alendi & sustentandi. Aduertendum tamen non excusari à peccato etiam clericum, qui sine vilo animo perseverandi in clericatu accipit pensionem à Papa, nisi Sanctitatis eius id præcauerit, & ex certa scientia eam constituerit, vt prædiximus ^f: tum per ibi dicta, tum quia voluntas non fertur in incognitum secundum Augustinum ^g, tum quia actus agentis non extenditur ultra intentionem eius ^h: Et Papa non nouit animum inordinatum pensionem sic petentis, nec habuit intentionem sustentandi eum in statu clericali contratio. Ad secundam verò partem*

^a Aut. de heredit. & falcid. §. nihil.
^b Ad Ro. 13. rel. in extraug. Vnam san. de ma. ior. & obedientia.
^c ad Rom. 1. & c. 1. de offi. dele.
^d Sess. 9. §. & cum fru. Au. rel. a nobis ad pulchrum propositi. ca. non licet. 12. q. 2. §. 9. nu. 2. e Miscell. præcedenti.

^f In Misc. præcedenti.
^g lib. 11. de Trinitat.
^h Leon. o. nis §. de reb. credi. cap. 11. de præbend.

tem quæstionis respondeo id ipsum, quod dictum est de conferente & constituente, Imo & de appetente & accipiente, esse dicendum de procurante, consulente, & fauente. Quia consentiunt aliquo nouem modorum consentiendi, quos alibi ⁱ explicamus: & consentiens, vt prædictum est, peccat vt faciens ¹. Quos omnes admonemus quod eos, qui post beneficia suscepta, & pensiones super eis acceptatas, statum Ecclesiasticum in laicum mutabant, appellari solebant in Hispania ante septuaginta annos *rastra epistolas* hoc est abiicientes & trahentes per terram officium Ecclesiasticum, sicut etiam Monachi etiam nouitii absque causa habitum religionis susceptum reicientes, appellantur etiam nunc à vulgo *Monges renegados*. i. Monachi qui Monachismum abnegarunt, quodque tunc pro adagio erat, *A los rastra epistolas*, vendran malas venturas, id est, vitam Ecclesiasticam susceptam deserenti infortunia euenient. Quæ quibusdam non sine mei animi dolore euenisse obseruauit.

²¹⁶ Quare etiam atque etiam monendi, rogandi, orandi & flagitandi sunt laici, ne fiant clerici principaliter vt dicescant & clerici minoribus tantum initiati, ne appetant beneficia vel pensiones super eis principaliter, vt retribus eorum ditati vel aucti, vitam Ecclesiasticam in secularem commutent. Parentes item, cognati, heri & domini eorum, ne quos filios, cognatos aut ministros suos ad id incitent, eisque opulentur, vel faueant, tum vt euitent peccatum, à quo tanquam à facie colubri fugiendum esse docet Ecclesiasticus ^m, tum ne dum bonam fortunam mala via quaritant, infortunia reperiant: & ne in morborum, & in vtriusque hominis vitæ discrimen Scyllam incidant, dum vnus pauperiei volunt vitare Charybdin.

Quinquagesimum secundum Miscellaneum,
S V M M A R I A.

<i>Missum inceptam iniuste relinquens, an sit excommunicatus.</i>	nu.	217
<i>Pœna nulla ipso iure incurritur, nisi iure id caseatur.</i>	nu.	218
<i>Excommunicationi minori, non equatur culpa mortalium.</i>	nu.	218

²¹⁷ Quinquagesimum secundum Miscellaneum, quod duo conditionatores celeberrimi, iidemque doctissimi, & mihi maxime suspiciendi, qui nostrum. *Enchiridion de oratione* nuper

ⁱ In Man. Confess. ca. 11. à nu. 12. & ca. 17. à num. 17. l. Ad Rom. c. 1. ca. notum. 2. q. 1.

^m Eccle. cap. 21.

a ca. 10. n. 55.
b nu. 63.

c In c. 27.

d In c. nihil. 7. q. 1.
e In c. nullus. de cōsecr. d. 1.
f In d. cap. nihil.
g ca. 1. de sent. excō.
h rad. Corinth.
i. relat. in c. Quid. est. de cōsecr. dist. 2.

j c. nihil. c. nullus.
l In Man. Confess. c. 27. à n. 49. n. iuxta gloss. solē. & recept. ca. 6. de iur. patronat.
n In reg. in penis. de regu. iuris. lib. 6.
o d' capit. nullus.

nuper editum legere dignati fuerunt, cum inuenirent in quodam loco ^a multa de relinquentibus officia cōcepta imperfecta, aduerterunt ibidem ^b me mouisse illam questionem, quæ paulo antea in sacro Rotæ prætorio incidat: An relinquens Missam imperfectam absque rationabili causa, sit ipso iure excommunicatus & eius solutionem remississe in alium locum eiusdem Enchiridij ^c, in quo non inueniunt. Quia non potuit tunc commodè tractari. Quare hortati fuerunt, vt eam soluerem cum alijs duabus in Miscellaneo sequenti soluendis. Nunc igitur eam solutus dico primò quòd quidam patroni eularum putauerunt eum incurrisse excommunicationem maiorem. Alij quòd minorem. Nos autem ex tempore respōdimus neutram incurrisse. Secundò dico facere pro illis, primum Concilium Tolentanum, ^d quatenus habet: quod huiusmodi desertor officij, excommunicationis sententiam sustinebit. Secundò Decretum Macharij ^e Papæ quatenus statuit, vt huiusmodi Clericus à Sacro Corpore & Sanguine Domini sit suspensus. Per quod Archidi. dixit ^f incurrisse excommunicationem minorem. Tertio quòd excommunicatio minor videtur incurri octo vel nouem casibus quos alibi ^g refert Innocentius. Quorum vnus est, quando incurritur peccatum mortale, per quod quis à sacra communione Corporis Domini excluditur, iuxta Paulum Apōstō. ^h At qui absque iusta causa relinquit Missam imperfectam videtur peccare mortaliter per præfata capitula. Quibus tamen non obstantibus, respōsum meum extemporarium videtur mihi verum, tum quia non memini aliquem eorum, qui collegerunt casus, in quibus iure ipso incurritur excommunicatio, vllam de hoc fecisse mentionem, neque ego qui post alios ordine longo collegi ⁱ eos ^k vllam talem feci, tum quia nō est dicendum aliquam pœnam ipso iure incurri, nisi cum id exprimitur ^l in iure ^m, & nullū videtur in toto Corpore iuris communis tale ius inueniri, tum quia verba illa præfati Concilij Toleran: *Sententiam excommunicationis sustinebit nihil virget.* Quia sunt verba futuri temporis, quæ nō important pœnam ipso iure impositam, nisi alia verba id significãtia iis adiungantur, iuxta quandam glossam solennem & receptam ⁿ, tum quia minus obstat elogiū Macharij præfatum ^o. Quia nullã de excōmunicatione mētionē facit, sed solum de suspensione, & nō ab omnibus actibus spiritualibus, sed solū à Corpore & Sanguine Domini. Quod non sufficit ad inducendam

excommunicationem maiorem: imo nec ad producendam substantiam excōmunicationis minoris, quæ non solum repellit à communione Sacramenti Eucharistiæ, sed etiam ab omni participatione passiuã omnium aliorum Sacramentorum ^p, tum quia non obstat dictum Archidiaconi, quoniam nihil pro suo dicto allegat nisi præfatum Decretum Macharij, quod tamē nihil probat eò quòd, vt prædixi nullam de vlla excommunicatione mentionem facit. Et suspensio à Sacramento. Eucharistiæ, de qua loquitur, non sufficit, vt dictum est, ad substantiam excōmunicationis minoris: tum quia nihil obstat dictum Innoc. ^q scilicet quòd in octo casibus incurritur excommunicatio, partim quod non est hic vnus eorum, partim quod in illis, quos ibi enumerat, excepto vno vel altero, non incurritur vera excōmunicatio minor, vt alibi ^r diximus, & colligitur ex iuribus per eum citatis, quæ suum dictum nō probant, partim quòd in illis ponit peccatum mortale, quod palam est non esse excommunicationem, cum illa sit causa huius, & hæc pœna illius, nec cōsequenter, vt alibi ^s diximus. Neque (licet aliqui contra putauerint). Pœnæ. exæquat peccatum mortale excōmunicationi minori, si satis perpēdatur ^t Ceterum enim vt supra retulimus) collationem beneficij factam alicui peccato mortifero infecto valere: Cùm tamen facta excōmunicato minori excōmunicatione non valeat ^b.

Quinquagesimum tertium Miscellaneum.

S V M M A R I A.

Missans quando ab Euangelio in introitum redire potest. nu. 219

Missæ, quas quidam siccas appellant an liceat. nu. 210

219 **Q**uinquagesimum tertium Miscellaneum quod prior duarum questionum (quarum decisionē præfati duo clarissimi Concionatores dixerunt fore vtilem ad quorundam scrupulos tollendos) est, An liceat Missanti, qui iam Euangelium dixit. redire ad introitū eius vt qui post illum superuenerunt, possent eam integrè audire, ne expectando aliam, quæ vsque ad finem illius non incipiendã, rædificiantur, vel suarum operarum, vel aliarum bonarum actionum iacturam faciant. Cuius partem negantem quod id non liceat, suadere possent iura citata ^a in Miscel. precedenti: quatenus habent officia diuina esse dicenda perfectè, & non

p c. si celebrat. cum ei annora. de cler. excommuni ministrante.

q In d. c. 1. De sentent. excom. r In Man. Confess. c. 27. nu. 4. 5.

s. In d. ca. 27. nu. 26. t c. si celebrat. au. 6. de cler. excommu. a Misc. 39. b d. cap. 5. celebra. de cler. excōmunic. ministrante.

a In c. Nihil. & c. Vt Illud. 7. q. 1. & c. Nullus. & c. Vt Illud. De Cōsecr. dist. 1.

b Ecclesia
 Ricci c. 7. B.
 c In sum-
 ma virtu-
 tum & vi-
 torum to-
 mo 3. ab
 Eruditiss.
 Francisco
 Parado Il-
 lust. ordi-
 nis Predi-
 catorū cō-
 posita.
 d In En-
 chirid. De
 orat. c. 10.
 à nu. 48.
 e Arg. l. 1.
 ff. de iur.
 deliberan-
 di & c. De
 offic. dele.
 c. Argu. c.
 1. De ba-
 ptismo &
 c. Ecclesia.
 De Cōsec-
 rat. d. 1.
 f Ioannes
 c. 6. & al-
 bi sup.
 g Psalmo
 40. & 109.
 h Paulus
 ad Romas
 2. & ad Ga-
 lat. 4.

a In Ra-
 tionali di-
 minorum
 off. lib. 4.
 2. n. 23.

& non relinquenda inchoata, & illud Salomonis b: *Non ite-
 res verbum in oratione tua*: & quod inter alia vitia ponitur vi-
 tium inconsummationis c. Partem verò affirmantem per-
 suadent illa, quæ alibi probauimus d scilicet multis de cau-
 sis posse quem orationem cœptam relinquere, & recitare,
 multis item de causis etiam Missam posse, imo debere relin-
 qui imperfectam. Quare videtur tenendum licere id face-
 re iusta de causa. Et quia qualis sit illa, non est à iure deter-
 minata, viri boni arbitrio definienda est e. Et ita tales & tot
 personæ, & tam occupatæ negotiis publicis, aut priuatis, &
 tali die superuenire possent post introitum Missæ, quod de-
 center qui Missat redire posset ad Introitum à iam dicto
Gloria in excelsis & interdum à dicta Epistola, & nonnun-
 quam à dicto Euangelio. Ego enim auferem redire ad il-
 lum, si quis princeps magna comitatus familia, iter faciens,
 & diuertens ad Ecclesiam iuxta iter positam, in qua ego
 Missarem id rogaret vt id facerem. Tot etiam & tales ope-
 rarij, sollicitatores, vel negotiatores superuenire possent,
 quod rogantibus iis sanctè morem gerere posset sacerdos,
 ne deuotio illorum tarditate alterius Missæ frigeret,
 neue operarum suarum iacturam facerent, tum quia nulla le-
 ge videtur prohibitum, ne huiusmodi reiteratio iusta de cau-
 sa fiat e. Et licitum est iterare idem verbum in eadem ora-
 tione iusta de causa. Vt in Euangelij f sæpe legimus: *Amen
 amen dico vobis*: & in Psalmis g *fiat, fiat*. Et in paulo h: *Abba
 pater*: tum quia per hanc retroeditionem non relinquitur
 officij imperfectum, imo magis videtur petfici, vt palè est.

Quinquagesimumquartum Miscellanèum, quod poste-
 rior quaestio fuit. An liceat dicere Missas, quas quidam ap-
 pellant siccas, saltè in nauibus, in quibus non licet dicere
 integram ob periculum effusionis Sanguinis Domini: Ad
 quam respondetur primò nomen hoc esse nouum, & in nul-
 lo contextu Iuris Canonici, nec in vllò commento eius cu-
 iusquam ordinarij & classici authoris, quod sciam, inueniri.
 Secundò quod eò nōmine vsus fuit Gulielmus Episcopus
 Mimatenis siue speculator a, sentiens in summa Missam
 siccam appellari eam quæ continet omnia contenta in Mis-
 sa integra, excepta consecratione Corporis & Sanguinis
 Domini cum aliquot aliis ad eam pertinentibus. Et quòd in-
 terdum dicitur à sacerdote omnibus sacris vestibus induro,
 & interdum omiſsa Casula, & retenta stola alba & aliis, &
 interdum cum stola & solo superpellicio.

Tertiò

Tertiò quòd pro parte affirmatiua quaestionis, quòd li-
 ceat huiusmodi Missas siccas dicere, facit primò, quòd nul-
 la lege naturali, neque diuina neque humana id verari vi-
 detur. Deinde quòd nihil mali hoc continet. Licet enim sa-
 cerdoti vestire se omnibus sacris vestibus ad aliqua pia si-
 ne consecratione Corporis & Sanguinis Domini, facienda,
 nempe ad Litanias siue supplicationes, & ad oleum sacrum
 consecrandum, & assistendum interdum in Capella Papæ, &
 aliqua id genus alia.

Pro parte autem negatiua facit primò quòd quandam si-
 mulationem inutilem præ se ferre videtur, cum videatur ef-
 se quædam imago & figura inutilis rei scilicet Missæ quæ
 non est, quòd non licet facere b. Deinde quòd audimus
 nonnullos scandalizari & offendi, eò quòd videtur per eas
 detrahì Maiestati summi & angustissimi nostræ Religio-
 nis sacrificij, & nihil quòd absque peccato potest omitti,
 est cum scandalo faciendum c.

Tertio, quòd videtur sapere quandam superstitione, cum
 sine vlla figura Missæ, & sine vllis vestibus presbyterio pro-
 priis tam vtiliter dici possint, omnia, quæ in iis leguntur, ac
 cum illa & illis, & ita videtur superflua, & quædam reli-
 gio supra modum seruata, & cōsequenter superstitio. Cum
 illa definiatur à Thoma recepto d, esse religio supra mo-
 dum seruata e.

Quartò quòd non licet interpolate Missam integram in
 reponendo inter partes eius aliqua extranea, vt alibi pro-
 bamus f, & aliquot sacerdotes (vt præfatus Gulielmus f ait)
 dicunt Missam integram vnius officij ab introitu vsque ad
 offertorium, & postea duplicem secretam, duplicem com-
 munionem, & post communionem. Et aliquot vt ipsi vidi-
 mus, post vltimam Collectam Missæ integræ ante *Item mis-
 sa est & benedicimus*, vel benedictionem, incipiunt Missam
 siccam, & ambas concludunt per *ite missa est*, vel eandem be-
 nedictionem. Et aliquot post illam ante Euangelium Ioan-
 nis, vel aliud secundum regulas Missalis in fine dicendum.
 Quorum primos derestatur expressè præfatus Gulielmus g,
 & ratio hæc quarta alios reprobat.

Quartò principaliter dicendum pro concordia horum &
 resolutione quaestionis, licet de se præfatas Missas siccas
 dicere, vt probant argumenta priora pro parte affirmante
 adducta, modo fiat sine scandalo & sine superstitione, & in-
 terpolatione, vt probant argumenta posteriora pro parte
 negante

b ca. vltimè
 simulationem 22. q.
 2. & notat
 per Thoma-
 ma. 2. sec.
 q. 111. ar. 1.
 c ca. 2. de
 noui ope-
 nunciat.

d 2. sec. q.
 92. ar. 1.
 e In En-
 chirid. de
 ora. ca. 10.
 n. 1. & 13. &
 sequentib.
 f in 4. lib.
 c. 1. nu. 23.
 Rationali
 diuino offi-
 offic.

negante adducta. Dixi *sine scandalo* quia cum illo non liceret per prædicta. Scandalum autem contingeret, si diceretur coram aliquibus, qui putarent sacerdotem dicere duas Missas integras, vel si dicendo siccam post integram præfumeretur velle obligare ad audiendam siccam, ut erant obligati ad audiendam integram. Quod tamen per leuam mentionem tolli posset. Dixi *sine superstitione*, quia cum illa nil licet h. Dixi *sine interpolatione integra Missa*, quia non liceret cum ea ut alibi i probamus.

h. c. non licet. 26. q. 5. & melius capit. non obferuetis. 26. q. 7. tradit Th. 2. sec. q. 9. art. 1. i In Enchirid. de orat. ca. 10. n. 1. & 13. & seq.

Quinquagesimum quintum Miscellanæum quod. Ex his infertur primò non licere post dictam integram incipere siccam ante *Itemissa est*, & Benedicamus; nec ante benedictionem integræ, nec ante Euangelium Ioannis vel aliud quod iuxta ordinationem Missalis esset dicendum, ut præfactum est. In quo nonnullos errare vidimus. Secundo infertur licitum esse id quod sæpe cum essem puer vidi fieri in Litanis, siue supplicationibus, quæ ad pia loca longinqua fiebant, nempe quod inter eundem, ne orationum remissio, & interpolatio fieret, interponebatur Missa sicca à sacerdote, induto superpellicio stola superposita nunc Virginis Matris, nunc alius diui, quam clerici memoriter dicere vel cantare nouerant, quæque populi prosequētis deuotionem incitaret & conseruaret.

Tertio infertur vera esse illa quæ de modo dicendi missam siccam habet liber sacerdotalis à Leone Decimo (ut aiunt) probatus, quem nobis monstrauit R. in Christo pater F. Paulus Constabilis Sacri Palatii Magister multis nominibus mihi suscipiendus. Cuius verba de ordine dicendi Missam siccam statim post integram sunt hæc: *Data benedictione post Missam celebratam, & Euangelio S. Ioannis lecto celebrans deponit casulam, & omnibus aliis paramētis retentis stans in cornu Epistolæ, versus ad altare detecto capite legit abs lute ex Missa introitum alterius Missæ, Gloria in excelsis Deo; si illud in prima Missa non dixit, & secundæ Missæ conueniat, alioquin ipsum prætermittit idem obsequat de Credo in unum Deum. Subiungit absolute prætermittit, versic. Dominus vobiscum, & Oremus, Orationem, Epistolam, Graduale, Alleluia, vel tractum, Euangelium quod incipit, Sequentia, vel initium S. Euangelii prætermittit (Dominus vobiscum) Offertorium, communionem. Et similiter omnia ver. Dominus vobiscum & oremus absolute subiungit post communionem omnia intelligibili voce legens, & sic ibi absque aliâ cæremoniâ officium ipsum terminat,*

I. prima parte tracta. 4. c. 34.

minat, tùm dicit secretè seu competenti voce, Antiphatrium puerorum &c. Deponit omnia paramenta, prout superius post Missam ordinariam dictum est, hæc ibi.

Quinquagesimum sextum Miscellanæum quod ex iisdem quarto infertur etiam vera esse quæ idem liber sacerdotalis m continet de missa sicca in mari & fluminibus celebrari solita in hæc verba: In loco fluctuanti, ut in mari & fluminibus celebrare non licet alicui. Consuevit tamen in mari pro populorum deuotione, absque consecratione, Missa (quam siccam vocant) dici per sacerdotem hoc ordine: In loco naus Ecclesiola nuncupato, parata est mensa, supra quam ponitur mappa munda, etiam non benedicta, & in medio partis posterioris eiusdem mensæ Crux, ac hinc & inde in cornibus posterioribus ipsius mensæ duo candelabra cum duabus candelis ardentibus collocantur, vbi sacerdos Missam huiusmodi dicturus, ante dictam mensam stans, accipit superpellicium & de superstolam ab humeris dependentem, quam transfuerat ante pectus per modum Crucis, & cingulo eam firmat. Vel secundum alios. Omnibus paramētis sacerdotalibus induitur ordine superius dato, omissa sola planeta siue casula, qua non vitur, Sicque paratus stans ante mensam prædictam facit confessionem cum interessentibus dicens, in nomine patris & filii, & spiritus sancti, Introibo &c. prout habetur supra in principio missæ, vsque ad orationem, Oramus te Domine, ut per merita &c. exclusiue ascendit ad mensam & omisso illius osculo, stans in cornu Epistolæ legit illius introitum, Kyrie eleyison, Gloria in excelsis Deo, si est dicendum, Dominus vobiscum, non vertendo se ad populum, Oremus & orationem ordinariam. Deinde si placet & dici conueniat, facit vnam vel duas commemoraciones, legit Epistolam, Graduale, Alleluia, si est dicendum, vel tractum, portat librum ad cornu Euangelij: dicit in medio mensæ, Munda &c. Dominus sit in corde &c. Deinde ante librum Dominus vobiscum. Sequentia &c. signat librum & se in fronte, ore & pectore: finito Euangelio osculatur textum: dicit Credo: si dies & officium requirit, Dominus vobiscum, non vertendo se ad populum, Oremus, Offertorium, Præfationem, Sanctus &c. Oremus præceptis salutaribus moniti &c. Pater noster Agnns Dei, Et dat osculum pacis, si alias, officio illius diei quod legit conueniat, reuertitur cum libro ad cornu Epistolæ, dicit communionem in eodem loco, Dominus vo-

m vbi sup. in d. tract. cap. 35.

biscum non vertendo se ad populum, post communionem & commemorationes, si prius fecit ibidem, Dominus vobiscum, ut prius & ite Missa est, vel benedicamus prout conuenit, aut, requiescant in pace, si legit pro defunctis. Quo dicto ibidem se vertit ad populum & illi more solito benedicit, si non legit pro defunctis. Pro quibus si legit, benedictionem huiusmodi pretermittit. Tum dicit Dominus vobiscum, & signans seipsum in fronte, ore, & pectore continuat Initium sancti Euangelij secundum Ioanem. In principio &c. ut supra. Quo finito vestes sacras quas recipit ibidem deponit. Omnia premissa in huiusmodi Missa dicuntur voce intelligibili: ita quod ab omnibus illis interessentibus audiantur hæc ibi.

Circa quæ tamen aduertendum est quod non videtur dicenda postcommunio, quando in ea fit mentio de oblatione, sacrificio, vel sacramento oblato, vel percepto, qualis est postcommunio, quæ in Missa Domini primæ Auentus, & in aliis multis pro Papa dicitur scilicet: *Hæc nos qua sumus Domine perceptio Sacramenti.* Qualis item illa postcommunio vnius Confessoris, *Refecti cibo, potuque caelesti* & aliarum multarum, cum earum verba præsupponant factam esse consecrationem Sacramenti, & illud perceptum, Quæ in missa sicca non sunt. Er ita qui eas diceret, mentiri videretur, quod nulla de causa facere licet. Addendum item quod præfatus Gulielmus ait ° posse dici etiam *Pax Domini sit semper vobiscum*, Quod ea ratione asseri potest, quod illa verba: modo non sicut super ealitem cum præsupponunt consecrationem factam, nec Sacramentum perceptum sicut præfata postcommuniones.

Quinquagesimum septimum Miscellaneum quod quinto etiam infertur vera item esse illa quæ continet præfatus liber P de modo dicendi Missam siccam coram infirmo vel alio (quam variis de causis dici posse præsupponit) in hæc verba, *Si aliquando accidit, quod quis infirmus, vel alius velit Missam audire, ubi non est Sacerdos ad Missam celebrandum dispositus, Quia ipse eadē die celebrauit, vel ex alia legitima causa, poterit Sacerdos in Ecclesia vel alio loco conuenienti, ut præmittitur huiusmodi Missam legere in omnibus & per omnia prout superius de Missa nauali dictum est, & non in ea Sacramenta ostendere, etiam si illud Ecclesia ibidem in loco suo sacro habeat paratum, propter periculum ostensionis, ad laudem Saluatoris nostri.* Circa quod etiam aduertendum, quod ratio quæ redditur in præfatis verbis, cur non debeat ostendi verum sacramentum non videtur satis apta & efficax, & videretur posse reddi hæc aptior, quod quædam irreueren-

n sup. pri-
mū. 22. qu.
2. c. super.
eo. De vtu.
o. ubi sup.
lib. 4. c. 23.
Rational.
diuina. 1.
offi.
p. In d. tra.
2. 4. c. 36.

210

irreuerentia videtur fieri tanto Sacramento educendo illud e custodia, ex leui causa & tempore & modo insolito, A quali omni irreuerentia, omnique specie eius, eo magis nos oportet fugere circa tægetia missam, quo, illa magis omnia alia diuina officia præcellit, quoque in illa, ut habet cõciliū Viensense * conficitur Sacramentum maius præcellsum, & memoriale mirabile ac stupendum, delictabile, suane, utrisumque; ac super omnia preciosum. Quodque ut alicubi b ait Angelicus Doctor (de eodem bene meritis) omnium Sacramentorum est maximum. Quodque ut idem alibi c ait omnium miraculorum à Christo factorum est maximum, Quoque nullum Sacramentum est salubrius, eoque purgantur peccata, virtutes augentur & mēs omnium spiritalium charismatum abundantia impinguatur. Per cuius vnam memoriam ænigmaticam, ex parte obscuram viæ sed vera, eademque firma fide suffultam, perque vsum eius cernuis venerabilisque animis frequentatum, ad omnino clarum patriæ intuitum eiusdem perueniamus. Amen.

Quinquagesimum octauum Miscellaneum,

S V M M A R I A.

<i>Indulgentiam ad querendam forma seruanda.</i>	nu. 221
<i>Oratio trium dierum que melior oratione vnius diei.</i>	nu. ibid.
<i>Forma non suppletur per equipollens.</i>	nu. ibid.
<i>Conditio implenda in forma specifica.</i>	nu. 222
<i>Plus non continet minus cum ratio est diuersa.</i>	nu. ibid.
<i>Oratio & eleemosyna semel facta, que valeat pro ter facta.</i>	nu. ibi.
<i>Statutum videtur, quod statuens rogatus statisset.</i>	nu. ibid.

211 **Q**uinquagesimum octauum Miscellaneum Interrogatus, An indulgentia Tubelæa nunc à S. D. N. concessa (quod efficacius imploremus diuinam clementiam, qua bellum præfens Flandricum in Gloriam suam, in augmentum fidei Catholicæ, quæ Romana est pacem, tranquillitatemque totius Ecclesiæ Christianæ vertat) quaratur ei, qui vno solo die pro præfata clementia Deum tantum orauit, quantum tribus diebus tenebatur orare. Respondeo primò hanc questionem esse similem illi, quam me ante triduum dignatus fuit quidam Summus Illustriss. (cui multis nominibus plurimum debeo) interrogare, scilicet, An præfata indulgentiam quæreret is, qui vno solo die largiretur

a In Clem.
1. de relig.
& vener.
sanct. col.
2.
b 3 par. q.
65. art. 3.
c In Ser-
mone de
Eucuari-
stia breui-
ter inser-
to.

Eleemosynam tantam, quanta facta tribus diebus sufficeret ad eam quæredam. Secundo respondeo vtramque questionem esse quotidianam, quippe quæ occurrit in omnibus fere Iobeleis, in quibus sicut in hoc cõceditur indulgentia Iobelea contritis & confessis qui quarta & sexta feris, nec non die sabbathi ieiunauerint, & orationes deuote habuerint, & eleemosynas potentes, iuxta suam deuotionem largiti fuerint. Tertio quod pro vtriusque parte affirmante facit primo, quod non refert, quid de æquipollentibus fiat ², & oratio & eleemosyna factæ vno die eiufdem quantitatis, cuius sunt factæ tribus diebus videtur sibi mutuo æquipollere. Secundo facit quod qui soluit plus videtur soluere minus, sicut promittens plus, videtur promittere minus ^b: At qui soluit ante diem videtur soluere plus, sicut qui petit ante diem videtur petere plus quam sibi deberetur ^c. Ergo orationes habitæ, & eleemosinæ factæ saltem primo die tantæ magnitudinis, quantæ tribus diebus factæ sufficerent, non solum satis, sed etiam plus quam satis, satisfaciunt. Sed contra tenenda est, cum quia seruanda est forma data ad indulgentiam quærendam, adeo quod non quæritur illa, nec vlla pars eius nisi compleatur totum, quod indulgens ad eam quærendam requirit, vt efficaciter alibi ^d colligimus ex quadam extrauaganti ^e Clementis sexti. At forma quærendi hoc Iobeleum habet, quod tribus diebus habeantur orationes, & fiant Eleemosynæ, Ergo non sufficit vna die habere & facere illas, tum quia concessio Indulgentiæ, restrictè intelligenda est ^f quod in specie dixit quædam glossa ^g, quam ad hoc alibi citamus ^h; tum quia dispositio Copulatiua ad sui veritatem requirit, vt omnes eius partes sint veræ ⁱ, Ergo ad hoc, vt quis dicatur largitus esse Eleemosynam quarta feria, Sexta & Sabbatho, nõ sufficit vt largiatur vna, vel duobus illarum, tum quia licet id quod est dandum vel faciendum aliquo tempore potest fieri ante illud, quando tempus est adiectum in fauorem debitoris ^l: non tamen potest id fieri, quum est adiectum in fauorem alterius ^m, vt & nos post alios in hac ipsa materia orationis alibi ⁿ tradimus, asserentes quod penitens iussus ad recitandos Psalmos penitentiales septies, septem hebdomadis, non satisfacit dicendo illos septies in vna hebdomada, si tempus non fuit adiectum in fauorem eius, vt leuius eos recitare

Bartho. & communis. ff. de verbo. obligat. m. l. cum pater. §. à filia. ff. de In Enchirid. de orat. cap. 3. à num. 23.

posset

posset, sed in fauorem animæ suæ, vt maiore tempore defleret peccata. Et in casu proposito videri potest onus de faciendo Eleemosynam tribus diebus, adiectum esse, vt diutius & pluries bene operaretur, tum quia conditio debet impleri in forma specifica, & non in æquipollenti ^o quin & efficit vt positum sub ea censetur esse de forma substantiali actus secundum Baldum ^p, quem inter alios sequitur Felinus ^q, tum denique quod nemo diceret sufficere ieiunare, vno solo die tam austerè profetendo cœnam in noctem, & tunc solū parum panis & aquæ sumendo, quod esset tanti & maioris meriti, quam trium dierum ieiunium opi-
parè sexta hora cœnantis,

Ad primum oppositorum responderi potest primo, negando quod æquipollent facere prædicta vno die, vel tribus per supra ^r adducta. Secundo responderetur quod illi regulæ non refert quid de æquipollentibus fiat, nõ est locus in dispositione conditionali, & aliis in quibus aliquid pro forma traditur, vel ratio diuersitatis aliud suadet. Et in proposito Oratio & Eleemosyna tribus diebus facienda, pro conditione & forma quærendi Iobeleum traditur. Et ratio est diuersa, quia maioris meriti est ter tribus diebus orare, & Eleemosynam facere, quam vna tantum die.

Ad secundum responderetur, quod illa regulæ, plus continet in se minus, fallit in his quæ sunt de forma & conditione substantiali, iuxta quandam gloss. ^s & doctores ibi. Neque cum est ratio diuersa, vt annotauit Decius post alios ^t. Et in casu proposito agitur de implendis iis, quæ dantur pro forma & conditione quærendi Iobeleum, & non militat eadem ratio in implendis iis semel, quæ militat in implendis ter, vt prædictum est. Ex quo infertur primò quàm vtilissimum fore, vt parochi, & Concionatores huiusmodi Iobelea promulgantes monerent præfata tria, tribus diebus in eo expressis esse faciendâ, quoniam scio multos, partim per negligentiam, partim per incogitantiam omittere orationes, & Eleemosynas vsque ad Sabbathum. Quamuis aliquando visum fuerit nobis id, quod & nunc videtur probabile, scilicet quod qui per probabilem ignorantiã, obliuionem, vel incogitantiam siue inaduertentiam absque alia culpa & negligentia omitteret orare, & eleemosynam facere vsque ad sabbathum & tunc haberet orationem & faceret Eleemosynam notabiliter maiorè, quam tribus diebus facere tenebatur ex quadam æquitate, & tacita indulgentis intentione

o l. Qui heredi. & l. Mœnius. ff. de cõdi. & demõ. p. In Auth. matri & Auia. c. quãd. mul. offic. iur. fung. por. q. cap. cum dilecta. n. 6. de rescriptis. r. In Arg. penul. pro hac parte adducto.

s In c. pl. De regul. iur. lib. 6. per c. Cuf. de non sacerdotali. De præb. cod. lib. t. In reg. nõ debet. sub fin. ff. de reg. iur.

t cap. 2. de
cōstitutio-
nibus.
v. l. Tale
pactum. §.
fina. ff. de
pactis.

quereret illam. Quia rem, quæ culpa caret in damnum ve-
cari non conuenit^f. Et quia quædam glosa singularis &
recep. v. dixit pro tacite statuto habendum id quod verifi-
militer statutum fuisset, si ab statuente quæsitum fuisset: Et
verisimile est Papam, si de hoc casu interrogatus fuisset, ita
pro sua maxima pietate & æquitate respondurum.

Quinquagesimumnonum Miscellaneum,

S V M M A R I A.

*Absolutio à reſeruatīs facta per Confessarīum, virtute
Iobelæi electum, an valeat, si reliqua ad querendum il-
lud requisita non ſiant.* nu. 223

Confiteri bis, idem peccatum nemo cogitur. nu. ibid.

Absolutio Sacramentalis non debet esse conditionalis. nu. 224

Confessio facta excommunicato, quæ non valet. nu. ibid.

Quinquagesimumnonum Miscellaneum, quod circa 223
idem præsens Iobelæum occurrit etiam in presentia
quæstio noua & grauissima cuidam Confessario perpio,
perdocto, perque celebri Concionatori, de quodam qui fir-
miter proponens querere illam die Dominica sequenti,
cum animo firmo faciendi omnia ad querendum Iobelæum
requisita, verè contritus, confessus fuit feria secunda gene-
raliter omnia totius vitæ suæ peccata, etiam reſeruata, à
quibus fuit absolutus à Confessario virtute Iobelæi electo;
qui postquam ieiunauit feria quarta, non curauit ieiunare,
nec orare, nec largiri Eleemosinam feria sexta & sabbatho,
neque cōmunicare die Dominica, An confessio reſeruato-
rum, & absolutio ab eis facta valeant? ita quod non oblige-
tur iterum illa confiteri neque eorum absolutionem aliam
querere? Et quidem pro parte negante facit primò, quod
vt supra dictum est^a, Nulla indulgentia, nec pars eius, que-
ritur alicui antequam faciat omnia quæ requiruntur ad eam
querendam, etiam si bonam partem eius fecerit per quan-
dam extrauagantem Clementis^b Sexri^b, alibi à nobis ad
verbum relata^c, ex qua id efficaciter colligimus^d, & aliis
fundamentis muniuimus.

Secundo quod intentionis S. D. N. videtur esse, vt Confessa-
rius absoluat à reſeruatīs sub conditione, si fecerit requi-
sita ad Iobelæum querendum, & actus agentis non opera-
tus ultra intentionem eius^e. Tertio facit, quod alioquin
daretur

^a In Mi-
scellaneo
preceden-
ti.
^b Quæ in-
cipit. Vni-
genit^o. De
pen. & re-
miss. in et
cōmunes.
^c In tract.
de indulg.
super. §. in
leuitico.
de penit.
d. l. not. 12.
d. In d. rra-
da. not. ab.
15.
^e In non o-
mnīs ff. de
reb. cre-
dit. ca. fin.
de præb.

daretur occasio fraudis, qua quis possit virtute Iobelæi ab-
solui ab omnibus censuris reſeruatīs S. Sedis Apostolicæ, nil
curando de Iobelæo querendo. Posset enim quis confiteri
& absolui feria secunda, vel tertia hebdomadæ, in cuius
Dominica sequente per sacram communionem querend-
um est Iobelæum, & nihil præterea curaret de Iobelæo que-
rendo, & ita maneret absolutus à reſeruatīs, antequam com-
municaret, aut vllam orationem, aut eleemosinam faceret;
quod videretur absurdum, & ita non dicendum^f. Quibus tam-
en non obstantibus, pars affirmatiua, nempe quod abſo-
luti valeat, & Confessio non sit iteranda, tenenda est, tum
quia qui semel confitetur legitime peccata sua, & absoluitur,
non tenetur illa iterum confiteri iure naturali, nec Di-
uino nec Canonico communi, imo nulla lege humanā pos-
set constitui, vt quis absque consensu suo obligetur ad con-
fitendum bis idem peccatum, vt post Thomam^g & alios^h,
alibiⁱ tradidimus. At is de quo queritur legitime fuit semel
cōfessus peccata reſeruata, & legitime absolutus: Ergo non
tenetur iterum confiteri, tum quia præſens poenitens si fe-
cisset omnia ad Iobelæum querendum requisita, vel obiret
mortem ante diem Dominicum, iudicaretur absolutus, e-
tiam quoad reſeruata & non per aliam absolutionem. Ergo
illa absolutio fuit valida etiam quo ad reſeruata, tum quia
S. D. N. requirit ieiunium & eleemosinam & orationem;
tanquam præambula Iobelæi, ad Confessionem & absolu-
tionem peccatorum: At ieiunium, oratio & eleemosina fa-
cta valent, etiam non consecuto Iobelæo. Ergo etiam con-
fessio, & absolutio reſeruatorū valebunt, eo non consecuto.

Ad primum argumentū in oppositum formatum respon-
detur, quod procedit à separatis, & ideo non valet^m. Aliud
enim est indulgentia querenda, de qua sumitur argumen-
tum, aliud Confessio legitima, quæ est quoddam præambu-
lum, ad eam querendam, requisitum, & potest, imo debet
esse legitima.

224 Ad secundum autem argumentum respondetur, negan-
do intentionem Papæ fuisse concedere Confessariis eligen-
dis potestatem absoluendi sub cōditiōe si facerent omnia
requisita ad querendum Iobelæum, & non alias. Tum quia
nihil tale habetur in bulla imo per eā sit potestas absoluendi
absoluti, Tum quia nullum mandatum generale extēditur
ad delictaⁿ: At Confessarius, qui absoluit Sacramentali-
ter sub conditione rei futuræ, delinquit, quia absolutio esset

f. l. nā qd
absurdum
ff. de bon.
liberto. c.
Dudū de
præb. li. 6.

g in quo-
libero. r.
ar. 12.
h in 4. sē-
d. 17.
i cap. fra-
tres. n. 30.
de poenit.
d. 5. & c. fi.
num. 12. de
poenit. d. 6.
Et in Mā.
confess. c.
9. nu. 1.
l. arg. 1. il
iud. ff. Ad
leg. Aquil-
iam. c. du-
dum. cl. 2.
de elec.
m. l. Papi-
nianus. ff.
De minor-
tibus.

n l. penes
tor. ff. De
cōdi. indig-
biti. c. a. de
Iureiurā.
lib. 6.

o cap. 1. in
principio.
nu. 62. de
pœni. d. 6.
p in Man.
Confess. c.
16. nu. 19.

incerta, & in pendentia, vt post S. Antoninum tradidimus pridem^o, & postea P, ergo non fuit intentio S. Sanctitatis vt confessarij absoluerent conditionaliter.

Ad tertium responderetur negando, quod per hoc daretur occasio delinquendi & fraudandi fructum Iobelaï illis, qui nolent aliud, quam absolutioem à reſeruat. Quia nos loquimur de illo, qui verè contritus, & cum proposito firmo quærendi Iobelaum, & faciendi omnia in id requisita, legitime confitetur. Et qui tali fraude vteretur non esset legitime confessus, nec absolutus à reſeruat, neque à non reſeruat. Quia confessio sua non esset integra, eò quòd peccatum illud animi fraudandi admissum, taceret, sicut in simili tradidimus alibi^q. quòd licet confessio ab excommunicato facta, & absolutio ei data valeant, si ignorat, vel non aduertit se esse excommunicatum, neque excommunicato non licere suscipere Sacramentum, non tamen valent, si fiant ei hoc scienti, & aduerſenti. Quia non pœnitet, nec confitetur integrè, eò quòd non pœnitet eum peccati, quod in hoc committit, nec confitetur illud.

q in Man.
Confess. c.
9. nu. 4.

Sexagesimum Miscellaneum,

S V M M A R I A.

<i>Iobelaum hoc, vt impotens ieiunare, querat.</i>	nu. 225
<i>Iobelaum impeditum facere, vt querit.</i>	nu. ibid.
<i>Iobelaum hoc an querat Confessus mane Dominica.</i>	nu. 226
<i>Legem seruare videtur, seruans finem eius, licet medium statutum non principaliter propter se, sed propter finem non seruet. v. ibid.</i>	

Sexagesimum Miscellaneum, quod post præcedens Miscellaneum prælo mandatum tria quotidiana interrogat à quodam Sacerdote admodum reuerendo. Primum an præfatum Iobelaum quesierit messor, vel alius operarius, qui operando non potuit ieiunare tribus diebus in Bullis Iobelaï præscriptis, cætera tamen omnia requisita impleuit. Secundum an quesierit illud is, qui non fuit confessus intra hebdomadam vsque ad mane dominicæ, in qua debebat communicare, tunc autem sic, & postea communicauit, & antea cætera omnia adimpleuit. Tertium quid de illo, qui omnia impleuit præterquam quod supplicationibus siue processionibus in Bulla fieri iussis non interfuit. Ad quorum primum respondeo quòd pro parte negatiua, scilicet quod non

non quesierit, facit primò, quòd qui de duobus propositis alterum concedit, alterum negare videtur^a: at Bulla huius Iobelaï excusat expressè ab obligatione largiendi Eleemosinam illum qui eam facere nequit, nihil autem ait de non potente ieiunare; Ergo videtur illum non excusare. Secundò quod (vt in proximo Miscellaneo præbauimus) non querit quis indulgentiam, qui omnia quæ ad eam quærendam requiruntur, non implet, etiam si iusto impedimento aliquid eorum omittat, vt alibi^b probauimus per Extrauagantem, Vnigenitus. Tertio quod non dicitur impeditus, qui potest tollere impedimentum^c: at messor, & alius operarius, licet non possit ieiunare operando, potest tamen id facere non operando, & ita potest tollere impedimentum ieiunij, ac consequenter ieiunare. Pro parte autem affirmatiua facit primò, quòd fortius, aur saltem æquè obligat quem ad ieiunandum præceptum Ecclesiæ, ac Bulla hæc: & operarius qui ob iustam necessitatem operatur opus, quod operando ieiunare nequit excusatur à ieiunio Ecclesiæ præcepto vt post alios tradidimus^d: Ergo etiam excusabitur à ieiunio huius Bullæ. Secundò quòd de similibus idem est iudicandum^e, at impotens facere Eleemosinam, excusatur ab ea facienda per ipsammet Bullam, ergo etiam non potens ieiunare excusabitur à ieiuniis, cum quoad hoc illa duo sint similia. Tertio quòd licet non querat in dubio indulgentiam is, qui non implet omnia ad eam quærendam requisita, etiam si ob impedimentum iustum omittat, querit tamen quando expressè excusatur ab eis faciendis iuste impeditus, vt præfata Extrauagans^f Vnigenitus probat, & nos alibi^g: annotauimus, & S. D. N. expressè cõcedit^h, vt impediti morbo, vel alio iusto impedimento facere requisita ad hanc indulgentiam, querant eam faciendo pro illis aliis, in quæ Confessarij commutauerint illa, & in claris non est locus coniecturisⁱ. Itaque ad quæstionem propositam resolutè dicendum est quòd messor vel alius operarius, de quo queritur si propter iustam necessitatem alendi & sustentandi se vel vxorè aut familiam suã, quam tenetur alere omisit ieiunare præfatos dies, sed fecit alia in quæ Confessarius suus, illa ieiunia ei commutauit, quæ fuit indulgentiam & non aliàs. Ad primum oppositorum respondemus quòd illud vulgatum, qui de vno dicit, de alio negare videtur, intellegendum est de alio dissimili, & non de alio simili, vt singulariter annotauit alicubi Dominicus¹. Ad secundum re-

a c. dñe.
De præſcriptio. l. cñ
prator. ff.
de iudicis
b in trac.
De indul.
notab. 19.
n. 3. & 4. p.
Extra. Vn
genitus. de
pœn. & re
mis. infer
tã ibi nota
bil. 12.

c Arg. c. 62
De elec. &
c. cõmissa.
eo. tit. 11. c.
d in Man.
cõfess. c. 10.
nume. 16.
e l. illud.
ff. ad leg. A
quil. c. du
dum. 2. de
elec.

f De pœnã
& remis.
g in præſa
to not. 19.
h In Bulla
Præfati Iob
elaï. ver
sic. Eos g
morbo.
i l. conti
nuus. §. cñ
ita. ff. de
verb. obl.

l. c. qualis.
25. dist. p.
quo è tex
tus c. si ti
bi. De præ
ben. lib. 6.
adiucta gl.
que tex. lo
quentè de
absenti ex
rendit ad
præſentem
qui eo ca
su est simi
lis pñent.

spondeo, quod assumptum in eo intelligendum est in casu dubio, & non in claro. vt proxime dictum fuit.

Ad tertium quod nostra responsio agit de operario operante propter iustam necessitatem, qui licet potentia siue possibilitate logica dicatur posse ieiunare: possibilitate tamen moralii iuste dicitur non posse ieiunare^m.

m. Arg. c. faciat. 22. q. 2. & leg. nepos pro casu. ff. de verbor. signific.

Inter impotentem autem ieiunare, & inter impotentem largiri Eleemosynam videtur quoad hoc Iobelum id interest, quod ille non querit illud nisi faciat id, in quod Confessarius ieiunium commutauerit, hic autem sic. Quoniam solum potentem largiri. Eleemosynam obligat ad illam, & ita impotens non tenetur ad eam, nec consequenter ad aliud in quod illa commutetur: ad ieiunium autem obligat omnes, ad quod (vt supra dictum est) non excusaret impedimentum etiam iustum, nisi id in Bulla exprimeretur. Exprimitur autem vt excuset, dummodo fiat id in quod a confessario commutabitur, & ita id est faciendum. Ad secundum quaesitum respondetur, quod pro parte negativa scilicet quod qui non fuit confessus ante mane Dominicae non querat hanc indulgentiam, facit primo, quod Bulla requirit vt confessio in hebdomada praecedente Dominicam Communionis, & is non fuit intra illam confessus, ac consequenter non impleuit omnia requisita per Bullam. Quod tamen oportet facere ad indulgentiam quaerendam, vt supra dictum est^m.

n. In proxima q. & in proximo Miscellaneo.

Secundo quod multo melius est confiteri ante praefatas orationes, Eleemosynas, & ieiunia requisita quam post ea, cum illa facta in statu gratiae sint multo gratiora Deo & habiliora ad obtinendum id, propter quod Iobelum conceditur, Et Confessio Sacramentalis actu perfecta est de praecipuis mediis ad illum statum quaerendum, secundum omnes per multa alibi a nobis tradita^o.

o. in Man. Confess. c. 1. & 2. & c. 22. a nu. 33.

Pars tamen affirmatiua, scilicet quod is de quo quaeritur, consequutus fuerit indulgentiam, videtur tenenda, tum quia is qui seruat finem ad quem aliquid non propter se principaliter, sed propter illum finem tanquam medium constituitur, satis videtur seruare constitutum, licet illud non facit, vt Panor. colligit ex quodam Canone Concilij generalis P, quem sequitur ibi Aretinus & late confirmat Felinus, & licet Decius contra id argumentetur: tandem tamen ait saluari posse dictum Panormitani quoad forum conscientiae, vt procedat iuxta illud dictum Innocent. celeberrimum in alio

p. in vtri. notab. ca. Quoniam contra. de probatio.

Cano

Canone⁹ eiusdem Concilij, videlicet quod electio praefata facta non seruata forma & solennitate iure humano statuta, valet quoad forum conscientiae, si iuxta ius naturale maior pars verè consensit in electum. Et in casu nostro agimus de re fori conscientiae & in quo iubetur fieri confessio intra hebdomadam non principaliter propter ipsam, sed ad finem iuste sumendi Eucharistiam, quam non licet sumere etiam verissime contrito non praemissa confessione actuali peccati mortiferi, iuxta quandam glossam singularem^r, redactam in canonem à concilio Tridentino^s. Ergo satis seruat ordinem Bullae, qui ante Communionem tempore apto habendam fuerit confessus, tum quia nemo negabit sufficere confiteri feria quinta, sexta, & sabbatho etiam in eius nocte vna quarta hora ante dimidiatam noctem, & durum videbitur, ei qui hoc confitebitur negare quod satisfaciatur, qui vna quarta hora post eam dimidiatam confitebitur, & qua ratione defendi potest sufficere confiteri vna quarta hora post dimidiatam noctem, eadem potest defendi sufficere confiteri post vnā horam, & tres, & quatuor, & plures, dummodo id fiat ante Communionem opportuno tempore sumendam^t, tum quia falsum est dicere intentionis S. D. N. fuisse obligare ad confitendum ante ieiunia, orationes & eleemosynas faciendas, alioqui enim non sufficeret confiteri etiam intra hebdomadam feria quinta, & sexta, & minus sabbatho post illa facta, quod est absurdum, & contra omnium praxim. Ergo non est dicendum. Vt ita vidimus consultum & seruatum in Hispaniis ante triginta annos in casu Iobelai huic simili.

q. ca. Quis propter. De electis.

r. e. de homine. De Celebrat. Missar. s. In Canone xi. sess. 23.

t. Arg. l. i. d. lud. cum si milib. ff. ad leg. A. quillam.

v. l. nā qd absurdū ff. de bonis libertor.

Ad opposita responderi potest, quod satis confitetur intra hebdomadam praecedentem, quo ad hunc effectum qui confitetur mane Dominicae ante Communionem per rationes praedictas: Cum Confessio requiratur non principaliter propter se, sed tanquam medium ad finem iuste sumendi Sacramentum Eucharistiae, ad quod sufficit confessio mane Dominicae ante illius sumptionem facta. Ad tertium quaesitum respondeo, quod non fuit necessum interesse supplicationibus siue processionibus per Bullam haberi iustus. Quia licet S. D. N. iusserit eas fieri & desiderauerit, vtque frequentissimo comitatu fierent, non tamen praecipit, vt omnes Iobelum quaesituri, interessent eis, sed solum vt ad eas inuitarentur, & inuitatio, hortatio, & rogatio non inducunt praecipit, sed consilium tantum faciendi ea, in quaerantur & rogantur^x.

x. s. fin. q. dist. & ca. quod precipitur. 14. q. 2.

Serage

Sexagesimum primum Miscellaneum,

S V M M A R I A.

Beneficium an liceat acceptare nescienti recitare. **no. 217**
Beneficium licebat olim pueris acceptare nunc autē minimē. n. 217
Munus per se exercendum non capiat nesciens illud exercere. n. 218
Beneficium non queritur per collationem ante acceptationē. n. 219

Sexagesimum primum Miscellaneum quod ante paucos dies interrogati, An liceat ei, qui non caller artem siue modum recitandi legitimē horas canonicas, suscipere beneficium Ecclesiasticum, & competere illud cum aliis competentibus, & concurrentibus, quum per concursum est conferendum, Respondemus quod à parte affirmante stat primum quod olim ante sacrum Concilium Tridentinum² passim conferebantur beneficia simplicia pueris infantiam, siue ætatem septem annorum egressis, qui nesciebant recitare illos, imo & ignorabant quot, & quæ essent illæ. Secundò quod vsus ille non erat Canonico iuri contrarius, imo consentaneus, iuxta resolutionem communem Panormitani & aliorum^b. Pro qua est per locum ab speciali Regula^c Cancellariæ Innocentij Octaui, quatenus specialiter requirit ætatem quatuordecim annorum ad Canonicatum Ecclesiæ Cathedralis, & decem annorum ad Canonicatum Ecclesiæ Collegiæ, adiuncta glosa, quæ diffinit rationes, portiones, & præbendas, quæ non essent Canonicales posse conferri maiori septem annorum, non obstante illa regula, quæ ad solos Canonicatus præscribit illa tempora: immo quod mortuo Papa (quia per eius mortem cessant Regulæ Cancellariæ per proœminum eorum) posset ordinarius conferre prædictos canonicatus maioribus septem annorum. Tertio quod etiam post præfatum Concilium frequenter conferuntur beneficia etiam doctis, qui vix vnquam acceperunt in manibus breuiaria. Quarto quod etiam Magisterium, Doctoratus, & alia munera Mineralia conferuntur iis, qui vix salutarunt à limine facultates illas, quarum docendarum præfata munera conferuntur eis. Quintò quod etiam officia Romana scriptorum, & quædam alia tam Ecclesiastica quam secularia vbique gentium donantur viris Bullas Apostolicas nescientibus scribere, & nescientibus illa exercere. Sextò quod tam circa spiritualia quam temporalia videntur abrogatæ leges illæ, quibus veramur fungi muneribus^d

a c. 6. sess. 23.
 b in c. super in ordinata. De præbend.
 c. indecorum. De gestat. & quali. & ca. ex eo. De elec. lib. 6.
 d. Quæ est 37. Cancell.

bus, quorum exercitium ignoramus. Septimò quod accipiens beneficium non videtur teneri ad recitandas præfatas horas intra primum semestre, cum nec per Concilium Lateranen.^d nec per Pium V. in Extrauaganti^e, Ex proximo Lateran. cogant Beneficiarios omittentes illas primo²²⁸ semestri restituere fructus illius temporis. Quibus tamen non obstantibus contrarium est dicendum, tum quia lex naturalis, diuina & humana habet, ne quis suscipiat munus, exercendum statim necessario per semetipsum, quod nescit exercere. Quia vult se obligare ad impossibile, cum ad faciendum aliquid benè requirantur potestas & scientia f & est per se notum, tum quia id præsupponit Gregorius & in quodam capitulo, cuius glosa^h citat Illud Horatij i.

*Sumite materiam vestrum qui scribitis, equam
 Viribus, & versate diu, quid ferre &c.
 cui concordat Caius Iureconsultus^l, & illud A. Persij^m.*

Publica lex hominum, naturaq; continet hoc fas,

Vt teneat vetitos inscitia debilis actus.

Dilui elleborum, certo compefcere puncto

Nescitis examen, vetat hoc natura medendi.

Natum se poscat sibi peronatus arator

Luciferi rudis, exclamet Melicerta perisse

Frontem de rebus:

Tum quia glosa quædam singularisⁿ recepta ait peccare qui indignus accipit honorem Magisterij, vel Doctoratus, tum quia rectè responderi potest ad opposita, pro parte affirmante adducta. Ad duo quidem priora, quod procedunt à separatistis & ita inualidè^o. Aliud enim est acceptare beneficium à puero, quod antiqua iura permittebant, aliud est acceptare beneficium ab ignorante recitare, quod nulla lege permittitur. Multi enim pueri sciunt recitare, quorum de numero etiam ipse fui qui à nono ætatis meæ anno (in quo mihi quoddam Beneficium simplex collarum fuit) cas in hunc vsque octuagesimum quintum (gratia Deo) recito, Sed sanctissimè prudentissimèque præfatum Concilium prouidit: Ne vllum Beneficium quamlibet simplex vlli puero ante decimum quartum annum conferatur, quandoquidem adeò difficilè est puero benè recitare vt nulla in re videar mihi adeò seni & exercitato etiam nunc frequentius peccare, quam in eis non benè recitandis. Et vix me vilius rei magis pœnitet, quam accepisse beneficium in tam puerili ætate.

d sess. 9. s. statumus.
 e Relata à nobis in Enchi. De Orat. c. 7. f c. Cui super. De of. delegat. g ca. Non est putanda. l. q. 1. h In d. ca. N6 est putanda. i Hora. in arte poeti ca. l In l. Idè Iuris. ff. ad legem Aquiliam. m Persij Satyra. 5.

n Clem. t. De Magistris..

o l. Papi- nianus c. xlii. ff. de Minorib.

p l. Nemo.
C. de sent.
& interlo-
quu. om.
Iudicij. &
c. causā q.
De elect.
q. In En-
chirid. siue
Manu. De
Orat. c. 7.

r cap. que
contra. 8.
dist. c. 8. cū
annot. ei p
omnes. ei p
consect.

s Lybi re-
pugnantiā
h. de regu-
lar. & cō-
suetudinē
de Appel-
lationib.
t l. Papi-
nianus e-
xuli. ff. de
minoribus
c. audien-
tiam. De
decimis.

v Iuxta c.
que legun-
tur, & no-
tantur ca.
accident.
De prabē.
& c. si tibi.
co. ti. li. 6.

Ad tertium & quartum respondetur: Non quod sit fed quod fieri debet esse faciendum^p. Ad quintum, quod officia scriptorum, & quædam alia similia tam Ecclesiastica quam secularia nō habēt onus exercendi ea per semetipsum, sed per se vel per alium ad id idoneum: Beneficia verō habent onus dicendi præfatas horas per ipsosmet beneficiarios secundum omnes alibi à nobis tradita^q.

Ad sextum respondetur quod lex præfata, quæ vetat ne quis fungatur munere habēte onus, quod statim & necessario est subeundum per ipsummet suscipientem illud, si nescit eo fungi, non solum est humana, sed etiam naturalis & diuina per supradicta, & ideo nullo vñ abrogari potest^r. Quamuis enim lege, consuetudine, vel dispensatione fieri possit, quod quis accipiat munus cum onere, quod per se subire nequit, cum facultate illud exercendi per alium, non tamen fieri potest, vt quis iustè accipiat munus cum onere necessario exercendi per semetipsum, si nescit per se illud exercere. Quia cum hæc sibi repugnans, non possent simul licere^s. Et vt prædictum est, beneficia habent annexum onus recitandi horas Canonicas statim & necessario subeundum per ipsosmet beneficiarios.

Ad septimum respondetur quod etiam vt duo priora procedit à separatis, & ita malè^t. Aliud enim est non teneri ad restituendum fructus, quod allegata in eo assumunt, aliud non teneri ad recitandum, quod in eo concluditur. Et præfatus Pius expressè determinat in præfata Extrauaganti, Quod omittens horas in primo semestri licet non teneatur restituere fructus: grauius tamen peccat, per quod mense proximo quendam ab hoc errore auertimus.

Limitanda tamen est hæc Conclusio ita, vt non includat eos, qui tali sunt ingenio & taliter sciunt legere, & talem Magistrorum, vel sociorum opportunitatem habent, quod probabiliter credunt, quod poterunt legitime recitare statim post acceptatum beneficium sibi collatum, & proponunt firmiter hoc facere simul ac illud acceptauerint. Quia fundamenta eius, nihil contra eos concludunt. Memini autem consuluisse pridem cuidam, vt beneficiij collati acceptationem differret, quantum iustè possit, vt interim disceret recitare, & quædam alia facere ad sanctè acceptandum illud inconuenientia, cum enim per solam collationem collatoris non quærat ius collatario ante suam acceptationem^v non erat obligatus ad recitandum ante illam, & eam iustè potuit

potuit sine vllius iniuria in illo casu differre, quod ipsum etiam hodie consulerem aliis similis conditionis clericis.

Sexagesimumsecundum Miscellaneum.

S V M M A R I A.

Horarum pronuntiatio mala, hæc dama importat. nu. 130
Præcepto dicendi horas, quis eas malè dicens, satisfacit. nu. ibid.

SEXAGESIMUMSECUNDUM Miscellaneum, quod operæ pretium me facturū arbitror, si accepta ex contentis in Miscellaneo proximo, occasione (omnes nos beneficiarios, præsertim recitandis horis Canonicis nouitios, & eos qui sunt beneficiarij antequam nouerint recitare illas, & qui ea potius ob fructus, & redditus eorum, quam ob officia diuina eis adiuncta quærent & accipiunt) admonuero tria: quibus nos incitemur ad benè fructuoseque pronuntiandas horas Canonicas (genus orandi omnium optimum) nobis ac omnibus ordine sacro initiatis religionēque sacra obuinctis munus maxime commendatum præcipuum^a & præceptum. Primum quod multi magnam partem fructus, laboris, temporis & verborum, quæ in sumimus in recitando, perdimus. Secundum verò modum quo quidem tantam perditionem vitam, & magna lucra maioribus cumulant. Tertium vnam de multis semitis faciliorem, qua possimus saltem appropinquare limini status eorum, qui hoc faciunt. Primum horum probatur, tum quia non satisfacit præcepto de dicendis illis qui pronuntiat illas sine proposito actuali siue expresso, aut virtuali siue tacito debite illis attendendi & satisfaciendi obligationi vt alibi^a probamus declarando quod dicatur propositum huiusmodi actuale vel virtuale. Neque qui incipit eas pronuntiare cum tali proposito, sed in prosecutione mutat illud actu siue expressè, aut virtute siue tacite. Quod quando contingit alibi^b explicamus. Tum quia is qui alterum horum facit, perdit fructus beneficiij pro rata temporis, & omittit quærere gratiam Dei, quam benè recitando potuisset consequi, & nouum peccatum mortiferum incurrit vt alibi^c declaramus, tum quia partem notabilem illarum omittit (qualem multi qui sunt in recitando nouitij frequenter omittre solent) perdit quoad horam cuius partē omittit, omnia illa, quæ perdit prædicti, quoad horas quas sine debito proposito debitaque

a per ad-
ducta i En-
chiridio si-
ue Manu.
de oratio-
ne & ho-
ris Cano-
nicis. c. 13.
nu. 9.

z In Enchi-
rid. de O-
rat. c. 13. n.
13. & sequ.

b In Enchi-
rid. c. 15. n.
18.

c In En-
chirid. ca.
13. n. 17.

d In En-
chirid. de
Orat. c. 10.
à nu. 43.

e In En-
chirid. De
Orat. ca. 8.
nu. 1.
f 2. sec. 9.
383. art. 15.

g in d. c. 8.
h In En-
chirid. si-
ne Manu.
li. de Ora-
tio. & hor.
Cano. c. 8.
& latius c.
20. n. 29.

a In pro-
ximo Mis-
cellaneo.

b David
psal. 46.

c August.
Thomæ.

Tur. Cre.

Titel. Ray-
nerii

Snoy Go-
dani & a-
liorū re-
centiorū.

d gl. c. Cā-
tantes 92.
diā.

e In En-
chirid. De
Orat. c. 13.
à nu. 1.

f in d. En-
chirid. ca. 7.
& c. 5. & c. 10.

g in d. En-
chirid. De
Orat. c. 20.
nu. 38. & c.

21. nu. 33.

h Psal. 36.
i psal. 38.

k dicitur ex
positore
Thomæ.

l ibid.

m ibid.

n ibid.

o ibid.

p ibid.

q ibid.

r ibid.

s ibid.

t ibid.

u ibid.

v ibid.

taque attentione eas pronunciant vt alibi ^d probamus, tūm quia qui pronunciamus horas in statu peccati mortiferi, etiam si eas bene moraliter pronunciauerimus: perdimus tamen, aut certē omittimus querere gratiam Dei, quam vel cuius augmentum quæsiuissimus, si eas in statu gratiæ pronunciauerimus. vt alibi ^e latius tradimus post Thomam ^f & alios ibi relatos. Quare meminisse debemus omnes tantum ferē nos debere curare, vt eas pronunciemus in statu gratiæ, quantum bene ac integrē, ne tam pulchrum lucrum amittamus. Tum quia qui eas peccādo venialiter pronunciamus, etiam si in statu gratiæ id fecerimus, tantum tamen gratiæ Dei querere omittimus, quantum si in statu peccati mortiferi eas pronunciamus, vt alibi declaramus ^g. Tūm quia à fortiori prædictam gratiam querere omittunt, qui eas mortaliter peccando pronunciant. Quamuis tamē hi quā illi qui venialiter peccando id faciunt, satisfaciunt præcepto de dicendis horis, & nouum peccatum omisionis illarum excusant, si nullo alio respectu eas peruersē dicant per alibi tradita ^h.

Sexagesimum tertium Miscellaneum,

S V M M A R I A.

Horas Canonicas, qui sapienter psallit.

nu. 131

Orans sapienter quæ lucra facit.

nu. ibid.

SEXAGESIMUM TERTIUM Miscellaneum quod modus, quo ²¹ quidam (benedictione dulcedinis præuenti, vt supra diximus ^a) maxima lucra ex præfatis horis bene dicendis colligunt, est, quod eas iuxta monita Prophetæ ^b sapienter psallunt, & pronunciant. Psallit autem sapienter ille (secundum varias expositiones ^c) qui psallit intelligenter, discretē, deuotē, sapidē & gratē intelligenter autem psallit, qui non ore tantum, sed etiam mente id facit, iuxta illud cuiusdam gloriæ ^d: *Non musica cordula sed or, non clamor, sed amor clamat in aure Dei.* suffulsum auctoritate Apostoli, Hieronymi, Gregorij & aliorum, quos alibi ^e ad id citamus. Discretē verō psallit, qui ordine, tempore & loco ab Ecclesia statutis id facit, vt alibi ^f significamus. Deuotē autem, qui voluntate famulandi & placendi Deo id facit, iuxta alibi dicta ^g. Sapidē verō is, cui sua sapit oratio, hoc est quem delectat memoria Dei, & diuinorum quæ pronunciat, iuxta illud: Delecta

Delectare in Domino ^h & illud Psalmi ⁱ: *In meditatione mea exardescet ignis, nempe amoris, & sanctæ voluptatis ex eo nascentis.*

h Psal. 36.
i Psal. 38.
adiuncta
expositio-
ne Thomæ.

Porro ille psallit gratē, cuius oratio Deo sapit & est ei grata id est facta in statu gratiæ, bene moraliter absque vilius circumstantiæ ad bonitatem actus necessariæ defectu & excessu, iuxta ea quæ alibi ^l diximus.

Admoneamur igitur hunc modum pronuciandi & psallendi horas Canonicas, quo auertamus à nobis damna eorum, qui (vt ait Augustinus ^m) absque intellectu, vt equus & mulus ore solo psallunt, & dant (vt quidam ait) sine mēte sonum, vel quod est peius, cum alicuius circumstantiæ defectu vel excessu peccando venialiter, vel (quod est horredum) offendendo mortaliter, Simul vt quæramus grandia illa lucra gratiæ gratum facientis, charitatis, amoris diuini & serenitatis mentis, eiusdemque consolationis, voluptatis, & gaudij, ea vt plurimum consequentium

l In En-
chirid. De
Orat. ca. 6.
num. 2.
m d. Psal-
mo 46.

S V M M A R I A M I S C E L L A-

nei 64. & vltimi.

Horas ad sapienter pronuciandum vna via facilis.

nu. 232

Pater noster & Ave Maria, dicendi attentē consuetudo quam utilis.

nu. 233

Deus in adiutorium, Gloria patri, & Salus, dicendi attentē consuetudo quam utilis.

nu. 234

Psalmos quō sapienter, & quō insipienter psallit.

nu. 235

Horas dicere obligati quōd præcipuum reputandum.

nu. 236

SEXAGESIMUM QUARTUM Miscellaneum quod vna semita ²² de facilioribus (quam supra ² dixi me tertio loco admoniturū, ad appropinquandum saltem limini status eorū, qui præfata lucra maxima, præfatas horas sapienter psallendo, faciunt) est, consuescere ad pronuciandum quotidie vnū *Pater noster* manē & vnū *Ave Maria* vespere quod sequenti.

a In Mi-
cellaneo
61. n. 2. o.

Dicturus manē *Pater noster* præconciat mente iuxta supradicta ^b, mente reuerenti & humili Deum omnipotentem, vbique præsentem, & preces nostras vbique audire dignantem & continuo reuerenter & amāter alloquatur eum vt præsentem & benignē auscultantem verbis vnus *Pater noster* attendens solum ad eius verba, vel ad eorum significata, vel ad ipsummet Deum sic conceptum, sine mentis ad

b In Mi-
cellaneo
34. nu. 147.

alia euagatione quoad eius fieri poterit.

Dicitur autem vesperi *Aue Maria*, imaginetur gloriosissimam Virginem Matrem angelicam salutationem audientem, aut puerum Iesum in vniis reuerenter & amanter gestantem, aut in caelis gloriosissime regnantem, aut aliquid aliud de supra dictis agentem & preces nostras audire dignantem, & continuo eam ita imaginatam verbis vniis *Aue Maria* reuerenter & amanter alloquatur, attendendo solum ad ipsam eandem, & ad praefatorum verborum significata, sine metis ad alia euagatione, quoad eius fieri poterit.

Et cum aliquanto tempore haec fecerit, consuetudinemque facile id faciendi quaesierit, nitatur aliquanto alio tempore alloqui quotidie mane semel Deum praekonceptum, vt omnipotentem vbique praesentem, & nostras preces audire dignantem per verba illius versiculi (alibi d^a a nobis valde dilatati) *Deus in adiutorium meum intende, Domine ad adiuuandum me festina.*

Et per verba illa alterius nunquam non reueredi, & non suspiciendi: *Gloria Patri & filio & Spiritui sancto*, attendens solum ad eum a quo petit adiutorium, & cui gloriam impedit, & ad significata verborum, quibus id facit, sine mentis ad alia euagatione, quoad eius fieri poterit. Vesperi autem saluter & orat piissimam Virginem Matrem (vti praedictum est imaginatam) verbis totius *Salve Regina*, vel saltem harum duarum partium: *Salve Regina Mater misericordiae, vita, dulcedo, & spes nostra salua; Et Iesum benedictum fructum ventris tui, nobis post hoc exilium ostende*, attendens solum ad eam ipsam & significata verborum, quibus eam saluat, & orat, sine mentis ad alia euagatione, quoad eius fieri poterit.

Qua duplici consuetudine, qui nos munuerimus, haec saltem sequentia sequemur. Primum quod non tantum offendemus Deum Optimum maximum, eiusque pienssimam Virginem Matrem, quantum olim offendebamus quidam pronuntiando praedicta. Quae cum intelligentius, attentius, reuerentius, deuotiusque, quam alia multa pronuntiari debuissent: minus tamen intelligenter, minus attentè, minusque reuerenter, & deuore, magisque festine, quam illa alia quasi contemptim pronuntiabamus, & consequenter saltem venialiter peccado, quae maxima iactura erat per praedicta.

Secundum quod modestius, grauius, intelligentius, & reuerentius inchoabimus & finiemus praefatas horas Canonicas cum illae ferè omnes per praedicta quatuor incipiantur

e In Miscellaneo 33. nu. 140. & Miscell. 33. nu. 146.

d In Enchirid. siue Manuali de Oratio. c. 19 à n. 4. e Per tradita in Enchirid. De Oratio. ca. 19. nu. 49. & 50.

e In Miscellaneo 61. nu. 230.

tur aut finiantur, quod merito facere debemus. Quia cum illae sint genus orandi omnium humanis inuentorum optimum, dignissime sunt, quae intra & extra Ecclesias optime incipiantur & finiantur, siue cantentur, siue absque cantu pronunciantur, vt alibi latius tradimus f. Tertium quod affueti ad praedicta quatuor, modo praefato dicendum facile nos assuefaciemus ad pronuntiandas etiam alias orationes ad ipsum Deum, ipsamque Virginem Matrem directas sapienter, hoc est intelligenter, discretè, deuore, sapide & grate. Quarum multas olim insipienter aliqui pronuntiare solebamus, & vtinam etiam nunc saltem aliquas non ita pronuntiaremus. Quartum quod sapienter psallemus & pronuntiabimus psalmos Dauidicos, praesertim illum suauissimum, *Beati immaculati B.*, per cuius totam seriem quasi ore ad os familiariter ipsum Deum Opt. Maximum alloquimur, quemque beatissimum, idemque eruditissimum Patriarcha noster Augustinus triginta duabus concionibus ornavit, quique quatuor horis quotidie diuisus in vndecim Octonarios versuum duplicatos inseruit, sapientius inquam cantabimus, & pronuntiabimus, quam ipse & multi alij solebamus eos olim cantare & pronuntiare, quod & nunc idem facere videmus aliquos qui sine vlla pausa in medio versuum & cum rara in fine illorum, & cum frequenti eorundem anticipatione, incipiendo sequentem ante finem praecedentis, tanta cum illorum confusione & mixtione, tantaque festinantia, vt qui pronunciat sequentem non possit intelligere finem praecedentis, nec contra qui pronunciat praecedentem initium sequentis, qui est omnium cantantium & recitantium abusus maximus, & frequentissimus, & qui mea sententia mortifera culpa non vacat, dignisque vt emenderetur vbique, quod etiam alibi h monuimus. Videmus autem hunc abusum praesertim in Sexta, & Nona, quae post Missam maiorem tardè finitam cantantur, & in Completoriis, quae immediatè post vespertas solennissime cantatas properantissimè canuntur, & vtinam omnes imitaremur multos religiosos, praesertim Illustrissimi Ordinis Praedicatorum, qui magno studio faciunt id quod ordinatio quaedam Ecclesiae Gallicanae fieri iussit in Ecclesiis Cathedralibus & Collegiatis nempe: *vt laudes diuinae per singulas horas non cursim ac festinenter, sed tractim & cum pausa decenti praesertim in medio cuiuslibet versiculi debitam faciendò inter solenne & feriale officium, differentiam) reuerenter ab omni-*

f In Enchirid. De Oratio. c. 13.

g Qui est 118. & quotidie Prima, Tertia Sexta & Nona diuisus per multos octonarios in seruit.

h In Enchirid. De Oratio. c. 16. nu. 25. & sequit. & ca. 17. n. 49.

i In titulo. Quomodo dicitur officium celebrari.

1 In En-
chirid. De
Oratio. c.
16. à nu. 29.
& c. 17. nu.
43.

bus persoluentur, hæc ibi Quibus nos alibi¹ adiecimus id quæ præfati Religiosi faciunt, nempe præfatam pausam fortiori ratione quam ibi explicamus, in fine cuiuslibet versiculi faciendam, ad gloriam summæ Trinitatis eiusdemque indiuiduæ Vnitatis, quæ intercedente illa omnium diuorum Regina omniumque ei gratissimæ parthenomitti, dignetur persuadere nobis omnibus, ad horas Canonicas dicendas obuiuentis, munus eas pronuntiandi esse, nobis præcipuum, grauius commendatum districtèque præceptum, ideoque maxima cura & studio exercendum, nullasque opes, nullum earum magnificum vsum, nec vllam generis claritatem tantæ vtilitati, gratiæ & gloriæ solidæ nobis apud Deum & homines ei charos fore, quantæ functionem eius sanctè ac iugiter in finem vsque vitæ continuatam Amen.

F I N I S.



I N D E X L I B R I D E O R A T I O N E.



*Primus numerus, caput: alter, paginam: tertius,
numerum margini appositum, indicat.*



- | | |
|---|---|
| <p>A
Brahmi de filio
sacrificando o-
bedientia mœ-
stos ob mor-
tuos solatur. ca.
19. pag. 300. n. 33</p> <p>Absentanti se principaliter ab
horis hæc non obstant. capit.
21. 469. 64</p> <p>Absolutio à reseruatis facta per
Confessarium, virtute Iobe-
læi, electum, an valeat, si reli-
qua ad quærendum illud re-
quisita non fiant. 678. 223</p> <p>Absolutio sacramentalis non de-
bet esse cõditionalis. 679. 224</p> <p>Accentus Græcus a Latino mul-
tum differt. cap. 16. 213. 10.</p> <p>Accentus nouus aptus admitten-
dus. c. 16. 213. 13</p> <p>Accētus qualis verbis extraneis
proprius. c. 16. 213. 11</p> <p>Actu eodem, quia nequit esse bo-
nus & malus, non potest quis
benè & malè mereri. c. 2. 29. 8</p> <p>Actus non est virtuosus si deest
illi vlla circumstantia. cap. 13.
pag. 200. nu. 39</p> | <p>Actus nullus etiam venialiter
tantum malus, est bonus. c. 8.
pag. 130. 3</p> <p>Actus quis continuus esse debet.
cap. 10. 145. & 146. 38. & 40</p> <p>Actus simplex non sufficit, vbi
requiritur qualificatus. ca. 26.
num. 26</p> <p>Actus sine qualitate requisita nõ
sufficit. c. 21. 455. 41</p> <p>Actus agentiu limitatur ad men-
tem eorum. 666. 214</p> <p>Actus fit malus non solum sine
malo: sed etiã inepto. 646. 181</p> <p>Actus inordinatus omnis, est
peccatum. 662. 209</p> <p>Adorantur res Diuorum vt ipsi
Diui. c. 18. 265. 28</p> <p>Adorare calceos sanctorum, cur
non malum. c. 18. 280. 7 7</p> <p>Adorator rusticus malè risus à
Louanienſibus. c. 18. 266. 32</p> <p>Adrianus quos Hispanos voca-
bat Principes tenebrarum. c.
18. pag. 270. 42</p> <p>Adueniat regnum tuum quid si-
gnificet. c. 19. 339. 108</p> <p>Alapa inflicta à Dæmone, Chri-
stiano. c. 4. 67. 8</p> |
|---|---|

I N D E X.

Alfonfus Ciacon laudatus c.22. 49.45
 Altare & oblationes non locen-
 da laicis. c.18. 279.71
 Altarius nemo incumbat. c.18.
 279.70
 Alberto de Castellano cur ere-
 dendum. 566.113
 Altari qui nō seruit, de illo non
 viuatur. 662.208
 Amare amicum maioris meriti,
 quā amare inimicū. c.19 333.99
 Amare amicū de se melius, quā
 inimicum. c.20. 423.48
 Amor & Reuerentia actualis iu-
 uat attentionem. 605.141
 Anacreon mortuus grano vuz,
 & Fabius pilo lactis. c.19.
 357.157
 Angeli assistunt orantibus. c.9.
 130.3
 Animas Purgatorij pro viuus
 orare cui vile credere. c.20.
 395.11
 Anticipare versum, quando in-
 decens. c.16. 217.25
 Antonius Nebrifensis vir doctif-
 simus hæc fecit. c.19. 366.173
 Anniversaria quot & quādo pro
 his confratribus mortuis di-
 cenda. 585.123
 Annunciationis in festo multas
 Virgines pauperes in Mona-
 sterio Romæ Mineruæ dota-
 ri. 585.124
 Appetitus episcopatus & altio-
 ris loci ita licitus vel illicitus
 vt appetitus laudis & honoris
 & alius rei vtilis. 635.188
 Appetitus quis minus principa-
 lis licet, & non principalis
 635.188

Aqua benedicta cur in introitu
 Ecclesiæ ponatur. c.17. 238.5.
 Argumentum à contrario sensu
 quando non valet. c.22. 535.97
 Articulus mortis duplex & hic
 intellige de vero. 588.128
 Attendendi propositum oportet
 continuare, interruptur au-
 tem bifariam. c.13. 192.18
 Attendendi tertius modus fit in
 proposito. c.13. 197.33
 Attēdendo non tam errat plebs
 vt putat Sotus. c.21. 456.36
 Attendere benè non est cogita-
 re an attendatur. c.13 197.31
 Attendere in humanitatem Re-
 demptoris an satis. c.13. 198.35
 Attendere melius potest intelli-
 gens recitata. c.13. 188.6
 Attendere multi admonent, pa-
 rum ipsi attēdentes. c.15. 208.3
 Attendere non est velle attende-
 re. c.14. 207.5
 Attendit quando melius Idiotra
 quā doctus. c.13. 188.5
 Attētio cur magis quā bonitas
 orationis exigitur. c.21. 455.40
 Attentio & deuotio propriè di-
 cta, vt differunt. c.21. 450.33
 Attentio in fine orationis quan-
 do non sufficit. c.20. 408.28
 Attentio orandi. c.13. 185.1
 Attentio qualis in qualem effe-
 ctum necessaria. c.21. 453.38
 Attentio per quæ opera externa
 tollitur. c.13. 203.49
 Attentio triplex ad verba, ad fi-
 gnificata, ad Deum & diui-
 na. c.14. 207.5
 Attentio triplex & optima con-
 uenit etiam Idiotis. c.18.
 285.101

Attentio

I N D E X.

Attentio triplex secundum om-
 nes. Prima & tertia omnibus
 communis. Secunda solis do-
 ctis, sed etiam non theologis
 contra Sotum. c.21. 450.34
 Attentione necessaria nō debe-
 mus esse contenti. c.21. 456.43
 Attentionis tertæ (quæ optima
 est) materia propria Deus, a-
 deo quod etiā in humanitate
 Christi nō est omnino sisten-
 dum. c.21. 451.35
 Attentionem horarum multum
 rumpit laudis amor. c.16. 211.2
 Attentionē iuuat præuisio reci-
 tatorū & canētorū. c.17. 237.2
 Attentione & intētio, dicturi pla-
 terium, qualis esse debeat.
 600.13f.
 Aue Maria oratio omnium ei di-
 catarum acceptissima Mariæ.
 c.19. 347.125
 Aue Maria non patitur hæc au-
 ctaria. c.19. 348.129
 Aue Maria, quis composuit. c.19.
 348.130
 Aue Maria qua parte propriè o-
 ratio. c.19. 356.150
 Aue Maria dicturus hoc præcon-
 cipiat. 611.145
 Aue Maria Hispanis & Belgis ab-
 sique qua parte dicere suffi-
 ciat. 556.6
 Actus agentium limitantur ad
 mentem eorum. c.22. 567.114
 Actus inordinat⁹ omnis, est pec-
 catum. c.22. 566.113
 Altari qui non seruit, de illo nō
 viuatur. c.22. 365.112
 Aue Maria à Belgis & Hispanis
 vt dicitur. c.22. 489.29
 Aue quid significet. c.19. 349.131

Author missam nouā cur extra
 patriā secrete dixit. c.22. 495.36
 Author nulla se occupatione ab-
 horis excusauit. c.11. 178.35
 Author multa diebus & locis
 Mariæ cœpit & sperat. cap. 19.
 347.126.
 Authorem hic repidæ orationis
 pudet. c.3 27.4

B

Barbarica nouitas explosa. c.
 19. 374.193
 Beatitudo patriæ indicibilis vt
 superat bona via. c.19. 302.41
 Beatitudo vera imperfecta quæ.
 c.22. 497.47
 Beneficio ipso iure priuatus, nō
 potest spoliari. cap. 21. 464. &
 465.55. & 57.
 Beneficium an detur carēti qua-
 litate requisita. c.3. 61. 73.
 Beneficium accepturus prædi-
 scar horas. c.11. 174.22
 Beneficium capiens vt fiat præ-
 sbiter, in quo dissimilis ca-
 pienti pecuniā vt aliquid faci-
 ciat. c.21. 464. & 465.56. & 57
 Beneficium capiens nesciens ho-
 ras vt peccat. c.11. 174.20
 Beneficium etiam exiguum ad
 horas obligat. c.7. 120.27.
 Beneficiū etiā fructu reseruatō
 an obliget ad horas. c.21. 418.12
 Beneficium duplex malētentum
 duplices horas requirit. c.22.
 508.309. & 511.54. 58. & 62
 Beneficiū minus habēs, & petēs
 maius, hoc faciat. c.22. 512.64.
 Beneficium paruū cur pro nihi-
 lo non habendum. c.21. 438.11
 Attentio triplex & quæ præstan-
 tissima. c.13. a. 187.4

X x 4

Beneficium parochiale capien-
 ris poena, non extenditur ad
 capientes alia, qui tamen pec-
 cant si non capiunt ordines
 eis annexos, vel laicaliter vi-
 uant. c. 22. 462. 51
 Beneficium Principis late inter-
 pretandum. c. 22. 489. 27
 Beneficium quod sufficiens, cur
 diffinitū difficile. c. 22. 514. 67
 Beneficium quod sufficiens de-
 finitū Parisiis. c. 22. a 515. 69. sed
 efficaciter improbat. 516. 70
 Beneficium retinens nolendo
 sacrari, an peccet. c. 21. 464. 52
 Beneficium ob simplex an quis
 cogatur ad ordines maiores,
 & an, capiens illud teneatur
 habere animum capiēdi eos.
 c. 22. 559. 107
 Beneficium simplex plura quam
 ordines maiores requirit. c.
 22. 560. 108
 Beneficium simplex capiens si-
 ne animo seruiendi, peccat.
 c. 22. 564. 110
 Beneficium vel pensionem con-
 ferens vel procurans confer-
 ri, vel constitui nolenti clericē
 viuere, vt peccat. c. 22. 567. 114
 Beneficia competuntur per du-
 plicē cōcursum, quorū alterū
 nullus aut rar^o seruat. 648. 184
 Beneficia dātes & capientes hec
 dolare debent. 645. 178
 Beneficia omnia, an requirant
 tot, quot Episcopatus. 618. 154
 Beneficia plura quis tenet iniu-
 ste. 556. 9
 Beneficij collatarius an peccet
 quoties collator, & contra.
 643. 174

Beneficij collatio iniusta, inter-
 dum valet. 937. 169
 Beneficij collatio, quo literarū
 vel morū defectu nulla. 651. 189
 Beneficij collator, & patronus,
 vt peccant grauius promotūe
 do sine concursu formali, &
 grauius cum eo. 656. 198
 Beneficij collatorē mouere pos-
 sunt min^o principaliter ad cō-
 ferēdum huic, vel illi, merita
 publica parentum, &c. 642. 173
 Beneficij collator quare non di-
 citur liberalis. 649. 185
 Beneficij competitores admit-
 tens, vt peccat. 655. 196
 Beneficij competitor minus di-
 gnus, an, & quomodo potest
 excusari à peccato, & concur-
 rendo cum digniore. 653. 191
 Beneficij competitor minus di-
 gnus, quando peccat. 652. 190
 Beneficij iuste obtenti retentio
 sine inepto, mala. 646. 180
 Beneficij prouisio facta peccato
 ri quæ valet. 624. 157
 Beneficio in conferēdo duplex
 iustitia seruanda. 638. 170
 Beneficio indignus an sit om-
 nis peccato mortifero infe-
 ctus. 620. 155
 Beneficium an liceat acceptare
 nescienti recitare. 684. 227
 Beneficium, An iuste competat
 minus dignus cum dignio-
 re. 647. 182
 Beneficiū capiens animo relin-
 quēdi illud, an peccet. 660. 205
 Beneficium collatū accipere, vt
 melius quā appetere. 643. 175
 Beneficium curatum vt appeti
 potest. 629. 162
 Bene

Beneficium dare indigno, & da-
 re minus digno & dare digno
 sine inepto, vt sunt peccata
 inæqualia. 645. 179
 Beneficium dari potest minus
 digno, quando maior pietas,
 misericordia, vel utilitas rei
 Christianæ ex eo insurgens,
 æquat vel superat maiorem
 dignitatem eū aliquot exem-
 plis. 641. 172
 Beneficium etiam simplex, dan-
 dum digniori. 638. 170
 Beneficium indigno conferens
 vel procurans vt ei confera-
 tur, peccat mortiferè etiam si
 sit Papa nisi &c. 625. 159
 Beneficium laicus vt iuste ap-
 petit. 627. 161
 Beneficium licebat olim pueris
 acceptare, nunc autem mini-
 mē. 684. 227
 Beneficiū nō conferēs digniori,
 cur mortiferè peccat. 637. 169
 Beneficiū nō quaritur per colla-
 tionē ante acceptationē. 686.
 Beneficium ob quid licet opta-
 re principaliter. 635. 168
 Beneficium ob simplex, an quis
 cogatur ad ordines maiores,
 & an accipiens illud teneatur
 habere animum capiēdi eos.
 658. 201
 Beneficiū q̄ cōpetit duobus mo-
 dis pōt esse indignus. 650. 188
 Beneficium quis capiens pec-
 cat, & omittendo horas non
 restituit, & quis mœretur ca-
 piens, & omittens horas re-
 stituit. 558. 10
 Beneficium quærenti oratio a-
 pta. 624. 158

Beneficium quale, à quo, & ob
 quid iuste appetitur. 627. 161
 Beneficium qui dat vel accipit,
 principaliter vt præsit, peccat.
 643. 174
 Beneficium resignans, vt detur
 min^o digno, vt peccat. 640. 171
 Beneficiū simplex plura, quā or-
 dines minores requirit. 659. 202
 Beneficiū sufficiens, hodie nul-
 lum aliud patitur. 556. 14
 Beneficium, vel pensionem con-
 ferens vel procurans conferri
 vel constitui nolenti clericē
 viuere vt peccat. 666. 211
 Biblia vulgaria quibus permit-
 tenda. cap. 22. 541. 103
 Beneficium capiens animo re-
 linquendi illud, an peccet. ca-
 pitul. 22. 471. 3
 Beneficium sufficiens ad viuē-
 dū honestè, vel sine penuria,
 non sufficit ad viuendum cō-
 modè, vel decet. c. 22. 518. 74
 Beneficium sufficiens est quod
 prudens arbitrat. esse tale.
 cap. 22. 517. 71
 Beneficia duo sunt vnum quoad
 hoc. cap. 22. 509. 57
 Beneficia iustus quā solebāt
 dantur in Curia. c. 22. 513. 65
 Beneficia plura habēs quoad ho-
 ras hæc reputet. c. 22. 506. &
 509. 52. & 58
 Beneficia plura habendi actum,
 sola insufficientia iustificat
 sine dispensatione, cum illa
 vero, etiam alia. c. 22. 520. 76
 Beneficia plura habere quale
 malum. cap. 22. 519. 75
 Beneficia plura male tenēs non
 Deū, sed se decipit. c. 22. 514. 68

- Beneficia plura non obligare ad recitadū pluries horas in die nō tam valido iure fundatur, ac eius cōtrarium, c. 22. 506. 53.
- Beneficia plura procurare alij vt peccatum. c. 22. 511. 61
- Beneficia quæ plura, quam duo teneri possunt. c. 22. 510. 59
- Beneficij & religiosi, qua lege ad horastentur. c. 7. 32. 3
- Beneficarij nō deferat thoraces vel crepidassectas. & c. c. 18. 281. 78
- Beneficario quæ deambulatio prohibita. c. 4. 66. 5
- Beneficarius iudicet quātū sibi sufficiat ex eo quod daret alij vt sibi similit̄ alar. c. 22. 518. 74
- Beneficarius male viuens an restituat fructus. c. 21. 469. 65
- Beneficarius non recitās restituat fructus. c. 7. 123. 31
- Beneficiorū pluralitas de se mala, vt sit iusta. c. 22. 510. 60
- Bona hominū dona Dei, qui ea iure reperit. c. 19. 297. 19
- Bona opera mortua ad quid, & quia via profunt. c. 10. 413. 35
- Bona quib. sunt mala. c. 19. 295. 14
- Boni mortem consequentium contēplatio plus delectat quā ipsa contristat. c. 19. 302. 43
- Bonitas actus exterioris ab interiori fluit. c. 7. 113. 10
- Bonorum huius sæculi & futuri quanta disparitas. c. 19. 302. 40
- Bona honoraria & pecuniaria appetere ob se tm̄ malū. 634. 167
- Bonum honorariū tam vel plus appeti pōt q̄ pecuniariū. 633. 166
- Bonum omne ob se tantum, vel ob se & alia, vel ob alia tantum, optabile. 633. 166
- Bona opera vnus quantum profunt alteri. 571. 117
- Breuiarij Cardinalis Sāctæ Crucis forma orandi non est canonica. c. 19. 383. 205
- Breuiarij defectus vt excuset ab horis. c. 21. 419. 13
- Breuiario S. Crucis vtēs, quid & qñ plus recitabit. c. 19. 384. 210
- Breuiario triū lectiōnū Cardinalis Sāctæ Crucis vt liceat vti c. 11. 176. 30
- Breuiariū Romanū Sāctę Crucis an bonū iuuētū. c. 19. c. 297. 20
- Breuiarium per quodlibet recitare an sufficiat. c. 19. 385. 211
- Breuiariū Pij V. multis quę optabantur satisfecit. c. 19. 384. 210
- Breuiarium pro libito nemo iustē mutat. c. 21. 443. 23
- Breuiarium Cardi. S. Crucis auctor tolerat. c. 21. 444. 24
- Breuiarium Cardi. S. Crucis qua parte incautum. c. 10. 159. 62
- C
- Canens quis aut recitans aut lucrās nō canit. c. 13. 192. 19
- Canens vel recitans reputat qui aut cui operetur qua & quo vadit. c. 18. 253. 3. & 4
- Canere debēt Primores in choro. c. 11. 181. 42.
- Canere in diuinis tumultū bellicum peccatum. c. 16. 224. 43
- Canere profana, & benedicere scōmatis in diuinis malum. c. 16. 224. 46.
- Canō Missę quis, & cœp̄ omni no s̄uendus. c. 16. 218. 60.
- Canonici seruire cur appetret laboriosum. c. 13. 189. 11
- Canonista audiat Theologiā ab illius

- illius perito. c. 18. 273. 51
- Cātare arte nouerint beneficia. 11. cap. 18. 279. 72
- Cantores cantu organi diuina canentes, vt plurimum peccant. c. 16. 219. 32
- Cantores & notatores chori errant in hoc. cap. 18. 282. 83
- Cantores musici in diuinis quomodo peccant. c. 16. 221. 37
- Cantores qua ratione possint effici deuoti. c. 16. 223. 41
- Cantrices monacharum Conimbricensiū imitandę. c. 16. 221. 36
- Cātu qui plus quā re cantata mouetur vt peccat. c. 16. 221. 34
- Cantus cōtrapuncti magis licet quā organi. c. 16. 221. 35
- Cantus non debet præferri concioni. c. 16. 222. 39
- Cantus Ecclesię ab hereticis sublati. c. 16. 223. 40
- Cantus quid prodest, & cur in diuinis admissus. c. 17. 244. 30
- Cantus varijs sonis vnisono attentioni commodior. c. 17. 248. 42
- Canunt qui contra punctū ignorant illū peccant. c. 16. 221. 34
- Capitula tenere ante horas quādo damnosum. c. 12. 182. 5
- Cappæ vt sumi præcipiantur, & vt non & c. cap. 18. 284. 89
- Cappam non sumat ignorans cantum. c. 18. 284. 90
- Cappas non sumunt dignitates nisi talibus diebus. c. 18. 284. 91
- Capellanus & Succentor nemo sit simul. c. 18. 284. 95
- Capellaniæ, quæ ad horas canonicas obligant. c. 20. 400. 17
- Castus quas gratias agere debet ne cadat. c. 19. 292. 6
- Cato gloriam contemnebat. capitul. 20. 414. 36
- Causa deploratiōis mortis Principis dōnæ Mariæ. c. 19. 296. 16
- Causa efficiēs & materialis præcedit effectum. 569. 116
- Capellas fundans de male questis, vt iustē carpitur. 554. 44
- Chori errata male emendans vt peccat. c. 10. 130. 5.
- Chori præses corrigat in eo peccantes. c. 16. 236. 80
- Choro p̄dest presentia viri magna auctoritatis. c. 17. 242. 26
- Chorum nemo post primū psalmū ingrediatur. c. 10. 150. 44
- Chorus non tolerat nec excommunicat laycos. c. 18. 279. 73
- Christi animus morti se dedētis quem non soletur. c. 19. 300. 35
- Christi humanitas in caelos sublata, nos affigit eis. c. 19. 302. 43
- Christi humanitas vt est gradus in amōiē diuinitatis. c. 13. 198. 35
- Christi incarnatio & passio pie mōsto magnū solatiū. 19. 297. 22
- Christiani cor modestum prosperis, & forte aduersis parandum. cap. 19. 301. 37
- Christiani sūt mēbra & serui vnus corporis & dñi. c. 19. 331. 95
- Christiani vt pl̄ intēdūt rei spiritali quā iudæi. c. 19. 340. 113
- Christus non timet suæ gloriæ ob gloriā sanctorū. c. 18. 262. 20
- Christus quis & quantus, quantaque illi data. c. 19. 301. 36
- Christi caput Ecclesiæ. c. 20. 426. 53
- Circumstantia multiplicans peccata confitenda. c. 7. 113. 8
- Ciuile est quandoque inciuilem esse. cap. 12. 183. 6
- Cleri

I N D E X.

Clericatu indignus legere ne- sciens. cap. 11. 164.24	ad horas. cap. 21. 439.14
Clerici minorum ordinum ad quas horas tenentur. cap. 7. 2. 114.12	Cœremonia superflua, & curio- sitas mala. ca. 4. 70.17
Clerici iubentur horas dicere, laici audire. cap. 11. 168.8	Cœremonia debent esse breuio- res vno tempore quam alio. cap. 16. 216.21
Clericis & monachis quam ex- pediat latinitas. c. 13. 190.9	Cœremonia in choro vnâ ab- omnibus fiant. cap. 17. 240.14
Clerici vt pro clericis habeantur optent. c. 13. 199.37	Cœremonia publicæ quâdo pos- sunt quantum priuata. cap. 17. pag. 247.27
Clerici pro se & populo pugnant. cap. 18. 251.2	Cœremonia Christianæ in quas mutatae sunt paganæ vt pro- funt. cap. 18. 265.29
Clerici non sunt quoad hoc con- iugati. c. 18. 279.74	Cognoscitur vnum, & idem quo- ad quid, ignotum quoad a- liud. cap. 22. 481.14
Clericis Conybricis sibus qua- dam pecularia præcepta. cap. 18. 280.7	Commenda vt est titulus ita o- bligat ad horas. c. 20. 400.16
Clerici Conybricæ his vicibus surgunt & nudant caput. cap. 18. 283.85	Cõmunio bonorũ fidelium qua ratione nititur. c. 20. 426.53
Clericos à laycis superari posse meritis &c. cap. 18. 276.63	Communiq̃ sacra damnatis vt datur in vrbe. cap. 22. 477.11
Clericos cur oportuit institui. cap. 21. 435.2	Cõparcinitas & patria quæ Chri- stianorũ optima. c. 20. 427.56
Clericus ordinatus ad titulum patrimonij vt recitabit. ca. 19. 386.214	Cõcessio facta diuersis vt diuer- se sumitur. c. 22. 489.28
Clerus credat horarum onus ef- se sibi primum. cap. 21. 446.29	Conciliatio dictorum auctoris. cũ his quæ alij post eũ de ora- tione scripserunt remissive. capit. 1. 42.33
Coadiutor an teneatur ad horas & ad quas. c. 20. 401.18	Concilium Basiliense pepent basilicam. c. 18. 320.84
Coadiutoria non est beneficium sed sufficit ad ordinandum. cap. 20. 401.18	Concilium Lateranense iudica- re fuisse circa horas partim nimis laxũ, partim nimis stri- ctũ, nimirũ liberũ. c. 21. 466.60
Cœcus quis excusatur ab horis. cap. 11. 170.14	Cõcilij Lateranensis lex de omif- fis horis seruanda. c. 21. 469.64
Cœcus potius partem proprij of- ficij dicat quam &c. c. 11. 174.23	Concilium Lateranense suspi- ciendum non despiciendum. cap. 21. 467.62
Cœcus non excusatur à cho- ro. cap. 19. 319.81	Cantus
Coecus & caligans vt tenentur	

I N D E X.

Cantus distributioni lucranda an necessarius. c. 22. 539.101	etiam in hoc. c. 10. 138.17
Conciones oscitater audire quã- do peccatum. c. 13. 201.45	Constitutio c. Cõmissa. de elect. lib. 6. n. 6 includit episcopum. cap. 21. 456.44
Cõcordiam ad honestam quos litigantes Iudex cogere potest. capit. 19. 307.39	Constitutiones Conybricæ quæ iuuant Dei cultum. c. 18. 279.65
Conditio & modus valde diuer- sa. cap. 21. 460.48	Contemnit non semper verẽ qui videtur contemnere. c. 22. 480.13
Conditioe deficiente deficit dispositio. c. 21. 459.46	Contemplatiui ab hac superbia caueant. c. 22. 497.42
Conditio & modus multum dif- ferunt. 616.152	Cõuersatio cœli vt superat con- uersationẽ terræ. c. 19. 302.42
Conditio implenda in forma specificã. 676.22.2	Collegia communiter illicita. 564.110
Clericatus & monachismus pe- riculosẽ relinquitur. 667.215	Confiteri bis, idem peccatum nemo cogitur. 678.223
Clericatus non accipiendus ob reditus principaliter. 667.216	Confessio facta excommunica- to, quæ non valet. 679.224
Confessarius pœnitentiã quan- tam imponit. cap. 10. 155.54	Confessarij, bona pars cultorum vineæ Domini. 618.133
Confessarius sic commutet ho- ras commutandas. c. 11. 180.40	Confessarij multum rem Chri- stianam augment. 580. 581.121
Confessarium vel iudicem per- fectum multa scire oportet. cap. 18. 274.55	Communicari an possint meri- ta præterita, vt futura. 578.121
Confessarius pluralis in benefi- ciis hoc faciat. c. 22. 5 11.61	Cõmunicare sibi quis sua meri- ta ad quod potest. 580. & 581.121
Confidendum non nimis sæcu- li Principibus. c. 19. 299.29	Communicatio bonorum con- fratriæ ad quid, & an mortuis profit. 581.122
Constituitur sic omittens horas die vel anno. c. 7. 113.7	Communicatio qualium bono- rum inter iustos fit. 573.119
Constituentũ propositũ malum, li- cet non exequurum. c. 7. 114.11	Cõmunio bonorum vnus iu- storum quid & qua via profit alteri. 573.119
Confratres multarũ fratrarũ ho- norificarum infelices, si fra- triarũ Christianarũ sunt exper- tes. cap. 20. 415.51	Communicatio bonorum spi- ritualium specialis fit à pri- uato, prælaro, Papa: sed varia ratione. 575.119
Consolando Christiano moesto ob mortuũ cur exẽpla ethnica non nimis apta. c. 19. 300.32	Communicari an possint bona, pœnitentiã præcepta. 581.122
Consuetudo optima interpret	Com

I N D E X.

Communio sacra damnaris ad
 mortem vt danda. 554.3
 Competitor imponēs, vel reuol-
 lans crimē, vt peccat. 654. 195
 Competitorum, examinatum
 peccata. 655.197
 Competitorū intercessores qui
 grauiter peccant. 654.194
 Competitorum excusatio com-
 munitatis, an excuset. 951. 192
 Cōpetitores, vt graue, grauius,
 & grauissimē peccent. 654.193
 Concursum duorum magna
 differentia. 650.187
 Confratriæ pro ingressu vt de-
 tur aliquid an licitum. 567.115
 Cōfratres Rosarij an morbo ex-
 cusentur ab eo dicēdo & nō pec-
 cēt non recitando illud. 569.116
 Confrater non implens onus,
 an gratis gaudeat. 615.151
 Confratriæ Rosarij Bulla con-
 firmatoria. 565.112
 Confratria Rosarij cum sit pia
 cur confirmata. 564.110
 Confratria Rosarij omnibus pa-
 ter gratis. 567.114
 Confratria verbum vnde dedu-
 ctum. 572.110
 Confratriū vt sociorum non om-
 nia bona cōmunicari. 574.119
 Confraternus actui peccati, non
 omnis peccat. 644.176
 Coronā nullus classicus author
 vocat Rosarium. 596.131
 Corona quid, & cur sic dicta.
 562.109
 Corda in Deum esse leuata du-
 pliciter dicitur. c.15. 208.2
 Corona D. N. Iesu Christi qua-
 cap.10. 142.30
 Corona. S. Mariæ diuersis horis
 dicta an &c. c.10. 145.37
 Coronæ alternatim dictio ad
 quid vtilis. c.10. 142.31
 Credens bono viro excusatur.
 cap.21. 513.66
 Credo cum non sit Oratio, vt
 potest ita vocari. 558.14
 Credo tā latino q̄ vulgari idio-
 mate docere vtile. c. 9. 375.195
 Credo vetustas qua meditatio-
 ne nouatur. c.19. 375.197
 Christe dicere insignis error
 est. c.16. 296.16
 Crucis signū vt faciendū cū b-
 cordia opinionū. c.19. 381.200
 Crucis à ligno regnaturum
 Christum vbi Dauid expres-
 sit. cap.22. 490.30
 Crux quare imperium Christi su-
 per humeros eius. c.22. 490.31
 Culpa caret interdum qui incul-
 pa fuit. c.11. 174.21
 Cultus Dei principalis non in
 cantu, nec ornatu pretioso. ca-
 pitul.17. 246.35
 Cultus Dei principalis & verus,
 in quo consistit. c.17. 246.36
 D
 Damaflex de alternatim' ca-
 nendo non inuenitur. c.
 10. 140.24
 Damasus iussit psalmos alter-
 natim canere. c.10. 138.18
 Damasus non inuenit sed ius-
 sit cantum alterum capitul.
 10. 140. & 143. 27. & 34
 Deābulatores horæ missæ Ter-
 tiæ sic puniuntur Conymbri-
 cæ. cap.18. 281.79
 Defendere tenetur quis Rem-
 publicæ. & Ecclesiam magis
 quam priuatum. c.19. 325.92
 De iad

I N D E X.

Dei ad laudem principaliter in-
 ducta, inducere principa-
 liter ad laudem propriam, an
 mortiferum. cap.22. 485.12
 Dei castra quis pro diaboli de-
 serit & Deum quadatenus
 renuit. cap.20. 432.65
 Dei cognitio, amor, fruitio, ora-
 tio ad Deū & adoratio ipsius
 in hoc conueniunt. capit.22.
 483.16
 Deo sine authore salus male
 queritur. c.11. 167.5
 Deo cuncta esse aperta, ab om-
 nibus ei & nulli ab eo red-
 denda ratio. c.19. 331.95
 Deo & summa Trinitate male
 fruitos quidam veri pij abs-
 re suspicati fuerunt. capit.22.
 483.17
 Deus in adiutorium, Gloria Pa-
 tri, & initium Salue dicendi
 attende consuetudo quam v-
 tilis. 650.234
 Deus vt potest cognosci, amari
 & orari in via vt vnus, non
 cognitus, amatus nec oratus
 vt trinus. 554.4
 Determinat indeterminatū vir
 bonus. ca.22. 517.71
 Deum non tēdet multitudinis
 precum. c.19. 310.8
 Deum in caelis qui male cōtem-
 plantur. cap.19. 337.104
 Deum verum adorans omnis,
 Trinum adorat. c.22. 482.15
 Deus α & ω cum pulchro disti-
 cho Boëtij. c.7. 21.20
 Deus in adiutorium est clypeus
 ad omnia paratus. capitul. 19.
 291.2. & 3
 Deus in adiutorium illis & illis
 conuenit. c.19. 292.4
 Deus in adiutorium frequen-
 tum quam vtile. capitul. 19.
 304.44
 Deus in adiutorium mētale plu-
 ribus quam vocale conuenit.
 c.19. 306.46
 De^o i adiutoriū horarū initio a-
 ptissimo quabimur. c.19. 306.47
 Deus in adiutoriū proferens hęc
 & exigit. c.19. 306.48
 Deus in adiutorium cur adiu-
 ctum Gloria. c.19. 306.49. & 50
 Deus plane immutabilis. cap.19.
 306.50
 Deus præsens vbique licet non
 eius humanitas nisi &c. capi-
 tul.19. 337.105
 Deus qua ratione potest dici o-
 bligatus. c.20. 412.46
 Deus an possit concipi, cogno-
 sci & amari vt vnus, quin
 concipiatur, cognoscat vel
 ametur vt Trinus. capitul.22.
 481.14
 Deuotio cui deest hoc agat ca-
 pitul.19. 346.124
 Deuotio quid, quot & qua eius
 causæ. c.20. 428.58
 Deuotio improprie dicta vt
 differt à propriè dicta. capi-
 tul.21. 450.33
 Deuotionem quæ Dei benefi-
 cia, & qui nostri defectus sug-
 gerent. cap.20. 431.63
 Deuotionis impediendæ occa-
 sio cur interdum scientia. ca-
 pitul.20. 429.60
 Deuotionis tantæ Romanæ quæ
 causæ. c.22. 529.89
 Deuotiores cur feminæ, ægro-
 ti, & afflicti q̄ alij. c.20. 428.59
 Deuo

I N D E X.

Deuouendi nos Deo causas quæ sunt tres, hæc nominata suggerent. c. 20. 431. 62
 Dies varie sumitur & ut quo ad horas. c. 3. 42. 34.
 Dies & nox artificialis 12. horas in 12. partes æquales diuisas habent. cap. 3. 42. 35
 Dies ad horas dicendas quando incipit & definit. c. 3. 55. 60
 Dispensare contra Concilium legatus non potest. c. 11. 174. 24
 Dispensare nequit Episcopus super ætate. c. 11. 175. 25
 Dispensat vt Episcopus in formula horarū. 11. 175. & 176. 26. & 29
 Dispensat Episcopus in hoc cum patocho tantum causa studij. c. 21. 462. 51
 Dispensatio sine causa, nec petatur nec detur etiam à Papa. c. 19. 383. 204
 Dispensatio recitandi Romanè an contineat breuiarium nouum. c. 19. 383. 206
 Dispensatio, vt quid pro Missa noua detur, vt scandalosa. c. 22. 494. 34
 Dispensatio ad hæc tantum accessoria extēditur. c. 22. 509. 57
 Dispensatio & cōsuetudo vt patris potentia. c. 22. 510. 60
 Dispensatio vltra iustam causam vt requiritur. c. 22. 510. 60
 Dispensatio quæ prodest plurali. c. 22. 519. & 520. 75. & 76
 Dispensatus à ieiunio an possit edere carnes. c. 11. 168. 11
 Dispensatio ad plura in quid hodie vtilis. 556. 10
 Distributio non queritur à non canente in choro. 558. 13
 Distributio amissa non excusatur à peccato. c. 5. 77. 18.
 Distributio nō solita queri sano nō queritur egrotō. c. 11. 168. 10
 Distributio no lucrifit sine animo attendendi. c. 13. 191. 17
 Distributio etiā iam perditā hodie remitti nequit. c. 22. 503. 49
 Distributio restituta an reddi possit restituenti. c. 12. 503. 59
 Distributiones quotidianæ an remitti possunt. c. 22. 502. 48
 Distributiones quæ nō accrescūt interessentibus. c. 22. 504. 51
 Distributionū quotidianarū inuentū bonum licet & c. cap. 18. 256. 10.
 Doctor Medina laudatus. ca. 20. 392. 1
 Doctores Theologi Sorbonæ discabant Canones Tholose. c. 18. 274. 56
 Doctores qui parum callent Ecclesiastica. c. 19. 367. 176
 Doctoratum qualem requirit Episcopus, & qualem alia beneficia. 618. 154
 Dæmon qui legebat Syllabas in choro. c. 10. 136. 10
 Dæmō incitat ad cōsulta, vt abducatur à præceptis. c. 10. 162. 66
 Dæmones proprie orare possunt sed nō bene. c. 20. 398. 13
 Dolus futurus non remittitur vt præteritus. c. 22. 503. 49
 Dominicus Sotus laudatus, qui & author Doctores & Cathedralij primæ functionis Salmaticenses fuere. c. 21. 435. 1
 Dominus vobiscū, vnde desumptū & quid significat. 22. 525. 84
 Dominus vobiscū, solus presbiter

I N D E X.

ter non excommunicatus dicit, dicit autem etiam cum solus, aut cum vno tantum recitat. c. 22. 527. 86
 Dona Septem Spiritus Sancti, & Beatitudines septem continent septem petitiones. c. 19. 341. 115
 Donari potest pio collegio etiā sine insinuatione. 620. 155

E

Ecclesia non fert contractus profanos. c. 5. 83. 35. nec candelarū. 83. 36. sed sic lites Ecclesiasticas. 84. 37
 Ecclesia in ipsa permittitur doctorari & c. c. 5. 84. 38. & an informatio de confugiente ad eam. 85. 40
 Ecclesia nō fert rixas, clamores, tumultus, lusus. & c. nec Symposia nec conuentus, nec fabulas. c. 5. 81. 30
 Ecclesia non tolerat cantum, nec choreas sæculares. c. 18. 280. 76
 Ecclesia Christi corpus Christiani eius membra. c. 20. 426. 54
 Ecclesia an recte fundetur de rebus male acquisitis. c. 22. 484. 18
 Ecclesia parochialis proprie nō est præbenda. c. 21. 464. & 465. 55. & 57.
 Ecclesiæ circumstantia an facit mortale quod alibi non esset tale. c. 5. 86. 42
 Ecclesiæ minister ad orandum quis dicitur. c. 20. 419. 40
 Ecclesiæ, defunctorum tumbis non occupentur. c. 22. 493. 38
 Ecclesiæ minister respondendo eius personam gerit. c. 22. 527. 86
 Ecclesiam intrans hæc facere debet. c. 17. 238. 4
 Ecclesiam parochialem capiens animo certo non promouēdi tenetur restituere fructus nisi eo mutato promoueat. c. 21. 457. & 459. 45. & 46. & tunc non restituat antea perceptos. 461. 50.
 Ecclesiam ingressus adoret Eucharistiam, non sedeat tergo verso ad eam, fugiat rixus, nō deambulet, nihil quod turbet diuina faciat, nihil obscenū sub graui pœna loquatur, non permittatur quis intra eam mendicare. c. 22. 491. 32
 Ecclesiis in ipsis tales peccant. c. 5. 83. 32
 Ecclesias irreuerenter ingredi peccatum. c. 5. 77. 21
 Ecclesiastici sunt legati & procuratores ad Deum populi. c. 18. 252. 1
 Ecclesia in sacra quæ nouem noua seruanda. 555. 7
 Eleemosyna boni Domini missa per malum prodest. c. 19. 311. 61.
 Eleemosyna an dere aliena recite fiat. c. 22. 484. 18
 Eleemosyna ne imperetur vendendum, & an hæc sint eiusmodi. c. 22. 493. 35
 Eleemosynam diues tenetur dare pauperi sed non cuique. c. 20. 402. 28
 Eleemosyna malè data, vt beatus

- capitur. 644.176
 Episcopi obligati horis & aliis duobus. c. 5. 76.16
 Episcopi quod lucrū turpe erat ex Breuiariis. c. 11. 176.28
 Episcopatus appetitus nō est ita per se malus vt mendacium. 74.634.167
 Episcopatū appetere ob Deū & spiritualia tantum vel principaliter ob illa, & minus principaliter ob temporaria non est malum. 632.165
 Episcopatum appetere ob temporaria cur non est mortiferum. 631.164
 Episcopatus iustē optari potest, sed iustius renui. 635.168
 Episcopatus malē appetitur etiā à digno nisi in duobus casibus secundum communem, à qua infra receditur. 631.163
 Episcopatū nullus appetit iustē vilo casu principaliter vt præsit. 631.163
 Episcopatus tria continet, vnum vt finem, alia vt media. 931.164
 Episcopi ambiētes alios episcopatus, vt cognatos & familiares promoucant, quam graui ter peccant. 657.199
 Episcoporum in concurrentes fraus magna. 652.191
 Epistolā decet præter osculū manū cōtinere pces. c. 18. 268.37
 Epistola breuis, qua bis oratur sapit hypocrisim. c. 18. 269.38
 Et cum spiritu tuo vnde sumptū, & quid significat. c. 22. 235.85
 Et ne nos inducas quid &c. c. 19. 291.3
 Euagatio mentis interior sola, quādoq; mortalis. c. 13. 193.20
 Euagatio quæ mortalis que venialis. c. 5. 38.21
 Excommunicandi potestas iure diuino data est Ecclesiæ, sed non omnes formæ & effectus vitandi. c. 22. 474.9
 Excommunicati præsentia est iusta causa non finiendi Missam. c. 16. 227.59
 Excommunicatis nō profunt suffragia generalia. c. 19. 296.7
 Excommunicato nō prodest Missa, sed mortali peccato infecto sic. c. 19. 317.74
 Excommunicato communicat, qui idē cū illo audit. c. 22. 473.7
 Excommunicatus magis debet vitare quā vitari. c. 21. 441.19
 Excommunicatus alios, (quod male seruatur) vitet. c. 21. 435.1
 Excommunicatus parochus potest suis parochis sacra eis debita ministrare, sicut & alia debita aliis soluere. c. 22. 473.7
 Excommunicatus quod maximū damnum incurrit. c. 20. 426.55
 Excommunicationi minori, nō æquatur culpa mortalis. 668.218
 Excommunicato parocho vt licet suo parochio sacra dare. 553.2
 Exercitiū spirituale in statu malo factū, qd mortale. 107.403.6
 Exhortatio ad bene orandum & recitandum. c. 8. 128.6
 Exhortatio vt oratio præcepta præferatur consulte. 10. 162.67
 Exhortatio ad modestiam in diuinis seruandam. c. 16. 235.78
 Exhortatio ad bene canendum, & audiendū cantū. c. 17. 244.31
 Exhortatio ad recitandum cum dilect

- dilectione, Salue. c. 19. 369.181
 Exhortatio ad recitandum Pater noster cum deuotione. cap. 19. 357.155
 Exhortatio ad eleuandum mentes recitantium. c. 18. 259.16
 F
 Facetus fuit quidam rusticus. ca. 19. 313.66
 Falsum non est quod in sensu in quo fit est verum. c. 15. 208.1
 Famam & gloriam secus quam oportet cupere malum. ca. 6. 104.35
 Fata vel Parcas nullas esse, aut esse diuinum ordinem, &c. c. 19. 98.23
 Ferdinandus Nunnez de Guzmari laudatus. c. 19. 367.177
 Festam Annuntiationis vt maximum huic cōstratiz. 585.123
 Fiat voluntas tuā quid importet. c. 19. 339.109
 Finis principalis accurate definitus. c. 6. 94.13
 Finis quis dicitur ob quem equè vel magis fit actus. c. 6. 97.17
 Finis definit esse principalis, ob relationem in aliud. c. 6. 99.23
 Finis præcepti non præcipitur. c. 20. 408.29
 Finis actus rei spiritualis nequit esse temporarius. 632.165
 Finis præcepti non præcipitur. 600.134
 Finis principalis boni actus nihil temporale. 646.181
 Forma orandi præcellens Pater noster, Aua Maria, Salue, &c. c. 19. 369.180
 Forma quæ orandi status certis horis dicit. c. 19. 377.199
 Forma non suppletur per æquipollens. 675.221
 Fortis an possit esse debilis. c. 20. 393.6
 Fratres nos omnes esse credim⁹ sed incogitanter. c. 19. 336.103
 Fruitio, quid, cuius potentia, & de quo habenda. c. 22. 482.16
 Frui nō potest beatus Dei essentia, quin etiam actu fruatur Trinitate, & singulis personis eius licet viator sic, modo tali habitu fruatur. c. ibid. 483.16
 G
 Geniculandum quādo ad Et homo factus est. c. 4. 66.7
 Geniculandum Deo utroque genu. c. 4. 69.15
 Geniculati semper licet ad Aue Maria. c. 4. 68.11
 Genua flectere cur bonum. ca. 4. 68.13
 Georgius Ameyda in primis illis. stris. c. 18. 278.66
 Gloria vana nascens ex tempore aliorum periculosa. c. 19. 293.7
 Gloriam eiusve desiderij vires, quis nonit. c. 6. 102.30
 Gloriz vana, desiderium, quod mortale remissive. c. 6. 93.11
 Gratia & charitas nō sunt idē sed semper cōcurrunt. c. 20. 409.34
 Gratiam Dei seruaturus imploret auxilium Dei. c. 19. 297.9
 Gratias Deo cur plus pro mortuis agere oportet quā eos lugere. c. 19. 301.39
 Gratia & charitas idē vel simul semper sunt. 618.154
 Gratia gratuita sacrate carens, an iustē promouatur. 621.155

I N D E X;

Gratia de substantia non est, scriptura. 587.127
Gratis datum & exactum vt diuersa. 567.115
Gregorius XIII. in statuendo grauissimus. c.10. 119.22
Gregorius non orauit vt Traianus recta iret in caelum. ca.22. 499. & 500.45. & 46.
Gregorius non peccauit orando pro sepeliendis in &c. cap.22. 501.47.
Gregorius an aegrotauit ob peccatum orandi. c.22. 501.47
Gregorius XIII. ab his monstris abhorret. 626.160
Gregorius XIII. etiam in hoc magnum exemplum. 625.159
Guisij constantia egregia in recitando Rosarium. 615. 150

H

Habitus repetendi necessaria vt malus. c.13. 197.32
Hebdomadarius sic incipiens horas peccat. c.2. 28.4
Hebdomadarius praecines agar hoc & hoc. c.18. 283.86
Hereseos causa capti an possint ad sacra admitti. c.21. 475.10
Heretici excommunicati notorie cur non vitandi. c.22. 472.5
Hereticum damnare & denunciare non idem. c.22. 472.6
Hereticus iure diuino excommunicatus. c.22. 474.9
Heretico capto an communicanda sacra. 553.8
Hieronymus Oforius Presul laudatus. c.11. 489.28
Homo bulla & miseriis plenus. c.19. 357.153
Homo quot miseriis subiectus nascitur. c.19. 357.154. & ita natus vt superbire potest? 357.155
Homo quam facile moritur. capit. 39. 357.156
Honor in sex fines bene desideratur. c.6. 104.36
Honor an debeatur ob opera de restituendis facta. c.18. 256.9
Hora nocturnorum a laudibus distincta. c.3. 41.30.
Hora Prima, Tertia &c. vt incipiunt. c.3. 45.38
Hora etiam priuatim, statura dicenda. c.3. 48.45
Hora priuatim an publice dicatur, vt hic differt. c.3. 60.71
Hora de vna hora, in alia quando mutanda. c.3. 60.62
Hora mutata non semper quoad omnia mutatur. c.3. 61.74
Hora publica publice dicenda, sacrum locum quazit. regulariter. c.5. 74.11
Hora vnius dici onus eiusdem solius. c.10. 155.53
Hora minori de causa qua missa relinquitur coepta. c.16. 128.61
Hora statis horis dicenda. capit. 3. 38.22
Hora quaz, quot, & cur sic dicta. c.3. 39. 26. & seq.
Hora quater noctu, & ter diu dici solita. c.3. 41.30
Hora statur horis dicendis quaz. c.3. 46.39
Hora prauentio quaz prouidentia. c.3. 49.46. & seq.
Hora ad ludos quaz iuste mutatur. c.3. 51.50
Hora dicenda horis statis, licet nullus

I M D E X

Horaz quaz sine attentione & deuotione dicta iteranda. ca. 20. 409.38
Horam prauenisse vt mollior dormias, & orietis vt peccatum. c.3. 52.54
Horam Matutinam a laudibus diuidi posse. c.3. 56.64
Horam interrumpens se pertinate ad eam, non peccat. capit. 10. 164.70
Horam coeptam non finire abliq; causa, veniale. c.16. 237.67
Horarum a parte dicenda paucos omnino excusari. cap. 11. 172.17.
Horarum formam, An Episcopus mutare possit. c.11. 175.27
Horarum a parte excusant ad ea pertinentia. c.11. 179.36
Horarum partem, vt debet non prauidens, quid faciet. ca. 11. 179.37.
Horarum interruptio non omnis mala. c.11. 179.38
Horarum dicendarum, munus praecipuum, de quo grauius reddenda ratio. c.13. 189.9
Horarum pars a ministro ommissa, an supplenda. c.21. 440.15
Horarum praeposteratione non esse mortiferam. c.21. 447.30
Horas comites itineris vt liber audient. c.3. 49.49
Horas non licet mutare ob interdictum. c.3. 51.58
Horas extra horas statur iusta de causa bene dici. c.3. 42.35
Horas B. Mariae non solum consuetudo sed lex Papalis induxit. c.22. 537.99
Horas cum paruo temporis ad nullus exterius sit eis interfecturus. c.3. 52.53
Horaz statur siue debita recitanda, aliqua latitudo inest. capit. 3. 61.76. & seq.
Horaz debita lapsus non nocet quantum lapsus dici. c.3. 27.8
Horaz canonice quaz, & qd ad eas obligatur, & quo iure. c.7. 110.1
Horaz integre sunt dicenda, & non interpolanda. c.10. 133.1
Horaz defunctorum quando obligatoria. c.10. 134.4
Horaz dimidium dicere quo iure sufficit. c.10. 138.16
Horam quam partem amittens peccat mortaliter. c.10. 149.43
Horaz pars notabilis quaz. ca. 10. 150.44.
Horaz clare & non submisse ad hoc dicenda. c.10. 151.47
Horaz ommissa ob ignorantiam, incuriam, obliuionem, ignauiam, & contemptum, vt alia ab alia differt. c.10. 152.48
Horaz vnius omissio an, & quomodo supplenda. c. 10. 155.52
Horaz chori integre dicenda, licet alia dicat. c.10. 157.59
Horaz chori vt supplentur per aliud Breuiarium. c.10. ibid.
Horaz partem dicendi, impotentia quaz excusat. c.11. 171.15
Horaz initium requirit propositum attendendi. c.8. 128.13
Horaz sine proposito complendi cur non complentur. capi. 13. 195.27
Horaz Canonice de se sunt optima oratio. 18. 271.40
Horaz aliqua ordinari deberent pro omnibus. c.19. 384.108

I N D E X.

studendum damnō, sic dicit studiosus. c. 3.	44.36	Horas omittens miles vel puer qui non peccat nec restituit. c. 22.	54.4.105
Horas dicendi vespera priuilegiū, ad quid prodest. c. 3.	54.37	Horas omittas supplens quis excusatur. c. 10.	153.49
Horas dicere extra statas peccatum veniale. c. 3.	58. & seq.	Horas omittas vsque ad mediā noctem dici posse. c. 10.	153.50
Horas vespera vsque ad Primā tantum dici. c. 3.	55.61	Horas omittas à choro an suppleat dictio priuata. c. 10.	157.58
Horas qui p̄latus nō curat dici horis statas lethaliter peccat. capitulo. 3.	56.63.	Horas publicas non expedit dicere secreto. c. 10.	151.45
Horas p̄posterare ex causa nullū peccatū. c. 3.	56.63. & seq.	Horas vnus diei dicens Breuiario diuerso. c. 10.	157.60
Horas dicere pro quæstū a que ac pro Deo, malum. c. 6.	96.16	Horas inchoant malē nonnulli hebdomadarij. c. 10.	160.64
Horas ob omittas quoties quis peccat. c. 7.	112.5	Horas ex diuersis breuiariis dicere an fat sit. c. 10.	162.69
Horas recitare nolens peccat licet post recitet. c. 7.	113.9	Horas dicas domi, licet non possis in choro. c. 11.	167.2
Horas recitet excommunicatus imo & degradat. c. 7.	117.7	Horas dicere excusatus excusatur audire. c. 11.	167.6
Horas debet monachus priuatus monachismo. c. 7.	117.20	Horas q̄ nō potest totas ad quid tenetur. c. 11.	168. 170. 9. & 12
Horas recitent monachi & monachæ ad chorū professæ etiam extra monasteriū manentes, sed non cōuersi nec ad alia professi, nec pensionarij, nec magistri p̄bendarij nec Bedelli & Clauigeri. c. 7.	118.21	Horas dicere quis nequens tenetur querere sciti. c. 11.	170.13
Horas dicere quis non recipiens fructus, teneatur. c. 7.	121.28	Horas dicere excusatus ad quid aliud tenetur. c. 11.	173.19
Horas dicere talis pensionarius tenetur. c. 7.	122.30	Horas breuiarij defectu, iuste omitti. c. 11.	180.39
Horas Beatæ Virginis quis p̄ceperit recitare. c. 0.	134.3	Horas iuste commutari in quatuor sic dicenda. c. 11.	180.39
Horas dicere extra chorū, ad que responsa tenetur. c. 10.	134.5	Horas ad benē recitandas, p̄cellens doctrina. c. 13.	189.10
Horas anticipans & syncopans non satisfacit. c. 10.	136.9.	Horas non intelligens cogiter isthæc. c. 13.	190.12
Horas canonicas recitantes alias non dicant. c. 10.	134.3	Horas recitando scribere, lege. re. & c. vt mortale. c. 13.	193.22
		Horas recitās immemor an hoc vel illud omiserit. c. 13.	195.29
		Horas iam recitatas denuo recitare, vt peccatum. c. 13.	197.32
		Horas colloquendo audire multis	197.32

I N D E X.

tis ciuile. c. 13.	201.44	Horis à dicendis quis excusetur remissiuē. c. 7.	125.35
Horas ad dicendas in choro, q̄ dicit puerū vt peccat. c. 16.	211.8	Horis nō satisfacit tardē veniens, & cito abiens. c. 10.	154.58
Horas cū aliis attentius hoc respectu recitari. c. 17.	243.29	Horis à dicendis quæ infirmitas excusat. c. 11.	167.1. & 3.
Horas dicat sic, qui distributiones querit. c. 18.	257.12	Horis à dicendis non omnis excus excusatur. c. 11.	170.14
Horas canonicas fere omnes dicere possunt. c. 18.	273.51	Horis à dicendis quosdam inceptē excusari. c. 11.	173.18
Horas canonicas recitare Reges bonum. c. 18.	273.52	Horis à dicendis quæ dispensatio excusat. c. 11.	174.23
Horas recitans cum aliis, vt supplerere debet particulas omittas. c. 19.	320.83	Horis à dicendis non excusat peregrinatio. c. 11.	177.33
Horas canonicas debens ad cōsulta sic se habeat. c. 19.	372.187	Horis à dicendis, non excusat ignorantia cantus. c. 11.	181.41
Horas non esse necessario tam clarē dicendas vt alij eas audiunt. c. 20.	398.14	Horis à dicendis quæ occupatio excusat. c. 11.	178.34
Horas quis consentiens reseruationi fructuum dicere teneatur. c. 20.	399.15	Horis breuiarij S. Crucis quid addendum pro non occupatis. c. 19.	384.208
Horas dicens sine animo satisfaciendi nō satisfacit. c. 20.	409.30	Horis dicendis & Deo laudando, debuisse constitui tēpora, horas, tēpla, hymnos, & psalmos. c. 21.	435.3
Horas Canonicas esse octo graues doctores tradūt. c. 21.	436.5	Horis à dicendis, quæ impotentia excusat. c. 21.	439.13
Horas aliqua de causa iusta interpolari & omitti. c. 21.	436.7	Horas B. Mariæ paruas Urbanus Papa p̄cipit. c. 21.	558.13
Horas dicat excommunicatus, irregularis, & degradatus. c. 21.	441.17	Horas ob plures causas debiræ, an plures dicendæ. c. 21.	613.149
Horas etiam priuatim dicendas in loco sacro. c. 21.	449.32	Horas duplices ob beneficium duplex quis debet. c. 21.	555.9
Horas an teneatur bis dicere cui suat duo beneficia. c. 22.	506.52	Horas ad sapienter pronuncian dum vna via facilis. c. 22.	689.232
Horas binas Tricendia Hispana requirunt. c. 22.	472.5	Horas Canonicas qui sapienter p̄fallit. c. 22.	688.231
Horas triplices & alia bona triplicia debet, qui tria beneficia habet. c. 22.	506.13	Horas dicere obligatis quid p̄cipuum reputandum. c. 22.	691.236
Horis nocturnis quæ sacra debita. c. 3.	55.61	Horarum pronuntiatio mala, hæc damna importat. c. 22.	678.230
		Horis obligatus tenetur dicere	

I N D E X.

officium S. marie, & quicquid
 breuiarium suum omnibus
 præcipit. c. 21. 443. 22
Horologia Romana vt abexte-
 ris diff. runt. c. 3. 44. 37
Hymni Tertie, Sexte, & Nonæ,
 noui licet sint antiqui. cap. 19.
 377. 91
Hymni laudati, à quibus com-
 positi & declarati. c. 19. 36. 173
Hyranus Maturinæ potest dici
 vespera, & contra. c. 10. 153. 50
I
Iacobus quali accentu profe-
 rendum. cap. 16. 213. 12
Iesu nomen sic venerandum.
 cap. 5. 78. 23
Impedimento vno sublato, non
 tollitur alterum. 638. 170
Indulgentia & communicatio
 bonorum vt differunt. 575. 119
Indulgentiæ multæ dicentibus
 Rosarij concessa. 586. 125
Indulgentiam ad quarendâ for-
 ma seruanda. 669. 119
Indulgentia plenaria semel in
 vita & semel in morte con-
 fratribus Rosarij concessa.
 588. 128
Indulgentia quæ Alexandri tol-
 lit penitentiam non iniun-
 ctam. 587. 127
Indulgentia Sixti includit pen-
 nitentiam nõ iniunctam, sed
 non querit eam dicens per a-
 lium p̄ alterum. 587. 126
Indulgere potest inferior Papa
 penitentiam non iniunctam.
 588. 128
In intellectus Elogij cuiusdam ce-
 lebris Augustini. 634. 167
Intrinfeca extrinfeca præpo-
 nenda. 991. 138
Ignorantia sua qui in choro mo-
 uet n̄ s̄m peccat. c. 16. 219. 30
Incertorum in opera pia quæ re-
 stitutio pia. c. 21. 485. 21
Indulgentia quæ non parit tem-
 porale vtilitate. c. 22. 512. 78
Indulgentiæ maioris causa me-
 lior recitatio. c. 22. 578. 121
Indulgentiæ datæ pro oratione
 non sunt reuocata, datæ ve-
 rō & dandæ pro elemosyna
 sic. cap. 21. 521. 77
Indulgentiis maximis à Papa
 concessis vt vtendū. c. 19. 559. 163
Indulgentiæ concessio, vt priuile-
 gium restringenda. cap. 22.
 537. 127
Infirmas sufficiens ad excu-
 sandum ab horis non est sur-
 ditas vel cæcitas. c. 19. 319. 82
Infirmas quæ sine Prælato ex-
 citat ab horis. c. 21. 440. 16
Ingenio qui acuto pollent non
 orientur. c. 16. 220. 33
Initium quarendi cognitio de-
 fectus. c. 19. 357. 151
Initium salutis cognitio infir-
 mitatis. c. 19. 292. 5
Imaginari Virginē audientem,
 & Diuos eam laudantes vigi-
 lē facit peccantē. c. 22. 587. 127
In intellectus c. Scire. 67. dist. cum
 concord. c. 4. 77. 9
In intellectus d̄cti cuiusdā Redē-
 ptoris nostri. c. 17. 243. 28
In intellectus cuiusdam Ilogij S.
 Gregorij. c. 9. 293. 6
In intellectus §. statumimus Cōcilij
 Lateranēsis sess. 9. c. 21. 466. 61
In intellectus d̄cti Paludani de ab-
 sentate se ab horis. c. 21. 468. 63
 Intel

I N D E X.

In intellectus illius. Non est inuen-
 tus similis illi. c. 22. 471. 3
In intellectus extrauag. Martini. 5.
 ad euitanda. c. 22. 472. 5
In intellectus. c. solent de confec-
 dist. c. 22. 534. 95
Intentio virtualis quid cum e-
 xemplis. c. 6. 439. 14
Intentio tam actualis quam vir-
 tualis sufficit. c. 13. 191. 17
Interdictum vbi tollendum dic-
 ceptionis Mariæ. capit. 19.
 322. 38
In uocantur Sanctific per Pater
 noster, & Ave Maria. c. 18. 266. 31
In uocatio ē circa factōrū, quin-
 que Tridēti definita. c. 1. 21. 21
In uocatio Apollinis & Æscula-
 pij vt mutata in S. Antonij. &
 S. Rochi. c. 18. 266. 30
Ioannes à Medina laudatus. c. 21
 435. 1
Ira Dei punit populū quē nõ pu-
 nit eius Rector. c. 16. 236. 79
Irregularis quis ob orationē fa-
 ctā tpe interdicti. c. 7. 106. 41
Iudex inter recitandum ordinare
 aliquid potest. c. 19. 232. 71
Iudices quidam se sua laude vi-
 tuperant. c. 18. 274. 59
Iulius Cæsar in scribēdo, dictan-
 do mirabilis. c. 13. 194. 32
Iustitia est maxima virtutum
 Cardinalium. c. 12. 484. 19
Iure ab antiquo quatenus per no-
 uum recedendum. c. 22. 535. 97
Iuri ad rē per cōsumum questio
 non derogat Papa. 554. 5
Iustitia duplex, distributiua, &
 cōmutatiua, seruanda. 637. 169
Iobelæum hoc, vt impotens ie-
 iunare querat. 680. 225
Iobelæū hoc an querat Confes-
 sus manē Dominicæ. 682. 226
Iobelæum impeditus facere vt
 querit. 680. 225
K
Kyriceleisin, quid signifi-
 cet. c. 16. 214. 17
L
Latina vt intelligunt Hispa-
 nus, Gallus, & Italus. c. 13.
 399. 38
Latria siue religio quid. c. 22. 10
Laudes bis Deo debita; bis sunt
 soluendæ. c. 22. 508. 54
Lege naturæ licet egenti men-
 dicare. c. 22. 523. 81
Legem etiam pœnalem extra-
 ditatio eadem. c. 10. 144. 35
Legē transgredi non licet etiam
 cum iusta causa, citra superio-
 ris dispensationem, saltem
 quando non est manifesta, &
 differri potest. c. 19. 388. 219
Leges Lusitanie breuiores & e-
 legantiores aliis. c. 18. 214. 15
Leges aliarū miraculorum, aliarū
 naturæ limitum. capitul. 22.
 499. 44
Lex non aptatur ei cui verba
 non aptantur. c. 10. 140. 26
Lex de alternatim plallendo, vt
 est extensa. c. 10. à nu. 143. 33
Lex pœnalis in utilitatem publi-
 cam vel animæ lata extendi-
 tur. cap. 10. 425. 54
Lex nõ omnis præceptiua etiam
 naturæ mortifera. c. 21. 455. 42
Lex interpretans terminis inter-
 pretati continetur. capitul. 21.
 456. 44
Lex vsu non recepta non ligat
 cap. 22. 472. 5
Y y 5

I N D E X.

Lex generalis etiā odiosa comprehendit omnes species etiā si in alia maior gratia inueniatur c.22. 523.80
 Lex naturalis maior humana, nequit ob ea tolli c.22. 523.81
 Lex generalis stringitur alia lege, & ratione c.22. 523.83
 Legem seruare videtur, seruans finem eius, licet medium statutum non principaliter propter se, sed propter finem non seruet. 682.216
 Literaturæ grad^o plures cap. 22. 517.71
 Lex noua veterē declarās secundū eā intelligēda c.22. 534.95
 Lex recepta tm̄ quoad partē, tm̄ quoad illū seruāda c. 22. 535.98
 Lucia & Mathæus quo accentu proferenda c.16. 213.12
 Lucrum tpale in spirituale intēritū definit esse finis. c.18. 259.17
 Ludouicus à Granata ordinis Prædicatorū laudatus. c.1 25 33
 Lumē accessum semper teneatur ante sacramentū. c.18. 278.67
 Luxuria fugiendus, acedia resistendo vincitur. c.19. 292.5
 M
 Maiorem sæpè à minore in hoc præcelli. c.13. 188.5
 Maiores chori cantare debere. c.10. 47. non excusantur à cantu cap.22. 539.101
 Malus non promouendus licet boni desint. 612.156
 Mandatum vniuersitati non obligat singulos ca.10. 135.6
 Mane surgere ad tria vtile c.18. 170.41
 Maria virgo mater sic & sic pie vocatur à piis c.18. 263.23
 Maria virgo mater multis titulis à quibusdam male inrellētis locupletata c.18. 262.22
 Maria virgo & mater orabat mentaliter c.18. 288.108
 Maria infans Castellæ & Princeps Portugallia: deplorata cap.19. 295.14
 Maria mater volēs id à quo abhorrebat, quem non soletur cap.19. 300.34
 Maria qua ratione creaturarum maxima dici potest c.22. 540.102
 Maria Tauora cum suo monasterio laudata c.19. 348.128
 Mariam in saluando non nominat Angelus c.19. 350.132
 Maria qd̄ significet c.19. 350.133
 Maria semper & vbiq; inuocanda, & imitanda c.19. 351.135
 Maria vt & quā plena gratia cap.19. 352.136
 Maria habuit oēs virtutes & gratias grātis datas c.19. 352.138
 Maria omnibus elargitur capitulo 19. 301.37
 Maria multum priuilegiata capitulo 19. 353.139
 Maria vt cum ipsa Dominus capitulo 19. 353.140
 Maria operibus Euzē contraria operatur cap.19. 354.142
 Maria se in flumina vertit, c.19. 354.143
 Maria benedicta sed magis eius fructus cap.19. 355.144
 Maria inpeccabilis gratia, Christi natura cap.19. 355.145
 Maria tam cito sancta, quā concepta, sed postea sanctior facta c.19. 355.146
 Maria

I N D E X.

Maria stella maris, Areton & aucus nauigandi c.19. 356.149
 Maria nemini deest c.19. 357.158
 Maria festum maximum assumptio, nisi quoad Rosarium capitul. 22. 587.126
 Mariæ orationū initio, quid præconciipiendum c.22. 585.124
 Mariæ nomen sic venerandum cap.5. 79.24
 Mariæ benedictiones nemo explicare valet. 19. 354.141
 Mariæ matris horā minores, ab Vrbanō. 2. præcepta capi.22. 487.25
 Mariæ matri defunctæ statim dicatum templum c.21. 444.27
 Mariæ nondum natæ à paganis dicatum Sacellū c.21. 445.28
 Mariæ fructus benedictus colore, odore, & sapore c.19. 357.148
 Mariam in matrem deuotio antiquissima c.21. 444.26
 Mariæ festorum maximum simpliciter quod. 555.111
 Mariæ virginis Matris memoria eō magis utilis quōd magis continua. 559.107
 Mariam Matrem solis 63. an nis vixisse incertum. 562.109
 Maria Virgo vt possit dici Maxima creaturatum. 558.14
 Martino pro requie & incude fuit oratio c.3. 3.3
 Martinus Atlas Archidiaconus laudatus c.6. 108.46
 Martinus de Rada doctor Abbas laudatus c.11. 176.30
 Mathæus Contarellus nulli Datariorū secundus c.11. 513.65
 Martinus debens, mali gaudet horæ debitæ lapsu c.10. 154.51
 Maxima qua ratione minorā minimis c.12. 471.3
 Medici faciles ad excusandum ab horis c.1. 167.4
 Mendicans vel ei dans intra Ecclesiam an peccet c.12. 493.33
 Mendicatio quæ & quando præcepta c.3. 32.10
 Mendicantem esse, & non licere ei mendicare repugnant cap.12. 323.82
 Meretrix & excommunicatus quærit ius patronatus capitul. 21. 485.22
 Misericordia quadantenus maxima virtutum capitulo 12. 484.19
 Missa Sabbati Sancti quando olim & quando nunc dicenda cap.3. 47.43
 Missa maior sub interdico sic dicenda c.3. 51.58
 Missa deputata vni loco ibidem dicatur c.5. 35.12
 Missa quam attentionem requirit c.13. 189.8
 Missa nec nimis festinè nec nimis tardè c.16. 216.20
 Missa & alia diuina officia non debentur relinqui incepta capitulo 16. 216.55
 Missa etiam cœpta quibus de causis imperfecta relinquuntur cap.6. 27.56
 Missa est officium publicum publicè dicendum capitulo 17. 247.39
 Missa cur non applicetur excommunicato c.16. 231.68
 Missa semper publicè dicenda. cap.10. 230.14
 Missa vt iure communi dici potest

I N D E X.

test post meridiem c.21. 448.31
 Missa præfente vnotantum dici potest c.22. 527.86
 Missæ magis quàm horæ attendendum c.2. 28.5
 Missæ dictio ob solam pitâriam quæ mala c.6. 96.15
 Missæ pars notabilis quæ. cap.10. 149.43
 Missæ non intellectæ, vt potest bene attendere Idiotæ cap.13. 188.7.
 Missæ defunctorum aliquot ita festinanter dicuntur vt audire pigeat. c.16. 217.22
 Missæ quæ pars submissæ, & quæ clarè dicenda c.16. 226.54
 Missæ in Memento quid memoradû remissiuè c.20. 425.52
 Missâ omnis Christianus omnifesto audire debet. c.3. 37.18
 Missæ præparatio quæ præcepta & quæ utilis c.22. 543.10.4
 Missam ante Primam dicere an mortale cap.3. 59.70
 Missam audire dormiendo non sufficit c.9. 130.6
 Missam audiens sine animo satisfaciendi &c. vt peccat c.13. 195.28
 Missam maiorem decet præparatio quàm alias preces c. 14. 207.4
 Missam audiens quid maximè attendere debeat c.16. 225.50
 Missam ob quam excommunicatus non fit irregularis c.16. 227.57. & 58
 Missam qui dicit, non misceat illi extranea c.16. 234.76
 Missam sic præuidens benedictus cap.17. 237.3
 Missam celebravnde neminem videas c.17. 238.7
 Missam non celebret pater ministrante filio c.18. 280.75
 Missam applicare aliud, quàm applicare eius orationes c.19. 316.73
 Missam ante Matutinam minimè dicendam c.21. 447.30
 Missans solenniter an debeat fecreto dicere Epistolam &c. c. 22. 537.100
 Missans, ignorâs an hæc vel illa dixerit c.13. 195.30
 Missas alternatim dicere non satis c.10. 139.20
 Missis pro novis quicquam dare vetent Ordinarij capit. 22. 493.34
 Missis pro novis pauci multum iuste largiuntur ca. 22. 495.36. & 37
 Missæ præparatio qualis nō præcipitur. 558.14
 Missæ, quas quidam siccas appellant an licitæ. 670.220
 Missam inceptam iniuste relinquens, an sit excommunicatus. 667.217
 Missanti cum Diacono & subdiacono satis est audire ab eis cantata. 558.13
 Missans quando ab Euangelio in introitum redire potest. 669.219
 Monachæ ad chorum professæ tenentur ad horas capitul.21. 441.19
 Monachorum Aegyptiorum silentium imitatione dignum c.16. 211.3
 Monachos ad chorum professos quis

I N D E X.

quis potest facere conuersos, qui, nec cap.21. 455.42
 Monasterium S. Crucis laudatum excusatum c.5. 85.39
 Moriuntur multi Iuvenes boni, ne fiant mali c.19. 298.26
 Mors Christiani fomnus quantumquæ de illa dolendum capit.19. 301.38
 Mulctandus odio tacens & alre loquens c.18. 284.92
 Mulctandus quis non ingreditur protinus chorum capi. 18. 284.94
 Mulctandus qui surgit à sede vt recitet antiphonâ c.18. 285.98
 Munus per se exercendum non capiat nesciens illud exercere. 684.227
 Murmurationi contra Reges obuiandum c.19. 330.94
 Musica instrumeta scientiæ quærendæ parum prodesse ca.16. 227.47
 Mysteria signata per psalterium an meditanda. 598.133
 Mysteria significata per psalterium S. M. quot, quæ, & qualia. 598.133.
 N
 Naturæ lex est, qui commo- dum sentit sentiat onus cap. 22. 506.53
 Necessitas quæ facit ne factum in Sacro sit malum ca. 5. 86.41
 Nobilis doctus & diues fortè in hoc phariseus c.18. 254.6
 Nobilitatis gradus plures sunt cap.22. 517.72
 Nona in ieiuniis an ante coenam dicenda c.22. 533.94
 Non entis non sunt qualitates

O

bligatio in dubio quod minus est cōtinet. 596.131
 Obediantia vana & superstitiosa quæ. c.6. 108.45
 Obstetrices Aegyptiæ non meruerunt mendaciis, capitulo 20. 414.37
 Obstinatus nō est omnis quera non satis poenitet c.20. 396.12
 Occasionem peccati dans dispositio quæ valida c.18. 257.21
 Officia diuina non sint nimis longa, nec nimis breuia c.16. 226.53
 Officij ignarus illud capiens vt peccat c.11. 174.20
 Officium diuinum ceceptum perficiendum c.10. 145.38
 Officiis diuinis seruiendum modestè & honestè. capitulo 16. 235.77
 Officium diuinum in legendo non seruans &c. capitulo 18. 284.93
 Officium sepeliendi paruulos ad longum c.21. 487.25
 Officium pro sepultura infantis aptum. 554.5
 Opera multa quæ videntur bona sunt mala c.3. 32.5
 Opera omnia peccatorū etiam Infidelium non sunt mala capitul.20. 396.12
 Operum bonorum hæc applicatio utilis c.10. 136.8
 Ora pro me Martine tam bene dicitur mortuo, quam dicitur

I N D E X.

batur viuo c. 3. 261.19
 Orabant laborantes monachi
 Aegyptij c. 13. 203.48
 Orabit bene vtens antiquis for-
 mis c. 19. 171.189
 Orandi tempus certum, nullo
 iure diuino praefixum capit. 3.
 185
 Orandi consuetudo cum aliqui
 sese excipiunt optima cap. 18.
 267.34
 Orando Sanctos multi sapius
 errant cap. 18. 261.1
 Orando cum sopore, quando, &
 quantum peccetur c. 9. 131.9
 Orando quæ bona pure peti pos-
 sunt c. 10. 393.6
 Orandum quo sine non est pro
 existente in Purgatorio cap. 6.
 24.17
 Orandum aliquo tempore, &
 quo olim, & quo nunc cap. 1.
 24.17
 Orandum attente & modeste
 cap. 2. 16.2
 Orandum voce & corpore mo-
 destis verecundè &c. capit. 1.
 27.3
 Orandum semper in quo sensu
 cap. 3. 31.6
 Orandum quo gestu sit non
 statuit lex diuina c. 4. 64.1
 Orandum esse vario gestu pro-
 bari lege c. 4. 66.6
 Orandum vigilando & non dor-
 miendo c. 9. 129.1
 Orandum tali & tali tempore si-
 ne obligatione c. 18. 272.47
 Orandū sed non pro sancto vel
 damnato &c. cap. 9. 311.64
 Orandum semper vt intelligen-
 dum c. 20. 403.22
 Oran-
 Orandus non est Deus vt noue
 velit quod antea noluerit
 capitu. 9. 308.58
 Orare absolute melius, quam
 studere sed non tali & tali
 c. 18. 271.47
 Orare aliqua debent interdum
 aliqui laici quæ non debent
 aliqui clerici cap. 3. 37.19
 Orare bene difficile in locis val-
 de splendidis c. 18. 154.5
 Orare calculis precatoriis bo-
 num, & vt melius fieri potest
 cap. 19. 346.123
 Orare non obligatus si oret te-
 netur bene orare c. 13. 100.41
 Orare cum teneamur pro egēte
 nostra oratione c. 20. 401.11
 Orare deambulando, quomodo
 & quo tempore vtile capit. 4.
 68.13
 Orare discant pueri ob Deum &
 non ob gloriam c. 6. 103.33
 Orare & orari bene sanctos Tri-
 denti definitum c. 1. 21.21
 Orare in Ecclesia melius quam
 extra cap. 5. 72.4
 Orare licet aliis verbis quam
 Dominicis sed non &c. ca. 9.
 145.111
 Orare malum malis ne male a-
 gant licet c. 19. 318.77
 Orare melius quam studere ca-
 pitul. 1. 177.31
 Orare ne licet vt fiat miraculo
 quod sine illo fieri potest ca-
 pitul. 10. 404.14
 Orare nominatum in collectis
 vt legitur c. 19. 333.100
 Orare non tenetur quis eo solo
 quod sit in statu peccati mor-
 talis c. 3. 35.11
 Orare

I N D E X.

pro eo qui creditur beatus ca-
 pitul. 19. 314.69
 Orari an iuste possit pro anima
 infantis mortui iam baptiza-
 ti cap. 10. 417.37
 Orari cur non debet viuus nec
 existēs in purgatorio c. 1. 21.21
 Orari potest omne factibile, sed
 nō fieri oē orabile c. 19. 319.98
 Orari potest omne quod fieri
 potest, non contra fieri omne
 quod orari c. 20. 394.7
 Orans an licite temporalia pu-
 ret cap. 20. 393.5
 Orans corpore fracto & incom-
 posito an & quomodo pec-
 cet c. 1. 29.7
 Orans cur peccat signans litte-
 ras in choro c. 13. 194.14
 Orans loquendo, rixando &c. in
 choro vt peccat c. 13. 194.15
 Orans precipitando festine vt
 peccat c. 13. 195.26
 Orans pro aliis agat hoc cap. 19.
 311.63
 Orans pro Francorū Rege hanc
 querit indulgentiā c. 19. 325.50
 Orat bene priuatim publica pe-
 des, eques &c. c. 4. 69.14
 Orat Christus quatenus homo
 non quatenus Deus c. 1. 21.10
 Orat melius qui ex forma præ-
 scripta c. 19. 369.179
 Orat purius qui externis minus
 intendit c. 13. 265.51
 Orat semper qui bene semper
 agit, vt semper petit qui bene
 semper seruit c. 3. 34.7
 Orat vt Ecclesia expresse pro he-
 reticis c. 19. 315.70
 Orat semper qui bene semper
 agit c. 1. 17.9
 Orant
 Orare ob Deum & ob quæstum
 quomodo nō peccatū c. 6. 91.4
 Orare porta clausa quod Abbati
 Isaaco. c. 3. 32.3
 Orare potest malè dæmon &
 cur non orant qui sunt in pur-
 gatorio c. 1. 23.15
 Orare pro aliis & iniurias remit-
 tere debemus c. 19. 343.118
 Orare pro damnati refrigerio
 peccatum c. 21. 501.47
 Orare pro damnatis quod liceat
 triplex argumentum cap. 21.
 498.43
 Orare pro infante mortuo an li-
 ceat c. 19. 313.65
 Orare pro infidelibus & excom-
 municatis an liceat capitu. 19.
 314.67
 Orare pro inimicis sanctum,
 quin & interdum necessarium
 cap. 19. 318.76
 Orare p multis vt melius quam
 pro paucis c. 19. 333.98
 Orare proprium Angelorum &
 hominum c. 1. 23.23 & 26
 Orare pro proximo quando ne-
 cessarium c. 3. 35.13 & seq.
 Orare pro Rege suo iustum, &
 an iustius quam pro omnibus
 cap. 19. 331.97
 Orare qui iugiter volet, vtatur
 huiusmodi versu c. 9. 29.1
 Orare sine attentione malum
 c. 13. 200.40
 Orare tenemur omnes & pete-
 re vt saluemur c. 3. 34.8
 Orare vbi & an vbique liceat
 cap. 1. 71. & 71.1. & 2.
 Orare vno gestu aliis & alio a-
 liis melius c. 4. 69.16
 Orare vt liceat saltem priuatim

I N D E X.

- Orat̄ cōmuniter Christiani sibi
mutuo obuiantes. c. 18. 267. 35
Orantē iuuat credere quod diui
iuuant. c. 18. 260. 18
Orantes bene saltem mediocri-
ter imitandi. c. 3. 42. 32
Orantes multi absunt à termino
quē putāt attingisse. c. 13. 198. 36
Oranti priuatim nullus gestus
præscribitur. c. 4. 65. 4
Orat̄ium intentio in applicādo
vt exprimentenda. c. 20. 425. 52
Orat̄ vt male multi pro se &
aliis. c. 19. 309. 55
Oratio absque cogitatu carnali
vel sæculari fiat. c. 1. 14. 1
Oratio actus eminens & omnium
virtutum colophon. c. 1. 14. 1
Oratio actus latriæ siue religio-
nis. c. 1. 15. 2
Oratio ad sanctos viuos dirigi
potest. c. 20. 402. 19
Oratio ad supplendum defectus
horarum. c. 19. 325. 89
Oratio alio modo quā præcepto
non satisfaciatur. c. 21. 493. 35
Oratio aliqua peccatoris obli-
nati bona. c. 20. 404. 25
Oratio aliter via iustitiæ, aliter
via liberalitatis prodest. c. 20
410. 42
Oratio an dicatur, credo. c. 22.
540. 102
Oratio magnarum viriū ad im-
petrandum. c. 1. 16. 5
Oratio ad bona & mala, & quid
earum vtraque. c. 6. 90. 1
Oratio boni Sacerdotis vt præ-
stet orationi mali. c. 19. 311. 59
Oratio bene fit pro temporali-
bus saltem tacita cum condi-
tione. c. 19. 358. 161
- Oratio collecta ad omnes & firmas
personas diuinas fieri
potest. c. 19. 363. 168
Oratio collecta, quæ per domi-
num, quæ per eundem domi-
num, terminetur. c. 19. 364. 169
Oratio collecta, vt & quando,
in fine breuianda. c. 19. 365. 161
Oratio consultata quando nõ est
addenda præcepta. c. 233. 72
Oratio cuius finis principalis est
lucrum distributionis quoti-
dianæ. c. 6. 93. 12
Oratio cur dicta desiderium. c. 1.
20. 14. & cur affectus purus. 20.
15. & cur non ascensus in Deū,
& deuotio. 20. 116. nec erectio
mentis in Deum. 20. 17. sed sic
petitio mala. 21. 18. & cur actus
latriæ. 21. 19
Oratio aliena pro viuis an sit
vtilis illis. cap. 20. 410. 41. & in
quid. 420. 42
Oratio bene fit pro temporali-
bus saltem tacite cum condi-
tione. c. 19. 358. 161
Oratio debita an dici queat in
missa debita. c. 19. 368. 178
Oratio defecta aliqua bona cir-
cūstantia mala est. c. 6. 90. 1
Oratio dominica cur sit in fine,
& vt faciendæ. c. 19. 160. 63
Oratio dominica docet ordinē
optandorum. c. 19. 338. 106
Oratio dominica & Angelica
omnibus ediscendæ. c. 3. 37. 20
Oratio dominica multis respec-
tibus deuote dicenda. capi-
tulo 19. 336. 102
Oratio dominica quomodo di-
cenda. c. 10. 159. 61
Oratio eo magis meritoria quo
pro

I N D E X.

- pro pluribus fit. c. 19. 345. 120
Oratio eo melior quo purior ab
honoris desiderio. c. 6. 102. 31
Oratio etiam voluntaria, & nõ
debita non debet relinqui im-
perfecta. c. 16. 219. 63
Oratio etiam voluntaria sine at-
tentione mala. c. 13. 209. 39.
& c. 20. 408. 27
Oratio, & omne aliud opus me-
ritorium triplicem valorem,
triplici hominum specie applican-
dum habet, & vt sit fa-
ciendum. c. 20. 425. 51
Oratio est petitio. & actus intel-
lectus. c. 1. 19. 13
Oratio facta Deo vt differt à
precibus homini porrectis. c. 19.
310. 57
Oratio facta pro alius quid illi
& quid facienti proficit. c. 20.
424. 49
Oratio generalis pro multis an
pfit, vt singularis. c. 20. 423. 48
Oratio impenitentis quid pro-
fit. c. 6. 101. 27
Oratio incantantium quæ ma-
la. c. 6. 108. 48
Oratio in mortali facta an quic-
quam valeat. c. 8. 126. 1
Oratio iussa fieri certo loco ibi-
dem fiat. c. 5. 72. 3
Oratio indeuota tertio fructu
caret. c. 13. 189. 11
Oratio in honorem & gloriam
vanam mala. c. 6. 92. 10
Oratio indeliberata potest nec
deliberata satisfacit sine pro-
posito satisfaciendi. c. 13. 188. 5
Oratio in quid prodest animæ
purgatoriij, & in quid non.
c. 20. 420. 45
Oratio interdū mala ex sola cir-
cūstantia personæ. c. 20. 403. 23
Oratio interrupta animo iterā-
di eam, iterāda est. c. 16. 235. 77
Oratio male interrupta vt satisfi-
faciat. c. 16. 234. 75
Oratio maris Iacobi & Ioannis
cur mala. c. 6. 92. 8
Oratio mentalis breuis excellens.
c. 18. 286. 102
Oratio mentalis cum operibus
sine verbali an sufficiat. ca. 22.
495. 38
Oratio mem̄to sit mentalis vel
mixta. c. 18. 287. 105
Oratio mentalis quouis loco etiā
turpibene fit. c. 5. 6. & vō-
calis ex causa. 8. etiam debita.
74. 9
Oratio mentalis duplex notā &
ignoti dæmoni. c. 22. 496. 40
Oratio mentalis & vocalis & quid
vox proficit. c. 17. 247. 37
Oratio mentalis pura non intelli-
gitur a diabolo. c. 18. 288. 107
Oratio mentalis verbis aucta vt
præstantior. c. 22. 495. 38
Oratio mentalis voluntaria sine
præiudicio præcepta facien-
da. c. 20. 430. 61
Oratio ministri Ecclesiæ facta in
mortali q̄ mortali. c. 6. 105. 40
Oratio mixta vanæ obseruantie
mala cum exemplis. c. 6. 108. 45
Oratio mortifera nil prodest et-
iam de congruo, etiam ob
bonitate mixta, etiam de mæ-
dato homo Ecclesiæ, vel alte-
rius facta nisi ad summiū, quo
ad effectum ex opere nascen-
tem. c. 10. 424. 36
Oratio mortua sed bona qua via

I N D E X.

prodest ad hæc & alia multa. 20.	413.35	Oratio pro defunctis omnium securissima misla 19.	312.62
Oratio non potest simul esse bo- na & mala 6.	103.32	Oratio pro multis cæteris pari- bus præstat orationi pro pau- cis.20.	4348
Oratio non virtus, sed actus vir- tutis primæ moralium. ca. 22.	470.2	Oratio pro temporalibus quæ bona, quæ melior, quæ opti- ma.6.	100.26
Oratio nulla animæ lymbi pro- dest, purgatorij vero sic fere omnis.20.	419.9.	Oratio pro valetudine prospe- ra, quæ bona.6.	109.49
Oratio nulla excepta Christi pro- dest de iustitia alij quoad gra- tiam.20.	421.45	Oratio pro victoria Regis vel lucto quæ mala.6.	91.3
Oratio nulla in charitate facta est mortua 20.	412.34	Oratio publica à privata in quo differt.17.	247.38
Oratio ob famam in finem de- bitum relata bona.6.	103.34	Oratio publica an dicenda in Ec- clesia cum privatim dicitur. 5.	75.14
Oratio ob temporale non rela- ta in aliud, mala. 6.	98.19	Oratio publica cui eam facien- ti periculosa. 6.	91.24
Oratio omnis etiam laici sine attentione mala.21.	454.39	Oratio publica eget voce etiam si mentali noccat.17.	248.41
Oratio operatur tria quorū hæc oratio peccatoris. 8.	126.2	Oratio publica non semper pu- blice dicenda.20.	408.27
Oratio præcepta deuotius fiat quam consulta. 10.	161.65	Oratio publica præstantior pri- uata 10.	151.46
Oratio privata quo gestu fiat de- centius.4.	68.12	Oratio publica vt magis perfici- enda quàm privata 10.147.42	
Oratio pro cupitis & cõtra exo- sa, quæ mala.6.	100.24	Oratio pure mentalis etiã mali- dii durare potest.22.	497.41
Oratio pro morte alicuius & E- piscopatu quæ mala.6.	91.6	Oratio quadamtenus vincit & cogit Deum.1.	16.6
Oratio pro multis diebus vota quæ vno dici potest.3.	39.24	Oratio quædam bona quæ non est meritoria.6.	108.40
Oratio propter quæ diffinitu dif- ficilis. 1.	17.7	Oratio quæ Ecclesie fiat pro ex- communicato.19.	316.73
Oratio peccatoris quæ mortuis prosit.19.	311.59	Oratio quæ ex opere operato prodest, & quæ tantum ex ope- re operantis.20.	419.40
Oratio pro amico melior quàm pro inimico cæteris paribus. 20.	423.48	Oratio qualis ad Spiritum San- ctum dirigatur.20.	194.8
Oratio pro dånatis nõ prodest, eis & nocet oranti.20.	418.38	Oratio quid prodest si Deum non mutat.19	308.64
		Oratio	

I N D E X.

Oratio quinque producit effe- ctus.13.	187.3	Orationes publicas dicens quid vitare debeat.6.	102.19
Oratio quinque psalmorum quæ melior toto psalterio.10.	156.55	Orationes quæ vulgo intellectæ profunt & quare.19.	374.195
Oratio quo iure mortuo & vi- uo prodest etiam via iustitiæ. 20.	421.44	Orationis attentio debet esse intenta.13.	190.14
Oratio, res necessaria impiger- que nuntius.1.	15.3	Orationis dicendæ obligatio non tollitur dicendo illã ab- q; animo eã tollendi.16. 233.74	
Oratio vt hic sumitur. 1.	18.10	Orationis formam & nõ victus Christus ipse dedit.1.	16.4
Oratio S. Trinitatis egregie cõ- texta.1.	25.32.	Orationis & virtutum in mate- ria quantum quis scit. 1.	14.2
Oratio semper postulata impe- trat quatuor concurrentibus. 19.	358.62	Orationis christianæ compo- nendæ ratio.1.	25.33
Oratio sine quali deuotione mala, cum discordium cõcor- dia.20.	404.26	Orationis vnã super elemosy- nam prerogatiua.22.	521.77
Oratio strictè, largè, & largissi- mè sumitur.22.	477.4	Orationis valor triplex.20.411.35	
Oratio tempore interdicti vbi alias fiat.6.	75.13	Orationi tributorū multa elo- gia moderanda.21.	407.1
Oratio triplex, mentalis, verba- lis, & misla. 1. 24. 28. &c. 18	286.104	Orationi omnia tribuere hære- ticum.22.	496.39
Oratio triplex, viua, mortua, mortifera 20.	411.33	Orationi priuatæ non nocet sed utilis vox.17.	247.40
Orationem iuste rumpi ob cau- sam ei pertinentem.16.230.66		Oratione vnus datur de libera- litate alij gratia maior meri- ta.20.	422.47
Orationem per malam vt satis- fit præcepto.20.	408.19	Orationum alia bona alia mala, 1.	24.29
Orationem quæ præcedere de- beat quæ nõ. 12.182.183.4.&c.7		Orationum alia publica alia pri- uata. 1.	24.30
Orationes, collectæ & hymni prælegenda in scholis, vt olim. 19.	366.172	Orationum quot clerici perdi- tio descendenda.20.	414.36
Orationes collectæ veteres pul- chra arte factæ.19.	366.174	Orandi doctrinam ad personas orantes extendi.	618.115
Orationes dici S. Ioannis quæ malæ. 6.	108.47	Orare cum hæretico manifesto nonandum tamen pro excom- municato denunciato qua ra- tionelicer.	533.1
Orationes obligatorie sunt pau- cæ collatæ decetib ⁹ .18. 267.33		Oratio atretior cæteris paribus melior.	603.137
		Oratio trium dierū quæ melior	

I N D E X.

oratione vnius diei. 675.221
 Oratio & Eleemosina semel facta, quae valeant pro ter factis. 676.222
 Orans sapienter quae lucra facit. 688.235
 Oratio & elemosina factae vno die, An valeant tantum, quantum factae tribus diebus ad Iobelsaum. 675.221
 Oratio & Eleemosina semel facta, quae valeant pro ter factis. 176.212
 Oratio non est virtus sed actus virtutis & cuius & qualis. 553.1
 Orationem principaliter ad Dei laudem instituta dicere principaliter ad humanam non esse mortiferum. 554.3
 Oratio praestat Eleemosinae hodie in hoc. 356.11
 Oratio quaevis ad S. Mariam directa hoc multum augetur. 611.146.
 Oratio quaevis Deo directa, sic multum iuuatur. 608.142
 Orationi nec metali nec vocali nimis tribuendum. 555.7
 Oras qui pro damnato non peccat. 555.8
 Orans pro infante mortuo vt peccat. 554.5
 Oratio trina ad Virginem matrem directa. 55.612.147
 Oratur recte pro temporali sperato, sed non tanquam de fide credito c.19. 358.162
 Oraturus pro mortuo quem putat saluum haec agat c.19. 317.75
 Oraturus recte expressè vel tacite id faciet c.19. 309.56
 Oraturus occasiones bene attendendi quarat. c.17. 237.1
 Oraturus perfecte in principio agat haec lex c.3. 187.3
 Oratus Deus dat quaedam iratus quae negat propitius. c.8.127.4
 Oraturus Deum reputer quanta cura Regem rogaret c.2. 29.6
 Ordinandus etiam prima tonsura debet habere animi viuendi clericaliter c.22. 565.112
 Ordinandus etiam prima tonsura, debet habere animum viuendi clericaliter. 662.207
 Ordo minor & prima tonsura, quanta scientia requiritur. 659.202
 Opera propria cur plus requirer, psunt, quae aliena 571.117
 Ordinari minoribus teneantur ad certas preces lege humana vel consuetudine sicut diuina ad incertas c.21. 437.8
 Ordines minores denegare quomodo virtus c.7. 116.16
 Ordinis character nunquam amittitur c.7. 117.19
 Ordo minor & prima tonsura quantum scientiam requirunt c.22. 562.109
 Ordo primae Tonsura, & minores multis obsunt c.7. 116.15
 Organa Ecclesiae non tam Deo grata, vt vulgus putat cap. 16. 224.45
 Organa non pulsanda principaliter ad recreandum. c.17.245.33
 Organis & non aliis instrumentis licere c.17. 246.34
 Organi sonus in diuinis non sit nimis c.16. 227.56
 Organis miscere profana diuinis peccatum c.16. 214.48
 Organi sonus prolixus hoc modo deuo

I N D E X.

do deuotius audietur capit. 16. 225.51
 Organo cantari quomodo superpletur melius c.21. 440.15
 Organo psallentes in quo peccant. c.16. 225.49
 Organorum vsus cur receptus & quid proficit c.17. 245.32
 Ornamenta sacra non applicanda vsibus profanis. c.18. 266.32
 Osculum manuum verbali orationi successit. c.18. 268.36
 Oratiois Dominicae initio, quale nomen Dei concipiendum. c.22. 581.122
 Oratio breuis & trimembris ad Mariam frequentanda. ca.21. 584.124
 Oratio quadam quinquemembris utilis & frequentanda. c.22. 584.123.
 P
 Papa dans habenti vnum sufficiens aliud, non dispensat. 22. 512.64
 Papa plurimum potest substituente causa indulgere. cap.19. 359.164
 Papa intendit vt viuat clericè is cui dat pensionem. c.22. 565.112
 Papa summus est ecclesiasticorum fructuum dispensator. capit. 22. 565.112
 Papa potest dispensare super horis sed vix id facit. c.11. 177.31
 Pascasius ex purgatorio, vt fecit miracula. c.1. 23.26
 Parochi qui errant: sepeliendo paruulos. c.22. 437.24
 Parochi doceat Pater noster, Ave Maria, Credo, &c. capit. 18. 279.69
 Paruuli qui sunt in hoc proposito. c.22. 488.26
 Pater noster an dicendum in fine horae, quam alia immediate sequitur. c.22. 535.96
 Pater noster ante laudes quomodo dicendum. c.3. 56.64
 Pater noster, Ave Maria, Credo qui iure tenemur memoriter scire. c.20. 402.20
 Pater noster, Ave Maria, Salue, & Credo semper & vbique congrua. c.19. 377.198
 Pater noster, Ave Maria, & Salue sufficientes formae orandi. c.19. 370.185
 Pater noster & Ave Maria non finiuntur vt collecta. capit. 19. 362.166
 Pater noster & Ave Maria non habent hanc virtutem. cap. 19. 358.160
 Pater noster, Ave Maria, Credo, & Salue lingua vulgari donanda. c.22. n. 541.103
 Pater noster dicens vt se reputat peccatorem, & Panem nostrum quotidianum, quid significet. c.19. 339.110
 Pater noster orationum prima apprimè dicenda. capit. 19. 335.101. & 122
 Pater noster quibus punctis distinguendum. c.16. 215.18
 Pater noster qui dicens non remittendo iniurias non peccat. c.19. 344.119
 Pater noster quod dicitur nobilis vel militis. c.13. 201.43

I N D E X.

Privilegia que recitandi non sunt
vera privilegia. c. 19. 220.84
Privilegiorum compendium utri-
le sed cum originali confe-
rendum. c. 19. 321.87
Processio Corporis Christi aliud
de male sublata & ut facienda.
c. 5. 80.26
Providentia diuina omnia gubernat. c. 19. 297.23
Prudentia Romanorum omnium
maxima. c. 19. 384.209
Psalterij artificium à Caietano
apte exertum. c. 10. 161.68
Purgatorij animas pro viuus mi-
nimè orare. c. 20. 395.10
Purgatorij animas non esse à vi-
uis orandas. c. 20. 395.9.
Purgatorij poenæ maiores sunt
quàm huius sæculi. c. 20. 395.9

Q

Quæstorum nomen, usus &
officia sublata. c. 22. 521.77

R

Recitandi quinque Pater
noster & Ave Maria mo-
dus nouus. c. 10. 179.36
Recitando peccat multi qui non
recitantes non peccarent. c. 13.
100.42
Recitare alta voce, Missam au-
diendo malum. c. 16. 218.27
Recitare consulta & præcepta
non autè, differre. c. 13. 224.46
Recitare cum super pelliceo la-
li & tali in decorum. c. 16. 217.24
Recitare debet omnia sic tardè
venièns vel cito recedens. 16. 212.6
Recitare in portis Ecclesiæ in-
decens. c. 16. 217.23
Recitare licet etiam sedendo in
re communi. c. 19. 321.85
Recitare obligat discere debet
regulas in id necessarias. c. 19.
385.212
Recitare per unum breuiarium
ludit chorum utentem alio.
c. 19. 384.207
Recitare quibus non obligatis
expediat. c. 18. 275.60
Recitare secundum aliud bre-
uiarium quomodo non est
peccatum. c. 19. 387.217
Recitare soluman melius quàm
cum aliis. c. 17. 241.11
Recitare vel orare iubet ius di-
uinum licet non quid, aut quo-
modo. c. 19. 385.213
Recitare vestiendo, exuendo &c.
quis peccat. c. 13. 201.47
Recitans agendo impatibile non
satisfacit. c. 13. 203.49
Recitans exiens cito, vel tardè
venièns ut peccat. 16. 230.65
Recitans excusatus ab horis an
semper excusetur à peccato.
18. 257.13
Recitans horas sic ad se præ-
paret. 14. 206.1
Recitans in statu malo implet
præceptum, sed gratiam non
meretur. 14. 206.2
Recitans ita malè ut teneatur
iterare perdit fructum. 20. 410.32
Recitans leuiter errando non ni-
hil peccat. 16. 24.14
Recitans negligenter cum aliis
bis peccat. c. 16. 211.4
Recitans non iacet dum in ter-
ra prostratus. 17. 214.1
Recitan

I N D E X

Recitans peccat si monitus non
seruat accentus. c. 16. 213.9
Recitans Priuatim in choro aliud
ab eo quod canitur, ut peccat.
c. 16. 212.5
Recitans puter sa à Deo & An-
gelo bono & malo videri ca-
pit. 17. 239.11
Recitans sic oculis utatur, & nun-
cium videri. c. 17. 238.8
Recitans stando, quod deberre-
citare sedendo, vel contra ut
peccat. c. 16. 212.7
Recitans quis corrumpendo ver-
ba peccet. c. 16. 212.5
Recitans familiaris Cardinalis &
Episcopi ut ipse. c. 19. 387.216
Recitanti proponens repugnā-
tia ut peccat. c. 10. 137.14
Recitatur alternatim etiam alia
quàm psalmi. c. 10. 19. 141.19. & 12
Recitatio breuis & frequens bo-
na nihil debiti prætermisso.
c. 17. 241.20
Recitatio Idiotarum non vili-
pendenda. 18. 285.100
Recitatio publica aliis commo-
da aliis incommoda. 17. 249.12
Recitator vitet occasiones eua-
gationis propriæ vel alienæ.
16. 211.1
Recita vbi inter te & Deum ne-
mo transeat. 17. 218.6
Reditus Ecclesiæ differt in hoc
à patrimonio. 10. 157.57
Referrì potest in Deum omne
quod non est peccati. 633.166
Reges an excusentur à negotiis
dum recitant. 17. 239.10
Reges an quidam Christiani te-
neatur in foro Dei inire fœ-
dus. 19. 325.92
Reges choreis & ludis dediti pe-
riculose viuunt. 18. 273.53
Reges discant prius suas leges
quàm politicas. 18. 272.48
Reges & laycos an deccant ho-
ræ Canonice. 18. 271.44
Reges lusitani & franci non por-
rigunt manum presbyteris.
Castellani olim sic. 18. 269.39
Reges ob regna, non regna ob
Reges constituta. 19. 296.297.
17. & 23.
Reges orient saltem quantum
communiter alij. 18. 271.45
Regibus alienis & suis vassallis
detrahentes ut peccat. 19. 328.93
Regibus pro duobus Christia-
nis quid orandum. 19. 326.91
Regibus quid potius quàm vic-
torias optare debeamus. 19.
33. 96
Regi cœli pareat Rex terræ, plus
quàm illi subditus suus. 19.
297.20.
Regina Catholica donna Isa-
bella Maxima. 19. 295.15
Regna & diuitias ex se non ho-
nesta & affinia mala quam
bonis. 19. 297.18
Regnum de Regibus ne iniuste il-
lud vexato. 19. 295.30
Regnauit à ligno Deus, vbi di-
xit Dauid. 554.6
Regularis omnis ad chorū pro-
fessus tenetur ad horas Cano-
nicas. 20. 399.15
Religio fatuenda & augenda. 10.
142.29
Religio moralium virtutum ma-
xima. 22. 484.19
Religio potest institui sine cho-

I N D E X.

10. c. 21. 438. 11
 Religiosus cur non suo nomi-
 ne indignus, eo quod orationem
 mentalem voluntariam
 quotidie non agit. capitu. 10.
 430. 61
 Religiosus vocans se & non a-
 glicolam Dei seruum an re-
 ctè agat cap. 18. 277. 64
 Remittere propriè aliud quam
 donate c. 12. 505. 51
 Remittit facilius quis quam do-
 nat. c. 22. 505. 51
 Remissio distributionis quoti-
 dianæ vt valet. 585. 8
 Respona chori non debet ser-
 uans aliam regulam. capitulo
 7. 125. 35
 Restituetur cui distributio ho-
 ræ amissæ. c. 7. 125. 33
 Restituere debet fructus non
 promotus, etiam ante senten-
 tiam c. 21. 460. 47
 Restitenda necessario duplicia,
 de quibus fit eleemosyna &
 ius patronatus. c. 22. 486. 23
 Restitutio ob horas omissas iu-
 ris humani est. c. 21. 465. 58
 Restitutio ob horas omissas cui
 scienda c. 7. 125. 33
 Restitutio Deo facienda à Papa
 minuitur c. 10. 155. 54
 Restitutio ob horas omissas
 & postea dictas. capitulo 10.
 157. 57
 Restitutus pauperibus quis si-
 bi retineat c. 7. 125. 34
 Resuscitati qui fuerint omnes
 salui facti c. 22. 500. 46
 Rex caueat ne fiat Tyrannus, &
 pastor ne fiat lupus. capitu. 19.
 199. 27
 Rex Ioannes 3. & Regina Cathe-
 rina cur recurrant ad hunc
 versum c. 19. 295. 13
 Rex Philippus secundus hac in
 re laude dignissimus. 550. 186
 Rex velit illud quod Deus vult
 cum velle cap. 19. 300. 31
 Rogas cur rogatum dicitur ho-
 norare cap. 20. 393. 4
 Romana deuotio in visitandis
 Ecclesiis mira. c. 22. 529. 89
 Romani etiam ante Hierony-
 mum deuotissimi c. 22. 530. 91
 Romam magna mole condi-
 tam Petrus & Paulus fecere
 maximam cap. 22. 550. 90
 Rosaria & rosæ aureæ cur qui-
 dam libri dicti. 562. 109
 Rosarij confratria vbi & à quo
 instituta. 564. 111
 Rosarij dicendi modi qui mali,
 peiores, & pessimi, & qui bo-
 ni, meliores & optimi. 604.
 138
 Rosarij appellatione simplici,
 quid veniat in dubio. 594. 129
 Rosarij dicendi modus hic se-
 prem de causis præstat. 605. 141
 Rosarij dicendi modus, qui au-
 thori aptior. 605. 140
 Rosario à dicendo rarissimè
 morbus excusat & eo excusa-
 tus, non quærit indulgentias,
 licet bonis confratriæ gau-
 deat. 615. 149
 Rosariu non vno die, & vice di-
 cendum. 588. 128
 Rosario quæ dedit Pius V. quan-
 ti momenti. 588. 128
 Rosario B. Mariæ genus oran-
 di nunquam satis laudatum
 559. 107

Rosa

I N D E X.

Rosarium debitum ob plures
 causas pluries dicendum.
 613. 148
 Rosarium dicenti an vtile hæc
 meditari. 603. 137
 Rosarium recitare per se me-
 lius quam per alium. 575. 112
 Rosarium vt ferè proprium Do-
 minicanis. 588. 128
 S
 Sacerdos in Ecclesia sileat & à
 risu abstineat c. 17. 240. 16
 Sacerdos non ferat Virgilium
 pro Euangelio capitulo 19.
 367. 175
 Sacerdos simul egrediatur cum
 diacono & subdiacono capi-
 tul. 18. 285. 99
 Sacerdos vt Ecclesiam salutet
 & ab ea resalutatur capitulo
 22. 528. 87
 Sacramento quo regeneramur,
 quo conseruamur, & quo re-
 spiramus c. 20. 431. 64
 Sacristia in tota sileatur cum pa-
 ratur ac Missam c. 16. 218. 28
 Salue cantatum ab Angelis vbi
 capit. 19. 370. 184
 Salue qui bene & qui male pro-
 nunciant cap. 16. 212. 7
 Salutamus & resalutamur cur
 rigide in horis c. 22. 526. 85
 Salutare in choro obiter vt li-
 ceat cap. 16. 231. 67
 Salutatio sexuplex in Missa
 quid significet c. 22. 529. 88
 Sanctificetur nomen tuum quid
 sibi velit cap. 19. 339. 107
 Sancti minores impetrant quæ-
 riam quæ non maiores ca-
 pitu. 18. 280. 75
 Sancti nolunt honorari cū præ-
 iudicio aliorum. c. 18. 280. 76
 Sanctos non esse superstitione
 inuocandos c. 18. 264. 24
 Scholis Latinitatis quæ spiritua-
 lia restituenda c. 22. 531. 93
 Scholis grammaticæ quæ pia
 restituenda. 557. 12
 Sedete alte in Ecclesia quomo-
 do non malum cap. 18. 255. 8
 Sed libera nos à malo quid si-
 gnificet c. 19. 340. 112
 Sellas quas ferre ad conciones
 & missas quomodo malum
 cap. 18. 255. 7
 Sepeliendi sunt amentes vt par-
 uuli c. 22. 488. 26
 Sepeliendis paruulis baptizatis
 quæ officia apta c. 22. 488. 26
 Simonia non est omnis datio
 pro re spiritali. 565. 115
 Silentium colloquio in debito
 impediri certum c. 17. 241. 19
 Silentium in diuitis laudabile
 cap. 17. 240. 15
 Silentium monasterii S. Crucis
 Conymbricæ laudatum ca-
 pitul. 17. 241. 18
 Silentium robur ad spiritalia
 præstat c. 17. 241. 17
 Staret diuersa significat c. 4. 64. 1
 Spiritalia ordinare in tempo-
 raria quale peccatum. 619. 168
 Stationes Romanas vt dedit
 Leo X. Rosario. 588. 128
 Status in mortifero peccato sep-
 tplex. 622. 156
 Statuta confratriæ Rosarij quis
 prodit. 566. 113
 Statutum etiam declaratorium
 est statutum. 573. 118
 Statutum videretur, quod statuens
 rogatus statuisset. 676. 222
 statu

I N D E X.

- Statno. ius nouum indicat, & declaratio antiquum. 572.118
 Studens an ob contemplationem debeat mutare vitam capitul. 18. 275.62
 Studens vni facultati non facile transit ad aliam c. 19. 294.12
 Studenti quis finis, quæ tentatio vincenda, & quis locus optandus c. 19. 294.10
 Studere rebus Christi & Mariæ quomodo conuenit capit. 18. 275.61
 Studium maledictum ob quod omittitur officium c. 11. 177.32
 Studium non excusat ab horis cap. 11. 167.32
 Sufficiat quantum clerico simplo, duplo & triplo c. 22. 517.73
 Suppletio horarum omissarum vt excusat capitul. 10. 153.164. 49. & 70
 Symbolum Apostolicum cur non proprie oratio c. 4. 67.10
 Symbolum Apostolicum in Missa inceptum finiri debet cap. 16. 224.44
 Symbolum quibus punctis & quo modo distinguendum cap. 16. 215.19
 Statuta prædicatorum non obligant sub nouo peccato capitul. 22. 129.8
- T**
 Tardare nimium in consecratione & Memeto & c. malum c. 17. 249.44
 Te Deum, matutinæ, & non laudum esse partem capitulo 3. 56.64
 Te Deum Matutinæ, Gloria, &
- Itē missa est, Missæ comites cap. 19. 381.202
 Tentatus præferre temporale spiritali quid aget capitul. 18. 259.14. & 15
 Testamentum condendi voluntas & facultas Dei donum cap. 19. 297.183
 Totum & pars non vt numero ita specie & nomine distant 593.129
- V**
 Valor orationis propriæ & alienæ tractatur cap. 10. 411.33
 Vallis quid & qualis hæc quam inhabitamus c. 19. 370.182
 Venite exultemus antiquum & nouum ca. 19. 373.199
 Verbis Orationis præsertim sacramentalibus nil miscendum cap. 19. 305.45
 Verba vt capienda, & ad promerendum concepta data. 605.141
 Verbum videri fictionem vel præsumptionem significat. 624.167
 Vesperæ Quadragesimæ quæ ante cenam dicendæ capitulo 3. 41. & capitulo 22. 47.33.94
 Vesperæ quæ præceptæ in quadragesima ante cenam & quæ consultæ. 558.15
 Victoria contra superbiam habita vt roborat eam capit. 19. 293.8
 Vigiles plebis sunt clerici cap. 9. 129.2

I N D E X.

- Virtutis actus solus præcipitur, sed non vt virtuose fiat c. 20. 408.19
 Virtutum omnium princeps charitas licet prima fides c. 22. 477.3
 Virtutum opera non fiant principaliter ob temporalia c. 22. 485.20. & 21.
 Visitatio quædam male intellecta c. 18. 281.80
 Visitatio Ecclesiarum diuersis fit horis. c. 10. 146.40
 Vota plura fiunt tempore necessitatis quàm prosperitatis capitul. 20. 428.60
 Voluntas & scientia Dei vt immutabilis c. 19. 308.53
 Vmbertus quis diuini & humani doctor præcellens cap. 11. 175.25
 Voluntas non fertur in incognitum c. 22. 114
 Voluntas non fertur in incognitum. 558.15
 Voluntas non fertur in incognitum. 666.214
 Vouens Sextarium quod minus est debet. 596.138
 Deum semper & vbique præsentem considerare vtilissimum capitulo 22. 123
- X**
 Xistus quando indulgit parti tertiæ psalterij. 566.114
 Xysti Quarti Bulla psalterij B. Mariæ approbatoria. 560.108
 Xistus approbator Psalterij B. Mariæ, renouator Alanus, prædicator vniuersus prædicatorum Ordo. 560.108

F I N I S.